

del colegio de La comp^a de Jss de granada

D E

B-7543 Da


SACRORVM HOMINVM
CONTINENTIA
LIBRI V.

*In quibus sacri & Ecclesiastici calibatus origo, progressio, & consummatio
ex sancta scriptura, sanctorumq; Patrum scriptis proponitur,
statuitur, & ab hereticorum nostri temporis calum-
nijs propugnatur, & defenditur.*

F. MICHAELE MEDINA HISPANO,
ORD. MINOR. REGVL. OBSERVAN.
PROVINTIAE CASTELLAE
AVCTORE.

Accesit rerum, & verborum memorabilium, & Sacrae scripturae locorum, quae explicantur,
Index locupletissimus.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS
Ex Officina Iordani Zileti,
1569.

2 400 40
Gallea
MADE IN SPAIN

del colegio de La comp^a de Jss de granada

D E

B-7543

De



SACRORVM HOMINVM
CONTINENTIA
LIBRI V.

*In quibus sacri & Ecclesiastici calibatus origo, progressio, & consummatio
ex sancta scriptura, sanctorumq, Patrum scriptis proponitur,
statuitur, & ab hereticorum nostri temporis calum-
nijs propugnatur, & defenditur.*

F. MICHAELE MEDINA HISPANO,
ORD. MINOR. REGVL. OBSERVAN.
PROVINTIAE CASTELLAE
AVCTORE.

Accessit rerum, & verborum memorabilium, & Sacrae scripturae locorum, quae explicantur,
Index locupletissimus.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS

Ex Officina Iordani Zileti,

1569.



PETRVS Apostolorum princeps, orthodoxæ lector, diuino spiritu afflatus, nostrorum temporum calamitates quasi à longè prospectans plan patria ac pastorali prouidentia (nimirum quo ab illis nobis caueremus) grassaturos dicit in Ecclesia prauos quosdam homines, & magistros mendaces, qui introducerent sectas perditionis, & eum qui eos emit per apostasiam abnegarent, quorum libidines & luxurias multi sequerentur. Diuina profecto atq; tanto Apostolo digna sententia, & quæ hæreticorum omnium genium atq; naturam viuis coloribus exprimat. Quid enim hæresibus magis familiare quàm tandem per falsæ religionis errorem, abnegato Deo, carnis delicias, quæ sola iam solatio miseris hominibus esse possunt, consecrari? Enimuerò quem admodum hæreses omnes, tandem in atheismum, & in infidelitatem finiuntur, quod Ecclesiastica historia satis indicant, ita atheismum, & infidelitas in carnis quandam licentiam, & vitæ pecuinam terminantur. Sic Paulus eodem spiritu ad Galatas scribens, inter opera carnis, sectas, siue hæreses recenset; Manifesta sunt, inquit, opera carnis, quæ sunt fornicatio immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones, & hæreses, &c. Quo loco haud aliorum hæreses, cum impudicitia, fornicatione immunditia, & luxuria mihi numerare videtur, quàm quòd aut hæreses uniuersæ à libidinis spiritu proficiantur, aut tandem in carnis obscenas delectationes terminentur. Id verò præterea apostolicum testimonium veterum quoque Ecclesiasticorum temporum monumenta testantur. Nam ut Nicolaitas, Gnosticos, Carpocratianos, Epiphanenses, Basilidianos, Valentinianos, & ceteros hæreticos prioris illius Ecclesiastici temporis, quorum luxurias & teterrimas libidines, uix ueteres auctores nominare audent omittamus, certe pestilentissimi cuiq; hæretici, non aliorum suas hæreses excogitasse videntur, quàm ut carnis furiosas delectationes uel religionis obnubarent, & quasi consecrarent. Sic Simon ille magus, & Diaboli primogenitus Helena meretrici, Appelles Philumena, diuinitatem tribuerunt, Montanus Priscæ & Maximilla, Marcus quidam hæreticus Valentinianus mulieribus, quibus turpissimo commercio miscbatur, ut auctor est Irineus, prophetiam & rerum futurarum cognitionem nuncuparunt: Taliaq; sunt in Ecclesiastica historia exempla frequentissima. Atque id quidem, cum aliàs sapè Diabolus cum ingenti Ecclesiæ incom-

2. Pet. 2.

Galat. 5.

Libi. 1.9

modo & probro, quod Iustinus & Tertullianus queruntur, praestiterit, dum ex eorum prauorum hominum exemplo, qui christianorum ut cunque nomine gaudebant, Ecclesia Christi vitam & mores, gentiles metiebantur, nunc uero maxime nostra memoria, in hoc totus esse uidetur, ut non unum aut alterum quod olim fecit, sed uniuersum (proh dolor) sacrorum hominum, qui & uerbi & sacramentorum ministerium exercent, ordinem, carnis delectamentibus & necessitatibus obruat: docens per Germanos hereticos, quos Lutheranos ab auctore uocamus, legem qua nuptijs, Ecclesiasticis uiris, spontanea sacros ordines obeuntibus interdicit, iniquam ac tyrannicam esse; quippe qua castitatem, ac vitam calibem paucis hisq; a Deo dilectis possibilem; omnibus passim uiolenter, ac citra diuinam donationem intorqueat. Videt nimirum Sathanas Ecclesia Christi conuerti simus hostis, nullam hac excogitari posse demoliendi, atque evertendi, a Christo ad humani generis reparationem, instituta sacramenta, certiore rationem quam si sacerdotes, quibus illorum dispensatio commissa est, femininarum, & matrimoniorum grauissimis oneribus obstringeret, et uniuersum Ecclesiasticum ordinem, dum laicorum & profanorum ordini confunderet, & uita ciuilibus implicaret, funditus perinde deleteret atq; extingueret. Quod profecto apud eosdem hereticos accidisse, sublato non modo sacerdotio, sed uniuerso Ecclesiastico ordine, notius est, quam ut probari sit necessarium. Videt deinde nihil esse quod adeo iustissimum Dei furorem, christiani populi sceleribus iam dudum exagitatam, prouocare possit, quam sacerdotalis ordinis & eorum qui sacro altari ministerio deseruiunt, uita confusionem & profanationem. Ecce, inquit

Isa. 24. Esaisas Dominus dissipabit terram & nudabit eam, & affliget faciem eius & disperdet habitatores eius. Subditq;. Et erit, sicut populus sic sacerdos, quas tantorum malorum hanc esse causam potissimum decernat. Si inter eos, qui Deo hostijs & sacrificijs placando, sunt destinati; & reliquum populum, & in uita sanctitate & puritate nulla sit differentia.

Hac ratione atque animo per hos pestiferos homines sustulisse uidetur corporis & sanguinis Domini, sacrificium, quo scilicet citius suis prouincijs abominationem desolationis, id est desolantem inducant, quam iam iam imminere haud sine ingenti dolore uidere possumus. Nam quid aliud sperare possumus, cum iam non sit qui se se Deo murum opponat pro Israel?

Isa. 13. Itaq; haud de alijs mihi idem Petrus Apostolus propheta se uidetur quam de his certissimis Antichristi ministris, cum in eadem Epistola subdit, Non uult Deus pios de tentatione eripere; iniquos uero in diem iudicij seruare cruciandos

cruciandos; magis ante eos, qui post carnem in concupiscentia immunditia ambulant, Dominationemq; contemnunt, audaces sibi placentes, sectas non metuunt introducere, blasphemam res & c. describit hoc loco sanctus Apostolus appositisimè, horum, quorum nunc impetum sustinet Ecclesia, hereticorum notas. Nam qui alij per Deum immortalem sunt, qui post carnem in concupiscentia immunditia ambulant, Dominationemq; contemnunt, quam hi, qui Romani Pontificis non modo salubribus statutis, sed ipso imperio conculcatis, discessionem docentes, non modo in reliquis plebibus uota castitatis & uirginitatis, qua semper in delicijs habuit Ecclesia, irrident, sed uniuersam sacrorum hominum cohortem sacrilegis nuptijs & carnis immunditia, nescio quibus & media carnis concupiscentia extortis rationibus, immergere & implicare moliuntur? Qui sunt, qui audaces & sibi placentes sectas non metuunt introducere, quam qui ueterum Ecclesiasticorum patrum & mores, & doctrinam schomatis, & sarcasms excipientes, fidei unitatem plus quam quinquaginta sectis curruerunt. Hi profecto sunt, qui blasphemio animo, se solos, Apostolis & Euangelistis conferre audent. Hi sunt, qui se solos euangelica uita rationem post Christum & Apostolos seipsum, è tenebris ignorantia eruisse, ingenti animi philautia tertio quoque uerbo gloriantur. Hi demum sunt, qui ne Christiano populo, monachatu, aut sacerdotali castitate desertis, qua Deo sponte & nullo exigente consecrauerant, probro haberentur, hoc & reliquo sacro ordini licere, Christi & Apostolorum doctrina persuadere blasphemantes conantur. Sic olim Nicolaus Antiochenus hereticus, & unus ex septem diaconis primo ab Apostolis electis, non aliorum, ut Epiphanius inquit, in Ecclesiam spureum illum & obscenum errorem Gnosticorum inuexit, quam quod homo intemperantissimus post acceptum sacrum ordinem diaconatus, iuratamq; castitatem, repulso Spiritu sancto, uxorias delicias repetens, nollet haberi opprobrio. A proposito, inquit Epiphanius, elapsus, cum propria uxore coibat minime curiose. Postea uero erubescens se uictum esse, & ueritus deprehendi, audebat dicere. Nisi quis singulis diebus uenerem exerceat, non posset particeps fieri uitae aeternae. Ex alio enim ad alium praetextum confugit, haecenus Epiphanius. Sic ergo nostri temporis heretici qui è monachatu aut sacerdotali ordine, ab Ecclesiastica fide Christianisq; moribus, ad Antichristi ministerium defecerunt, dum meretrices & concubinas, ex quibus infelicem sobolem susceperant, propugnare, & euangelico praetextu defendere conantur. non solum uniuersum

Lib. 1. To. 2. heret. 2

2. Pet. 2.
sacrum ordinem matrimonijs addicunt, sed omnem calibatam & casti-
tatem irrident, & nauici faciunt, docentes eam tum nullius esse meriti,
tum nisi ociosis & ad eam nulla ratione contendentibus, inter medios uita
luxus, calitus donetur fore prorsus impossibilem, in qua pestilenti doctri-
na bonam partem euangelicæ libertatis collocant: & in superbia uani-
tatis loquentes, pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululum
effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cum
ipsi sint serui corruptionis. huic errori cum multi uiri doctissimi nostra &
ueteri memoria in Iouinianum disputantes, summis ingenijs exquisitaq;
doctrina, editis libris occurrerint, non deerunt fortasse, qui nostram in
hac parte operam superfluam arbitrentur: atque id ego mihi facile per-
suasissimè, nisi mihi superiori anno Reuerendissimi patris Francisci Guzman
commissarij generalis Cismontanæ familiæ Franciscanæ, uiri præter
summam animi integritatem, & generis claritatem ob egregias animi do-
tes, mihi plurimum obseruandi, non tam adhortationi quam, præcepto
parere fuisset necessarium. Nam cum populi frequentissimo (falso ta-
men fortasse) rumore iactaretur, Pium Quartum Pontificem maximum
quorundam Germanorum principum, bono (ut par est credere) zelo id
efflagitantium, precibus adactum, eisdem Germanis uelle Græcorum
morem, quo uxoribus ante sacros ordines acceptis, utuntur, ad obtinen-
dam hac ratione, quæ promittebatur, concordiam, indulgere, idq; Rex
catholicus Philippus agrè acciperet, quòd inde ingentem Christianorum
morum ruinam orituram grauißimis rationibus uaticinaretur, res digna
uisa est, in qua non modo priuati Theologi, sed provinciales quoque synodi
quæ tunc per uniuersam Hispaniam, ex Episcopis & uiris doctissimis co-
gebantur, suum iudicium atque sententiam reponerent, præsertim cum
multi Theologi non postremi ordinis, eum morem Græcorum, tanquam
legi diuinæ aduersum non paucis editis libris condemnarent: Ergo eius ui-
ri prudentissimi imperio, cui reluctari integrum non erat, & quorundam
Episcoporum, qui huic synodo Toletanæ intererant, grauißimis persuasio-
nibus totum hunc de sacerdotali continentia locum mihi inter grauißi-
mas corporis agritudines, quibus tunc premebar, post tot doctissimos uiros
pertractandam suscepi, & cum sancta scriptura sanctorumq; patrum
monumentis & scriptis exigendum. sumq; ad eam rem tantò magis ani-
matus, quantò superioribus annis Tridenti multorum grauißimorum
uirorum qui in illud eruditissimum Cõcilium ex omnibus Christiani orbis
prouincijs confluxerant sententias, & uideram, & pro mea uirili ex-
penderam

penderam. Eam totam tractationem in quinque libros diggerere placuit,
qui methodica ratione sibi inuicem succedentes, quidquid est in hac parte
aut inter catholicos & hæreticos, aut inter ipsos solos catholicos controuer-
sia, ex nostro iudicio atque sententia componat. Quoniam autem in uniuersa
hac tractatione, cum reliquis catholicis & Ecclesiasticis auctoribus, sa-
cerdotio Euangelico (quo nomine totum altaris sacrum ministerium in-
telligimus) cum nuptijs & matrimoniali uita genere non conuenire, operis par-
ticio.
demonstrare contendimus, eaq; utriusque discordia à multis Theologis
tum à iure naturali, tum à iure diuino, tum à iure Ecclesiastico dumtaxat
petatur, primo quidem libro explicato semel quid per sacros homines intel-
ligamus, eadem repugnantia à natura iure deriuamus, in qua parte potis-
simum à natura sacerdotij in genere, aut à Sacerdotij Euangelici argumē-
ta proferuntur. in secundo eorum sententia, qui eandem repugnantiam à
iure diuino deruari, nostra memoria contra ueterem doctrinam docue-
runt, dignis argumentis refellitur. in tertio eandem discordiam à solo iure
Ecclesiastico latinæ Ecclesiæ fluere demonstratur, & eius constitutionis ini-
tium, progressus, & consumatio ex Ecclesiasticis monumentis proponitur.
in quarto, quas in cœlibatu sacris hominibus indicendo, rationes Ecclesiæ
eadem secuta fuerit, ostenditur. in quinto de Ecclesiastica potestate circa
eandem continentiam sacerdotalem relaxandam, primo loco agitur: tum
deinde, an deceat, morem illum græcorum utendi uxoribus ante sacros or-
dines acceptis indulgeri & latinam Ecclesiæ accersiri disquiritur. Et quæ
quam potissimum de sacerdotali castitate in his libris sermo instituat, in
terim tamen totius christianæ continentia, id est uirginalis, uidualis, mona-
chalis &c. ratio exigitur & ab hæreticorum insultibus defenditur: ita ut
uix quidquam controuersia dignum, lector desiderare possit, in quibus re-
bus explicandis his potissimum disputandi locis utimur, qui hodie uiris eru-
ditissimis & qui in catholica religione propugnanda laudem obtinent, in
usu esse solet, sancta scilicet scriptura, ueterum patrum monumentis, conci-
liorum decretis, Ecclesiastica consuetudine, Romanorum pontificum diffi-
nitionibus, & demum rationibus à natura legis Euangelicæ petitis. Illud
uero orationis genus in dicendo usurpamus, qui neque uerborum ampullas
& sexquipedalibus uerbis turgeat, neq; sordido sermone lectoris animum
auertat, sed qui theologum, & philosophum potius rerumq; uerborum
amatorem deceat, quamuis Scholasticam disputandi rationem more no-
stro semper obseruemus.

CATALOGVS AVCTORVM,
CONCILIORVM, ET SYNODORVM
QVI IN HIS LIBRIS CONTINENTVR.



Bbas Panormi-
tanus.
Abdias Episco-
pus Babilon. &
Christi discip.
Acurtius
Aemilius Macer
Aetius
Aeturius
Adrianus Pontifex
Albertus
Alexander
Alexander III.
Alexander Alensis
Alexander Magnus
Alexander Trallianus
Alemenus Monacus
Alecimeon Philosophus
Alphonfus de Castro
Amonius Alexander
S. Ambrosius
Andreas Tiraquellus
Anselmus centuar
Anacletus Pontifex
Anastafius Bibliotecarius
S. Antoninus Abbas
Antonius Gazius
Antonius Guainerius
Anthonos Romanus
Archadius
Aristoteles
Armacanus
Archidiaconus Panhor.
Aristoxenes pittagoricus
Arnaldus uillanouanus
Arnobius
Asuerus
S. Athanasius
Athanasius Alexandrinus
Auerocs
S. Augustinus
Augustinus Anconitanus
Aucenna
Aurelianus Episcopus Iemonic.

BARTHOVS
Batista
Basilius Cæsariensis Epif.
Basilius Magnus
Beda
S. Benedictus
S. Bonauentura
Bonifacius

BRITO
Bruno
Budeus
Burchardus
CALYPS
Calixtus
Cælestinus
Cælius Aurelianus
Cecilia
Censorinus
Ciprianus
Cirillus Alexandrinus
Cirus Cicero
Cheremon Abbas
Clemens Papa
Clemens Romanus
Clemens Alexander
Constantinus
Cornelius
Cornelius Tacitus
Cornelius Celsus
Chrysoftomus
Concilium Aurelianense
Concilium Toletanum II.
Concilium Matisconense
Concilium Toletanum VIII.
Concilium Enciranum
Concilium Carthaginense
Concilium Calcedonense
Concilium meleuitanum
Concilium cæsar Augustanum
Concilium Agathense
Concilium Auroscianum
Concilium Parifense I.
Concilium Aurelianense V.
Concilium Hispalense II.
Concilium Toletanum III.
Concilium Aurelianense I.
Concilium Toletanum VI.
Concilium Toletanum X.
Concilium Ocxionense
Concilium Triburienfe
Concilium Carthaginense III.
Concilium Turonense
Concilium Arelatense
Concilium Nicenum
Concilium Gerunense
Concilium Aruernense
Concilium Illebertinum
Concilium Romanum
Concilium Tridentinum
Concilium Tolense

DAVID
Damafus
Darius Perfarum rex
Decretum Eugenij
Demedriadis
Democritus
Didacus
Dionysius Alexander
Dionysius Pauli discipulus
Dion calsius
Dionysius Areop.
Diocles cariftius
Dorotheus
Dyoscorides

ECCLESIASTICA historia
Epaminondas Tebanus
Epiphanius
Eraclides Alexander
Euarius Pontifex
Eusebius Cæsariensis
Eutimius tintabenus
Euthimius

FABIANVS Pontifex
Felix
Flauius blondus
Flauianus
Foronius
Franciscus de mayr.
Franciscus philelphus
Franciscus sanctus
Franciscus varablus
Fulgentius nespensis

GÆTANVS
Galicus
Gelafius
Gelafius Pontifex
Glofa ordinaria
Godfredus viterbiensis
Gratianus
Gregorius Romanus Pontifex
Gregorius Nazanzenus
Gregorius nonus
Gregorius Nifenus
Gulielmus Budeus
Gulielmus rubeon
Guido

HALI Abbas
Hepirbolensis Episcopus
Heliodus

Her-

Hermias Solomenus
Herueus
Hilarius Nerbonensis episc.
Hipocrates
S. Hieronimus
Honorius Pontifex
Honorius Imperator
Homerus
Horatius
Hugo de sancto Vittore
Hugo historia Ecclesiastica

IACOVS Meicrus
Iacobus Almaynus
Ignatius Antiochenus
Ignatius
Innocentius Papa
Ioannis Aerijs
Ioannes major
Ioannes echius
Ioannes Bassolius
Ioannes Neapoletanus
Ioannes Maioris
Ioannes Scotus
Ioannes stobeus
Ioannes Calsianus
Ioannes Teutonius
Ioannes V. vel IIII.
Ioannes Almain
Iob
Irineus
Isidorus
Ispolensis
Iunilius Africanus
Iurisconsultus
Iulius Capitolinus
Iuuenalis
Iustinianus
Iustinus

LAERCIVS
Laurentius Valla
Leo Pontifex
Lilius Giraldus
Lira
Lucia
Lucianus
Lucius
Lycurgus

MACROBIVS
Martinnus Onolomus
Marcus Tullius
Marcellus
Marcus Abbas
Marcellus Cōstantinopolitanus
Marcellu Burdegal
Manardus Max. Alexan. & S.
Menardus Ferrairensis

Michael riuicius Neapolitanus
Michael Verinus
Michael Sauonerola
Michael Bilontius
Montanus
Modestinus
Mofeus poeta

NYTARIVS
Nicephorus
Nemefius Platon
Nicolaus I.
Nilus Abbas
Nyolius
OECVMNICVS
Ocham
Octavius Augustus
Optatus Episcopus Milleuit
Optatus affer
Oribafius
Origenes
Ofstensis
Ouidius

PAVLVS
Paulinus Nicolaus
Paulus Aegineta
Paludanus
Palladius
Pascalis Pontifex
Pausanius
Pagninus S. Lucensis
Persius
Petrus Damianus
Petrus
Petrus Lombardus
Petrus Gallefinius
Petrus de Plauda
Petrus Sothus
Petrus Taranta
Philo Iudæus
Philastrius
Plato
Plinius
Plinius Valerianus
Plutarcus
Policarpus
Polienus
Potius
Pontanus
Polibus
Possidonius
Prophirius
Prosper Equit
Propertius
Primatius

QVINTILIANVS

RABANVS
Rabi Mofes
Rauifius
S. Rhenanus
Richardus
Robertus
Rufinus Ephesis
Ruffinus
Rupertus

SALOMON
Sauonerola
Scribonius
Sedulius Scotus
Seruius
Siluefter
Symaccus Pontifex
Simplicius
Siluefter Pontifex
Siluefter Prierius
Siricius Pontifex
Sixtus Pontif.
Socrates
Solon Salaminius
Soranus
Sphereus Bospharanus
Strabo
Stephanus Pontifex
Synodus Gangrensis
Synodus Carthaginensis I.
Synodus Romana II.
Synodus Valentina
Synodus Carthaginensis III.
Synodus Carthaginensis IIII.
Synodus Tolerana I.
Synodus Turonica
Synodus Epauenfis
Synodus Normatienfis
Synodus Costant. III.
Synodus Nicena II.
Synodus Triburienfis
Synodus Calcedonenfis
Synodus Lateranenfis
Synodus Arelatenfis
Synodus Ancirana
Synodus Meldensis
Synodus Neocephenen
Synodus Moguntienfis
Synodus Taurinenfis
Synodus Turenfis

TATIANVS
Tertullianus
Theodosius
Theodorus Balsamon
Theodoretus cirienfis
Theodorus prifsianus
Theophilus
Theophilaetus

Theo-

Theophrastus
 Titus Lilius
 Tiraquellus
 Timotheus Alexander
 Theophanes
 Thomas
 Trallianus
 Trithemnius

Valerius
 VALLA
 Valerius Maximus
 Valerius Tarentinus
 Valdaricus August. Pontifex
 Vegetius Renatus
 Vgo Cardinalis

Virgilius
 Vinbertus
 Valdaricus Episcopus
 Urbanus I.
 Vulpianus
 ZENON Veronensis Episcopus
 Zonaras

**CATALOGVS HAERETICORVM QVORVM
 OPINIONES IMPROBANTVR AVT QVORVM
 testimonijs aduersus alios haereticos auctor usus est.**



Aerius
 Brentius
 Buccerus
 Confessio Augustana
 Corradus Pellicanus
 Eluidius
 Erasmus
 Euchitæ
 Eustachius Sebatiens
 Faustus manicheus
 Gnociti

Hebionite
 Haereticus Presbiterorum
 Ioannes Caluini
 Iouinianus
 Ioannes Wiclefus
 Ialianus Apostata
 Luciferiani
 Lutherus
 Mefsiliani
 Melanthon
 Montanus
 Musterus
 Nouatiani

Oecolampadius
 Paulus Samofatenfis
 Paulus Burgensis
 Pelagius
 Pellicanus
 Petrus Vermelius Martir
 Ptolomeus Hereticus
 Quintiliani
 Valdenses
 Viten Bergensis Architectus
 Wlfangus Musculus
 Wlphan
 Zuinglius

Catalogi auctorum Catholicorum atque Haereticorum Finis.

**INDEX AVCTORITATVM SACRAE SCRIP-
 TVRAE QVAE AB AVCTORE EXPLICANTVR.**

PTVRAE QVAE AB AVCTORE EXPLICANTVR.

Ex libro Genesis.
 1 Crescite & multiplicamini & replete terram. 222
 6 Finis uniuersae carnis neni coram me. 222
 47 Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de. 195

Ex libro Exodi.
 20 Diliges domium Deum tuum ex toto. 43
 22 Vidua & pupillo non nocebis. 316
 28 Facies faminalia linea quibus 522
 29 Facies in altari agnos agniculos. 18

Ex Levitici libro.
 2 Sancti estote quoniam ego sanctus sum. 113
 5 Anima qua iuauerit & protulerit. 49
 14 Cumq; dimiserit pascere auolare. 49
 21 Virginem ducet uxorem uiduam aut. 36
 22 Omnis homo qui accesserit de stirpe uestra. 57
 23 Facietis hircum pro peccato. 18
 27 Animal quod immolari potest domino. 394

Ex Numer. libro.
 5 Si fuerit inter uos homo qui nocturno polutus. 37
 6 Faciet sacerdos unum pro peccato & alterum 18
 20 Mulierem si quippiam uouerit & se constrinxerit iuramento. 460

Ex Deuteronomij libro.
 23 Cum uotum uoueris domino Deo tuo. 345
 27 Non arabis in boue & asino. 24
 34 Perfectio tua & doctrina tua a uiro sancto. 42

Ex libro Regum tertio.
 5 Filius tuus qui egredietur de renibus tuis. 289

Ex libro Iob.
 40 Virtus eius in lumbis eius. 290

Ex libro Psalmorum.
 2 Filius meus ex tu ego bodie genui te. 35
 24 Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. 2
 50 Voluntarie sacrificabo tibi. 396
 67 Aethiopia proueniet manus eius Deo. 26
 75 Vouete & reddite domino Deo uestro. 343
 81 Deus stetit in synagoga deorum. 516
 98 Moyses & Aron in sacerdotalibus eius. 7

Ex libro Proverbiorum.
 6 Pretium scorti uix est unius panis. 358
 30 Tria sunt insatiabilia & quartum quod nunquam dicit sufficit. 390

Ex libro Ecclesiastes.
 29 Non est aqua ponderatio continentis animae. 422

Ex libro Sapientia.
 8 Scio quod non possum aliter esse continens nisi. 169

Ex Isai propheta.
 7 In illa die nutrit homo Iuencā boum & duas oues. 1
 8 Frāge esurienti panem tuū egenosq; uagos. 317
 56 Non dicat eunuchus: ecce ego lignum aridum. 133
 Custodite iudicium & facite Iustitiam. 163
 62 Vos omnes Sacerdotes domini uocabimini. 18

Ex Hieremia propheta.
 3 Tu autem fornicata est cum amatoribus. 47

Ex Ezachiele Propheta.
 3 Fili hominis speculatorem dedi te. 44
 16 Sumens de uestimentis tuis fecisti. 47
 19 Et tu fili hominis assume planctum. 47

Ex Ioele propheta.
 2 Canite tuba in Sion sanctificate ieiunium. 51

Matthæi.
 5 Vos estis sal terre. 43
 Si offers munus tuum ante altare. 103
 Qui soluerit unum de mandatis istis mini. 164
 Vidit Iesus turbas, & ascendit in montem. 196
 6 Nemo potest duobus Dominis seruire. 47
 12 Non legistis, quod Dauid fecerit quando. 456
 18 Dico uobis quod si duo ex uobis consenserint. 274

11 Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. 44
 Si uis perfectus esse. 101
 Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. 162
 Quos Deus coniunxit, homo non separet. 501
 Non omnes capiunt uerbum istud. 133
 Erunt duo in carne una. 407
 23 Hierusalem Hierusalem, quæ occidis Prophe-
 tas. 238
 25 Amen dico uobis, quod uos qui sequuti estis me. 167

Marci.
 10 Quicumque dimiserit uxorem suam. 518

Lucæ.
 1 Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cogno-
 sco. 307
 2 Ascendit autem Ioseph a Galilea de ciuitate. 483
 Si quis uenit ad me & non odit. 42
 20 Nolite gaudere quod spiritus uobis subiiciun-
 tur. 271
 22 Hoc facite in meam commemorationem. 18

18. Multi uenient ab oriente & occidente.	197	4. Quanto tempore haeres paruulus est in huius State & nolite iterum Iugo.	196 398
<i>Ioannis.</i>			
9. Quinquaginta annos nondum habes.	302	ex epistola ad Ephesios.	
12. Quorum remisistis peccata remittuntur eis.	12	4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos	2
21. Simon Ioannis diligis me.	45	5. Mulieres uiris suis subditae sint.	41
<i>Ex Epistola ad Philippenses.</i>			
<i>Pasce oues meas.</i>			
<i>Ex Epistola ad Romanos.</i>			
3. Non sunt facienda mala ut inde eueniant.	298	4. De cetero fratres quicumque sunt uera	260
7. Video aliam legem in membris meis.	197	ex epistola ad Colossenses.	
8. Qui n. in carne sunt Deo placere non possunt.	52	3. Si distribuero in cibos pauperum omnes.	167
<i>ex epistola ad Thessalonicenses.</i>			
12. Sicut n. in uno corpore multa membra.	273	4. Haec est uoluntas Dei sanctificatio uestra.	175
13. Qui parce seminat parce & metet.	193	ex epistola ad Thimo. prima.	
<i>Ex prima ad Corint.</i>			
2. Ego. n. accepi a domino quod & traddidi uobis.	15	1. Si spiritu ducimini non estis sub lege.	402
3. Dominus. n. spiritus est.	398	3. Oportet n. Episcopum irreprehensibilem esse.	404
7. Qui sine uxore est sollicitus est qua Dei sunt.	45	4. In nouissimis diebus.	391
<i>Ex prima ad Corint.</i>			
<i>Unusquisque propter fornicationem suam pro.</i>			
<i>146</i>			
Volo autem uos sine sollicitudine esse.	48	4. Noli contemnere gratiam qua tibi data.	5
Si nupserit uirgo non peccauit.	198	5. Manus cito nemini imposueris.	19
Vxori uir debitum reddat, & uxor uiro.	50	ex epistola ad Titum.	
Volo autem omnes esse sicut me ipsum.	75	1. Ideo reliqui te Creta ut constituas.	5
De quibus scripsistis mihi.	135	ex epistola ad Hebraeos.	
Mulier sui corporis potestatem non habet.	141	5. Omnis namq; Pontifex ex hominibus assumptus.	35
De uirginibus praecipitum domini non habeo.	241	13. Honorabilem conubium & torus immaculatus.	187
Vnusquisque proprium donum habet.	269	ex actibus Apostolorum.	
Melius uubere quam uri.	357	6. Crescente numero discipulorum factum est.	22
Et sit sancta corpore & spiritu.	198	20. Attendite uobis & uniuerso gregi in quo.	4
Bonum est homini mulierem non tangere.	233	ex epistola Iacobi.	
Hoc autem ad utilitatem uestram dico.	53	1. Qui autem perpererit in lege perfecta libertatis.	399
9. Castigo corpus meum & in seruitutem.	292	Omne datum optimum & omne donum perfectum.	270
14. Mulieres in Ecclesia taceant.	252	ex epistola beati Petri prima.	
15. Alia est gloria solis & alia gloria luna.	181	2. Vos estis genus electum, regale Sacerdotium.	21
<i>ex secunda ad Corint.</i>			
9. Non ex tristitia aut ex necessitate.	396	5. Presbiteros qui in uobis sunt praecor & ego.	4
11. Quis infirmatur & ego non infirmor.	42	ex libro Ap. beati Ioann.	
13. Charitas non querit qua sua sunt.	302	14. Et uidi & ecce agnus stabat supra mortem.	170.
<i>ex Epistola ad Galatas.</i>			
2. Vno ego iam non ego uiuit, uero in me.	203		

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM QVAE IN HIS LIBRIS CONTINENTVR INDEX COPIOSISSIMVS.

a Primam, b secundam columnam significat.



ARON summus fuit sacerdos	7.b	Apostolicæ constitutiones quæ sint diuinæ	530.a
Abstinencia ab vxoribus propter Iouinianâ heresim inducta	100.b	Arrius seduxit Presbyteros & diacones à castitate	341.a
Abstinencia ciborum & coitus, orationi præparatio est	51.d	Arrius seduxit septuaginta uirgines & profectas castitatem	327.a
Abstinencia causa quæ fit	50.b	Argumentum desumptum ex matrimonio rapto & non consummato contra uoti indispensabilitatē	475.b
Abire post sathanam quid sit	314.b	Argumentum quorundam formatum ex matrimonio rato & consummato contra uoti indispensabilitatē	175.a
Actiones hominum unde proficiantur	265.b	Atheniensium laus	217.a
Actiones quæ à uoto deriuantur nec necessariae sunt, neque coactæ	394.a	Authoris interpretatio decretalis Innocentii de uoti indispensabilitate	434.a
Actualis traditio quæ fit in uoto solenni, non reddere illud indispensabile, demonstratur	469.b	Augustini sententia de uero coniugio Mariæ	493.a
Adam an prius Euam cognouerit quam à Paradiso expelleretur	208.a	Augustini rationes, explicantur	483.a
Adam quomodo Perizomata sibi fecerit	208.a	Augustini locus elucidatur, cum uirginitatem Ioannis equiparat Abrahæ coniugio	197.a
Adam non peccante dolores aberant	209.b	Authoris sententia de uero coniugio Mariæ	483.b
Adolescentiores uiduas de uita quomodo intelligit	323.a	Authoris sententia de ueritate matrimonii	494.a
Affectionum uis quomodo in homine est introducta	267.a	Authoris sententia, an matrimonium ratum, & non consummatum dissolui possit	506.a
Affinitas non contrahitur ex seminatione	497.b	Authoris sententia de dispensatione apostolicarum constitutionum	525.b
Affinitas quid	499.b	Authoris sententia de uoti dispensatione	432.b
Agentis facilitas est duplex	193.b	Basilii Cæsariensis institutor monasteriorum uirginum	332.a
Agnum supra montem stare quid sit	172.a	Basilii usque ad extremum castitatem seruauit	332.a
Almayni ratio explicatur contra uoti indispensabilitatem	475.b	Basilii monachorum cœnobiorum edificari iussit	332.b
Almayni doctrina reprobatur	301.a	Basilii inscripsit monachorum instituta	333.b
Aliud est cogitare aliquid, aliud aliquid uelle	365.a	Basilii Cæsariensis multa monasteria utriusque sexus construxit	340.b
Altiiodorensis omne uotum continentia indispensabile pronuntiat	465.b	Bigamus non ordinandus	4.a
Ambrosius de uirginibus tres libros inscripsit	180.a	Bona supererogationis absque peccata possunt omitti	454.b
Ambrosius de latina ecclesia monasteria amplissima constituit	334.a	Boni species complures sunt	175.b
Ananias episcopus & discipulus quomodo	12.b	Bonum est homini mulierem non tangere, quomodo intelligitur	209.a
Animi & corporis affectus uigiliis cōpescendi	48.b	Bona ecclesie sunt Christi patrimonium	339.b
Antiquitas uotorum castitatis ex Romanis Pontificibus ostenditur	359.a	Bulgarorum constantia in fide	95.a
Antiquitas usus uouendi castitatem ex historiis ecclesiasticis ostenditur	359.a	Character extensus qui dicatur	15.a
Annalogum per se sumptum stat pro suo famosiori significato	168.a	Character quid sit	2.a
Apostolis sanctis post Christum nullos habemus antiquiores	329.b	Carnis impetum fugere, Deum diligere est	188.a
Apostoli à Christo	6.b	Carnis affectus à uitiata natura proueniunt	208.a
Apostolus quid sit	11.b	Carnis affectus non sunt homini naturales	205.b
Apostolatus quid	12.b	Castitatis gradus	179.a
Apostolorum præmia quæ	197.b	Castitatem esse possibilem probatur	245.b
		Castitas maiorem gloriæ mercedem tribuit quam matrimonium	187.b

Castitas iter dona ecclesiastica nō est habēda	274.a	Christianus existens inter turcas, an coactus come- medere carnes feria sexta possit absque pecca- to	303.a
Castitas ad diuina dona non pertinet, sed ad uitæ meritum	274.a	Christum Dauidis filium iamdiu appellatum esse	195.a
Castitas, diuinum munus est	65.b	Christus caput est ecclesiæ	41.a
Castitate uouentes temerarii nō sunt habēdi	274.b	Christus quomam ad euangelium admittebat	46.a
Castitatis bella duriora esse	168.a	Christus ex uirgine integra cōceptus & natus	55.a
Castitatis, uoto abrupto, nunquid incidētes in agri- tudinem possint ad quærendam bonam ualitudi- nem saltem coniugali ueneruacare?	298.a	Christus propitiatio est pro peccatis omnium	55.b
Castitatis gradus sex	275.b	Clemens post Petrum de cœlibatu diffusè præce- pit	111.b
Castitatis maior uitæ perfectio, & sanctitas quam matrimonii	160.a	Clerici quomodo possunt diuitias possidere	422.a
Castitati aut continentia: amplior mensura felicitatis quam coniugio respondet	166.b	Clerici orientalis in minoribus constituti matrimo- nia contrahunt	91.a
Castitatis uoti obligatio	342.a	Clericis cur poenitentia publica non impona- tur	93.b
Castitatis cætera, requiras in uerbo Virginitas Cœ- lebis, Cœlibatus Continentia.		Clericis cur olim permittebatur operam dare libe- ris	102.a & 331.a
Caput morbidū si curari non pōt. amputandū	109.a	Clericis latinis cur sublata matrimonia	96.a
Causa institutionis uoti continentia, in promouen- dis ad sacros ordines	122.a	Clericis prohibetur ab Imperatore Iustiano co- habitatio cum mulieribus, excepta matre & so- rore	85.b
Cælibem uitam matrimonio præstare Theologicis rationibus	186.b	Clericorum continentia, non præceptum, sed con- siliū, quomodo intelligatur	411.a
Cælibem uitam amplecti absque Dei uocatione quid	233.b	Clericorum continentia ex uoto & ecclesiastico sta- tuto nuncupatur	414.b
Cœlibatum iure diuino positum esse sacerdotibus probatur	251.a	Clericorum electio qualis	114.a
Cœlibatus non destruit genus humanum, contra hæ- reticos	209.a	Clericorum inuestigatio & cognitio non ad laicos, sed ad episcopos solum pertinet	93.a
Cœlibatus contra hæreticorum dogma non est res noua	307.a	Clericorum seu ministrantium sacra, gradus	9.b
Cœlibatus & castitatis studium, matrimonio nō de- trahere	305.a	Clericorum uxorum, quædam quæstio enuclea- tur	88.b
Cœlibatus inter ecclesiastica dona numerari non potest	274.a	Clericorum gradus & nomina	163
Cœlibatus ad uitæ perfectionem pertinet	133.a	Clericorum gradus quot	17.a
Cœlibatus quorundam clericorū abusus, nihil obest sacro cœlibatui	412.a	Clericos cum mulieribus se immiscentes, punien- dos esse	119.a
Cœlibatus populum non minuit	110.b	Clericus quid sit	2.a
Cœlibatus à gētilibus pro infamia habebatur	185.a	Clericus quomodo se exhibere debet	2.a
Cœlibatum non impossibile esse probatur	159.a	Clericus coniugatus administrationi non admitti- tur	115.a
Cœlibatum euertere molientes, eorumq; falsaratio- nes exploduntur	130.a, 342.b, 532.b, & 534.a	Clericos non in priuatis domibus, sed in communi domo uiuere	420.b
Cœlibes, & uirgines cur olim alebantur	184.a	Clericos uotū habere paupertatis quomodo	422.a
Cœlebs, quæ Dei sunt cogitare debet	47.a	Clerici cætera, in uerbo Sacerdos.	
Cœlibatui aduersantium rationes	63.b	Cleros quid significat	2.a
Cœlibatum cur ab ecclesia impositum	65.a	Consecrationis episcoporum forma	16.a
Cœlibis uita seu uirginalis, difficilior cōiugali	188.a	Consecratione episcoporum, spiritus sanctus da- tur	16.b
Cœlibum foeminarum genera duo	319.a	Coniugatorum pericula quæ	36.b
Centenarius numerus in sacra scriptura perfe- ctus	172.a	Coniux quæ sunt uxoris cogitat	47.a
Christi corpus mysticum, à Christo institutum	18.b	Coniugium sacerdotio repugnat	41.b
Christi nomine dimittenda sunt omnia	43.b	Concubinas habere sacerdotibus interdicitur	69.a
Christi gregem non turpi lucro pascendum	46.a	Coniugium à Christo sanctificatum	175.a
Christi discipuli aut uirgines, aut continentes fue- re	61.b	Coniuges alteri non commiseri præceptum ha- bent	187.a
Christi discipuli omnes continentes fuerunt	200.a	Coniugalia officia ad quod præceptum perti- net	192.b
Christiana uita genera duo	331.a	Coniugium an sit castitatis abnegatio	93.a
Christiana uita partes duæ	452.b	Constitutiones, & leges ecclesiasticæ aliquando permutantur	49.b
Christianus populus ex frequenti cœlibatu non di- minuitur	210.b		

Coitus

Coitus uiribus animalibus perniciosus	285.b	Deus nemini deest	274.a
Coniuges multi, uirgines, & cœlibes superantur	66.a	Debitum uxori reddere quomodo prohibe- tur	137.a
Coniunctio uiri ad mulierem duplex est	497.a	Deus in donis suis requirit opus nostrum	271.b
Concilium Agathense monachis leges nonnullas in- scripsit	461.b	Deus propriè regnare dicitur	165.a
Concilium Anciranum de moribus uitæ Christianæ cepit animaduertere	337.a	Deus nuptias benedixit	339.b
Concilium Anciranum post tempora apostolica pri- mum fuit	337.a	Deus cur carnalem amorem sensibus dominari per- misit	339.b
Concilia nō licuit cogere ante annos domini	337.a	Deus malum minime donat	147.b
Confutatio Petri martyris	244.a	Deum sibi ipsi deesse minime potest	438.a
Consilium de impossibilibus mandatur	241.a	Diabolicos impetus quomodo superare possu- mus	49.a
Consuetudo absq; lege per se ualet obligare	115.a	Diaconi sint unius uxoris uiri quomodo intelli- gitur	129.a
Consuetudo abstinenti ab uxoribus ex apostolica constitutione	116.a	Diaconi cur ita uocentur	11.a
Coniugali seruitute, turpitudine fornicationis uin- citur, uiduali uerò libertate crescit dignitas cœ- litatis	181.b	Diaconus quid	11.b
Copulatus sacratæ uirgini grauius puniendus	338.a	Diaconissæ quæ	11.b
Consultatio est de his quæ nata sunt referri ad nos	241.b	Diaconi nomen uarias habet significationes	21.b
Constitutiones apostolicæ duplices	525.b	Diaconi ad sacros ordines non pertinētes qui	22.a
Constitutiones D. Benedicti duplices	459.a	Diacones uiduæ uocabantur	23.b
Constitutio circa clericos in concilio Carthagi- niensi	98.b	Diaconatus pauperum qui	23.b
Continentia sacerdotum non præceptum sed con- siliū, quomodo intelligitur	411.a	Diaconorum cura quæ	24.a
Continentia sacerdotum ex uoto, & ecclesiastico statuto nuncupatur	414.b	Diaconi sacri à quo instituti	24.b
Continentia, castaq; uita cuiusq; possibilis	241.a	Diaconorum usus, & officia	25.a
Continentiæ cætera, uide in uerbo Castitas, Virgi- nitas, cœlibatus.		Diaconi olim prædicabant	26.a
Contrarietas quotuplex est	34.a	Diaconi sacri baptismum tradebant	26.b
Crucis signum quid significet in initiandis ad ordi- nes	129.a	Diaconorum ministeria	26.b
Crudelitas paganorum in uirgines sacras	341.a	Diaconi in choro, & in altari psallebant	26.b
Culpā est quæ prohibetur indulgeri	236.a	Diaconi sacerdotibus inferuebant	27.b
Culpam non carere omnem tactum uxorum	136.a	Diaconi Christi corpus à sacerdotibus cōsecratum populo tradebant	28.a
Cupiens minus malū euitare in maius incidit	139.b	Diaconi presbiteris minime preferuntur	18.a
Cultus Dei, & promissiones ad Deum diffe- runt	346.b	Diaconi in ecclesia à Christo instituti	28.b
		Diaconatus ordo an sit sacramentum	29.a
		Diaconi pauperum ad mensarum ministeria con- stituti	30.b
		Diaconatum conferendi forma qualis	31.a
		Diaconus eucharistiam populo præbet	33.a
		Diaconi matrimonium obire non possunt	58.b
		Diaconissæ ad sacros ordines non permouean- tur	321.b
		Diaconissarum ministeria	321.a
		Diaconissarum electionis tempus	322.b
		Dispensare nullus homo potest per propriam po- testatem contra ius diuinum, aut naturale	468.b
		Diuina uerba pro ut se habent accipienda	356.b
		Diuina uerba allegoria non indigent	356.b
		Dispensabilitas uoti solennis ex rei ualore demon- stratur	462.a
		Differentia inter domum ecclesiasticam, & particu- larem	461.a
		Discipulus quid	11.b
		Differentia maxima est in exequendo opere gene- rationis inter homines & bruta	206.a
		Difficultas in recte operando duplex	193.b
		Digressio uoti solennis de dispensatione	465.b
		Digressio super illud: Vouete, & reddite domi- no	339.a
		Digressio de cœlibatu clericorum	99.a
		Dilucidatio illius: qui in carne sunt Deo place- re	104.a

Disceptatio de libro Clementis	90.a	Ep̄atus perfectior. nō superior est sacerdotio	17.a
Discipulus quid	11.b	Ep̄iscopo. prædicanti sepr̄e diaconi assistebat	25.b
Dispensare nullus homo potest per propriam potestatem contra ius diuinum, aut naturale	468.b	Ep̄iscoporum electio	404.a
Dispensari an possit super uoto castitatis solemn̄i	445.b. 465. b. & 531.a	Ep̄iscoporum ordo patrum generator dicitur	15.b
Dispensabilitas uoti solemn̄is ex rei ualore demonstratur	462.a	Ep̄iscoporum ordo saltim non suscipitur	17.a
Diuina uerba prout se habent accipienda	356.b	Ep̄iscoporum conditio qualis esse debeat	40.a
Diuina uerba allegoria non indigent	356.b	Ep̄iscoporum consecrationis forma	16.a
Diuitijs adhærentes nunquid sint in tuto	201.a	Ep̄iscopos agere quid sit	44.b
Domicilla à Clemente consecrata	340.a	Ep̄iscopus absque diacono esse non potest	9.a
Dragma perdita. quid significet	207.b	Ep̄iscopus diebus dominicis consecratur	13.b
Dux de matrimonio diuinæ constitutiones	219.a	Ep̄iscopus sacerdotes consecrare potest	17.3
E			
Ebris duplices pœnæ institutæ	394.a	Ep̄iscopus ordines confert	33.a
Ecclesia nunquam ep̄iscopis caruit	3.a	Ep̄iscopus Neophitus non eligendus	4.a
Ecclesia. quosque gradatim collocat	25.b	Ep̄iscopus an possit testari	441.b
Ecclesia una, uni uiro subiecta	40.b	Ep̄iscopus nisi probatæ uitæ & prouectæ ætatis in monasterijs puellarū habitare nō p̄sumat	338.b
Ecclesia Romana in gradib. clericorū quæ agat	62.b	Error maximus est omnia uelle eodem pacto exigere	302.a
Ecclesia sancta Romana uim habet condendi canonēs	473.b	Erasmi conditiones	205.a
Ecclesia aurum habet non ut seruet, sed ut erogat, & in necessitatibus subueniat	465.a	Erunt duo in carne una quomodo intelligitur	49.b
Ecclesia in orientaliū an inualuerit consuetudo de abstinentia ab uxoratu	115.b	Euangelista quid	12.a
Ecclesia orientalis castitatē summope laudauit	90.a	Eunuchi qui dicantur	169.a
Ecclesia orientalis uotum continentia in clericis non admisit	91.a	Eunuchus quot modis sumitur	494.a
Ecclesia cur sacris ordinibus cælibatum indixerit illustratur	192.b	Excellentior gloria uitæ continentis quam coniugalis correspondet	160.a
Ecclesiarum œconomia à quo instituta	18.a	Excellentior gloria cælibibus quam coniugibus deberi ex patribus ecclesiasticis ostenditur	173.b
Ecclesiarum ministri nec professione, nec habitu discernuntur	24.b	Excellentia uirginitatis ostenditur	333.a
Ecclesiæ similitudo nauis, & mandra est	25.b	Excellentius præmiū uirginitatis & castitatis quam coniugii persuadetur	192.b
Ecclesiæ Romanæ de diaconis abusus	26.a	Explanatio illius: Crescite, & multiplicamini	223.a
Ecclesiasticæ diuitiæ sunt Christi patrimoniū	329.b	Explanatio illius: Adolescentiores uiduas deuita	326.b
Ecclesiasticorum canonum normam, nulli sacerdoti debet esse incognita	113.b	Explanatio illius: Mortificate mēbra uestra	110.a
Electio sacerdotum qualis	114.a	Explanatio illius: Masculum, & fœminam	219.a
Elemosinæ de rapina factæ Deo gratæ nō sunt	465.a	F	
Elias, Eliseus Ioannes, uirginitatis amatores	200.a	Facilitas in rectè operando est duplex	193.b
Enchiriditis & Tatiani sectatorum reprobatio	104.a	Falsi fratres qui dicantur	2.b
Ep̄iscoporum conditiones quæ	3.a	Famulæ Christi solo diuino cultui inferuire debent	338.b
Ep̄iscopi à Christo non ab apostolis instituti	3.a	Femina uelato capite orant	4.a
Ep̄iscopi patres appellantur	3.a	Femina sacro uelamine consecratæ si fornicatæ fuerint uelamen non possunt deponere	338.b
Ep̄iscopi inter sacros ordines connumerandi	3.b	Femina animal uarium & mutabile semper	36.b
Ep̄iscopi an presbyteri dici mereantur	6.a	Fidei & charitati ratio meriti, tribuitur	188.b
Ep̄iscopi primi sacerdotes sunt	7.a	Fidelitas uirtus theologica est	434.b
Ep̄iscopi diuino iure constituti	7.a	Fidelitas qua uota redduntur, non est alterius generis ab illa qua homo hoī promissum reddit	435.a
Ep̄iscopi apostolis correspondent	7.b	Fides, & charitas bonorum operum radices	166.a
Ep̄iscopi qui sint, & cur ita uocentur	10.a	Fili quid à parentibus habeant	112.a
Ep̄iscopi aliquando presbyteri appellantur	12.a	Filiorum procreationi operam dare, nō est omnino prohibitum in euangelio	331.a
Ep̄iscopi, an à presbyteris ordinem distinctum habeant	13.a	Filius sacerdotis Græci canonici Ep̄iscopus electus an confirmari debeat	91.a
Ep̄iscopi dum consecrantur, an sacerdotalem characterem recipiant	13.b	G	
Ep̄iscopi inter sacros ordines connumerantur	18.a	Genitalia cur nobis natura tribuit	204.a
Ep̄iscopatus an sit ordo	13.a	Georgio presbytero denunciatur ut ab introducenda muliere separetur	88.b
Ep̄iscopatus absq; sacerdotio conferri nequit	17.a	Gratiani rationes de matrimonio diluuntur	480.b
Ep̄atus sacerdotiū non includit, sed supponit	17.a	Græci cur missas priuatas, & pœnitentiæ sacramentum non recipiunt	58.a

Græci sacerdotes ex ignorantia copulantur	63.a	tur solemn̄ia uocantur	438.b
Gregorii decretum de cælibatu	90.b	Iuramentum uoto non adhibetur	437.b
H			
Hæretici cælibatum non uirtutem, sed uitium notant	186.b	Iuramenti uiolatio nedū Deo, sed reip. nocet	435.b
Hæreticorum rationis contra uirginitatem	183.b	Iuramenti est uoti differentia	434.a
Hæreticorum in sanie de cælibatu eliduntur	272.a	Ius ciuile iusta considerat	115.a
Hæreticorum error de necessitate nostrarum operationum eliditur	275.a	Iuramenti substantia quæ	434.a
Hæreticorum rationes quibus ostendunt uota castitatis esse temeraria	278.a	Iuramenti promissorii uinculum maius esse uinculo uoti	435.b
Hæreticorum rationes contra cælibatum, & castitatis studium	305.a	Iuramenti obiectum quod sit	435.b
Hæreticorum rationes contra statum ecclesiasticum de uoto castitatis, & cælibatus	307.a	Iuramento eadē est solemn̄itas, quæ in uoto	438.b
Helena Constantini mater sacras uirgines ad conuiuium inuitauit	340.b	Iuramento est omnis ratio obligationis, quæ est in uoto	436.b
Holocaustum quid sit	369.a	Iustitiæ ratio nulla est inter deum & hominem ex natura sua	193.a
Homagium quid sit	349.a	Ius quod habet pontifex in uotis Christianorum partim naturale partim diuinum esse	462.a
Homo repudiata uirtute, suo consilio usum mali introduxit	207.a	Ius diuinum aut naturale duplex	464.b
Homo undique bonum sibi propositum in potestate habnit	207.a	Iudicia hominum sunt contemnenda	328.a
Homines, & bruta quomodo differant	205.b	Ius naturæ immutabile est	111.a
Homine, dum in carne uiuit impossibile esse motus libidinis excludum	315.a	Ius naturale cælibatui non obstat	211.a
Homine nō est ut naturalis fiat diuinitatis	207.b	Ius naturale quid	111.a
Homo ad Dei imaginem formatus	207.a	Ius naturale duplex	111.b
Honor quis	315.a	Ius gentium omnibus commune	112.a
Honor multiplex	315.a	Ius naturale duo dicitur	222.a
Honestè uiuere nedum iure diuino, sed naturali tenemur	326.a	Iuramentum in electione ep̄iscopi	226.b
Humanæ constitutiones duplices sunt	459.a	L	
Humanis periculis non nisi humanis medijs occurrendum quomodo intelligitur	455.b	Laicis oraturis abstinentia imperatur	57.a
Hierusalem Ecclesiam notat	171.b	Lex Theodosii, & Valentiniani circa exclusionē presbyterorū & diaconorū ab uxoribus	87.b
Hyppodiaconatus ordinationis forma	32.b	Lex Platonis de diuortio	219.a
Hyppodiaconi à Christo instituti	32.a	Lex naturalis per Christi mortem aboleri non potuit	397.a
Hypodiaconorum usus qui	31.b	Lex continentia apostolicis temporibus cur, imposita	408.a
I			
Iacobi Almayni ratio contra uoti solemn̄is dispensabilitatem exploditur	520.a	Lex Mosaiica, & euangelium quō differant	410.a
Ieiunium orationi cur adiciebatur	51.a	Lex Mosaiica quō se extendat ad euangeliū	346.b
Ieiunii munus est carnem cohercere	51.a	Lex moralis ne dū ad iustitiā conciliandā, sed ad cōponēdos mores populi à Deo tributa	347.a
Ieiunium quatuor temporum quis instituit	51.b	Leonum concubitus amatores	48.a
Institutum quid	459.b	Leuitæ, testamenti arcam cooperiebant	27.b
Institutum esse necessarium tripliciter	459.b	Libertas quid sit	393.a
Infantes uoluntate, & consensu parentum sub testimonio plurimorum suscipi debent	333.b	Lucernam accendere quid notet	207.b
Innocentii Pontificis laus	92.a	Luther hæreticorum dux	66.a
Instituti relaxatio, institutum non uariat	421.a	Luxuria in ipsa seu uenere brutorum & aliis delationibus appetendis natura nō peccat	206.a
Interpretatio de mulierculis ex Basilio	88.a	Luxuria seu in ipsa uenere hominis, aliisque delationibus appetendis natura semper est suspecta, & in peccata procliuus	206.a
Inuestigationem, in clericos, non ad laicos, sed solum ad ep̄iscopos pertinere	93.a	Luxuriam, siue coitum perniciosum uitæ hominis esse	281.b. & 285.b
Ioseph sponsus uirginis quō intelligitur	311.b	Luxuriam, seu uenus moderata quæ	280.a
Ioannes humano cibo non indiguit, locustis uescens	200.b	Luxuriæ. cætera in verb. ueneris usus.	
Iudæi nullo unquam prætextu ad puellarum monasteria accedere debent	338.b	Lycurgus cælibibus grauissimā ignominiam inuoluit	185.a
Iuramenta quæ à magistratibus publicè exiguntur		M	
		Maior iniuria Deo infertur dum adducitur testis falsitatis, quam illi cui non redditur quod debetur	435.a
		Matrimonio duplex finis à natura constitutus	259.a
		Matrimonio in ipso quæ sint	220.b

Præceptū castitatis à duobus nobis īpositū. 456.b
 Presbiter unus cuilibet ecclesie superponitur 3.b
 Presbiteri, an Episcopi dicantur 4.b
 Presbiterium quid 6.b
 Presbiteri septuaginta discipulis correspondēt 7.b
 Presbiter cur ita uocetur 10.b
 Presbiter simplex sacerdos est 11.a
 Presbiteri aliquando Episcopi uocantur 12.a
 Presbiteri officia quæ 12.b
 Presbiteri quando sacerdotes ordinati sunt 12.b
 Presbiteri à Christo instituti 19.b
 Presbiteri ordinatio sacramenti: rationem habet 19.a
 Presbiter speculator esse debet 44.b
 Presbiterorum est gregem Dei pascere 45.b
 Presbitero cœlibi duo remedia adhibentur 48.b
 Presbiter si uxorū duxerit ab ordine deponitur si fornicatus fuerit ab ecclesia abiicitur 67.a
 Presbiteri uxorē ducentis pœna 71.a
 Presbiter si ignoratē copulatur qd agēdū. 69.a
 Presbiter semel copulatus copulari nō pōt 68.a
 Præcepta à consiliis quomodo differant 187.b
 Presbiter uel diaconus uel subdiaconus si uxorē duxerit curiæ ciuitatis tradendus est 354.a
 Presbyter uel diaconus uel clericus colloquutionēs secretas in monasteriis puellarum habere debet 338.b
 Presbitera quæ 319.a
 Præmius sequentium Christum 167.b
 Primā fidē irritā fecerunt, quō intelligitur. 327.a
 Principes à quo exordium habuerunt 9.a
 Procreandi appetitus animantibus cōe est 3.a
 Promissiones licitæ quomodo obligant 345.b
 Promissio duplex est 435.a
 Promissio scā hoī nō ē firmior ea q̄ fit Deo 437.a
 Propheta quid 12.a
 Pacis Laus & excellentia 456.a
 Pæce diuini nihil est in Christiana uita 456.a
 Papa. Require Pontifex.
 Papnūtii, in sanctitatem obiicitur 89.a
 Peccatū q̄ labitur & incurrit, quō efficiatur 207.b
 Pelles hyacinthinæ supremum in domo Dei locum tenent 180.b
 Petri Martyris opinio confutatur 344.a
 Pontifices Romanos decreta non semper habere sacrosancta 92.b
 Pontifices an dispensare possint super cœlibatū 369.a & 537.a
 Pontificem Romanum circa coniugia etiam consummata aliquid posse, ex aliquorum sententia, & quomodo intelligatur 519.b
 Principem mentiri, indignum esse 438.a
 Prohibitio clericis facta, à consortibus 99.a
 Pudenda cur obtegimus 208.b
 Puellæ quæ spontaneo iudicio & non coactē parentum imperio susceperunt propositum uirginitatis & habitum, si postea nuptias eligunt præuaricantur 352.b
 Publica Ioannis Antiocheni mater cætum sacramentum uirginum sibi adiunxit 341.a

Pulchritudo interior uera est pulchritudo 332.b
 Quid maiora tribuit maiora sunt retribuenda 193.b
 Quinque sunt quibus agenda humana mens tractare consueuit 365.b
 Qui possunt habere proprium 440.b
 Quinquagenarius à quo exordium habuit 9.a
 Quid per uotum obedientiæ paupertatis, & castitatis intelligatur 445.a
 Quid per conuocare uicinos & uicinas 207.b
 Quid uelit per illud: qui pōt capere capiat 237.a
 Qui tanti nō sunt sancta tractare nō possunt 114.a
 Qui amat periculum peribit in illo 302.a
 Quomodo intelligitur illud: si acceperis uxorem non peccasti 334.b
 Quomodo intelligitur illud: sobriū pudicū ornatum 129.b
 Quomodo intelligatur illud: Cætera cum uenero disponam 121.a
 Quomodo intelligatur illud: exhibe corpus tuum hostiam uiuentem 302.a
 Quomodo liceat breuiorem uitam reddere ex liberis actionibus 302.b
 Quot, quot præuaricati sunt pollicitam uirginitatē, p̄fessione cōtēta, digami sunt habēdi 337.a
 Rationes quæ debent deterrere pontifices à relaxando cœlibatu 537.a
 Ratio colendi Deum per uota non pertinet ad legem mosaicam 397.a
 Ratio logica uel metaphisica in rebus moralibus non est quærenda 456.b
 Ratio uoti solēnis est longe diuersa à ratione matrimonii rati & consummati 457.a
 Ratio paternitatis euangelicæ 461.b
 Rationes tenentium uoti castitatis indispensabilitatem 363.a
 Rationes Theologorum scolasticorum contra Gratianum, de integritate matrimonii 479.b
 Rationes quæ mouent patres ad persuadendum cœlibatū 130.a
 Rationes Petri martiris & confutationes 326.a
 Rationes efficaces ad tuendum cœlibatū 534.a
 Regnum cœlorum quibus comparatur 165.a
 Regnum cœlorum quot modis capiatur 164.b
 Regula santi Francisci omniū rigidissima 459.b
 Religiones & monasteria quid sint 461.b
 Religiosus prouectus ad sacros ordines duplici uoto constringitur 423.b
 Religio aliqua sine triplici uoto constare non potest 421.a
 Rēnes aut lumbi pro uenere in utroque testamento usurpari 289.a
 Repudii libellus quomodo permittatur 220.a
 Reprobatio encharitis & gratiani sectatorū 104.a
 Res Deo sacræ urgente charitate, ne dum licitē sed necessario ad humanos usus possunt conuerti 466.b
 Responiones ad rationes Diui Thomæ subnitentis

tis dispensabilitatē uoti solēnis castitatis 465.b
 Sacramentū cōfirmationis Presbyteri tradit 8.a
 Sacramentū ordinis die sabati quatuor temporum traditur 13.b
 Sacramentorū forma neq; materia uariare licet 29.b
 Sacramentorum collatio gratiæ & spiritum sanctū conferunt 19.b
 Sacramenta aurum non querunt 166.a
 Sacramenta irreiterabilia quæ 20.b
 Sacramenta characterem inducentia ad quid instituta 29.a
 Sacramenta ecclesiæ quibus respondeant 57.a
 Sacramenta omnia habent unum communem effectum & alterum proprium 486.a
 Sacramenta omnia habent unam communem significationem & alteram propriam 486.a
 Sacra nasa uestes & templa ad profana non conuertantur 68.a
 Sacrarum rerum epilogus 9.b
 Sacerdos euangelicæ disciplinæ studeat 44.a
 Sacerdos eucharistiam consecrat 33.a
 Sacerdos, Christi personam sustinet 56.b
 Sacerdos extra ciuilem uitam esse debet 58.a
 Sacerdos de ecclesia ad ecclesiā trāsferri neq; 41.a
 Sacerdos uel leuita procreationi filiorum operam dāns conuictus, à Dominica comunione abstineat 108.a
 Sacerdos si nullus inueniatur qui absque uxore celebrare uellet, quid tunc faciendum 103.a
 Sacerdotalis functio delitiis coniugalibus multum impeditur 102.b
 Sacerdotalis castitas ex iure diuino ex Theologorū rationibus 356.a
 Sacerdotes castitatem seruare uolentes uaria concedebant 39.a
 Sacerdotes Aethiopum ibid.
 Sacerdotes mosayci, pudicitia studeat 39.b
 Sacerdotes mosayci semel copulabantur 39.b
 Sacerdotes impudici exurebātur cum familiis 39.b
 Sacerdotes tantum sacramenta conferunt 29.a
 Sacerdotes cur dicuntur comedere peccata populi 54.a
 Sacerdotes euangelici an quotidie celebrare teneantur 55.b
 Sacerdotes euangelici quomodo coguntur ad cœlibatū 410.a.b
 Sacerdotes absque beneficii titulo ordinari non debent 59.a
 Sacerdotes cum mulieribus cohabitare prohibentur 84.b
 Sacerdotes & Epi filios habuisse pontifices 64.b
 Sacerdotes an teneantur ad continentiam & castitatem seruandam ex uero uoto an ex sola ecclesiæ constitutione 413.a
 Sacerdotes latini non tenentur ad continentiam sola ratione consecrationis 415.a
 Sacerdotes habent rationem suæ religionis 419.b
 Sacerdotes, cætera in uerbo clericus, 36.a
 Sacerdotis officia quæ 36.a
 Sacerdoti oratio, non imponitur sed populo 54.b

Sacerdotii laus corporis mundicia est 49.a
 Sacerdotio qui fungitur, & habitat cum uxore excōmunicatur 86.a
 Sacerdotibus castitas indicitur 38.b
 Sacerdotale matrimonium exquisitam mundiciam requirit 39.b
 Sacerdotalis ministerii functiones quæ 35.b
 Sacerdotium euangelicum suscipere nemo cogitur 56.a
 Sacerdotium & matrimoniū an contrariantur 61.a
 Sacerdotium sumere, copulatus potest, quō 63.a
 Sacerdotium à Diaconatu distinguitur 14.b
 Sacerdotium quid 34.a
 Sacerdotium euangelicum tripliciter ab aliis differt 55.a
 Sacerdotium euangelicum superat mosaicum dupliciter 56.b
 Sacerdotium cum matrimonio conuenire non debet 58.a
 sacer, si ad seculares reddit mores apostata fit 67.b
 Sacerdotibus mosaicis cōnubia p̄mittēbantur 70.a
 Sacerdotium leuiticum & euangelicum quomodo differunt 410.a
 Sacerdotium matrimonio non coheret 54.a
 Sacerdotium quomodo sacramentum sit 18.a
 Sacerdotiū euāgelicū tripliciter ab aliis differt 54.b
 Sacerdotium omni castitate ornatum, quomodo intelligitur 102.b
 Sacerdotum minorum sacrificia non pro omnibus efferebantur 55.b
 Sacerdotalium uestium numerus & nomina 41.b
 Sacrare quid significat 67.b
 Sacrificii ueteris, ritus & diuersitas 55.a
 Sacrificium euangelicum, quid nam sit 55.a
 Sacrificia immunda minimē uescebantur 57.b
 Sacrificia taurorum uitulorum &c, nil sanctitatis habebant 57.a
 Sacrificium quid sit 396.a
 Sacrorum ordinum gradus duplex 9.b
 Sal in euangelio quid importet 43.a
 Sanctio de Presbiteri & diaconis 110.b
 Sanctiones Pontifex & Synodorum nusquam absque testimonio sacrarum literarum sunt 104
 Sanctorum exempla non solum admiranda sed imitanda 202.a
 Sanctimonialia non uelari ante quartum annum suæ ætatis 338.a
 Sarraceni plures possident uxores 210.a
 Sathanæ furor quomodo deuitandus 47.a
 Sathanas magis in uenerem quam in aliis peccatis nos inducit 48.a
 Scoti sententia de insolubilitate matrimonii rati & non consummati 504.b
 Seipsum prodest nulla necessitate cōpellitur 303.a
 Sequi Christum quid sit 171.b
 Si acceperis uxorem non peccasti quomodo intelligitur 334.b
 Sol qua potestate calorem causet 34.b
 Solutio quæstionis an pontifex in constitutione Petri de ordinandis cœlibibus aut cōtinentibus possit dispensare 531.a
 Spa-

Spadonum tria genera	391.a	Ventri indulgentes, mundi esse non possunt	251.a
Speculatores Christus abrogat quomodo	44.b	Venire ad Christum quomodo possumus	43.a
Spūs sanctus apostolorū manibus tradebatur	8.a	Verbum euangelicum quot requirat	56.b
Spontaneum quid sit	393.b	Verbi euangelici maxima difficultas	56.b
Sponsa Christi quæ	333.b	Vermelii calumniæ diluuntur	314.b
Statutum aliquorum Episcoporum ex græcis de auo uendis à te omnibus mulieribus cuiuscunq; gradus	104.b	Vermelius i quo nō discedit à fide catholica	166.a
Subdiaconis an concedatur copula	69.a	Vestales deæ quæ dicebantur	38.a
Subdiaconatus ordo unde emanauit	33.a	Vir uxori debitum reddere tenetur	36.a
Subdiaconus materiam præparat consecrandā	33.a	Vir est capud mulieris	41.a
Subdiaconorum officia	31.b	Virginibus & castitatem uouentibus merces promittitur	166.a
Subdiaconos septē Fabianus cur ordinauerit	31.b	Viri aperto capite orans	4.a
Subdiaconatus ministerium quod	31.a	Viri & uxoris amicitia naturalis est	113.a
Subdiaconos habet Episcopus	27.b	Via redeundi ad cælum	208.a
Subdiaconus nullus fiebat nisi prius castē se uicturum promississet	123.b	Vidua eligende quæ	318.a
Synodus Carthaginensis tertia, leuitas & uirgines ante 25. annum consecrari prohibuit	337.b	Viduarum genus duplex	314.b
Sybillas uirginitate illustres fuisse	38.a	Viduas non ali, ecclesiasticis diuitiis, quomodo intelligantur	317.a
Syon mons quid significet	171.b	Vidua apostolicæ uotum castitatis quomodo emittebant	324.a
Syricus pontifex grauitè cæteris puniebat matrimonia in sacerdotes	96.b	Vidua ueræ quæ	324.b
T			
Tesaurus uerus dñi illè est, qui operatur quod sanguis eius operatus est	466.a	Vidua adolescentiores ad uidualem statum non ordinari	324.b
Theologorum rationes ascribentes sacerdotalem castitatem iure Diuino, quanti sint uigoris	523.b	Viduitatis professio seruanda	338.a
Traditione uti oportet	356.a	Viduas fieri adulteras prohibet Paulus	329.b
Transgressiones quæ sunt ad Deum sacrilegia sunt	436.a	Vidualis continentia commendatur	170.a
Tres gradus sacri ad omnimodam castitatem compellunt	99.a	Vita contemplatiua perfectior actiua	472.b
Turcæ plures possident uxores	210.a	Vita cœlibis ne dum ad maiorem fidem & charitatem acquirendam uerum ad maiorem cumulum gloriæ prodest	158.b
V			
Valeria uirgo Susannæ filia castitatem uouit	340.a	Vita casta quid cum diaconia uiduali	325.b
Varie responsiones de dispēfat. uoti solēnis	445.b	Vita continenti excellentior gloria quam coniugali	160.a
Venus non conferre ad sanitatem corporis humani nisi per accidens	291.a.b	Vita casta & cœlibis hominis constitutione non est contraria	203.a.b
Venere mascula grauius quam fœmina peccatur	115.a	Viuenti modi ab apostolis instituti duo	1.a
Veneris usus breuiorem uitam facit	283.a	Vnusquisque proprium donum habet	233.a
Veneris usus naturales uires corporis minuit	283.b	Virtutes morales & euangelicæ percurruntur	302.b
Veneris usus sensoria interna subuertit	286.a	Virtutes Cardinales quot & quæ	33.a
Veneris usus omnes sensus lædit	286.b	Virgo Deo dicata non licet ei iungi nuptiis	352.a
Veneris usu motiuam corporis uirtutem torpescere	287.a	Virgo quæ non est sub regula est sicut nauis non habens gubernatorem	332.a
Veneris usum nocere peculiaribus membris corporis	287.b	Virgo concipiens propositū castitatis an habeat consentire tyranno postulanti ad nuptias	330.a
Veneris usu præcipua corporis membra lædi	289.a	Virginitas à ueteribus patribus commendata & ab angelis consultata	182.a
Veneris usum multa detrimēta animo inferre	290.b	Virginitatis existētia & uitæ cœlibis ostēditur	157.b
Veneris usus non est per se necessarius ad sanitatem tuendam	292.a	Virginitatis laudes	38.a
Veneris usus non cōfert ad sanitatem corporis humani nisi per accidens, rationibus pbatur	291.a.b	Virginitatis pulcra comparatio	182.b
Veneris usus necessitas, interdū persuadēda	296.b	Virginitatis gratiam possidere bonum est	331.a
Vesperem exercere ad sanitatem recuperandam; utrū detur aliquis status corporis humani, in quo sit necesse	293.a	Virginitatem pollutentium pœna	38.a
Venetorum Reipub. laus	131.a	Virgines in ecclesia ordinari iubet Tertullianus	336.b
		Virgines Deo dicatas sub regula uiuere	332.a
		Virgines Christi non minus Christi nuptas quam seculares hominibus	332.a
		Virgines sacras uiolare execrabile scelus	313.a.b
		Virgines sacrae debent esse libere ab omni sollicitudine præsentis seculi	134.b
		Virgines ne dum per uotum castitatis Christo sacrari sed eas sub religioso instituto uiuere	337.b

Virgines, sacras qui in matrimonium coniungent, capitali pœna puniendus	355.a	Votum reddere ne dum iure Diuino sed naturali quoque necessarium esse	301.a
Virgines sacrae, uide in uerbo Sanctimoniales.		Votum Mariæ uirginis absolutum an conditionale?	310.b
Virgines corruptæ mercedem amittunt	180.a	Votum uirginale & pudicitia in perpetuitatem protrahere, sanctissimum esse	363.a
Virgines, Deo & angelis assimilantur	177.a	Votū castitatis nō temporarium sed perpetuū	325.a
Virgines aperto capite incedere non debent	330.a	Votum est promissio Deo facta	316.b
Virgines Deo dicatas ac detectas, esse dormisse cū uiris, p manus obstericū inspiciendas esse, & quæ uirgines inuentæ fuerint ecclesiæ admitti	330.b	Votū cœlibatus & continentia non esse nouitū sed antiquissimū in ecclesia, pulchre ostēditur	319.b
Virginitas an martirio præferatur	170.b	Votum solenne quod sit	330.a
Virginitas plurimum commendatur	171.a	Votum solenne à simplici, priuato & occulto differt tantum differentia accidentali	378.a
Virginitas matrimonio præstat	149.a	Votum solenne non ex natura sua, sed duntaxat ex ecclesiastico statuto contractum matrimonium dirimit	384.a
Virginitas & continentia non perdit rationem meritum	168.a	Votum castitati superueniens, nihil meriti rationem diminuere ex scripturis ostēditur	392.a
Virginitas & uita cōtinēs nedū laudabilis, eò quod sit amplioris fidei & charitatis acquirendæ instrumentū, sed quia maior gloria illi correspondet	164.a	Votum simplex & solenne quid sint	363.a.b
Virginitatis cætera, legas in uerbo Castitas, Cœlibis, Cœlibatus, Continentia.		Votum solenne & simplex non distinguuntur per se promissionem & traditionem	ibid.
Virginitas & uita continens in mosaico statu matrimonio præstat	194.b	Votum solenne non ideo dirimit matrimonium quia est traditio	366.b
Virginitas administrabilis res, & maximis præmiis digna	200.b	Votum solenne quid sit	377.a
Virginitati siue continentia amplior felicitatis mensura respondet quam coniugio	166.b	Voti solennitas quid sit	377.a
Virginitati non præceptum sed consiliū dari	150.b	Votū sacrorū hominum quò debeat uocari	415.b
Virginitati & continentia maiorem beatitudinis portionē cōuenire, ex Apocal. ostēditur	170.b	Votum duplex in deb non officio	415.b
Virginitatis maxima dignitas declaratur	177.b	Votum solenne non omne est dispensabile	416.b
Virginitatis corona merces est	199.a	Votū sacerdotalis castitatis solui non potest	417.a
Virginitatis laudes	169.b	Votum solenne duplex	418.a
Virginitatis fructus	170.a	Votum castitatis uel paupertatis suapte natura, absque ulla religiosa traditione fieri potest	418.b
Virginitatis præconia	335.a	Votum nedum ad legem mosaicam sed naturalem trahit	346.a
Virginitatem ad ipsam tres uia	236.b	Votum ad euangelicum statum pertinere ostēditur	348.a
Virginitatem Deo uouentes, non sunt sine nuptiis	336.a	Votum quid sit	355.b
Virginibus sanctis prodesse ad custodiam uitæ, laugoribus ceteri	304.b	Votum solenne nunquid suapte natura uel Diuina institutione, an ex sola ecclesiastica constitutione & usu matrimonium contractum dirimat	361.a
Virginum uarietas	156.a	Votū solēne probari potest, simplex minime	361.a
Virginum corpora Dei sunt	182.a	Votum solenne quid sit	362.a
Virgo quid cogitare debet	155.b	Votum simplex quid sit	362.a
Votum continentia in sacerdote quo tempore fuerint institutum	122.b. & 332.a	Votum priuatum uiolare est peccatū mortale	363.a
Votum omne non est promissio	366.a	Votum solenne uiolare, peccatū mortale est & scandalum	363.a
Votum castitatis an uiolare liceat uel ne mortis discrimine instante, uitæ lucranda gratia	297.a	Votum castitatis solēne an dispēfari possit	424.a.b
Votum castitatis in sacris ordinibus cur explicite non fiat	124.a	Voti solennis castitatis dispensabilitas persuadetur ex usu ecclesiastico relaxandi uotum obedientia	443.b
Votum solenne quodcunq; esse dispensabile communi consensu Theologorum & iuris prudentum demonstratur	336.a	Voti solennis dispensabilitas ex D. Bernardo	459.a
Votū castitatis esse dispēfabile psuadetur ex rationibus deriuatis à natura Christianæ Reip.	460.a	Voti solennis uiolatione peccatur in Deum & proximum, secus in uoto simplici, quia in Deum tantum	365.a
Votum solenne est traditio rei promissæ	470.a	Voti uolatio ab infidelitate deriuatur	ibid.
Votum simplex cur dicatur	471.b	Voti uolationis uehemens probabilitas est causa dispensandi	454.b
Votum castitatis sacerdotalis an sit dispensabile auctor determinat	522.a	Voti continentia, illiusque institutionis causa in promouendis ad sacros ordines	122.a
Votum est dispensabile ubi emergit maior bonum	454.a	Voti obiectum quod sit	435.b
Votum perpetuum castitatis, unde à patribus accipiatur	134.b	Voti duæ sunt obligationes	436.b

Voti simplicis differentia 363.b
 Voti natura 366.a
 Voti castitatis perpetuitas ex pontificibus romanis & eorum decretis ostenditur 372.a
 Voti diuisio in solenne & simplex, quæ sit 366.b
 Voti solennitas non attenditur penes benedictionem uel sanctificationem 372.a
 Voti solennitas penes quid attenditur 373.a.b
 Voti solennitas differt à uoto solenni 377.a
 Votis non esse retrospectendum 349.b
 Voto solenni castitatis tria requiruntur & quæ 423.b
 Vota, quæ ideo simplicia uocantur quod sint occulta uel priuata, uere sunt traditiones 365.a
 Vota ampossunt fieri sine potestate parentum 461.a
 Vota subditorum quare per prælatos possunt irritari 462.a
 Vota castitatis noua non esse in ecclesia, ostenditur 307.a.b
 Vota castitatis fuerunt in usu, apostolico seculo 312.a
 Vota religionis tria 330.a
 Vota celibatus & continentia non constituunt nos sub lege moysi 396.b
 Vota puerilia castitatis non sunt habenda 401.a
 Vota castitatis à Christo & apostolis in ecclesia introducta 334.a
 Vota castitatis coacta non debent admitti 401.b
 Vota castitatis in ecclesia Christi à monachis non inuenta 334.b
 Vota nulla conditione rumpenda quæ sine ulla conditione sunt facta 348.b
 Votariorum coniugia absque ecclesiastica constitutione non dirimuntur 371.b
 Votariis est maius meritum quam non uotariis circa eandem actionem 396.a
 Votorum genera duo 414.a
 Votorum abusus quos hæretici accusant 400.a
 Votorum solenni distinctio haraticorum falsa 419.a
 Votorum perpetuitas ex Davide demonstratur 343.b
 Votorum genus duplex 343.b
 Votorum necessitas & congruentia 344.b
 Votorum castitatis uel celibatus perpetuitas ex scripturis sacris ostenditur 349.a
 Votorum perpetuitas ex testimoniis sanctorum patrum demonstratur 349.b

Votorum castitatis perpetuitas ex decretis ecclesiasticis ostenditur 351.a
 Votorum alia communia, alia propria 336.a
 Votorum castitatis antiquitas ex ecclesiasticis sanctionibus demonstratur 336.b
 Votorum castitatis uirginum monachorum & uirginitatis duorum meminit Basilus 333.a
 Votorum propria materia, sunt euangelica condilia 394.b
 Votorum simplicium tria genera 364.a.b
 Votorum castitatis perpetuitas ex legibus civilibus imperatorum ostenditur 354.a
 Votorum castitatis perpetuitas & condecencia ex pœnis præscriptis raptoribus sacrarum uirginum demonstratur 354.a
 Votorum castitatis perpetuitas Theologicis rationibus astruitur 355.b
 Votorum distinctio 363.a
 Vouens castitatem nunquid possit aliqua ex causa carnis ueneris habere 301.a
 Vouens simpliciter promittit tantum 361.a
 Vouens solenniter in possessionem mittit 361.a
 Vouens explicite religionem, uouet implicite obedientiam, paupertatem & castitatem 415.b
 Vouere & uotum reddere ne dum ad mosaicam legem sed ad gentes pertinere 346.a
 Vouendi Deo consuetudo iudeis & gentibus 346.b
 Vouentes solenniter coniugium mirentur 363.a
 Vxor uiro debitum reddere tenetur 36.a
 Vxor uiro & uir uxori, quando potest debitum negare 146.b
 Vxor Episcopi post eius ordinationem in monasterium secedat 88.a
 Vxor uis unitas in matrimonio uidetur 217.a
 Vxor uis & fordis discrimen 74.a
 Vxori alligatus solutionem non querat 153.b
 Vxor reddere debitum quomodo prohibeatur 137.a
 Vxores duas simul habere nulli licet 476.a
 Vxor uis plurima damna uiris afferunt 36.b
 Vxor uis usum propter sobolis successionem fuisse in ueteri lege sacerdotibus præceptum 113.b
 Zaphira Deum uotum uouit 345.b

F I N I S .

Errata impressionis, ut corrigas qua legenda sunt nota, numerum primum, folium, simplicem punctum, columnam primam, geminum, secundam, numerum secundum uel solum, lineam significare, ibi in eadem linea.

In epist. ad lecto. 2.3. lin. 3 blasphemantes 2.39 appellari 12. 10. conuenientes 13.23 unde eos 16.4 hos 26.8 prouenerunt 27.39 dissensio 31.13 ecclesiasticos 37.21 conspurcat 39.23 promissionis 47.3. quantuntur : 31 principes 58.6 exarbitatus 59.19 obiectio 62.3 Romanus pontifex 4 discipulus 64.17 rogo te 74.26 claruit 82.19 historico 89.18 Synodi 93.14 credendum 135.57 frumentum 200.40 victoria 240.108 forent 275.25 affluenter 302.27 uita 48 ingens 324.9 uota 329.2. Sacerdotum 331.28 perpetua 335.42 nuplerant 338.58 deponere 346.16 facultatum 349.29 qui 361.58 uolens 368.42 facta 58. sanctum 369.28 qui 370.16 glossator 372.45 inanis 377.39 proprietates 393.6 legem 400.24 castitatis 406.35 ratione 411.46. uerior 415.12 uotum 422.46 loquuntur 436.5 pars 452.10 uentur 456.20 dispositione 478 religionis 479.19 uouentibus 22 uerba 466.2 arbitror 477.24 matrimonium 486.12 citantur 11 attendendum.

F. E
MICHAELIS MEDINAE
ORDINIS MINORVM

REGVLARIS OBSERVANTIAE
 PROVINTIAE CASTELLAE.

DE EPISCOPORVM, SACERDOTVM, CAETERORVMQUE
 sacrorum hominum origine, & institutione,
 eorumq; continentia.

Liber I.

QUONIAM ordo tractationis, hoc postulare uidebatur, hoc primo libro, quos homines sacros appellemus semel statuere visum est necessarium. Deinde multis, tum à natura sacerdotij in communi, tum uero à natura sacerdotij Euangelici, petitis rationibus, nullo pacto: sacris hominibus, cum matrimonio conuenire, demonstramus.

Duos in Ecclesia à Christo hominum ordines fuisse constitutos. Cap. I.



E VSEBIVS ille Casariensis, vir præter antiquitatem, & prophana, & Christiana eruditione præstantissimus, libro illo, quem περιησις εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, id est, de demonstratione Euangelica, prætitulauit, duos in ecclesia ab Apostolis, (ad Christi uotum) modos uiuendi institutos esse docet: quorum alter quidē perfectus, cōmunem humanæ uitæ rationē excedens, soli diuino cultui addiceretur: alter remissior, rei familiaris curam assumeret, iustam militiam, agriculturā, aliamq; magis ciuilem uiuendi modū: adiuncta religione, non negligeret. In ecclesia, inquit, Dei, duo uiuendi modi instituti sunt; alter quidem naturam nostram, & cōmunē hominū uitæ rationem excedens, non nuptias, non sobolē, non substantiā, non opum facultatem requirens, totus autē profusus à cōmuni & consueta cunctōrū hominū uita abhorrēs, & soli diuino cultui ex immenso cœlestium amore addictus: qui hunc modū amplexi sunt; quasi ab hac uita mortali seiuncti, ipsūque duntaxat corpus in terra gerentes, cogitatione uero atque animo in ipso cœlo degentes, quasi quidam cœlites, reliquorum hominum uitā despiciunt: quippe qui pro uniuerso genere, supremo omnium Deo sacrati sint; idque non boum maturationibus, non cruoribus, non libationibus, aut nidore yllō, neq; fumo aut ignis deuoratione, cōsumptione uel corporum, sed rectis ueræ pietatis sententiis, & purgati animi affectione, ad hæc, operibus quoque ac uerbis, quæ a uirtute proficiunt: quibus rebus diuinitatē ipsam placantes, suum & pro se ipsis & pro aliis, qui eiusdē sunt generis administrant sacerdotium.

Alter modus uiuendi remissior atq; humanior est. Hic, & modesto coniugio & sobolis procrea-

tionē implicatur, et rei familiaris curā assumit, & iuste militantibus, quæ sunt agēda describit. Agros quoq; & mercaturā, aliūq; magis ciuilem uiuendi morē, adiuncta religione nō negligit. Iis autē qui hūc modū elegerūt, & exercitationū tēpora, & iis quidē pietatis, secūdus attributus est gradus, dū aptā huic ipsi generi uitæ præbeat utilitatē, ut nullus plane ab aduētū salutarī separetur. Sed oē genus hominum tā Barbarorū, quā Græcorū Euangelicę doctrinę fructū percipiat. Hactenus Eusebius. Quæ duplicē uiuendi modū, & in Republ. Mosai- ca olim adumbratū, in Leuitica & reliquis tribu- bus ostēdit. Idē rursus, eiusdē operis lib. 2. uerba illa prophetica. Et erit in die illa, nutriet hō iuuen- cā bouū, & duas oues, & erit ex eo, quod plurimū faciet lac, butyrū, & mel comedet quicūq; relic- tus fuerit in terra; De Euangelico tempore, de dupliciq; Christianorū hominum ordine, accipiendū docet. Hęc, inquit, si mysticē contēpleris, intelliges in Saluatoris nostri, Apostolis finē accepisse. Quorum singuli in his ecclesiis, in quibus uirtute Christi cōuenientes cōstituerint, *binas oues*, hoc est binos ordines instar ouiu ad gregē Christi conue- niētes: alterū quidē in primis adhuc elemētis uersantē: alterū uero, qui iā plauacrū sit illustratus: ac præterea iuuenca vnā, ecclesiasticū utiq; corū, qui præsidēt principatū, diuini et rōnabilibus ci- bis nutriētes, secundum ex illis lac & mel, eius ui- delicet cibi, quem ipsi elaborauerint, fructū per- ceperunt: et quod quidem eam multitudinē, quæ ex imperfectioribus constat ouibus, diuinus ser- mo comparare consueuerit, non est opus, ut dicā, cum hoc omnes diuinæ literæ ostendant. Quo uero eū, qui perfectior sit, & multus quasi bonus agricola exerceat, ecclesiæq; præsideat, rustico boum labori itē cōferre soleat, sanctus nobis de- monstrat; Apostolus, ubi ait, Nūquid oīno, dicit, **A** Quoniam

lib. 2. demō.
29.
1/2. 7.

1. Cor. 9.

cap. 1.

Quoniam debet in spe qui, arat, arare, et qui tritum rat, in spe, ut sit particeps. Hucusq; Eusebius. Idem ex eodem loco repetit libro septimo eiusdem opis, ternos uidelicet p singulas ecclesias ordines a Christo fuisse constitutos, unum eorum, qui ecclesie præsint, quibus animas arandi, colendi que cura mandata est, duos eorum, qui subiecti sint, credentes, & nondum baptizati &c. Quos cathemenos, intelligimus, quadantenus ad ecclesiam pertinent es.

Tertull. in exhortatio- ne ad casti. Cypr. lib. 1. Epist. 3.

Hos verò duos Christianorum ordines, variis appellationibus fuisse a patribus insignitos eorū scripta produnt. Et quidem, cum eos, qui diuinæ seruituti non sunt addicti, nunc plebem, nunc laicos, quasi populares dixeris, nunc seculares, uocare consueueris, quod mundi huius actionibus pro uitæ humanæ necessitate misceantur, illos qui diuino se obsequio manciparunt, frequentiori uocabulo, clerum ab Apostolis, ecclesiastici canones dixerunt, quod in quandam quasi Domini partem, ex reliqua Christiana plebe selecti essent. Clericus, inquit Hieronymus ad Nepotianum scribens, qui Christi seruit ecclesie, uocabulum suum interpretatur, & nominis diffinitione prolata nitatur esse, quod dicitur, Si enim clericos Græcè fors appellatur, Latine propterea clerici uocantur, quia uel de Domini sorte, uel clericorum fors & pars, est Dominus: qui autem uel Domini pars est, uel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut & Dominum possideat, & a Domino possideatur, atque cum Propheta dicat, pars, & hæreditas mea Dominus. Ita Hieronymus. Multa & in eam rem Isidorus Hispaleñ. libro 7. Ethimolog. cap. 12. que Gratian. in c. clericos. distin. 21. traſtulit. Dionysius Ariopagites. 6. cap. Ecclesiasticæ Hierarchy. hos, sacros appellat, illos, idest, laicos, initiandos uocat.

Nota

QUI HOMINES SACRI, APPELLARI debeant, & quis dicatur ordo sacer. Cap. 2.

Quoniam autem clerum omnem in uniuersum, ut a reliqua plebe distinguitur, sacrum Dionysii more appellare liceat, quod omnes aliquo consecrationis genere in ecclesiastici ministerii susceptione imbuantur. Eos tamen clericorum gradus, peculiari quadam ratione ecclesiastici patres & canones sacros appellant, qui in sancto altaris sacrificio, reliquis proprius ministrare solent, quod nimirum, hi inter reliquos omnes, ordinem non quemcunque, sed sacrum acceperint. Est autem ordo sacer, ut Theologis scholasticis placet, qui characterem, animæ suscipientis indelebilem imprimit: Character autem forma quadam spiritualis est, ac spirituale quoddam susceptæ dignitatis insigne; a Deo animæ in usum, aut est ordo sacer per quem

Ordo sacer. 1. Sem. d. 24

homo, aut ministrandi aliquod sacramentū, aut illis subseruendi potestatem accipit. Aut tertio est ordo sacer, qui est a Christo constitutus, Nā reliquos minores, & si de illis apud veteres auctores & ecclesiasticos canones, frequentissima fiat mentio, tamen eos plures Theologi ab Apostolis ad ministerii decorem excogitatos existimant. Aut demum ordo sacer, est ordo, qui est sacramentum, gratiamq; ad sacrum illud ministerium idoneam suscipienti confert, quod minoribus ordinibus iuxta maiorem Theologorum partē non accidit. Atque hæc fortasse posterior descriptio, reliquis omnibus aptior est, quoniā ex hoc, quod est esse sacramentū, rectè iuxta communē Theologorum sententiam, sequitur fuisse a Christo constitutum, & conferre characterem & gratiam, cum non sit sacramentum iterabile.

Eum ergo clerum, iure sacrum appellabimus, qui est a Christo constitutus, qui ordinem non quemcunque habet, sed illum qui est sacramentum, & gratiam non modo communem illā cum reliquis sacramentis, qua formaliter animæ peccata delentur, sed specialem quandam aliam, sacramento ordinis peculiarem, qua homo ad illud quod accipit ministerium consecratur, præter indelebilem characterē conciliat. Sed iā quibus gradibus cōstet, hic sacer clerus, deinceps dicamus.

EPISCOPOS FUISSE A Christo constitutos. Cap. 3.

In his in primis ecclesiasticos Antistites, quos ab officio episcopos uocant, numeramus.

Nam hos fuisse a Christo constitutos, quantumcunque heretici oblatrent, omnes in uniuersum Catholici consentiunt. Et ipse, inquit Paulus de Christo loquēs, quosdam dedit Apostolos, quosdem autem Prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores. Et rursus. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio, Doctores, deinde uirtutes, Deinde gratias curationū, opitulationes, gubernationes, &c. Iubet & Apostolus Paulus Timoth. & Tito discipulis. Per singulas ciuitates episcopos cōstitui, quod nequa quā propria auctoritate, sed Christi imperio fecisse credendus est, qđ liber secundus constitutionū Apostolicarū in hæc uerba insinuat, de episcopis auimus a Domino nostro, Pastorem qui constituitur episcopus per ecclesias in oī parocia oportere esse sine crimine, in quem non cadat reprehensio, expertē omnis iniquitatis hominū, non minore annis quinquaginta qđ quodāmodo in hac etate iuueniles perturbatiōes & externas calumnias superauit, aduersus blasphemias, quæ multis a quibusdā falsis fratribus insiguntur, qui non norunt uerbum Dei, quod est in Euangelio (qui locutus fuerit uerbum otiosum, reddet de eo rationem Domino in die iudicii) Ita illo loco, Apostoli, Subindeque

Ep. 4.

1. Cor. 12.

1. Thimo. 3. ad Titum.

cap. 1.

cap. 2.

Subindeq; eas conditiones in episcopo diligendo requirunt, quas Paulus ad Titum & Timotheum postulat, quod sit sobrius, temperans, constantis, placidus, non uiolentus, non percussor, sed æquus, non contentiosus, non auarus, non neophytus, ne in superbiam elatus in laqueum incidat diaboli, unius uxoris uir, &c. quæ semel nupserit, bene suæ domui præsidens, qui si uxorem habeat aut filios, eos bene in disciplina Domini educauerit &c.

Accedit his huius sacri magistratus a Christo ipso, perpetuus ecclesiasticus usus, nunquam enim episcopis ecclesias, caruisse, uel ipsi Apostolicis temporibus legimus. Cuius rei testes sunt, cum ipsorum Apostolorum uitæ & historie, in quibus, aut ipsos fuisse quarundam Urbium episcopos, aut multos episcopos constituisse dicitur; cum uerò hic, quem statim citauimus, apostolicarum cōstitutionum & canonum Apostolorum liber, ubi cum multa de episcopis tradantur, nihil tamen de eorundem noua institutione, aut inuentione scribitur, quod est apertissimum indicium, eos non ab Apostolis, sed a Christo ipso fuisse in ecclesia constitutos. Est deinde communis sanctorum patrum sententia que docet, episcopos Apostolis successisse, non in apostolica dignitate, que cum illis extincta est, sed in episcopali duntaxat, Apostolos autem a Christo in ecclesia fuisse constitutos, & ex Euangelica historia, & ex locis illis Paulinis, quos nunc memorauimus, dubitare non possumus. Hinc Augustinus. Nemo, inquit, ignorat episcopos saluatorem in ecclesiis instituisse, ipse enim priusquam in celos ascenderet, imponens manum Apostolis, ordinauit eos episcopos. Hoc Apostolus spiritui sancto deputat cum dicit. Attendite uobis & uniuerso gregi uestro in quo uos spiritus Sanctus posuit episcopos, Regere ecclesiam Domini Iesu. Hactenus Augustinus. Rursusque in illa uerba Psal. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii &c. Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filii nati sunt, & constituti episcopi. Hodie enim episcopi, qui sunt per uniuersum mundum, unde nati sunt ipsa ecclesia patres eos appellat, ipsa illos genuit, et ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergo te putes desertam quia non uides Paulum, non uides Petrum, quia non uides illos, per quos nata est, de prole tua creuit tibi paternitas; pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram, filios genuit ecclesia cōstituit eos pro patribus suis principes super omnem terram. Idem Beda docet in Euangelium Luca. Sicut duodecim, inquit, Apostolos formam episcoporum exhibere simul & demonstrare, nemo est qui dubitet, sic & septuaginta duos, figuram presbyterorum gessisse sciendum est. Idem docent Urbanus primus in epistola de communi uita, & oblatione fidelium. Isido-

Epist. 4. 1. Cor. 12.

in qq. noui & uese. test. 9. 97.

Pf. 44.

d. 68. c. quorum.

cap. 15.

rus Hispaleñ. in quodam sermone in synodo habitō. Et Damasus in Epistola de Corepiscopis, quorum loci inferius scribentur. Docuit & idem ante hos Anacletus Pontifex ipsis Apostolicis temporibus, in epistola secunda ad episcopos Italiae, cuius uerba Gratianus sup Rapsodie inseruit, distinct. 21. cap. In nouo testamento. Et ante hunc idem docuerat Clemens Romanus Petri & Pauli discipulus & successor, in epistola prima ad Iacob. dicens hoc idem Petrum docuisse. Et demum id iam communi suffragio in synodo Tridentina comprobauit ecclesia docens episcopos a Christo in ecclesia constitutos. Quod si ita est, sunt igitur episcopi inter sacros homines numerandi.

Sess. 23. c. 6. 7. & 8.

CONVELLITVR HIROR. tantum episcopos iure tantum ecclesiastico, constitutos.

Cap. 4.

Scio tamen inter veteres Theologos, de hac re fuisse olim non paruam controuersiam. Nam Hieronymus ad Euagriū scribens, episcopos potius Apostolorum inuentum, quam Christi institutionem esse credit. Quod, inquit, unus electus est, qui cæteris preponeretur, in schismatis factum est remedium, ne unus quisque ad se Christum trahens, ecclesiam rumpe-ret. Nam & Alexandriae a Marco Euangelista ad Heraclam usque & Dionysium episcopos, unum semper ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant, quomodo si exercitus Imperatorem faciat. Idem rursus in Epistolam ad Titum scribens, Ante quam, inquit, diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, ego quidem sum Pauli, ego autem Appollo, ego uero Cephe, communi presbyterorum consilio ecclesie gubernabantur. Postquam uero unusquisque, quos baptizauerat, suos esse non Christi putabat, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus cæteris super poneretur, ad quem omnis ecclesie cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Idem aduersus Luceserianos, & in epistola ad Oceanum, in epistola ad Philippen. & Timotheum repetit. Detrusit uirum sanctissimum in hanc sententiam communis, & quorundam aliorum error, quo episcopos a presbyteris, non alio quam sola humana uoluntate differre putabant, qui paulo post a uobis est exterminandus.

Nunc ad id, quod hic inquit, prius presbyteros ecclesias administrasse, & causa schismatis unum eorum fuisse electum, respondeamus. Enimuero quando fuerit illud prius; Cum a Christi in celos ascensione semper in ecclesia

episcopos legamus, ego deprehendere nō ualeo. Nam ad quā in religione schismata tollenda inductum ait, episcopi & presbyteri discrimen? ab ecclesiā statim initio fuerunt, anno circiter Claudi Cæsaris quarto, Christi autem passi, quartodecimo, quo pro talium studio, Paulus scripta epistola Corinthios arguebat; ut quidam doctissime adnotauit. Exiguum ergo illud Hieronymianum, olim ac pene momentaneum fuit, in quo presbyteri, nondum inuentis episcopis, ecclesias moderarentur. Neque intelligere possumus, quo tempore decretū illud uniuersale, quo vnus ceteris presbyteris preferri iuberetur, in totum orbem exierit, nisi Apostolorum tempore auctore Christo, & Spiritu Sancto.

Adde, quod quantumuis Apostolis, non nulla quæ nunc in ecclesia deprehendimus, accepta referamus, ut viros aperto capite orare, fœminas velato, Neophitum Episcopum non eligi, bigamum non ordinari, & similia, sine quibus recte posset Christiana uiuendi ratio administrari, ea tamen, sine quibus aut vita æterna obtineri, aut Christiani mores conseruari nequeunt, illis tanquam auctoribus tribuere prorsus est intolerabile: haud enim aliud hoc est, quam Christū defidie & improvidentię accusare, & eum in uite Christianę necessariis cessasse, plane asserere. Rationem autem uiuendi, hierarchiam qua vnus reliquis præsideat, reliqui Christi vice illi obsequantur, quis non uidet, adeo esse in ecclesia necessariam, ut ea sublata prorsus, omnia continuo corruiere sit necessarium? Ergo hanc Christo auctori non tribuere, non est aliud quam eius prouidentiam tollere. Præterea, si non à Christo, sed sola humana voluntate, episcopi sunt constituti, possunt igitur nunc eadem humana voluntate, è medio tolli, omnis enim res per quas causas nascitur per easdem dissoluitur, quod profecto neque Hieronymus neque quisquam Christianorum concedere auderet. Imo & hæretici, cū in omnia ecclesiastica dogmata, Christianosque mores diuersis temporibus impegerint, nunquam tamen episcopos quasi humanam inuentionem repulerunt, sed semper ad ecclesiā imitationem eos sibi delegerunt. Nimirum quod absque hierarchia uiuendi ratione, neque ad horam posse ecclesiasticas congregationes consistere, non dubitarent.

Demum qui fieri potuit, ut hæc apostolica cōstitutio tam breui, in uniuersas Christi ecclesias spargeretur, aut quo pacto ob solum Corinthiorum Schisma, cum fortasse alia ecclesiā in pace uiuerent, decretum illud uniuersale factum est? Certè Apostolicas constitutiones non easdem apud omnes ecclesias uidemus sed varias, episcoporum usus apud omnes ecclesias à Christo & Apostolis semper fuit idem. Apostolicæ item constitutiones in hac ecclesia serius, in illa cōtra ce-

lius recipiebantur, episcoporum usus, nulli (quod legamus) ecclesiā unquā defuit, non ergo Apostolica, aut ecclesiastica constitutione, ut Hieronymus scribit, episcopi in ecclesia emerferunt, sed Christi.

PRO TER VNTVR SVPERIORVM auctorum rationes, quibus episcopus humanum inuentum putant, nihilq; a presbytero differre. Cap. 5.

VERVM in eum errorem, unde hæc sententia deriuatur, stilum conuertamus. Putat Hieronymus iter episcopos & presbyteros, quantum ad ius diuinum atinet, nihil referre, sed esse pares ordine & potestate, ecclesiasticaque duntaxat constitutione, quædam episcopo non item presbytero conuenire. Id in epistola ad Euagrium longioribus quam ut hic omnia transcribi debeant, uerbis ex uariis scripturæ locis, quibus episcopi presbyteri, & presbyteri uocantur episcopi, persuadere contendit. Salutatur Paulus ad Philippenses scribens. Omnem plebem cum episcopis, & Diaconis, quo loco cum presbyterorum non meminerit, & cum in una urbe non multi, sed unus episcopus esse possit, episcopos non aliud quam presbyteros intelligere credendus est. In actibus Apostolorum ad uniuersam ecclesiā sacerdotum, ita Paulus loquitur, attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos spiritus Sanctus posuit episcopos; regere ecclesiā Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ac nequis contentiose, inquit, i una ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audiat, & illud testimonium, in quo manifestissime comprobatur, eundem esse episcopum qui & presbyterum. Propter hoc reliquit te in Creta, ut quæ deerant, corrigeres, & constitueres presbyteros per ciuitates, sicut ego tibi mandauit; Si quis est sine crimine unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, quasi Dei dispensatorem. Et ad Timotheum, Noli negligere gratiam quæ tibi data est, per prophetiā & impositionem manuum presbyterii. Sed & Petrus, in prima epistola. Presbyteros, inquit, qui in uobis sunt, præcor & ego compresbyter & testis passionum Christi, & futurę, quæ reuelanda est glorię particeps. Regite gregē Christi, & inspice nō ex necessitate, sed uoluntariē iuxta Deū. Quod quidem Græcè significantius dicitur ἐπίσκοπος, id est super intendentes, unde & nomen episcopi tractum est. Citat deinde Joannis Apostoli testimonium, qui secū esset episcopus, ad electā scribens presbyterum uocet. Presbyter, inquit, electæ dñę. Et rursus ad Caiū, Presbyter Caio charissimo. Et subinde. Quid n. facit excepta ordinatione episcopus qđ presbyter nō facit? Et iterū, presbyter & episcopus

Class. Spem. lib. 1. digress. in Epist. 1. ad Timotheum.

1. Cor. 11. 1. Tim. 3.

Philipp. 1.

act. 20.

Tit. 1.

1. Tim. 4.

1. pet. 5.

episcopus aliud ætatis aliud dignitatis nomen est. Vnde ad Titum & ad Timotheum de ordinatione episcopi, & diaconi dicitur, de presbyteris omnino reticetur, quia in episcopo, & presbytero continetur. Et iterum. Ut ergo, presbyteri sciunt, se ex ecclesiā consuetudine episcopo sibi preposito subiectos esse, ita episcopi nouerint, se consuetudine magis quam dominicæ dispositionis ueritate, presbyteris esse maiores, & in communi debere ecclesiā regere. Mos em imitantes, qui cū in potestate haberet solus præesse populo Israël, septuaginta elegit, quibus cum populo iudicaret. Idem docet lib. aduersus Luciferianos, in Epistola ad Oceanum, in epistolas ad Philippenses, & Timotheum.

Hieronymo inter græcos auctores Theodoretus Ciriensis consentire uidetur, in illa uerba Pauli. Ideo reliquit te, Creta ut constituas presbyteros, episcopum hic presbyterum Paulus appellat, post leges episcopales easq; diaconis cōueniunt, prætermisissis presbyteris scribens, quod eisdem olim uocarent episcopos, & presbyteros. Sed has licet leges presbyteris constituat, clarum tamen est, quod episcopos vel primos eas seruare oportet, ut maiorem dignitatem assecutos. Eandē causam reddūt Chrysostomus, Hieronymus, Primasius, & Sedulius, Cur post episcopatū, Paulus diaconorum, prætermisissis presbyteris, meminerit. Quin & Ambrosius. Post episcopum, inquit, diaconatus ordinationem subiecit, quia vna episcopi, & presbyteri ordinatio est. Vterque sacerdos, sed episcopus primus, ut oīs episcopus presbyter sit, non omnis presbyter episcopus. Hic enim episcopus, qui inter presbyteros primus. In epistolam etiam ad Ephes. cap. 4. In Aegypto, inquit, presbyteri episcopo non præsentate consignabant, sed quia ceperunt, sequentes presbyteri indigni ad primatus retinendos inueniri, immutata est ratio, prospiciente concilio, ut non ordo sed meritum crearet episcopum multorum sacerdotum. Denique Timotheum presbyterum ac etiam episcopum ordinatum significat, quo superior, Ephesi alter non erat: Vnde & quo episcopum modo ordinet, ostendit, neque enim fas erat aut licebat, ut maiorem inferior ordinaret, quia nemo, quod non accepit, tribuit. Theophilactus denique. Cur hic, inquit, presbyteros prætermisit? Quia quæ de episcopis dixit etiam presbyteris conueniunt, nam & ipsis institutio & præfectura ecclesię commissa est, sola electione cedentes. Idem hi omnes in epistolam ad Philippenses, quo loco Paulus episcopos, id est presbyteros, qui cum plebe Philippensi commorabatur salutatur, & in uerba illa actionum Apostolicarum, quibus episcopis Ephesi iubet attendere gregi, in quo positi sint a spiritu sancto, scribunt. Nā cum Ephesi cum vna esset urbs, non multi, sed unus esset episcopus omnes colligunt, ideo aut episcopos presbyteros, aut presbyteros uocari

Philipp. 1.

episcopos, q̄ vna eademque res esset episcopus, & presbyter, quantum ad ordinis potestatem atinet. Repetunt & idem in illa Pauli uerba. Noli contemne gratiam quæ tibi data est per impositionem manuum presbyterii. Hoc est episcoporum, aiunt, neque enim presbyteri episcopos constituiebant, aut consecrabant. Et contra presbyteri episcopi etiam dicebantur, ut qui & populi inspectarent, & quos foret necesse purgarent, & illustrarent. Quin & Augustinus pro eadem sententia profertur solet. Quamquam secundum honorum uocabula, quæ iam usus obtinuit episcopatus presbyterio maior sit, multis tamen in rebus Hieronymus Augustinus maior est. Quo loco magis ecclesiā & uocabulorum usum, quam ordinis, aut potestatis a Deo susceptæ differētiam ad episcoporum excellentiam proferrē uidetur.

Atque ita isti uiri alioqui sanctissimi, & sanctarum scripturarum consultissimi. Quorum tamen sententiam prius in Aerio, deinde in Waldensibus, postremo Ioanne Wiclefo damnauit ecclesiā. Ita ut de illa amplius disceptare non liceat. Nā quod inter horum hæreticorum, & ueterū illorum patrum sententiam in hac parte nullum sit discrimen, quod quidam putant, dicentes hæreticos de discrimine quod ex ecclesiastico iure deriuatur loqui, Hieronymū uero, et alios de iure diuino (friolū est omnino) hæretici enim, si qui alij de iuris diuini discrimine loquunt, haud enim tam cæci sunt, ut iure ecclesiastico, & humano, episcoporum & presbyterorum auctoritatem distare nescirent. Quin heretici ius humanum, aut ecclesiasticum non morantur, sed diuinum. Neque quisquam hæreticus ideo uocatur, quod iuri humano cuiusque contradicat, sed iuri diuino sanctæque scripturæ aduersetur. Et de Waldensibus quidem nulla potest esse dubitatio, eos cum Hieronymo penitus sentire, cum nō modo eisdem scripturæ locis, sed auctoritati Hieronymi quoque utatur, ut Thomas Waldensis memoriam prodidit. Itaque cū Wiclefus, inquit, inter episcopos, & presbyteros nullum esse discrimen, sed promiscue omnes sacerdotes esse episcopos, atque adeo quemlibet posse confirmare, & ordinare, habereque plenam iurisdictionē in sua parœcia &c. quantum ad ius diuinum pertinet, de quo semper ecclesiasticarum cōstitutionum, contemptores hæretici loquuntur; intelligit. Nā ecclesiastico iure, quod ille in hac parte damnabat, haud ignorabat, multa episcopos attinere, quæ presbyteris non conueniunt.

Porrò Aerium de iure diuino quoque loqui, non est cur dubitemus, si quæ de illo scribit Epiphanius attendamus. Ad suum, inquit, eorumque qui audiunt errorē profert, quod Apostolus presbyteris modo & diaconis, non episcopis scribit, modo episcopis, & diaconis, & episcopo in memoriam reducit impositionē manuum presbyteri, quare idem, inquit, episcopus & presbyter.

1. Tim. 4.

Epist. 19.

Domin. Ser. lib. 4. sen. d. 24. q. 2. ar. 2.

Thom. 2. de sac. c. 117.

Hæres. 75.

byter. Hęc Epiphanius de Aerio Aeriano, in quibus, ubi nam eius error niteretur uides, diuinę nimirum scripturę, & diuino iure, per Apostolum tradito, eisdemq; profus locis, qui & Hieronymus, & Gręci illi patres nitebantur. Non ergo ecclesiastici iuris discriminę, sed ut ueteres illi patres, de diuino iure, Waldenses, & Wiclefus loquuntur. Nam de nostrę memorię hereticis, qui nec uerum habent episcopatum aut sacerdotium, nulla est habenda ratio.

Ergo in Hieronymo & Gręcis illis patribus, olim propter eorum honorem & reuerentiam, hęc sententię aut dissimulabatur aut tollerabatur, quanquam Christianis ac Theologicis disputationibus semper repulsam paterentur, in illis contra hereticis, Aerio &c. quod in aliis quoque multis ab ecclesia declinarent, tanquam heretica semper est damnata.

HANC SENTENTIAM FVISSE iam olim a patribus damnatam. Cap. 6.

DAMNAT eam Epiphanius, in Aerio, heresi septuagesima quinta, ubi postea quędam de eius, et Eustathii Sebastensis episcopi, qui postmodum etiam in Synodo Gangrensi dānatus est, emulatione, multa locutus fuisset, ad eius errores perueniens, ita scribit. Erat autem ipsi sermo, furiosus, magis, quam humanę conditionis, & dicebat. Quid est episcopus ad presbyterum? nihil differt hic ab illo: Vnus enim est ordo, & unus honor, & una dignitas. Imponit manus episcopus, ita etiam presbyter, lauacrum dat episcopus, similiter & presbyter: dispensatione cultus diuini facit episcopus, & presbyter similiter. Sedet episcopus in throno, sedet etiam presbyter. In hoc multos decēpit, & duce hunc habuerunt. Et inferius, Recensitis eius omnibus erroribus. Verum ad oppositiones: ait aduersus ipsum deueniamus, pauca recēntes, atque sic pretereuntes. Et quod quidem tota res est stultitię plena apud prudentes manifestum est. Dicere enim ipsum episcopum, & presbyterum equalem esse, quomodo erit possibile? episcoporum enim ordo, patrum generator est. Patres enim generat ecclesię. Presbyterorum uero, non potens generare patres, per lauacri generationem generat filios ecclesię, non tamen patres, aut doctores. Et quomodo possibile erat, presbyterum constituere, non habentem manuum impositionem, ad eligendum, aut dicere ipsum equalem esse episcopo? Decepit autem predictum, Aerium nugacitas ipsius, & emulatio. Profert autem ad errorem suum & eorum, qui ipsum audiunt, quod Apostolus scribit presbyteris & diaconis, & non scribit episcopis &c. Hęc tenus Epiphanius. De eodē Aerio Augustinus, ita libro de heresibus scribit. Aeriani, ab Aerio quodam sunt nominati, qui cum esset presbyter, doluisse fertur, quod episco-

pus non potuit ordinari, & in Aerianorum heresim lapsus, propria quoque dogmata addidisse non nulla, dicens orare uel offerre promortuis oblationem, non oportere, nec statuta solemniter celebranda esse ieiunia, sed cum quisque uoluerit, ieiunandum, ne uideatur esse sub lege. Dicebat etiam presbyterum, ab episcopo nulla differentia debere discerni. Hęc de Aerio Augustinus, erat ergo Epiphanius, & Augustini temporibus hereticum & a fide alienum episcoporum, & presbyterorum non agnoscere discrimen. Damnatur & eadem sententię a patribus Concilii Tridentini sub Pio 4. Pont. Max. in hunc modum. Si quis dixerit, episcopos non esse presbyteris superiores &c. Anathema sit.

EPISCOPOS ESSE IURE DIVINO constitutos, cum sanctorum patrum doctrina conuenire. Cap. 7.

QUANTUM uero in hac parte, quę admodum & in aliis, catholica sententię cum sanctorumque patrum doctrina coherat, nunc ex infinitis pene eorum locis, paucis adductis ostendamus.

Ita de hac re Dionysius Areopagites Apostoli Pauli discipulus scribit. Pontificum ordo primus, idem sumus & ultimus, purgat, illuminat, & perficit. Sub quo sacerdotum ordo purgat, illuminat, non etiam perficit, ministrorum autem tantum purgat. In epistola etiam ad Demophilum, Sacerdotes, ait, Angeli sunt diuinorum iudiciorum, continue post Pontificem magisteri.

Ignatius Antiochenus episcopus, & Ioannis Apostoli discipulus in epistola ad Trallianos, quis cuique ordini honor debeat cuiusque formam gerat, & quid sint ostendens, Episcopo, inquit, ut Domino subditi estote, sed & presbyterorum collegio, ut Domini Apostolis, Diaconis uos probate. Episcopus patris uniuersorum typus est, presbyteri Dei confessus & cętus Apostolorum Christi. Sine his ecclesia electa non est, non collectio sacra; non congregatio sancta. Et paulo postea. Veneremini episcopum uestrum, sicut Christum, iuxta quod uobis beati Apostoli preceperunt, qui intra altare est, mundus est, ideo & episcopo, & presbyteris obedit. Qui extra est, is est, qui, quid sine episcopo, presbyteris & diaconis agit. Talis polluta est conscientia, & est infideli deterior. Quid enim episcopus nisi qui principatum omnē & super omnes potestatem obtinet, ut obtinere homo potest, Christi Dei pro uiribus imitator? Quid presbyterium nisi collegium sacrum, consiliarium, & confessores episcopi? Et subinde. His qui inobediens fuerit, & impius omnino erit, Christum contemnens, & eius ordinationem imminuens. Ita ad Trallianos Ignatius. Ad Tarfenses autem. Presbyteri, inquit, episcopo subditi estote, diaconi presbyteris, populus presbyteris.

presbyteris & diaconis, eorum qui hanc ordinationem custodiāt, uicem subeant, & dominus sit cum eis indeficienter. Ad Philippenses, & Philadelphenses, Obedite diaconi presbyteris sacrorum prefectis, presbyteri, diaconi & reliquis clericis, una cum omni populo, militibus, principibus, & Cęsare, episcopo, episcopus Christo, sicut Christus patri. Ad Smyrnenfes, Omnes, inquit, episcopum sequimini ut Christus patrem, presbyterorum cętus, ut Apostolos, diaconos reueremini, ut Dei mandatum ministrantes. Nemo absque episcopo quidquam agat, eorum, quę ad ecclesię pertinent. Idē docet in epistola quę ad Ephes. scribit.

Origenes Adamantius, annis post Ignatium centum trabes Cyprenos canticorum Solomonis, episcopos putat, ceu ualidiores, & quibus fortitudo robustior, & suauitatis odor inest, per quod & in operibus solidum, per quod & in doctrinę gratia fragrantē designat episcopum. Tales ergo, qui episcopatum in ecclesia bene administrant. Secundo horum loco tigna cedrina, Dei domum tegunt & sustentant ecclesię, presbyteri incorruptionis uirtutis, & odoris Christi sciētię pleni, designantur.

Ambrosius tum alibi frequentissime, tum uero lib. de his, qui mysteriis fidei initiantur, inter diaconę quę *διακονία* uocat, presbyterum siue sacerdotem, & episcopum, quem etiā summum sacerdotem uocat distinguit. lib. etiam de sacramentis secundo cap. 6. & lib. 3. cap. 1. & ad 1. cor. 1. In episcopo, inquit, omnium ordinationum dignitas est, cęterorum enim membrorum caput est. In epistola ad Ephes. 4. Inter ecclesię ministros, inquit, post episcopum plus esse intelligitur, qui propter occultum scripturarum sensum reuerentem, prophetare dicitur, presertim qui future spei uerba depromit, qui ordo nunc potest esse presbyterii. Nam in episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est, hoc est sacerdotum princeps.

Hieronymus fortasse sui dogmatis oblitus, presbyterorum ordinem in epitaphio Paulę inferiori uocat. Aderant, inquit, Hierosolymarum & aliarum urbium episcopi, & sacerdotum inferiores gradus. Gradus profecto inferioritas non pendet ex humano iure, sed ex diuina constitutione. Et ne absque cę in re perspicua prolixiores equosimus, posteriores deinde patres, & Theologi omnes, semper inter episcopum, & presbyterum ex diuino iure discrimen ingens agnouerunt, locos ex eorum scriptis decerptos, cum multi uiri docti diligentissimę nostra memoria collegerint, otiosum puto hac uelle afferre.

EPISCOPOS FVISSE DIVINO iure constitutos cum Christiana doctrina conuenire. Cap. 8.

NVNC, quantum cum ecclesiastica doctrina eadem sententię conueniat, iudicemus. Docent patres, Euangelicum sa-

cerdotium, ordine ac forma Mosaico illi sacerdotio respondere, ergo, quem admodum inter summum eius status sacerdotium, ac reliquos minores sacerdotis, iure ipso diuino ingēs erat discrimen, ita inter episcopum summum euāgelici statum, sacerdotem (ita enim appellat Ambrosius) & presbyteros iure etiam diuino, & Christi constitutione, auctoritatis & potestatis discrimen agnoscemus. Nam quod nostrum sacerdotium ueteri illi tanquam typo ac umbrę responderet, uel Hieronymus ipse quem aduersarium in hac parte patimur, negare non potest. Ita enim in eadem epistola ad Euagrium scribit. Ut sciamus, inquit, traditiones Apostolicas de ueteri testamento sumptas, quod Aharon eiusque filij leuitę in templo fuerunt, hoc episcopi, presbyteri, et diaconi in ecclesia sibi uendicent. Eadem repetit ad Neopotianum. Quod Aharon eiusque filios hoc episcopum, & presbyterum esse nouerimus. Vnus Dñs, unum templum, unum sit etiam ministerium.

Damasus Pontifex Hieronymo. Coetaneus, corripit eos se æquantes ita retundit, ut in lege per Dominum Mosi dictata, Moses & Aharon summi eius sacerdotes iuxta illud Psal. Moyse & Aharon in sacerdotibus eius &c. quę ad summum sacerdotium attinebant soli agebant, nec eorum, quę eis specialiter erāt concessa, quicquam Aharon filij præsumebat: sicut ubi transeunte legis umbra, Euāgelii lux per manifestam Dei gratiā, modo corruiscat, de summorum sacerdotum seu episcoporum (quorum figuram Moses, & Aharon tenebant) ministerio corepiscopi, in quorum typo filij Aharon erant, nihil præsumere debent, aut attingere. Anacletus longē Damaso, & Hieronymo uetustior, Petri inquam ut diximus successor. Contemplari, inquit, oportet Aharonem summum sacerdotem fuisse, eius autē filios presbyterorum figuram demonstrasse.

Leo primus Pontifex Max. ad uniuersos Galliarum & Germanię episcopos scribens, in diuinis, inquit, literis, precipiente Domino, Moyse in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse unxit, qui utiq; summus Dei sacerdos erat, sicut scriptum est de eo, Moyse & Aharon in sacerdotibus eius, ideoque id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moyse & Aharon tenuerunt, oīno decretum est ut Chorepiscopi, uel presbyteri qui filiorum Aharon gestant figuram, arripere non præsumant. Hęc Leo. Quod si ab umbra & figura, ad corpus & ueritatē, iuxta Paulinā arguedi rationem non est inefficax argumentum, ex diuina institutione nihil interesse, minus inter episcopum, presbyterum, & diaconum quam inter Aharonem, Aharonitas & Leuitas, profecto recte colligemus.

Docent quoque patres, in nouo testamento episcopos Apostolis, & presbyteros, septuaginta discipulis respondere, quod non paucis eorum testimoniis superius comprobauimus. Ergo quem admodum

Exod. 19.

Epist. 4.

Psal. 98

Epist. 2.

Epist. 88.

Galath. 4.

Hom. 3. in canis.

cap. 2.

4. Sen. d. 24

Ner. 53.

admodum Apostoli iure ipso diuino, non item ecclesiastica constitutione discipulis auctoritate, & ordine maiores erant, ita episcopi presbyteris maiores quoque erunt. Preterea illa ratio profecto insuperabilis est; quod semper ab ecclesia exordio, multa posse episcopos facere creditum est, quæ presbyteri præstare non possent: quod, cum tunc ecclesiastica iura humanæque constitutiones nondum inualuissent, non ex humanis certè legibus, sed ex diuina institutione deriuatum existimandum est. Et in primis, presbyteros tradere sacramentum confirmationis non posse, episcopos contra, posse. Damascus Romanus Pontifex in epistola, de corepiscopis tradit. Quod autem, inquit, solis Apostolis eorumque successoribus proprii sit officii tradere spiritum Sanctum, liber Actuum Apostolorum docet, præsertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti (presbyteros corepiscopos intelligit) in ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti spiritus, per manus impositionem tradidisse. Idem docuit Innocentius primus Damasco paulò posterior, ad Decentium Eugubinum scribens, De consignandis, inquit, infantibus, manifestum est, ab alio fieri, quam ab episcopo non licere. Nam presbyteri, licet sint sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem Pontificibus solis debent, ut uel consignent, uel spiritum paraclæti tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, sed illa lectio Act. Apostolorum, quæ asserit Petrum, & Ioannem esse directos, qui iam baptizatis traderent spiritum. Nam presbyteris seu extra episcopum, seu præsentem episcopo, cum baptizant, Chrismate baptizatos ungeri licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt spiritum paraclæti. Eusebius Pontifex sub Diocletiano, Christi martyr, in epistola ad episcopos Tusciæ & Campaniæ. Manus, inquit, impositionis sacramentum, magna ueneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore Apostolorum ab aliis quam ab ipsis Apostolis, legitur aut scitur peractum esse; neque ab aliis (sicut iam dictum est) quam ab illis qui eorum locum tenent unquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter presumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter ecclesiastica unquam reputabitur sacramenta. Ita Eusebius. Synodus Ispalensis secunda, inter ea, quæ episcopis conuenire, presbyteris autem negari, decernit, manus impositionem numerat. Damnat & Concilium Constantiense, inter alios errores Ioannis Wiclefi, illum, quo assererat, Confirmationem iuuenum, & clericorum ordinationem, locorum consecrationem &c. Papæ & episcopis referuari propter cupiditatem lucri temporalis, & honoris. Scio Gregorium Papam in epistola ad Ianuarium permittere ut presbyteri sacramentum confirmatio-

Can. 7.

Sesi. 8.

nis tradant, Scio deinde Hieronymum aduersus Luciferianos dixisse, esse magis propter honorem sacerdotii, quam ex legis necessitate decretum, ut solus episcopus per impositionem manus spiritum sanctum conferat. Verum aut Gregorius illud ad uitandum maius scandalum fieri permittit; quod quidam doctè crediderunt, aut factum illud aliam habet interpretationem, de qua nos alibi non nulla scribimus. Nam Hieronymi, cum eum in præcipuo puncto controuersæ, quo credit presbyteros, episcopis auctoritate esse pares, aduersarium patiamur; non est cur in hac parte, auctoritatem moremur.

Episcoporum deinde presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum, ordinationem episcopis conuenire, non item presbyteris, omnes ab exordio Christianæ doctrinæ patres docuerunt: Ita ut si quis presbyter, quenquam ordinare attentauerit, quodcunque fiat, irritum sit & innane. Est igitur iure ipso diuino inter episcopos, & presbyteros in ordinis potestate, & auctoritate discrimen. Episcoporum, inquit, Epiphanius, ordo patrum generator est, quia patres generat, cui presbyterorum ordo per lauacrum filios regenerat, non tamen patres, aut doctores. Quo igitur modo presbyterum constitueret, qui manuum impositionem ad eum creandum non haberet, aut presbyterum episcopo æqualem esse diceret? Ancyrana Synodus Corepiscopis, quos nunc Archipresbyteros rurales appellamus, licere negat, presbyteros aut diaconos ordinare, Vicariis, inquit, episcoporum quos Græci Corepiscopos uocant, non licet uel presbyteros uel diaconos ordinare. Idem decernit Synodus Antiochena secunda. Idem Damascus Pontifex in epistola ad episcopos Numidarum. Et denique adeo, catholici omnes huic sententiæ adhaeserunt, ut neque Hieronymus ab ea disenserit: eadē enim epistola ad Euaagrium, qua episcopis presbyteros æquare contendit, ordinandi munus episcopis esse proprium, uel inuitus docet. Excepta aut ordinatione nihil habet amplius presbytero episcopus. Verū de excellentia episcopalis ordinis, cum multi nostra memoria doctissime & diligentissime scripserint, non est cur amplius loquamur, si Hieronymi, Gregoriorum, Aerii, Wiclefi &c. rationibus satisfaciamus.

D I L V V N T V R E O R V M

qui tenent episcopos esse humano iure
introducitos argumenta. Cap. 9.

EP I P H A N I V S, locis illis omnibus scripturæ, quos hi in suæ sententiæ patrocinium colligunt, respondet, eos ad literam (ut aiunt) esse intelligendos, de presbyteris quidem, qui de presbyteris loquuntur, de episcopis autem, qui de episcopis. Et non nouit (inquit) ille (Aerium hæreticum intelligit) qui consequentiæ ueritatis ignarus est, & historias profundissimas non legit,

Alphonfus
castrus lib.
4. aduersus
hevas.

can. 13.

can. 10.

legit, quod cum recens esset prædicatio, Sanctus Apostolus pro re nata uelut habebat, scripsit. Vbi enim episcopi erant constituti, scripsit episcopis, & diaconis: Non enim omnia statim potuerunt Apostoli constituere, presbyteris enim opus erat, & diaconis, per hos enim duos ecclesiastica impleri possunt. Vbi uero non inuentus est quis dignus episcopatu, permansit locus sine episcopo. Vbi autem opus fuit, & erant digni episcopatu, constituti sunt episcopi. Cum autem multitudo non esset, non inuenti sunt inter ipsos, qui presbyteri constituerentur, et contenti fuerunt solo episcopo, in loco constituto. Verum sine diacono impossibile est esse episcopum. Et curâ adhibuit sanctus Apostolus, ut diaconi eent episcopo propter ministerium. Sic ecclesia cæpit complementa dispensationis, sic illo tempore erant loci. Nam singulæ res non ab initio omnia habuerunt, sed progressu temporis, ea quæ ad necessarium perfectionem requiruntur, parabantur. Proferatque deinde Epiphanius ex lege Mosæ exemplum, in qua non omnia, quæ uel ad tabernaculum, uel ad eum statum attingebant, uno eodemque tempore sunt constituta, sed sensim incrementum acceperunt. Moyses, inquit, mittitur in Aegyptum uelut uetus testamentum habet, cum uirga sola, à Deo autem missus, cum proficisceretur in Aegyptum, additur ipsi in auxilium Aharon frater ipsius. Deinde postquam fratri commissionem dedisset, congregatus est apud ipsum senatus & Princeps populi illius temporis, & post hæc corroborato opere & collecta consequentia, pertransiit mare. Et nondum erant secundum legem, donec Dominus uocat ipsum in montem. Dat autem ipsi plicas, siue tabulas mandatorum, & ostendit ipsi ut construat tabernaculum, & præficiat Principes, Decuriones, Quinquagenarios, Cæturiones, & Tribunos militum. Et uides quomodo res ampliantur. Facies, inquit, omnia iuxta formam ostendam tibi in monte Sina. Et uides quomodo: aditum est candelabrum septem faculas habens, vestes ad pedes demissæ, indumenta sacerdotalia, tintinabula, clamydes, amicula, pilei, mitra, lapidum præciosorum compositiones, Cyathi, mortariola, Thuribula, peluis, altaria, catini, marmaroth. Quæ sunt cola: midicoth, qui expellatur Cyathi, meconoth, qui sunt gradus & quæcunque lex recenset, Cherubin & alia, arca testamēti, uestes, annuli, tætorium, collaria, & pelles tubæ factæ, pocalaque & alia, Ianitores, & tubæ ductiles ac curuæ, aureæ ac argenteæ, cereæque ac corneæ & alia, quæ lex dixit sacrificia diuersa, doctrinæ. Nam cum ab initio hæc non essent, nunquid ergo postquam factus est ordo, non exhibuerunt negotia? sic etiã quæ apud Apostolum scripta sunt, donec ampliata est ecclesia, donec ad propriam mensuram deuenit, donec ornatu intelligentiæ, iustissime ex patre & filio ac sancto spiritu gubernata est. Et corruit Aerii sermo. Et quod non potest idem esse,

docet diuinus Apostoli sermo, quis sit episcopus, & quis presbyter, cum dicit ad Timotheum, qui erat episcopus, presbyterum ne obiurges, sed adhortare uelut patrem. Quid negotii esset episcopo aut presbyterum non obiurgaret, si non super presbyterum potestatem haberet? Quemadmodum etiam rursus dicit, aduersus presbyterum, ne cito admiseris accusationem, nisi coram duobus aut tribus testibus. Et non dixit; ad aliquem presbyterum, Ne admiseris accusationem aduersus aliquem episcopum; neque scripsit ad aliquem presbyterum, ut ne episcopum obiurgaret. Hactenus Epiphanius. Qui profecto abunde mihi diluissè uidetur eam rationem quæ auctores alterius sententiæ, in eam impullit, Dicemus ergo ideo Tito nihil de episcopis eligendis præcepisse Apostolum, quod illic nondum inuenti essent qui digni episcopali ordine & dignitate uiderentur. Contra Timotheo de episcopis mandasse, quod iam Ephesi ob ciuitatis amplitudinem, episcopatu digni inuenirentur. Locus autem act. 20. aut non de episcopis eius urbis, sed totius eius prouintiæ, qui ut Paulum alloquerentur, illic conuenerant est accipiendus, aut si de presbyteris iuxta quorundam sententiam, intelligi debet, de eo tempore loquitur, quod nondum Ephesi, qui episcopi crearentur, inuenti erant. Cæteri loci facilem habent dilutionem, Quod uero, in Epistola ad Timotheum post episcopos diaconorum meminerit, ideo est, ut Epiphanius docet, quod episcopo necessarius esset diaconus, non item presbyter. Aut certe, quod Ephesi presbyteros tunc temporis eligere non esset necessarium, sed episcopos duntaxat, ac eorum ministros diaconos.

ALTERA DILVTIO. Cap. 10.

ES T & ea eorum locorum aptissima dilutio, quod eo Apostolico sæculo, episcoporum & presbyterorum cum essent res distinctæ, nomina essent communia, quousque utrique suam appellationem propriam obtinuerunt. Quod ut facilius percipiatur, aduertendum est, omnes sacrorum ordinum gradus, in duo genera distingui, Principantium, & ministrantium. Et prior quidē gradus, in presbyteros & episcopos distrahitur, quod utriusque horum ad imperandum, non modo inferioribus ordinibus, qui ministrantes uocantur, sed etiam Christianis populis creentur. Ministrantium gradus, in diaconum & subdiaconum distinguitur, diaconos enim ministros episcoporum & sacerdotum interpretamur. His ergo duobus gradibus ministrantium & principantium, uniuersos sacros ordines Paulus comprehendit. Et primum quidem idest principantium gradum, duobus uocabulis presbyteri aut episcopi, promiscue uocat, sicut diaconi nomine duo genera ministrorum comprehendit. Quemadmodum enim in principum familiis, non omnes famuli in eodem ordine

ordine sunt constituti, sed hi imperat, illi contra obediunt, & tamen omnes famuli aut ministri dicuntur, ita diaconos ac subdiaconos, quamquam non sint in eodem ordine ac dignitate, uno eodemque nomine diaconi Paulus inuoluit. Erant igitur duorum ordinum qui sub principantium gradu continebantur, res diuersae, sed nomina promiscua, quoniam alio qui omnes et presbyteri erant, et gregibus dominicis super intendebant, quousque usus ecclesiasticus obtinuit, ut eminentior ille ordo episcopi, inferiores presbyteri uocarentur. Et recte quidem, nam cum omnes, aut propter etatem, quae tunc seniores diligenter, aut propter sapientiam, canent enim sunt sensus hominis, & etas senectutis vita immaculata; aut denique, quod magis mihi placet, ob Iudeorum consuetudinem, qui primores populi, presbyteros aut seniores uocabant, omnes siue episcopi, siue simplices sacerdotes, presbyteri dicerentur, hi tamen absolute ac simpliciter superintendere aut praesidere dicebantur, qui totius populi, id est, plebis, presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum ac reliqui cleri curam gerebant.

EXPLICATUR SECUNDA dilutio. Cap. 11.

ET ut haec, quae diximus, facilius intelligatur aduertendus est, horum trium nominum, quibus sacri ordines denotantur, episcopus, presbyter, & diaconus, duplex usus, communis unus, proprius alter. Et ut ab episcopo incipiamus. Vocantur episcopi, non modo prophetae sed sacri quoque eius Apostolici temporis auctores, praefectum quencunque, qui rebus publicis praesideret, exploratorem, inspectorem, custodem, curatorem &c. Ita Cicero ad Atticum. Vult, inquit, me Pompeius esse, quem tota haec Campania & maritima hora habeat inuoluit, ad quem delictus & summa negotii referatur. Iurisconsultus in l.ultima de muneribus & honoribus. episcopi, inquit, qui praesunt pani & caeteris uenalibus. Apud Indos, ut refert Arrianus. munus erat uidendi, quid in quaque regione fieret, & ad Reges, atque magistratus referendi. Plutarchus in Numa, Pontificem summum uocat sacrum uirginum custodem. Valla in Homeri uersione, de Dolone exploratore; episcopi uocem graecam, bis reliquit, & Homerus ipse episcopos honoris gratia Reges uocat, uocabatur & Athenis magistratus quidam, ad iudicandum in oppida sub eorum imperio & ditione mitti solitus. Multus est in hac significatione huius dictionis apud Graecos & Latinos auctores usus. Hinc uel ueteri illa ecclesiastica memoria, uel nunc episcopos, Christianus populus uocare cepit eos quorum erat inspectio & summa cura in Christi praesidio, ut Guilielmus Budaeus annotauit. Aut fortasse episcopi uocari ceperunt, quod

cathedris in eminentiori loco collocatis, populis superstantent, & superintenderent. Nam ut quidam narrant, Diuus Clemens primus post Petrum Romanus Pontifex, statuit ut cathedra episcopalis, in editiori loco statueretur; in qua residens episcopus, posset & omnes circumspicere, & ab omnibus circumspici, quod hodie praedicatores faciunt. Graeci tamen & latini auctores maiori ex parte (Chrysostrum dico, Theophilactum, Oecumenium, Ambrosium, Augustinum &c.) tibi alibi, tum in 3. cap. Epistolae prioris ad Timotheum, ad primam etimologiam magis declinant, quod episcopis praesides uocantur, quos sub sua cura susceperit. Est huius uocabuli in Graecis uersionibus ueteris testamenti usus non infrequens. Ut Spencius doctissime adnotauit. Nam Nehem. 11. Episcopi Leuitarum in Hierusalem sit metio. Esaię etiam. 60. Ponam (Promittit Deus ecclesie) uisitacionem tuam pacem, praepositos tuos iustitiam. Siue ut septuaginta, Dabo principes tuos in pace, episcopos tuos in iustitia. Vbi Hieronymus in ueteri scripturae maiestatem, quod futuros ecclesie Principes episcopos nominauit. Quorum omnis uisitatio in pace & uocabulum dignitatis iniustitia. Antiochus. 1. Machab. 1. praeposuit: princeps aut fecit inspectores & curatores populo, qui haec fieri cogerent. Citat Petrus ex Psal. 108. & eius accipiat alter episcopatum, praefecturam, custodiam sed de dictione episcopus iam satis.

QUOD, NOMINE PRESBYTERI, in scripturis intelligatur. Cap. 12.

NUNC de presbytero dicamus. Quod nomen, etiam duas significationes: communem unam, peculiarem alteram habere, ex auctoribus, tum sacris, tum prophanis: perspicuum est. Nam praeter hoc quod est nomen aetatis senem significans a uerbo presbyter, quod inter alias significationes, antiquum ac ueteranum esse significat, in qua significatione a Graecis frequentissime usurpatur, denotat etiam, honoratiorem, maiorem; priorem, populi principem &c. quod nimirum, senioribus potissimum huiusmodi principatus debeantur. Huius quoque significationis in Graecis auctoribus non est infrequens usus; sed ad scripturas non modo ueteris, sed & noui testamenti peruenio. 1. Ezrre. 6. presbyteri Iudaeorum eiusdem populi principes dicuntur. 3. Ezrr. 9. presbyteri Iudaeorum & iudices eius populi primores uocantur. Judith. 6. & 8. maiores etiam ciuitatis, nomen presbyter denotat. Eodemque modo sumitur eius lib. c. 9. 10. 13. & 15. Baruc Propheta ad aures presbyterorum librum suum legisse dicit, quo loco populi primores accipere, non est dubitandum. Sic & apud Danielem presbyteri uocantur, non tam aetate, quam dignitate & populi principatu.

cipatu. In lib. Ecclesiastici, frequens est huius nominis, in hac significatione usus, Presbytero, inquit, humilia animam tuam et magnati humilia caput tuum, quo loco, idem presbyterum quod magnate intelligit. Et rursus, In multitudine, inquit presbyterorum prudentium sta. Et sapientiae illorum ex corde coniungere, presbyteros hoc loco sapientes intelligit. Sed in hac significatione in ueteri scriptura comprobata, non est cur laboremus.

Est & hic usus in Apostolica historia non infrequens. Nam Apostoli cum ex Iudaeis essent, eorum ut plurimum loquendi rationes obseruabant. lib. Actionum Apostolicarum. Ad Apostolos & presbyteros delatam fuisse quaestionem Circumcisionis dicitur, et eos qui deferebant, ab Apostolis, et presbyteris susceptos fuisse dicitur.

Peculiari significatione ac Ecclesiastico usui propria, presbyter, sacerdotem simplicem, id est, eum qui non est episcopus significat, in qua, eo nomine, omnes Christiani auctores post apostolica tempora, utuntur.

QVID NOMINE DIACONI scripturae accipiant. Cap. 13.

Græci uocant, ministrum, aut famulum & diaconia ministerium, obsequium, officium, negocium, prouintiam, administrationem, functionem, operam, curationem &c. in qua significatione generali, & in sancta scriptura non semel usurpatur. Scribit Paulus ad Timotheum. diaconia ministerium imple, quem tamen episcopum fuisse declarat, sic scribens ad eundem. Manum cito nemini imponeris. Et rursus. Noli negligere gratiam quae data est tibi per impositionem manus presbyterii. Neque enim creandis episcopis manum nisi episcopus imposuisset. Atque id in illum Pauli locum Chrysostrum, Theophilactus, Oecumenius, & Graeci reliqui adnotarunt. Diaconia ergo aut ministerium Timothei, quod implere praecipitur, non erat aliud, quam episcopi & pastoris officium, quod iam dudum susceperat. Quin & illos septem diacones, qui in Actionibus Apostolicis diliguntur, ad hoc genus diaconiam ad ministerium pertinere arbitror; patet enim eos, ad mensarum curam potius quam ad altaris ministerium fuisse electos. Non est aequum, inquit Petrus, nos relinquere uerbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres uiros ex uobis boni testimonii, quos constituamus super hoc opus, mensarum scilicet curam. Vnde sexta synodus generalis, can. 16. Quoniam Actorum liber, inquit, septem diacones ab Apostolis constitutos esse tradit. Et Neocesariensis. Synodus sic aperte differuit, quod septem debent esse diaconi &c. Nos cum dicto Apostolico metem patrum adaptassemus, inuenimus eos locutos, non de uiris qui ministrant mysteriis, sed de ministerio, quod in usu mensarum adhi-

bebatur. Citantque patres Ioannem Chrysostrum in eam sententiam. Eodem etiam dictionis usu, eodem Apostolico saeculo diaconas feminas appellabant, quas Apostoli aut episcopi in saecularum alendarum ministerio habebant. Vnde de Paulus Phabeam diaconam ministeriam ecclesiae Cenchrensis commendat. Diaconissas postea ecclesiastici canones uocant huiusmodi feminas; de quibus non nulla libro quarto dicemus.

Diaconus uero iuxta peculiarem & ab ecclesiis posteris temporibus receptam significationem altaris ministerium, episcopo aut presbytero subseruientem, denotat. Hic autem duplex est, unus qui episcopo duntaxat & presbytero subseruit, quem nunc absolute diaconum uocamus, alter, qui non modo his, sed & diacono in altaris ministerio parat, & hunc aut hypodiaconum aut subdiaconum uocant, quasi subministrum, & subseruientem dixeris. Ita ut nomen diaconi etiam in hac peculiari significatione, genus quoque denotet, quemadmodum nomen ministri aut famuli, omnes enim ministri famuli uocantur, et tamen unus alteri subseruit.

ALIORVM NOMINVM EVANGELICARVM dignitatum explicatio. Cap. 14.

EADEM quoque significationis variatio in nominibus, Apostolus, discipulus, & si quae sunt alia huius ordinis, accidit. Nam cum Apostolus missum denotet, quandoque etiam ad eos extenditur, qui quacunque ratione mittebantur. Sic Marcialis unus ex septuaginta discipulis, Apostoli Christi in suis epistolis se uocat, sic etiam & Barnabam Apostolum uocamus, & colimus, quamquam Clemens Romanus eundem esse asserat cum Mathia Apostolo, ab Apostolis electo. Frequentia occurrunt in eius temporis historia huius uariae significationis exempla. Nam quod nomen etiam discipulus eandem duplicem significationem, communem unam, & peculiarem alteram habeat, facilius est quam ut in eo demonstrando multum laboraturi simus. Apostoli frequentissime uocantur discipuli in Euangelica historia, cum tamen de numero eorum qui proprie discipuli uocabantur, non essent. Imo uero Christianos omnes siue episcopos siue presbyteros, siue plebem, fuisse primitus discipulos appellatos, & Apostolica historia prodit, & sancti patres memoriae prodiderunt. Crescente, inquit, numero discipulorum. Hic discipulos, Christianos omnes in uniuersum uocat. Et ne sciendo loca tadio simus; Testatur Lucas in Actionibus Apostolicis, prius Christianos omnes discipulos appellatos, postmodum Antiochia Christianos uocari incepisse; Quod & Athanasius in disputatione contra Arrium scribit. In ipso, inquit, Christianae religionis praedicationis initio, omnes qui credebant

Ecclesi. 4.

Ecclesi. 6.

cap. 15.

Marti. Polon.

ad Tim. 1.

act. 1.

2. Thim. 4.

1. Tim. 4. 1. Tim. 5.

act. 6.

Bar. 1.

Dan. 13.

Lib. 7. Epistol. ad Atticum.

lib. 8.

lib. 10.

In l. liti. D. de muner. & hon.

Rom. 16.

act. 6.

cap. 11.

credebant Domino nostro Iesu Christo, nō christiani, sed discipuli tantummodo nominantur. Et quia multi nouorum dogmatum auctores extiterant, doctrinæ obuiantes Apostolicæ, omnes & sectatores suos, discipulos nominabāt, nec erat, vlla nominis discretio inter veros, falsosque, discipulos, siue Dositheæ, siue Theodæ, siue Iudæ cuiusdam, siue Ioannis sectatores, qui se quasi Christo ecclesiæ fatebantur; cum potius vno ecclesiæ nomine censerentur. Tunc Apostoli conueniātes Antiochiam sicut eorum, (Luca narante) testantur acta, omnes discipulos nouo nomine, id est, Christianos appellant, discernentes à cōmuni falsorum discipulorum vocabulo, ut diuini per Isaiam oraculi sermo impleretur, quo ait *seruientibus* vero mihi, vocabitur nomen nouum. Hæc Athanasius. Discipuli igitur, non modo hi, qui de numero septuaginta erant, eo sæculo Apostolico siue in canonicis scripturis siue in Sanctorum patrum, qui eo sæculo vixerunt, scriptis, vocabantur, quicumque alij Christiani cuiuscunque ordinis atque dignitatis essent.

Idem de nominibus *Propheta & Euangelista* sentiendum. Nam cum prophetas propriè eos appellemus, qui diuino spiritu afflati futura prædicunt, Prophetas eos plerunque noui quoque testamenti scriptura uocat, qui aut uitam prophetarum imitantur, aut scripturas spiritu Sancto recepto, interpretantur. Sic Paulus quibusdam prophetiam datam per Spiritum Sanctum, in ecclesia, inquit, & quosdam dedisse Deum Apostolos, Euangelistas alios, prophetas &c. Et rursus. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & ceteri diiudicent. Quod si alii reuelatum fuerit sedenti prior taccat. Potestis enim omnes per singulos prophetare. Et rursus. Spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Hoc de spiritu illo prophetico intelligi nequit, Nā de illo dicitur, Dominus, locutus est, quis non prophetabit? *Euangelistas*, propriè quatuor dicimus, qui Christi gesta quedam & doctrinam memoriæ prodiderunt, est tamē apud illud Apostolicum sæculum & huius nominis amplior usus, quod ita Euangelii prædicatores & ministros uocarent. Sic Philippus Euangelista à Luca dicitur, & Paulus Timotheo præcipit, ut opus faciat Euangelistæ. Et quosdam in ecclesia Deus dedisse dicitur Euangelistas, sic euangelizare pro prædicare sumitur, cuius in utroque testamento frequentissimus est usus.

CONFERVNTVR CVM SVPERIORI
 doctrina loci, qui ab altera sententia
 ex scripturis proferuntur. Cap. 15.

NVNC facile omnium illorum locorum, qui ex Euangelicis, aut Apostolicis scripturis proferuntur, dilutio patet. Vocantur aliquando episcopi, presbyteri, aut presbyteri episcopi, non secundum propriam uocabulo-

rum rationem, sed iuxta generalem illam, quæ tunc, quod nōdum alia peculiaris increbuisse, ob rerum Christianarum nouitatem, Christiani utebantur. Nam si horum nominum significatio propria sequenda est, Timotheum, ut antea dicebamus, diaconum faciemus, quod diaconiam imple-

re à Paulo præcipiatur. Hinc deinde ex horum nominum multiplici uariaque significatione, uideri poterit, quàm debili argumento Ricardus Radulphus Archiepiscopus Armachanus collegerit, simplicè sacerdotè posse sacramentum confirmationis tradere, quod in Actibus Apostolicis Ananias discipulus Paulo manus, ut reciperet Spiritum Sanctum imposuisse dicitur. Nam ut alia, quæ hic à Theologis afferuntur omittamus, ex hac uaria nominum significatione, respōdemus, ex eo loco infirmissime colligi, Ananiam presbyterum duntaxat esse. Nam tamen discipulus à Luca uocetur; nō inde sequitur, non fuisse episcopum, sed uocabatur discipulus, eo pacto, quo reliqui omnes Christiani eo tempore discipuli dicebantur.

Hinc iam non modo scripturæ loquendi formam intelligemus, sed eorum quoque, qui eo sæculo Apostolico uixerunt. Scribit Polycarpus Smyrneorum episcopus, & Ioannis Apostoli discipulus, & qui cum eo erant presbyteri Philippensi Dei Ecclesiæ, ommissa episcopi mentione. Subiecti, ait, estote presbyteris & diaconis. Presbyteri simplices sint in omnes, si omnibus misericordes, omnes ab errore conuertentes, infirmos visitantes, uiduas, pupillos, pauperes non negligentes. Diaconi inculpabiles, uti Dei Christi que & non hominum ministri ueritate ambulantes &c. Quas Epistolæ Polycarpi, Hieronymus agnoscit, & probat. Vocat Polycarpus presbyteros, fortasse Philipporum, & finitimorum oppidorum, quæ multa uni Vrbi parere consueuerunt, episcopos, aut episcopum urbis, pro eius sæculi ruditate cum presbyteris confundit. Nisi hic magis Epiphani dilutionem quisquàm probet, quod scilicet eo sæculo, nondum Philippis creatus esset episcopus.

Scholasticorum quorundam rationes, quibus episcoporum & presbyterorum discrimen, de iure diuino tollere cum Hieronymo nituntur: leuiore sunt, quàm ut nobis earum comminutio negocium faceere debeat. Nam quod, inquit Durandus, nullibi legi episcopos scorsum à presbyteris ordinatos fuisse, quod Christus in Cœna Apostolos sacerdotes effecerit, non itera episcopos, & postea resumpto corpore, remittendi, quæ illis adhuc deerat, potestatem tradiderit, dum ait. Quorum remisistis peccata &c. Primum quidem assumptum negamus, nam eos tunc episcopos & populorum pastores creauit, cum accepto spiritu prædicandi, & sua mandata docendi, præceptum imposuit. Tunc enim eisdem executionem Apostolatus tradidit, Apostolatus autem episcopatus quidam est. Deinde consequen-

2. Tim. 4.

lib. 11. de quaest. arm. c. 4.

act. 9.

apud Eusebium lib. 4. histo. Eccle. cap. 15.

Durand.

Ioan. 12.

Mat. 26. & Mar. ultim.

tiam negamus, haud enim omnia quæ Christus gesit scripta sunt. Probaretque hac ratione Durandus, neque eosdem Apostolos fuisse baptizatos. Scimus eos Apostolos à Christo creatos, scimus Apostolicam dignitatem cum episcopali ordine esse coniunctam, potuitque Christus excellentiæ potestate qua polluit, episcopatum prius quando eos, scilicet, creauit Apostolos, deinde sacerdotium tradere, utcunque autem sit, fatendum est cum Augustino aequam cœlos ascenderet, eos à Christo episcopos factos fuisse. Verum huic controuersia Tridentina Synodus silentium imposuit. Sessione. 23. cano. 7. ut superius diximus.

QVOD EPISCOPI ORDINEM SACRUM à SACERDOTIO DISTINCTUM IN SUI CONSECRATIONE SUSCIPIANT. Cap. 16.

DEMONSTRAVIMVS hucusque episcopos à Christo fuisse constitutos, eorumque argumenta protriuimus, qui eos hominum uoluntate in ecclesia emerisse docuerunt. Vnde os inter homines sacros annumerandos uel hac ratione facile colligi potest. Nunc ulterius eosdem sacros appellari quod ordinem sacrum suscipiant contendimus. Id uerò à Catholicis facile obtinebitur cum ab ipsis Apostolicis temporibus iuxta ecclesiasticos canones, nullus episcopus consecrari possit, qui prius presbyter & sacerdos non extiterit. Verum illud apud scholasticos Theologos in controuersia est, An præter ordinem sacerdotalem, quo quis in presbyteri gradu constituitur, episcopi ordinem sacrum distinctum in ordinatione accipiant. Quam quaestionem quemadmodum & alia quæcunque, quæ Theologi agitare solent, uariè ab eisdem discerni ex eorum monumentis facile percipi potest. Episcopos enim uerò ordinem distinctum à sacerdotibus non accipere Alexander Aletius, Sanctus Bonauentura, Ricardus Mediauillanus, Sanctus Thomas, Ricardus Armachanus, Lombardum secuti docuerunt. Contrà, episcopatum ordinem distinctum esse à sacerdotali. Guillelmus Aftisiodoren, Durandus, inter recentiores Ioannes EKius, Ioannes maior, & Thomas Caietanus probarunt. Scotus, & Paludanus cum utramque sententiam probabilem arbitrentur, magis esse distinctos ordines consentire uidentur. Canonistæ omnes eandem sententiam uno eodemque consensu sequuntur.

Priorum rationes hæc ferè sunt. Primò quidem quia in ecclesia tantum septem ordines celebrantur, si autem episcopatus est ordo, iam non septem, sed octo ordines sunt.

Secundò quia ordines omnes ad Eucharistiæ

sacramentum ordinantur & in ordine ad ipsum distinguuntur, episcopatus autem neque est ordo ministrandi sacerdoti in Eucharistia, quia est altior, neque quantum ad potestatem consecrandi est ei superior, quia omnes sacerdotes æqualem potestatem habent, non ergo habet ordinem aliquem ad Eucharistiam, atque adeo non est ordo à sacerdotio distinctus.

Tertiò quia si episcopatus esset ordo distinctus à sacerdotio, nouum atque proprium characterem imprimeret, omnes enim ordines sacri distincti, distinctos characteres inurunt, Episcopatum autem distinctum characterem imprimere inde falsum putant, quoniam tunc qui ante sacerdotium episcopus ordinaretur, episcopalem characterem cum gratia gratum faciente, quæ est sacramentorum effectus acciperet, cum in sacramentorum susceptione non sit essentialis ordo ut superius ab inferiori pendeat. Nam fieri potest Diaconus qui non erat Subdiaconus, & Presbyter, qui non erat Diaconus. ut patet per titulum de clerico per saltum promotus, confessus autem esse falsum inde patet, quod si episcopus antequam fieret sacerdos consecraretur, nihil fieret.

Quartò, si in consecratione episcopi imprimeretur character superior esset sacerdotali characteri, unde & potestatem consecrandi in se clauderet quemadmodum character diaconi characterem subdiaconi includit, quò fieret, ut neque consecratus episcopus, sacerdotali ordinatione indigeret.

Quintò, quoniam sacramentum ordinis in Sabbatis quattuor temporum traditur, episcopus uerò nisi diebus Dominis non consecratur.

Sextò, quia in uniuersa episcopi consecratione, nulla apparet forma & materia sacramenti, non est igitur sacramentum atque adeo neque ordo à sacerdotio distinctus. Assumptionem probant ex unctionibus, baculi traditione, impositione mitræ &c.

Alterius placiti rationes hæc fere sunt. Prima quod ordo nihil sit aliud quàm quædam potestas gradus in spiritualibus dispensandis, ergo cum episcopi dispensare possint quædam sacramenta, quæ sacerdotes non possunt dispensare ut confirmationem & ordinationem, distinctum habebunt ordinem à sacerdotio.

Secundò, quia in ecclesia non sunt aliæ potestates quàm ordinis & iurisdictionis, sed ea quæ pertinent ad episcopalem potestatem non sunt iurisdictionis, quia alioqui simplicibus sacerdotibus committi possent, sunt igitur ordinis, & non ordinis sacerdotalis, ergo episcopalis, Habet ergo episcopus aliquem ordinem, quem non habet sacerdos simplex.

Atque hæc sunt potissima huius sententiæ fundamenta, quibus ego profecto dissentire non possum.

B sum.

Gloss. in proph. lib. 6.
 Gloss. in quæst. depurg. can.
 Archi. in c. diaconos 93 d.
 Anst. Busr. in c. ex lste. de excessib. præla.
 Idem in d. c. quous.
 Abb. in cap. aqua de consec. eccl. & aliar. etc.

1m. qq. noui. & uet. test. 97.

Lomb. 4. d. 24. alex. 4. p. 79.
 Memb. 8. et 9. 80. Mem. 4.
 Ricard. 4. d. 24. q. 2. et 3.
 Alb. mag. 4. Turro. Croma c. 1. d. 21.
 Abulen. super Math. c. 9. Altiu. 4. p. sum. c. 1.
 Maior. d. 24.
 EKius lib. 3. de pri. c. 22. et 23. Caiet. in quodam. opus. demod. trad. ord.
 Scot. 4. d. 24. d. 24. q. uni.
 Palu. d. 24. q. 7.
 Gloss. in ca. Cleros d. 21.

1. cor. 12.

1. cor. 14

act. 21. 1. Tim. 4. Eph. 4.

Auctoritas
sen. enia.

sum. Imo verò adeo his rationibus commoueor, ut priorem illam opinionem his potissimum temporibus periculosisimam existimem, neque aliunde exortam puto, quam ex eorum patrum, qui episcopum à simplici presbytero iure duntaxat humano distare docuerunt scriptis, quæ tamen ut diximus, hodie in Theologicis scholis non sunt admittenda. Itaque Theologi illi, qui ei opinioni adhererunt, non aliud mihi fecisse videntur, quam Hieronymi & Græcorum (ne propter tantorum uirorum reuerentiam A. Erii & Wiclefi dicam) sententiam personatam in Theologicas scholas reuocasse. Atque id illi non ex animi sententia fecerunt (absit) sed quod in ueteres patres eximia quadam pietate essent, & quod uellent, omnia eorum scripta absque delectu sequi & imitari. Videbant non modo Hieronymum, sed alios quoque Latinos & Græcos patres, quos retulimus plerumque nihil aliud episcopo tribuere, quam maiorem quandam iurisdictionis potestatem, imò solam ecclesiarum electionem; uidebant rursus, eisdem quædam sacramenta & ecclesiasticas actiones nuncupari, quæ simplicibus sacerdotibus negabantur; hæc duo, hi Theologi ut cunque compingere molientes, dixerunt quidem Episcopos presbyteris esse superiores, non modo ecclesiastico sed diuino iure, at nullum alium ordinem à sacerdotio in consecratione suscipere, quæ duo, quo pacto secum coherere uideri non possum. Enim uero si non humano iure duntaxat, sed diuino quoque episcopus presbytero superior est, hæc superioritas ex iurisdictionis potestate metienda non est, quæ etiam in simplici sacerdote maior quam in episcopo esse potest. Est igitur superioritas illa ex superiori ordine desumenda: In solo profecto ordine eiusque potestate inter episcopum & presbyterum discrimen de iure diuino est. Nam cum iurisdictionis potestas tanquam in fonte ac origine in solo Romano Pontifice resideat iuxta illud. *Pasce oues meas*, illi cuiusque uelit, eam, in eoque gradu, quo uelit, tradere potest. Et uideamus alioqui episcopos titulares nulla potestate iurisdictionis fungi, quibus tamen æquari simplices presbyteros asserere, prorsus esset hæreticum. Non ergo discrimen in potestate iurisdictionis est, sed ordinis duntaxat. Quod uerò hoc potestatis ordinis discrimen non ab humana sed à diuina constitutione deriuatur; uel hoc uno ineluctabiliter demonstratur, quod ordinum actiones & effectus, & si cum contra ecclesiasticum imperium exercentur peccatum inferant; tenent tamen, neque ad eos impediendos ulla hominum uoluntas satis est, ergo cum simplex sacerdos quantumcunque sacerdotem consecrare attentet, nihil omnino consecrando conferat, episcopus autem quantumcunque prohibitus consecrare sacerdotem attentans, quantumcunque peccet, consecret tamen uerosque ordines tradat, inuincibili ratione colligitur

Ioan. 21.

episcopum à simplici sacerdote iure diuino non humano, aliqua ordinis potestate differre. Atqui iuxta Philosophorum nobilium traditionem, potestatis non modo per actiones cognoscuntur, sed etiã distinguuntur, id est, distinctæ esse & à se inuicem differentes sciuntur. Nam cum potestatis quæ in substantia delitescunt exterius non deprehendantur, per nihil aliud à se inuicem distare quam per exteros actus & effectus cognoscuntur; Cum ergo in episcopo præter corporis dominici consecrationem, quam cum cæteris sacerdotibus communem habet, aliquos alios effectus, qui iure ipso diuino à simplici sacerdote præstari non possunt, credendum est eum aliquem ordinem à sacerdotali ordine distinctum possidere, quem in ipsa episcopali consecratione suscipiat.

Respondent qui alteri sententiæ patrocinantur rectè hac ratione confici in episcopo esse aliquam superiorem potestatem, non tamen esse aliquem distinctum ordinem; notantque ordinem bifariam capi, pro sacro scilicet ordine, & gradu altioris potestatis, respectu aliquarum sacrorum actionum. Priori modo sumptum ordinem, negant in episcopo à sacerdotio distinctum esse ordinem; Secundo modo facile donant in episcopo ordinem distinctum reperiri.

Sed profecto hac leui dilutione, eius rationis vires non reperiuntur. Nam imprimis ego aliam in ecclesia potestatem hucusque non legi, quam iurisdictionis, & ordinis, si non est ergo episcopus simplici sacerdote superior iurisdictionis potestate, erit ergo superior potestate ordinis, habet ergo ordinem distinctum à sacerdotio. Deinde aut illa episcopalis potestas effectus est ordinis sacerdotalis ab eoque tanquam effectus à causa deriuatur, aut non. Si ab ordine sacerdotali nascitur, habet igitur illam quicumque sacerdos, si non, cum non sit à potestate iurisdictionis, erit à potestate ordinis, cum inter hos duos nulla alia potestas media detur in ecclesia. Præterea, nulla alia ratione sacerdotium à diaconatu distinctum credimus, quam, quod aliquid sacerdos præstare possit, quod non possit Diaconus, ergo eodem modo, quoniam episcopus aliquid efficere potest, quod non potest sacerdos, ab illo ordine quoque distinctus erit. Et alioqui, quare non dicemus diaconatum & sacerdotium esse eundem ordinem; aut sacerdotium esse quidem potestatem quandam ad sacras actiones præstandas, non item ordinem distinctum à diaconatu? Quarto, conferre aliquid ex opere operato quod Theologi uocant, solis sacramentis conuenit, nulla enim potestas in ecclesia reperitur, quæ ex opere operato quicquam cõferat, præter sacramentalem potestatem, episcopus secundum illum gradum potestatis quem isti uocant, quantumcunque prohibitus ordines confert & cõfirmationem, est igitur gradus ille potestatis, uerè sacramentalis, atque

atque adeo uerissimus ordo à sacerdotio distinctus.

Imbecillior est multo eorum dilutio, qui docent, sacerdotalem characterem in episcopo extendi, extensumque ampliores potestates sortiri, quasi uerò, quæ extenduntur, suos limites aut uirtutis quantitatem transcendant. Extensus profecto character sacerdotalis, haud aliud est quam sacerdotalis character, ergo quod ante extensionem nõ poterat, neque postea poterit. Extensio profecto sicut neque ampliores essentiam aut naturam conciliat, sed solam quantitatem, itaque, neque maiorem rei extensæ uirtutem operandi tribuit. Pellis extensa solam loci quantitatem maiorem acquisiuit, nõ item substantiam aut esse, porro, operari hoc aut illud, iuxta naturæ decreta, supponit uirtute esse, hoc aut illud. Si ergo simplex sacerdotium ordinem collationem uirtute non continet, per quamcunque extensionem, eandem actu non præstabit. Et profecto ad huiusmodi charactericam extensionem confugere, non est aliud quam ad eas opiniones, quæ absque magna pietatis iactura extra scholas truderentur, ut cumque defendendas neruos extendere. Sed hæc ac similes dilutiones, & si in Theologicis disputationibus, ubi plerumque magis importuni clamores, quam rationes neruosa valent, ab his, qui eas iam dudum absque ullo examine ebiberunt, receptari soleant, illis tamen, qui non omne quod in eisdem disputationibus defenditur probabile putant (plerumque enim multa emulatione potiusquam ueritate studio defenduntur) facile ad iudicium liberi lance exactæ, contemnantur. Nam quid quæso characteribus his spiritualibus cum metaphorica illa extensione? Res corporeæ constantes cum extenduntur, propterea extendi dicuntur, quod eorum essentia aut substantia, ampliores quantitatem sibi acquirat, exempli gratia. Cum ut nunc dicebamus extenditur pelles, non maiorem substantiam accipit, sed ea quæ prius in minori loco substantia delitescerat, ad maiorem & ampliores propagatur. Contra in spiritualibus rebus, quæ quantitate destituuntur, extensio, non ad locum, sed ad effectus pertinet: tunc enim spirituales potestates extendi dicimus, cum ad plures effectus propagatur. Quemadmodum ergo quod in pelle extenditur, in pelle ipsa prius latebat, quod per extensionem nihil sit acquisitum substantiæ (alioqui extensio esset generatio) ita in characteris sacerdotalis extensione, si qua est, uirtus illa quæ extenditur, in ipso sacerdotali prius characteri delitescerat, atque adeo, quod prius colligebamus, uerum erit, sacerdotalem characterem uirtute sacerdotium continere. Atque adeo posse simplicem sacerdotem quemcumque alium sacerdotem ordinare, quod enim quid uirtute continet, illud potest producere.

EPISCOPOS SVSCEIPE
re ordinem distinctum, cum sanctorum
patrum doctrina conuenire.

Cap. 17.

EST autem hæc sententia non modo rationi Theologicæ aduersa, sed doctrinæ sanctorum patrum, quam in A. Erium & alios, qui distinguunt sacerdotes ab episcopis iure diuino negabant, produximus, prorsus cõtraria. Profecto haud alia ratione subdiaconatum à diaconatu, cum tamen sint eiusdem generis (ambo enim ad ordinem ministrantem pertinent) aut sacerdotium ab his duobus ordinibus differre dicimus, quã quod à patribus distincta omnino munera & effectus singulis assignentur; ergo si episcopo & sacerdoti, quem uocant presbyterum, non modo munera distincta, sed distincti effectus à catholicis assignantur, aut ergo episcopatus & sacerdotium sunt distincti omnino ordines, aut sacerdotium à diaconatu & subdiaconatu, aut certe horum duorum posteriorum unum ab altero non distinguitur. Expendantur, obsecro, æquo ac placido animo, quæcunque in auctores illos, qui episcopatum non diuino iure, sed humana cõstitutione, à simplici sacerdotio docebant. Distingui, attulimus superius, & uidebuntur uniuersa, eodem uigore ac impetu in hac opinionem militare.

Et ut reliqua huc non reuocemus, profecto epiphanius A. Erium, qui simplices sacerdotes episcopis æquabat, nulla ualentiori ratione aggreditur, quam quod episcopus distinctum ordinem à presbytero acceperit. Dicere, inquit, ipsum episcopum & presbyterum æqualem esse quomodo erit possibile? Episcoporum enim ordo patrum generator est, patres enim generat ecclesia. Presbyterorum uero non potens generare patres, per lauacri regenerationem generat filios ecclesie, non tamen patres aut doctores. Doctores autem eosdem episcopos populi Christiani magistris intelligit: Subditque, & quomodo possibile erit presbyterum constitucere non habentem manus impositionem ad eligendum: aut dicere ipsum æqualem esse episcopo? Hæc Epiphanius. In quibus nihil apertius quam eum sentire, episcopos aliquem ordinem à simplici sacerdotio distinctum possidere. Haud enim aliud per manus impositionem in uniuersa noui testamenti scriptura possumus intelligere, quam ordinis alicuius sacri collationem. Ergo cum simplices sacerdotes non habere manus impositionem ad ordinandum doceat, sentit ille apertissimè, episcopos aliquem alium sacrum ordinem possidere, quo sacerdotes simplices destituuntur.

Dionysius Areopagites in ecclesiastica hierarchia, inter tres distinctos ordines, quos ex apostolica traditione commemorat, primo loco episcopatum collocat. Imo non modo distinguit ordines, sed proprium unius cuiusque consecrandi ritum minutè describit, cõsecratique munus explicat. Pontificum,

B 2 inquit,

Epiph. in
A. Erium.Eccles. hier.
rati. c. 5.

inquit,ordo primus, idem summus & vltimus purgat, illuminat, & perficit. Sub quo sacerdotum ordo purgat, illuminat, non etiam perficit, ministrorum autem tantum purgat. Atque has tres ordines, eorumque operationes, Theophylactus repetit in Lucae commetariis. & exponit, ut diaconi per doctrinam purgent, presbyteri per baptismum illuminent, episcopi ordinando, & sacros ordines conferendo, perficiant. Quid obsecro apertius, an, non apertissime tres ordines episcopatus, presbyteratus, & diaconatus ab his doctissimis & sanctissimis uiris appellatur? quod obsecro euidentiori testimonio ad probandum reliquos ordines à distinguere uti possumus?

Isidorus Ispalensis episcopus in opere illo ethiologiarum, aperte inter ecclesiasticos ordines quasi ex communi antiquitatis doctrina episcopatum annumerat. Generaliter, inquit clerici nuncupantur omnes qui in ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus & nomina sunt hæc. Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus, & Subinde; Ordo ante episcoporum quadripartitus est &c. Ordinem appellat Isidorus episcopatum, distinctoque loco ab ordine sacerdotali numerat. Neque ullus est ex his qui catholicè, & iuxta ecclesiasticam doctrinam normam sunt locuti ex veteribus patribus, qui episcopatum tam distinctum à simplici sacerdotio non numeret, quam à diaconatu sacerdotium, quod si episcopatus & sacerdotium essent unus idemque ordo; cur id obsecro fieret?

Sic Arnobius Lunam & Stellas, ecclesiam, in gradibus suis exposuit, quod aliter in episcopo luceat, aliter in presbytero, aliter in diacono.

Origenes Vidit, inquit, Regina Saba sedem puerorum Salomonis, ecclesiasticum puto ordinem qui in episcopatus uel presbyterii sedibus habetur: Vidit & ordinationes siue stationes ministrorum eius, diaconorum scilicet. totidemque in ecclesia ordinum siue ministrorum, idem in epistola ad Romanos commemorat.

Hieronymus trium passim ordinum ecclesiasticorum meminit. Ecclesia, inquit, multis gradibus consistens, ad extremum diaconis, presbyteris, episcopisque finitur. In Isaiam deinde, Quinque ciuitates in Aegypto terra, per Dominum iuraturas, à Christi aduentu, iuxta quosdam esse sentit, totidem ecclesie ordines, episcopos, presbyteros, diaconos, fideles, cathecumenos. Sed in ciendis veteribus autoribus, qui distinctos ordines & gradus in episcopo & presbytero decreuerint, fortassis cassus labor collocabitur.

Ad ordinationem siue consecrationem peruenio, ex cuius caeremoniis atque ritu, quis non colligat, non modo episcopatum esse sacramentum, sed esse sacramentum distinctum à sacerdotio? Vngitur caput, hac uerborum forma. Vngatur & consecratur caput, tuum caelesti benedictione in ordine pontificali In nomine patris & filii & Spiritus san-

cti Amen. Vnguntur & manus à Pontifice dicente. Vngantur manus istæ de oleo sancto sanctificato, & chrismate sanctificationis, sicut unxit Samuel Dauid regem & Prophetam ita ungantur & confirmentur In nomine patris & filii & Spiritus sancti Amen. Traditur baculus certa est uerborum forma. Accipite, inquit, ordinator, baculum pastoralis officii, & his in corrigendis uitiis pie seuiens, iudicium sine ira tenens, in fouendis uirtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens. Traditur annulus, Accipe, inquit, annulum fidei, scilicet signaculum, quatenus sponsam Dei sanctam uidelicet ecclesiam, intemerata fide ornatus illibate custodias. Traditur Euangelium, Accipe, ait, Euangelium & uade & prædicta populo tibi commisso, potes est enim Deus augere tibi gratiam suam, qui uiuit & regnat cum Deo patre in unitate spiritus sancti per omnia &c. Et denique certa quoque uerborum forma mitra capiti imponitur. In apostolicis constitutionibus, lib. octauo, distincti diuersique ritus consecrandi episcoporum à reliquis omnibus ordinibus scribitur. Ad ordinationem etiam pertinet quod ab Apostolis ipsis, presbyteri ab uno episcopo, episcopi à tribus aut à duobus consecrantur, quod non modo ex diuersis tum generalibus tum prouincialibus Conciliis Græcis & Latinis, sed ex canonibus & libris constitutionum apostolicarum colligi potest. Consecrabatur, & ab omnibus prouinciarum episcopis ex Anacleti constitutione, cuius uerba quia in episcopi consecratione aperte indicant rationem sacramenti, non sunt sic omittenda, ponuntur autem à Gratiano in c. ordinationes. d. 75. Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus, qui in eadem prouincia fuerint episcopis, sunt celebranda, qui simul conuenientes, scrutinium cum precibus celebrant, manus cum sanctis Euangelii imponentes, dominica die hora tertia orantes, sacraque unctione prophetarum exemplo, Regum capita perungentium eos, more Apostolorum & Moyse ungentes. quia omnis sanctificatio constat esse in Spiritu Sancto, cuius uirtus inuisibilis sancto chrismate, permixta, & hoc ritu solempne celebrant. Datur igitur Anacleto teste in episcopali consecratione spiritus, atque adeo sacramentum est. Atque his profecto quæcumque ratio excogitari poterit, ad reliquos ordines subuertendos hereticisque prodædos, abunde futuram, satis mihi persuadeo. Nam si hæc sanctorum loquendi ratio, quibus episcopatum ordinem uocant, & ordinem à sacerdotio distinctum, satis non est, ut eum ordinem & distinctum ordinem credamus, neque diaconatum & subdiaconatum, imo neque sacerdotium distinctos ordines credemus. Sed rationes illius alterius sententiae, in examen iam uocemus.

CREDENTIVM, EPISCOPORVM & sacerdotum eundem esse ordinem, rationes diluuntur. Cap. 18.

ET primæ quidem respondemus, numerum illum ordinum uoluntarium esse, & à Lombardo fortasse acceptum. Nos Lombardo Isidorum Ispalensem contraponimus,

contraponimus, & antiquitate, & sanctitate, & eruditione multo illi præstantem; qui non septem sed nouem numerat, Ostiariam, Psalmistam, lectorem, exorcistam, acolytum, subdiaconum, diaconum, presbyterum, & episcopum, imo & in pontificali. Roman. ordinatio psalmista ponitur ab aliis distincta. Opponimus etiam & Hieronymum, qui septem numerat, sed longe diuersè. Nam primo gradu ponit ostiarios, secundo ostiarios, tertio lectores, quarto subdiaconos; quinto diaconos, sexto sacerdotes; septimo Episcopos: Fuitque semper uaria horum ordinum apud Latinos & Græcos numeratio, quod ordines minores, qui ab humana institutione, ut uerior habet sententia deriuatur, uariè apud diuersas ecclesias fuerint excogitati.

Secundæ rationi, quæ totius alterius sententiae fundamentum est, facile respondet Durandus, negando assumptionem, quod scilicet omnis ordo ob sacramentum Eucharistiae ordinetur. Nam id non modo falsum est, sed contra eorum, qui huic opinioni patrocinium afferunt, sententiam qui perspicue docent, omnes septem gradus ordines esse, haud enim quatuor ordines minores ad Eucharistiam ordinantur, sed ad Christianum populum. Porro si remotè ordinationis ad Eucharistiam ratio habenda est, nullus ordo Eucharistiae propinquior est, eo, qui sacerdotes & ministros consecrat. Imo uero ordo episcopalis inter illos quoque numerari potest, qui propinque ad Eucharistiam ordinantur, nam si gradus illi qui consecrandam materiam disponunt, ordines sunt censendi, cur non & ille gradus ordo uocabitur, qui ipsos Eucharistiae ministros imo & consecratorem format?

Tertia ratio precedentibus multo infirrior est, nam tametsi episcopatus sit ordo distinctus à sacerdotio, non perinde sit, ut per saltum suscipi possit, quemadmodum & reliqui inferiores ordines. Alii nanque inferiores ordines nullam inter se connexionem habent, episcopatus autem sacerdotio ideo essentialiter connexus est, quod episcopus sacerdos consecrare possit, eos autem absque ordine sacerdotali suscepto consecrare non potest, unde nec episcopatum absque sacerdotio tradi potest.

Quarta nihil probat, non enim character episcopalis, characterem sacerdotalem supponit, tanquam superior inferiorum. Sed tanquam illum, cui sit essentialiter annexus, ex Christi, ut communis habet sententia, institutione episcopatus enim sacerdotium non includit, cum sint diuersi generis, sed necessario supponit. Neque est simile de diaconi & subdiaconi characteribus, qui sunt prorsus eiusdem generis, & se habent sicut superius & inferius, qui autem potest in superius eiusdem generis, potest in inferius, non autem qui potest in maius diuersi generis potest in minus. Itaque aliud est perfectius, aliud superius, episcopatus ordo perfectior est, non superior.

Quintum demum argumentum fortasse responsione non eget. Nam illa ratione tantum abest, ut probetur episcopatum non esse ordinem distinctum

à sacerdotio, ut potius ea in sententia nostra confirmemur, cum distinctis diebus & temporibus tradatur. Sed à tempore, quod ordinibus tradendis ecclesia destinauit, argumentum necesse, prorsus friuolum est. Et alioqui clericos reliquos die dominico posse ordinari, ecclesiasticis canonibus constitutum est. Quod Gratianus ex Leonis Pontificis epist. 79. in d. 75. cap. Quod à Patribus est. c. Quod die dominico, traxit, docetque illic non modo id ecclesiastica consuetudine prouenire, sed ex apostolica traditione. Quemadmodum & episcopos sabbato magno quoque consecrari posse, ex eisdem ecclesiasticis canonibus habetur. Colligiturque ab eodem Gratiano ex epistola Pelagii Pontificis ad episcopum Pontinum. in c. dilectionis. d. 77. Itaque hi qui episcopatum cum sacerdotio confundunt, aduertant id, quod ad Demophilum Dionysius Areopagites scribit. Si distinctiones, ordinesque confundere, sacratissimas Dei functiones & iura transgredi necesse est, omni sane ratione caret, Dei causa, ordinem diuinitus traditum peruertere. An non hos sacra signa proclamant? nec enim sancta simpliciter omnibus sunt in accessu, sed hic magis appropinquat Pontificum distinctio, deinde sacerdotum ordo, quos ministrorum gradus sequitur. Ita Dionysius in eos qui ordines sacrosque gradus peruertit.

DURANDI OPINIO IN hac parte expenditur. Cap. 19.

EX his, quid ego de Durandi sententia, qui episcopatum à sacerdotio tanquam perfectius à minus perfecto distingni credit, sentire debeam: sub clarescere arbitror. Docet ille episcopatum à sacerdotio simplici, non tanquam sacramentum à sacramento distingui, sed tanquam pars perfectior unius eiusdemque sacramenti, à parte minus perfecta; ita ut sacerdotium simplex, & episcopatus unum sint sacramentum, quemadmodum corpus, & sanguis Christi unitate integritatis unum sacramentum dicuntur. Enimvero nostram nihil interest, quod episcopatus & sacerdotium simplex unum sint sacramentum, dum distinctos ordines esse, distinctosque characteres imprimere nobis donetur, quod Durandus libere facit. Quanquam Durandi ratio, qua unum idemque sacramentum ambos ordines esse probare nititur, haud multum urgeat. Subdiaconatus profecto & diaconatus tam sunt in eodem genere, & tam se sicut perfectum & imperfectum mutuo superant, quam episcopatus & sacerdotium. Imo uero episcopatus & simplex sacerdotium, ut diximus, non sunt in eodem genere nec se habent sicut superius & inferius. Diaconus autem & subdiaconus adeo utrumque habent, ut uno, diaconi aut ministri, nomine, à ueteribus uocarentur. Et tamen diaconatus & subdiaconatus, sicut duo ordines, ita duo sacramenta reputantur.

Neque hic solidum admodum suffragium arbitror, ad sacerdotii simplicis & episcopatus connexionem,

xionem quæ inter diaconatum & subdiaconatum non reperitur, recurrere, nam neque illa connexio fortassis essentialis est neq; à natura utriusq; characteris diffluens, sed ex ecclesiasticis canonibus derivata; propter eam rationem, quam superius diximus, quod nimirum episcopi ordinare sacerdotes debeant &c. Quamquam non ignoro hanc rationem parum Durandum commoturam, qui excepto sacerdotio, neque diaconatum, neque subdiaconatum sacramenta credit, sed duntaxat sacramentalia. Sed cum id quod hac disputatione contendimus, nobis libenter Durandum tribuat, in illum rationes armare non est animus. Verum quod episcopi sint inter homines sacros: non modo quia à Christo constituti sunt, sed quia ordinem sacrum in ordinatione fortiuntur, primo loco ponendi, satis demonstrasse me arbitror.

PRESBYTEROS INTER SACROS
homines esse numerandos: qui negauerint
& quæ sit eorum potissima ratio. Cap. 20.

QUARE nunc ad sacerdotes aut presbyteros ueniamus, quos inter sacros homines computari, cum omnes Catholici siue veteres siue recentiores conueniant, soli hi hæretici negant: qui sacrum ordinem sacramentum non putant, sed meram quãdam electionem ex hominum uoluntate profectam: ad prædicandum uerbum Dei. Vnica horum ratio est, quod in Euangelico statu. Præter Christi, quod in Cruce obtulit sacrificium, nullum sit aliud sacrificium, nulla alia sacramentalis cuiuscunq; generis oblatio, nullus sacerdos &c. Ablato autem ex ecclesia sacrificio, necesse est, & sacerdotium auferri. In hac parte Ioannes Caluinus omnium est pestilentissimus, quamquam sensim omnes in eius sententiam concessisse uideantur. In hunc errorem nobis non est nunc animus decertare, quod controuersia sit omnium: quæ inter hæreticos & catholicos uersantur grauissima, longissimaque disputatione egeat, & quod de hac re tot Catholici, tot libros nostra memoria ediderint, ut vix recenseri posse credam. Duntaxat duo nobis ex sancta scriptura ueterumque doctrina demonstranda sunt: ordinationem sacerdotis euangelici rationem habere sacramenti, fuisseque eosdem Euangelicos sacerdotes à Christo: ad corpus suum & sanguinem offerendum peccataque remittenda constitutos, unde abunde colligi poterit eos inter sacros homines numerandos esse, quod nunc ad nostrum institutum attinet. Verum primo loco, posterius aggrediamur.

SACERDOTIUM QUANTVM AD
potestatem consecrationis attinet esse sacramentum. Cap. 21.

Euangelicum sacerdotium in duas partes esse distributum, unam, qua circa Christi corpus uerum sacramentali & abscondita quadã

ratione conficiendum, distribuendumque uersatur; alterã, qua circa eiusdem Christi corpus mysticum; quod ex Apostolica doctrina (est ecclesia) dirigitur: Catholici omnes auctores conueniunt. Vnde illud quantum ad has duas partes à Christo fuisse institutum nobis nunc probandum est.

Et de priori quidem parte, ipsa Euangelici sacrificii institutio abunde testimonium reddit. Accepto, inquit (Lucas de Christo loquens) pane gratias egit deditq; discipulis suis, dicens. Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, *hoc facite in meam commemorationem*. Paulus deinde in Epistola ad Corin. institutionis etiam sacramenti Eucharistiæ historiam referens. Ego, inquit, accepi à Domino: quod & tradidi uobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit; Accipite & manducate. Hoc est enim corpus meum, quod pro uobis tradetur. *Hoc facite in meam commemorationem*. Similiter & calicem postquam cenauit dicens, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. *Hoc facite quotiescunque sumitis in meam commemorationem*. Ex his uerbis, quo ad priorem sacerdotii partem: quæ in Christi uero corpore conficiendo & offerendo occupatur, Apostolos fuisse à Christo institutos sacerdotes, catholici colligunt. Sed quanta cum ratione præter ueterum patrum traditionem: quæ semper hoc docuit, nunc uideamus.

Profecto uerbum *facere* hæbraica phrasi loquendi, id quod *sacrificare* quoque denotare: ex varijs ueteris testamenti locis comprobari potest. Hoc est, inquit, Dominus ad Moysen. *Quod facies in altari*. Agnos aniculos duos per singulos dies, &c. facere in altari, profecto: haud aliud est quam sacrificare in altari. Rursus ad eundem. *Facietis*, inquit, hircum pro peccato duosque agnos aniculos hostias pacificorum. Alibi rursus de Nazareis per morticini contractum pollutis emundandis: sic præcipit. In octaua die offert duos turtures, uel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonii. *Facietque Sacerdos* unum pro peccato, & alterum in holocaustum. Solomon in templi dedicatione fecit id est obtulit holocaustum. Et demum apud Ezechielem septem vitulos & septem arietes holocaustum *facere* sacerdos præcipitur. Christus igitur ad illius Israelitici agni: qui in memoriam liberationis ab Aegiptiaca seruitute offerri iubebatur, typum alludens, haud aliud his uerbis. *Hoc facite in meam commemorationem* denotare uoluit, quam quod sanctos Apostolos. quos tunc alloquebatur, in memoriam humanæ redemptionis suum corpus & sanguinem quotidiano sacrificio uellet offerre.

Quod si eos suum corpus, & sanguinem offerre, & sacrificare præcipit dedit ergo illis, offerendi & sacrificandi potestatem, atq; adeo eos Euangelicos sacerdotes instituit.

PRESBY-

PRESBYTEROS QUANTVM AD
potestatem absoluendi sacramentum recipere. Cap. 22.

IAM partem alteram, qua in Christi corpus mysticum, ecclesiam scilicet, Euangelicum sacerdotium dirigitur Christum post resurrectionem Apostolis eisdem tradidisse, Ioannes docet. Facto enim mysticæ insufflationis symbolo, Accipite, inquit, spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Nam potestatem remittendi peccata, non penes omnes esse, sed penes quosdam duntaxat qui uerbi ministerio præficiuntur, neque hæretici negant. Docet & Paulus, quosdam posuisse Deum in ecclesia, primum quidem Apostolos, secundo Prophetas, tertio doctores &c. Neque omnes esse profecto alios quam ecclesiæ sacerdotibus uelle tribuere, uix esse tollerabile.

Est & in Apostolicis scriptis, presbyterorum nomine eorundem simplicium sacerdotum frequentissima mentio. Iubet Apostolus Timotheo ne aduersus presbyterum accusationem suscipiat, eos qui bene plebibus præsuunt presbyteros duplici honore dignos existimat. Iacobus quoque induci presbyteros iubet, qui uingant infirmos, & demum quæstiones de legis Mosaicæ abrogatione, ad Apostolos & presbyteros in apostolica ecclesia referuntur. Presbyteros autem ab exordio euangelii ad hæc usque tempora, eos sacerdotes, qui ordinis episcopalis dignitate non fulgerent, omnes ueteres accepisse, & eorum scripta, quæ nunc extant, & ecclesiasticus usus apertissime docent, recitariemusq; multa, in hanc rem, nisi timeremus eorum quæ de episcopis superius diximus, magnam partem repetere: uix enim episcoporum alicubi apud illos sit memoria, quin presbyterorum quoque fiat. Multa de his in Apostolicis constitutionibus Clemens: quæ huc afferre fortasse fuisset tædio sum. Quamquam illud mihi non est silentio dissimulandum, totum librum octauum constitutionum apostolicarum, hæreticis nostris: qui sacerdotium aut presbyterium non sacramentum sed humanam duntaxat electionem arbitrantur, magnopere suffragari. Nam præter id quod omnes illæ ordinationes, cum ecclesiasticis: quibus nunc episcopi uentur ritibus, minime conueniunt, ut pote quæ non aliud sint quam simplices quædam deprecationes: quæ nullam formæ sacramentalis rationem præferant, in presbyteri ordinatione aperte (electionis) fit mentio. Respice, aiunt, super, huc famulum tuum, *suffragio & iudicio omnis cleri* in presbyterium electum, & reple eum spiritu gratiæ & consilii ad adiuuandum & gubernandum populum tuum &c. Tametsi in hoc à nostris hæreticis liber ille dissideat; quod eam electionem non ad solum uerbi ministerium dicit fieri, sed ad offerenda quoque sacrificia. Quod hi minime concedent: qui Christianos uniuersos sacerdotes arbitrantur. Sa-

crificia, inquit, immaculata perficiat, per Christum tuum; cum quo tibi gloria honor &c. Et quæquam non ignoro hos apostolicarum constitutionum libros à Patribus Sextæ Synodi generalis damnatos, ut pote: qui ab hæreticis essent corrupti, fortasse tamen in hac parte illis auxilium ferre possemus, si diceremus, orationes illas: quæ in ecclesiasticorum graduum ordinationibus eo libro ponuntur, iam super ordinatos dici, ordinationesque iam factas supponere earumque ritus clementem prodere noluisse quod magna religione ab eius sæculi patribus reconderentur. Et si excusare nesciam, quod eodem pacto diaconissa eo libro ordinatur, quo episcopus; presbyter, diaconus, & subdiaconus, & tamen fortasse excusationem habet. Itaq; ut uide digressi sumus, reuertamur, presbyteri siue sacerdotes & à Christo sunt in ecclesia constituti, & Apostolicis & posteris ecclesiasticis temporibus: ad eius corpus & sanguinem offerendum & ad hominum peccata remittenda, semper post episcopos in honore sunt habiti.

PRESBYTEROS HABERE SACRAMENTUM
ex ordinatione probari. Cap. 23.

SED iam eorum ordinationem rationem habere sacramenti, quod erat secundo loco demonstrandum, ostendamus. Ad rationem perfectam sacramenti, Catholici Theologi, haud aliud postulat, quam sub externo quoddam uisibili symbolo, internam gratiæ Dei aut spiritus sancti collationem: quæ animam ad sacram operationem respondentem corroboret, est enim inuisibilis gratiæ uisibilis forma, quæ eius imaginem gerat, & causa existat. Nunc uideamus an hæc in sacerdotalis ordinis collatione concurrant. Monet Apostolus Paulus Timotheum, ne gratiam in ordinatione suscipere spernet. Noli, inquit, negligere gratiam: quæ data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum presbyterii. Presbyterium autem non aliud intelligit quam episcopi ordinantis dignitatem; aut si iam episcopo Paulus loquebatur, multitudinem episcoporum ordinantium qui Apostolico quoque sæculo plures erant (ut antea diximus.) Si autem in episcopali ordine gratia donabatur, non est cur ea quoque in sacerdotali non donetur. In secunda deinde ad eundem Timotheum. Admoneo, inquit, te, ut resuscites gratiam Dei quæ in te est, per impositionem manuum mearum. In his profecto Apostolicis uerbis & externi signi impositionis, scilicet manuum, & internæ gratiæ mentio fit, est ergo in sacerdotali ordinatione uerissima sacramenti ratio. Nam quod manus imponere sacerdotalis ordinationis esset externum symbolum, idem Apostolus ad eundem Timotheum scribens; his uerbis innuat. Manus cito nemini imposueris. Accedit his, quod antiqua obseruatione & religione: qui sunt ad aliquem sacrum ordinem promouendi, non pransi sed ieiuni accedunt, quod in reliquis sacramentis suscipiendis obseruat ecclesia. Ad quam rationem

1. Tim. 4.

1. Tim. 1.

1. Tim. 5.

Ioan. 20.

Lucæ. 22.

1. Cor. 11.

1. Corin. 12.

1. Thimo. 5.

Iob. 5.

Exod. 29.

Leuit. 23.

Num. 6.

3. Reg. 8.

Ezech. 46.

Exod. 12.

lib. 8. c. 24.

ne m Leo Pontifex in Epistola ad Dioscorum Alexandrinum alludere uidetur in hęc verba . Præter auctoritatem, ait, consuetudinis quam ex apostolica nouimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quod cum Apostolum Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus Sancti, ad Euangelium mittere prædicandum ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus, ut intelligamus quanta dantium & accipientium deuotione, curandum sit, ne tantę benedictionis sacramentum, negligenter uideatur impletum. Hactenus Leo. In cuius verbis aperte indicatur, eam doctrinam, quam de ordinis sacramento nunc tenet ecclesia, quod scilicet sit sacramentum, & quod gratiam interius animam adiuuantem conferat, approbasse, ac docuisse Augustinũ, cuius profectò doctrinam meritissimo hæreticis omnibus antefereamus, lib. 2. contra Epist. Parmeniani, de ordine & baptismo loquens. *Vtrumque, inquit, sacramentum est, & quadam consecratione homini datum.* Illud cum baptizatur, istud cum ordinatur, idẽo non licet in ecclesia Catholica vtrumq; iterari. Vides hic ordinem, eadem ratione, qua baptismum vocari sacramentum, & non quodcunque, sed initerabile quod indelibilem characterem imprimat. Baptismum autem propriissima ratione sacramentum esse, neque nostri temporis hæretici negare potuerunt: est ergo ordo uerissimum Ecclesię sacramentum. Atque id neque Melancton Augustanę confessionis compactor, negare est ausus. Sed Augustinum iterum eodẽ loco audiamus. Neutri, inquit, *sacramento* facienda est iniuria. Et subdit: Sicut non recte habet, qui ab unitate recedit, sed tamen habet, sic etiam non recte dat, qui ab unitate recedit, & tamen dat. Et rursus de utroque: Non ergo ideo non sunt sacramenta Christi & ecclesię, quia eis illicitẽ vtuntur; nõ modò hæretici, sed etiã omnes impii, sed illi corrigendi sunt & puniendi, illa autem sunt agnoscenda & ueneranda. Sunt autem horum trium patrum testimonia multorũ instar, quod ea non quasi propria placita, sed tãquã totius ecclesię catholicę consensum, & doctrinam scribant. Habemus ergo quod in initio huius disputationis promisimus, & sacerdotes à Christo in Euangelico statu institutos, & eos in ordinatione sacramentum, atq; adeo gratiam & inustum characterẽ accipere, unde eos oĩbus illis tribus rōnibus, quas diximus, esse inter sacros computãdos, colligimus.

Est tamen & aliud, ob quod uel maximẽ Euangelici sacerdotes, sacri dici debeant, quod Christi corpus & sanguinem, & conficiant, & fidelibus imperant, quod utrũq; & uerbis, & Christi persona præstant. Nam quod his, hæc ecclesiastica munera sint peculiaria, Diuus Hieronymus in Epistola ad Euarium, dum Presbyteros à Diaconorum cõtẽptu vindicat, his uerbis insinuat. Quid patitur mensarum & uidiuarum minister, ut super eos sic tumidus se efferat, ad quorum preces Christi corpus, sanguisque conficitur? Ante Hieronymum, Antherus Romanus Pontifex & martyr in epistola ad episco-

cap. 3.

In confessione Augustan.

pos Bethicæ, Absit, inquit, ut quicquam sinistrum loquar de his, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus, *sacro ore conficiunt.* Nazianzenus cū in Apologetico iustissimas proposuisset causas, cur oblatum declinasset sacerdotium; quis ex luto, inquit, quodam fingat veritatis Antistitem, & cum Angelis statorum, cunq; Archangelis collaudatorem, & in altare, illud superius hostias destinantem & unã cum Christo sacrificantem.

DILVVNTVR HAERETICORVM rationes. Cap. 24.

NUNC aduersariorum furiosum dogma quod uniuerfos Christianos uolunt esse sacerdotes, ne nihil in eos disputasse uideamur, ex sanctorum patrum testimoniis elidendum est. Et principio id ad memoriam reuocandum est, quod initio totius huius disputationis, ex Eusebio Cæsariensi aliisque patribus, quasi fundamentum astruximus, in Christiano populo, clerum à plebe Christo auctore distingui, uel id enim solum satis est, ut stultam, ac turbulentam aduersariorum sententiam falsam esse probemus. Sed ex multis, quæ in ueterum monumentis sunt, dispersa, huc pauca uocemus.

Basiliius libro Asceticorum ad finem, de spirituali perfectione. Ne te, inquit, cleri gradus extollat, sed magis humiliet, quanto maioribus sacerdotii gradibus applicari contigerit, tãto te amplius humilia. Ita illic Basiliius. Sermone deinde secundo de baptismo, qui est de rite seruando Domini præceptũ, Etiam, (inquit) si Prophetam audiamus dicentem, uos omnes sacerdotes Domini uocabimini, non omnes tamen huius mox sacerdotii & ministerii potestatem usurpare, nec alius gratiam alii datam, licitẽ ad se capere *possimus*, sed quisque fidelis propriis *diuini doni* terminis cõtentus manet, docente nos Apostolo dum ad omnes quidem dicit, obsecro uos fratres, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam Deo placentẽ &c. At manifeste tamen ministerium cuique congruũ, discretim adiudicans, & alienum ordinem inuadere uetãs, dico, inquit, unicuique inter uos uersanti, ne plusquam oportet, sed ad sobrietatem sapiat, sicut cuique Deus fidei mẽsuram partitus est, & per rectam corporis dispositionem, quam inter se membra mutuam, & ad decentem uenustatem pariter & securitatem necessariam habet, nobis normam præscribit, quam decenter ac cõmodẽ inter nos ad Dei beneplacitum in Christi dilectione, & charismatũ differentia dispositi esse debeamus, dicens, ut uno corpore membra multa, nõ eundem omnia actum habent, ita multi unum in Christo corpus, alii aliorum singulatim membra, nos charismata tamen iuxta gratiam nobis datam habentes uaria. Hactenus Basiliius.

Nazianzenus Basiliiũ & Athanasiiũ laudat, quod per omnem graduum seriem ad sacros presbyterii thronos

Cap. 8.

Isai. 62.

Rom. 2. 4.

In Monodia.

thronos sacramque episcopatus stationem transierint. Idem in oratione ad ceterum quinquaginta episcopos habita. Vide, inquit, presbyterorum concessum, canicie & prudentia ornatum, diaconorũ modestiam, non longe ab eodem spiritu remotam, leætorum decorem, populi discendi ardorem, ubi uale dicit uenerãdo Archiepiscoporum sacerdotum. que concessiui, Nazareorum choro, psalmorum canctoribus & reliquæ plebi sancte. In oratione demum cõtra Iulianum, cleri collegium memorauit, quod sacros populo legeret libros.

Clemens Alexandrinus cuius testimonium in hac parte, cū propter eruditio nẽ tum propter antiquitatem, maximi momẽti est, in Stromatis de Christiano clero ecclesiasticisq; gradibus ita scribit. In ecclesia, inquit, progressiones episcoporum, presbyterorum & diaconorum, sunt ut arbitror imitationes gloriæ angelicæ, & illius œconomiz ac dispensationis, quam dicunt scripturæ illos expectare, qui insistentes uestigis apostolorum, uixerunt in perfectione iustitiæ conueniente Euangelio. Hos sublato in nubibus, scribit Apostolus, primum quidem Diaconos futuros, deinde coaptandos esse in presbyteratum perfectum gloriæ, gloria enim differt à gloria, donec creuerint in uirum perfectum. Hic certẽ graduum progressionem uides, & non uidecunq; ut hæretici docent, sed ex diaconatu ad presbyteratum perueniri.

Huius discipulus Origenes Adamantius, sepe, inquit, accidit, ut sensu quis abiecto & humili, terra quoq; sapiens, excellens sacerdotii gradum uel cathedram doctõris obsideat, spiritualis autem & terrena conuersatione liber, uel inferioris ministerii ordinem teneat: uel etiã in plebe, à multitudine relinquitur. Hoc uero est, & legis & Euangelii statuta contemnere, & nihil iuxta ordinem gerere. Putas rursus, qui sacerdotio funguntur & sacerdotali ordine gloriantur, secundum ordinem suum incedunt, aut quæ illo digna sunt, omnia agunt? similitè & Diaconi, secundum ministerii sui ordinem incedunt? Et unde est, quod sepe homines dicere ac blasphemare audimus. En qualis episcopus, qualis presbyter, qualis diaconus? Non ne hæc dicuntur, ubi Dii uel sacerdos, uel minister i aliquo uisus fuerit cõtra ordinem suum uenire, aut aliquid contra ordinem uel sacerdotalem uel Leuiticum gerere? Et subinde suum igitur ordinem quisq; agnoscat, quid eo, quẽ suscepit ordine dignum sit intelligat, & ita suos actus, sermonẽ, incessum, habitumq; moderetur, ut cum ordinis sui professione conueniat.

Ex Ambrosio, Augustino, Hieronymo ac reliquis tum Græcæ tum Latine Ecclesię patribus, tota hac tractatione multa produximus testimonia, quibus non modo euangelicos sacerdotes, sed clerum uniuersum præsertim his qui maioribus ordinibus inicianur, à reliqua plebe nõ modo ecclesiastico usu, sed Christi & Apostolica traditione distinctum, facile aduersarii, quantumcunq; pertinaces, uidere poterunt.

lib. 6.

Homel. 2. in lib. muner.

Denique huic controuersiæ, qua ordinis sacramentum ab hæreticis in dubium reuocatur. Sacra Tridentina Synodus, sub Pio Quarto Pontif. Max. Silentium his uerbis iam imposuit. Si quis dixerit ordinem siue sacram ordinationem, non esse uerẽ & propriẽ sacramentum à Christo Domino institutum, uel esse figmentum quodam humanum excogitatum à uiris rerum ecclesiasticarũ imperitis, aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros uerbi Dei, & sacramentorum, Anathema sit. Et rursus. Si quis dixerit per sacram ordinationem non dari spiritum Sanctum, ac proinde frustra episcopos dicere, Accipite Spiritum Sanctum, aut per eam non imprimi characterem, uel eum, qui sacerdos semel fuerit, laicum rursus fieri posse. Anathema sit. Et denique, Si quis dixerit non esse in nouo testamento sacerdotium uisibile & externum, uel non esse potestatem aliquam consecrãdi & offerendi uerum corpus & sanguinem Domini, & peccata remittendi & retinendi, sed officium tantum, & nudum ministerium prædicandi Euangelium, uel eos, qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes, Anathema sit. Porro Christi sacerdotium, quod est propriũ Euangelicę legis, de quo Paulus multa i Epistola ad Heb. aut metaphoricum illud sacerdotiũ de quo Petrus ad fideles omnes inquit, Vos estis genus electũ Regale sacerdotium &c. hoc uisibile sacerdotium nõ excludere, multi uiri doctissimi in Zuingliis, Oecolampadium, Caluianum, Lutherum, & reliquos nostræ tempestatis hereticos disputantes, doctissimis & acutissimis rationibus ostēderunt, & nos fortasse auctore Deo id ipsum aliquando præstabimus.

Quare ad ordines ministrantes iam tandem gradũ faciamus, ubi prius de Diacono, deinde de subdiacono, tertio de minoribus ordinibus aut gradibus sermo instituendus est.

DIACONI NOMEN VARIAS habere significationes. Cap. 25.

DIACONVM, ut superius cum horum ecclesiasticorum nominum rationes exponeremus, annotauimus, prius quidem appellatum & prophanum, subinde proprium & ecclesiasticum nomen esse cœpit. Et ut Græcorum auctorum usum ommittamus, appellat scriptura prophanum magistratũ, Diaconum, Dei, inquit, Paulus de Cesare sermonum faciens, *διακονος*, diaconus, id est, minister est &c. Diaboli quoq; operarios Satanę. *διακονου*, diaconos, id est, ministros uocat. Christum circuncisionis *διακονος*, id est, ministrum, Timotheum, Christi *διακονος* ministrum, & se *διακονος* Euangelii ad Ephesos scribens appellabat, idem Apostolus, ut superius annotauimus. Timotheus *διακονος* ministerium implere monetur, cum esset episcopus, uocat etiam Apostolos, Paulus, *διακονους* diaconos noui testamenti, & ne multa sine causa dicamus, frequentissimus est huius significationis usus in Euangelica, & Apostolica scriptura, ubicunq; enim

Seff. 23. can. 3.

can. 4.

can. 1.

1. p. 2.

Rom. 13.

Rom. 15.

1. Tim. 4.

Eph. 3.

1. Tim. 5.

1. cor. 3.

Vide. Mat. 23. 22. 23. Marc. 1. 1. 20. Ioan. 1. 2. 2. 1. Cor. 1. 2. Cor. 6. 11. Galat. 2. Colos. 4. Philipp. 1. 1. 1. Tesal. 3. 1. Tim. 3. Act. 1. act. 6.

enim in Latina ac vulgari versione, ministrum legimus, Græcè δίακονος habetur, quemadmodum, & ubi verbum ministrandi ponitur in nostra editione, verbum δίακονος in Græcis condicibus illis respondet. loci sunt apud vtramque scripturam frequentissimi, ideoque eos annotare non est opus.

In eâ significatione, δίακονία generale quodcumque ministerium, functionem, aut administrationem frequentissimè denotat Apostolatus Iudæ δίακονία in actis Apostolicis uocatur; Accipere fortem ministerii huius δίακονία verbi in eadem historia, Euangelica prædicatio est. Nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus, sed horum locorum in vtroque scriptura magna seges est. Quare à locis adducendis superfedeo.

PAUPERVM PROCVRATORES in Apostolica historia diaconos quoque appellari. Cap. 26.

EST & alius usus huius nominis, non modo in sancta scriptura; sed in ecclesiasticis canonibus & patrum scriptis, quo non iam omne ministerium aut functionem significat: sed id duntaxat, quod pauperibus ecclesiasticis facultatibus alendis, impendebatur; Nam cum vt narrat Apostolica historia primi illi fideles ex varia fortuna, proiectis diuitiis ad Apostolorum pedes, Christo nomen darent, illique proinde eorum alendam curam suscipere cogentur, ne hac sollicitudine; verbi Dei prædicatio intermitteretur, septem viros plenos spiritu sancto, ex vniuersâ discipulorū, id est, Christianorum turba; quibus hoc ministeriū concederetur, eligere decreuerunt, quos & δίακονους vocarunt. Huius generis diaconi, ut ex sextæ Synodi Constantinopolitanæ canone. 16. antea probauimus, ad ecclesiasticos ordines non pertinebāt, sed erat duntaxat ecclesiasticum ministerium hic diaconatus, & nomen potius officii aut functionis, quàm ordinis, fierique poterat, ut qui id genus diaconatum assumebant, alioqui episcopi aut presbyteri essent, quod & superius de Philippo diximus, & de omnibus illis septem sanctissimis viris plenis spiritu sancto par est credere. Huius diaconatus aut ministerii, Paulus meminit in Epistola. 2. ad Corin. 1. 2. 2. Cor. 8. 23. 2. Corin. 19 Rom. 16

act. 6. Sup. ca. 13.

2. Cor. 8.

2. Corin. 19

Rom. 16

ostendunt. Vocantur autem promiscuè diaconæ & viduæ, quod huiusmodi diaconatus, siue in viris siue in fœminis viduarum ministerio successerit. Nam viduis Græcorum in ministerio siue diaconatu cōtempis, Apostoli septem illos viros diaconos & mensarum ministros eligere decreuerunt. Crescente, inquit, numero discipulorum factū est murmur Græcorum aduersus hæbreos, eo quod dispicerentur in ministerio viduæ eorum. Viduæ ergo hæ aut diaconæ fœminæ illæ ministræ, quibus suffeeti sunt viri, erāt, quarum usus præsertim in aliarum fœminarum ministerio, neque post inuentos diaconos prorsus est abolitus. Sed de fœminis diaconis aut viduis & earum usu, multa libro quarto scribimus. Quod vero hic diaconatus ad sacros ecclesiasticos ordines non pertineret; uel ex hac ratione aperte proditur, nisi sextæ Synodi diffinitio satis sit, quod, ut nunc diximus, utriusque sexui communis erat, tum deinde, quod nõ diuino præcepto, sed apostolico duntaxat consilio, ad pauperes alendos inuentus fuerit. Quamquam non nego multos ex his diaconis pauperum, sacros diaconos quoque potuisse, quemadmodum, ut dixi & presbyteri esse poterant. Diuus Ignatius, Eusebius Cæsariensis, & Theodorus Ciriensis auctores sunt, beatum Stephanum, non modo pauperum, sed Iacobo quoque Hierosolymorum episcopo fuisse Diaconum. Imo uero postea procedente tempore, ad pauperū diaconiam & ministerium, sacri quoque diaconi eligebantur, ita vt ambo diaconatus in uno eodemque cōcurrent, sic certè Ignatius Trallianis scribit, Sed & presbyteri subditi estote, ut Apostolis Iesu Christi spei nostræ, in quo perseverantes in ipso inueniamur. Oportet autem & diaconis, qui sunt in ministerium Iesu Christi omnimodo placere; nõ enim cibi & potus seruitores sunt, sed ministri ecclesiæ Dei. Et rursus: Quid enim diaconi nisi imitatores Christi ministrantes episcopo, sicut Christus patri & operantes illi operationem mundam & immaculatam? Quomodo Sanctus Stephanus Beatissimo Iacobo, & Timothæus & Linus Paulo, & Anacleus & Clemens Petro. Qui igitur inobediens fuerit, hic sine Deo omnino erit, & impius & contemnens Christum, & ordinationem ipsius imminuens. Tametsi, hic locus non multum cogat, etiā Ignatij tempore eosdem mensarios aut cibi & potus, ut iquit, et sacros diaconos fuisse credere. Imo vero id quod inquit, non enim cibi & potus seruitores sunt, sed ministri ecclesiæ. Se, de sacris diaconis, non item de illis qui cibis pauperum perficiebantur, loqui, uidetur denotare. Deinde hæc Ignatii uerba de mensariis diaconis non item de sacris quoque accipi possunt, quos fortasse ideo quidam aspernabantur, quod cibis & potibus præficerentur, docet ergo illos, nequaquam hac causa spernendos, cum in hac parte ecclesiæ sint ministri. Verba tamen illa, quibus inquit, diaconos operari episcopo operationem mundam, et immaculatam, fortasse ministerio mensarum non tam apte, quàm sacro diaconatui

act. 6.

In epist. ad Trall. lib. Ecclesi. h. c. 25. Dialog. 3. aduers. hæreses.

Apud Nestaphorum.

Apud Euseb.

lib. 2. Epi no. 8.

natui conuenirent. Et si noua uersio Angelicarum uirtutum instar purum. Illi, Episcopo scilicet, ministerium administrantes, habeat, in quibus uerbis nihil cum Eucharistia commune. Quin uero neque id quod scribit Ignatius, Stephanum Iacobo, diaconum fuisse, aperte conuincit eundem illi sacrum diaconum fuisse; sed principio quidem conuersionis fidelium septem illi diaconi omnibus Apostolis in mensario diaconatu deseruire potuerunt, subinde, Stephanus Iacobo Episcopo Hierosolymitano cessit, alii, aliis Apostolis in eodem ministerio subseruierunt. Sed & illa Ignatii interpretatio haud inepta est, Stephanus Iacobo diaconus fuisse dicitur, quia septem illi viri, Hierosolymitanæ ecclesiæ, cui Iacobus præfectus erat, unde cum constet ex Apostolica historia eos ad mensarum ministerium fuisse electos, patet, Stephanum non sacrū, sed pauperum diaconum extitisse. Atque id ita esse, uel hoc uno conuincor, quod iuxta communem ecclesiasticarum historiarum traditionem, Stephanus eodem anno, quo Christus Cælos ascendit, statimque post sui electionem mense Augusto, gloriosam martyrii coronam lapidibus obrutus, meruit. Unde Iacobo, alio quam illo, cuius Apostolica historia meminit, genere diaconatus, ministrare non potuit. Et si non ignoro Euodium Apostolici sæculi hominem, in epistola, cui lumen est titulus, septimo a passione anno, Stephani passionem ascribere, sed id falsum esse Pauli conuersio, quæ Stephani lapidationem secuta est, quæ in septimum illum annum differri nequit, perspicue prodit. Ergo ut quæ diximus in epilogum reducamus, & si non grauare concedam, procedente ecclesiæ tempore, eosdem fortasse fuisse sacros & mensarios diaconos, quod fortasse post ordinem susceptum ad ministerium illud eligerentur. Id tamen mihi satis persuadere, diaconorum, qui ad ministerium mensarum in actionibus apostolicis eliguntur, creationem, nõ esse ordinem sacrum, sed fortasse illos presbyteros fuisse aliusue sacris ordinibus præditos. Unde merito sexta generalis Synodus cano. 16. Synodi Neocæsariensis, quæ ad imitationem Apostolorum septem duntaxat diaconos in singulis ecclesiis ordinari præcipiebat corrigit, Docens sacros diaconos nullum ex Apostolica historia numerum determinatū habere.

Fuit huius diaconatus aut ministerii pauperum, & posteris temporibus in ecclesia usus, quousque episcopus studium charitatis deseruit. Nam Origenes in Math. 21. Diaconos, qui mensis ecclesiasticarum pecuniarum præerant, neque eas bene tractabant, nec secundum iustitiam dispensabant, semper de eis fraudantes, & de pauperum rebus factos diuites, numularios exponit, quorū mensas Dominus euerit. Polycarpus Smyrneorum episcopus, & Ioannis Apostoli discipulus, de his intelligere uidetur; eum inquit Diaconi inculpabiles sint, in conspectu Iustitiæ eius sicut Dei & Christi ministri, nõ auari sed misericordes. Cyprianus quoque Carthaginensis, Cornelio quæritur, Nicostatum quendam, dia-

conio sanctæ administrationis ammissio ecclesiasticis pecuniis sacrilega fraude subtractis, & viduarū ac pupillarum depositis abnegatis, rapinarū & criminū conscientia fugientem, ecclesiæ desertorem ac profugum confessorem se ultro iactare. Quo, inquit, modo assumit sibi regendæ ac gubernandæ ecclesiæ curam, quam spoliavit & fraudauit? Rursusque de eodem ad omnes Coepiscopos & fratres. Omnibus, inquit, Coepiscopis & fratribus innotescat Nicostatum multorum criminum reū, non solū patronæ suæ carnali, cuius rationes gessit fraudes, & rapinas fecisse, uerum etiam (quod est illi ad perpetuam pœnam reseruatam) Ecclesiæ deposita non modica abstulisse. De his mensariis diaconis necessario accipiendum est, quod idem Cyprianus ad Rogatianum conquærentem quod diaconus eum suus sacerdotalis loci & ministerii sui immemor, contumeliis & iniuriis exacerbauisset, Meminisse, inquit, Diaconi debent Apostolos id est, episcopos & præpositos à domino electos, diaconos post eius in cælos ascensionem, ab Apostolis constitutos, episcopatus sui & ecclesiæ ministros. Certè sacri diaconi à Christo, non item ab Apostolis, qui nullum sacrum ordinem instituire potuerunt; constituti dicendi sunt. Scio recentioribus multis, imo & ueteribus non paucis aliud placuisse, ut eosdem mensarios & sacros diaconos dicerent. Unde Hieronymus ad Eutagriū scribens & quorundam insolentiam, qui in presbyteros insolecebant, reprimes. Audio, inquit, quendam intantam erupisse uecordiam, ut & diaconos presbyteris & episcopis auferat. Quid uero patitur mensarum minister & uiduarum successor, ut se supra eos tumidus efferat, ad quorum præces corpus Christi sanguisque conficitur; quique Apostolorum successores sunt? Et post pauca, sciant quare constituti sunt; recordetur cōditionis suæ &c. admonet eos conditionis suæ, quod nimirum ab Apostolis ad mensarum ministerium ordinati fuerint. Sed Hieronymo in hac ordinum materia omnino cōsentire, nõ est necessarium, reliqui, qui multi sunt fortasse, si paulo acuratus rem examinassent, nostræ utique sententiæ (sat scio) animum applicuissent. Enimuero osium uehementissima, quæ inordinem diaconatus, ab hæreticis proferri solent argumenta. ex his, quæ de pauperum diaconis aut ministris dicuntur, in Apostolica historia proferri solent. Imo non solum in diaconatus ordinem, sed in sacerdotium, & episcopatum non contēnendi uigoris, si opinionem illam imitemur, rationes ab eisdem hæreticis construuntur. Quæ profecto hac nostra sententiæ & sextæ Synodi diffinitione declinantur.

MENSARIVM DIACONORVM munus, quibus cesserit. Cap. 27.

SUBINDE uero cum aut episcoporum auidia, aut diaconorum infidelitate, aut quod ut cañ. Apost. 39. 40. & 41. decernunt, iniquum uideatur,

deatur ut quibus præciosæ animæ concreditæ sint, diuitiæ quoque ecclesiasticæ non credantur, cum vniuersa ecclesiasticarum diuitiarum administratio ad eosdem episcopos deuolueretur; rursusque prædicationis exercitium languere cœpisset, loco illorum diaconorum, quorum vsus iam dudum intercidêrat, Oeconomi successerunt.

Sic Carthaginienſis Synodus quarta. ne episcopus per se ipsum viduarum, pupillorum, aut peregrinorum curam gerat: sed per Archipresbyterum aut Archidiaconum cauet, reiſq; familiaris curam abicere cogit, & orationi, lectioni & prædicationi tantum vacare.

Quarum rerum studium suo tempore iâ defueſcere, Chryſoſtomus eidê Synodo paulo vetustior, ita quæritur. An non poterant & domus & agri ab ecclesia possideri? Non audistis quia nec has quidem pecunias oblatas & absq; labore collectas, per se ipsi distribuendas putauerunt? Et cuius gratia nisi quàm id multo melius? Modo autem in procuratores, dispenſatores, caupones, episcopi redacti sunt, imo verò istos etiam sæcularium rerum solitudine superant, et quos oportebat animarum, curam habere, ea præterniſſa sollicitè curant & quotidie cogitant, quæ publicanis quæstoribus villicis, curanda sunt. Quòd equidem non frustra deploro, sed uti mutatione in melius facta nos qui grauem hæc seruitutem patimur; minus misere habeamus, uobis ecclesiæ thesauros, disponentibus, orationibus enim, prædicatione, cæteroq; ecclesiæ cultu prætermiſſo, alii vini, frumenti alii venditoribus tota vita colluctantur. Hinc quotidiana iurgia, opprobria, conuicia, & sacerdotum vnicuique prophanis idonea negociis iposita sunt nomina. Oportet igitur in talia hæc mutari, & inde diaconos (ita enim legendum puto non presbyteros) nominari, vnde Apostoli leges sanciebant ab inopem nutritione, laetorum protectione, peregrinorum cura, oppressorum patrocinio, orphanorum, viduarum, virginum defensione; hæc officia villarum, domorumque loco, diaconis curæ sint distribuere. Hæc ecclesiæ sunt ornamenta & conuenientes thesauri, vobis facilliora, nobis fructuosiora, vtrisque utiliora. Nunc (pro dolor) Dei sacerdotes vindemiæ messi, fructuum venditionis & emptioni assistunt: quarum tamen rerum immunes erant, qui figuræ & vniuersæ cultum habebunt, quibusque corporaliõr administratio erat commissa Leuitæ. Nos autem qui ad cælorum penetralia vocabamur & sancta sanctorum ingredimur, mercatorum & cauponum curas suscepimus, vnde magna scripturarum negligentia ingens in orando segnitias, reliquorumque omnium oritur contemptus; non enim homini possibile est studio atque opera in utraq; sufficienter distendi. Hæc Chryſoſtomus.

Paulò post Chryſoſtomum Synodus Chalcedonenſis in huius deformitatis remediũ Oeconomos in singulis ecclesiis, qui ecclesiasticarum diuitiarum curam gererent easque dispensarent, instituit.

Quoniam (aiunt) in quibusdam ecclesiis comperimus episcopos præter Oeconomos facultates ecclesiasticas tractare, placuit omnem ecclesiam episcopum habentem, de clero quoque proprio Oeconomum habere, qui res ecclesiasticas ex episcopi sui arbitrio & sententia nec sine testimonio gubernet atque dispenſet, nec eas aliter dispergi & sacerdotio maledici obrectarique contingat. Quisquis hoc minus obseruauerit, diuinis constitutionibus subiacebit.

Eandem Oeconomorum constitutionem septima Synod. generalis reformauit, Cum simus, aiunt, debitores omnes sacras regulas custodire & eam quæ dicit in una quaque ecclesia Oeconomos esse debere, modis omnibus inuolabilem conseruare debemus. Et siquidem vnusquisque Metropolitanus in sua ecclesia constituerit Oeconomum bene utique est. Sini autem ex auctoritate propria Constantinopoleos episcopis licentia est præponendi Oeconomos in eius ecclesia. Similiter & Metropolitanis si episcopi, qui sub eis sunt non satagerint Oeconomos constituere in suis ecclesiis. Meminit Oeconomorum Iustitianus tum alibi, tum in nouellis frequentissimè, sexta præsertim, vbi Constantinopolitanæ ecclesiæ Oeconomos. Si quid de redditibus ecclesiasticis sumptus in superfluos clerici expenderit, de sua substantia & facultatibus propriis restituere compellit. Septima nouella, eosdem venerabiles Oeconomos res Ecclesiarum in casibus prohibitis alienantes legis Leoninæ pœna afficit. Constitutione demum 133. pro administrationibus sibi creditis apud episcopum suum respondere, rationes reddere & probata debita exigi voluit.

Oeconomorum quoque non pauci fuerunt abusus. Nam quidam episcoporum eos ex laicorum ordine creare cœperunt, cui malo Ispalensis Synodus secunda & Toletana quarta, primæ omnium occurrerunt. Iudæorum esse, aiunt, laicum episcopi esse Vicarium siue eius vices res ecclesiasticas tractare nec in uno eodemque officio dispar esse debet professio, quod etiam in diuina lege prohibetur. Mose dicente. Non arabis in boue & asino, idest diuersæ professionis homines in eodem officio non sociabis. Nos ergo diuinis literis sanctorumque patrum Chalcedonenſium de proprio eos clero constitui decernentium præceptis obedientes, constituimus, ut qui in ecclesiarum administrationibus sociantur nec professione nec habitu discrepent, Coniungi enim & coherere nequeunt, quibus diuersa sunt uota & studia. Si quis ergo post hac episcopus rem ecclesiasticam vel per laicos administrarit vel sine Oeconomi testimonio gubernarit, iure ut canonum contemptor & ecclesiæ fraudator non Christo tantum, de rebus pauperum reus iudicabitur. Sed etiam Concilio manebit obnoxius. Hucusque patres.

Nunc de sacris diaconis, qui ad Euangelico sacrificio ministrandum fuerunt à Christo instituti, dicamus.

ti; dicamus, Sed prius quis fuerit eorum in Ecclesia usus ex veterum monumentis ostendamus, deinde eos à Christo institutos, sacrum ordinem, atque aded gratiam & characterem indelebilem in ordinatione accipere, probabimus, unde consensaneum erit eos cum sacris quoque hominibus annumerandos.

SACROS DIACONOS
ecclesiasticæ disciplinæ præfectos
fuisse. Cap. 28.

ERAT horum sacrorum diaconorum usus, non tantum in altaris sacrificio, sed in infidelium cõuersione & adductione ad fidem. Vnde apud Dionysium Areopagitem eorum officium & ordo est, rudes & initiandos ad sacramenta accedentes, sanctæ doctrinæ scriptura, purgare aduersariorum admistione, synceros mundosq; ad ea continenda sumendaque pro uiribus idoneos facere: regenerandos antiqua ueste nudare & exuere, discingere, & discalciare, ut uitæ prioris amictum integre ponant, hortantur: ad Occidentem Solem eos sistebant; rursusque ad Orientem transferiebant, obscuris abrenunciare iubebant. A sacerdotibus deinde prophanos dirimebant; Ideoque subiungit Dionysius, sacris eos ianuis Pontificalis præfecit institutio, significans, ad sancta uenientium introitum, præcipua summaque niti opere mundicia. De hoc Diaconorum Sacrorum primo ministerio Clemeus Romanus ita quoque scribit. Laici per Diaconos edocendi sunt, sunt enim Episcoporum uelut oculi, cum uerecundia oberantes & circumlustrantes actus totius Ecclesiæ, diligentius scrutantes, si quem uiderint præcipitio uicinum & peccato fieri propinquum, ut ad episcopum referant, qui lapsurum commonere possit, ut inde reuocetur, ne corruat. Idem etiam in consuetudine. Apostolicis. Omnia quidem Diaconus ad episcopum referat ut Christus ad patrem refert, sed quæ potest ipse per se gubernet, accepta ab Episcopo potestate, ut à patre Dominus & creandi & prouidendi potestatem accepit. Grauiora Episcopus iudicet, uerum est Diaconus Episcopi auditus, oculis, os, cor, anima (quæ uerba Ignatius usurpauit in Epist. ad Trallian. Smyrnen. & Magnesios.) ad audiendum etiam Dei uerbum, negligentiores & rariùs accedentes, neque sollicitè ad Episcopi tractatum uenientes, iidem hortentur. Cætera his similia quæ ad ecclesiæ cultum & disciplinam pertinet, Diaconis curæ sint. Idem rursus in Recognitionibus, Cum Zachæum apud Cæsaream Episcopum, duodecim Presbyteros & quatuor Diaconos à Petro Apostolo ordinatos commemorasset, ita Petri plebem alloquentè inducit. Zachæum huc uobis ordinari Episcopum, sciens eum timorè Dei habere & eruditum esse in scripturis: quem quasi Christi locum seruare honorare debetis, obedientes ad salutem uestram, & scientes, quòd siue honor siue iniuria quæ ei defertur, ad Christum redudat, & à Christi

sto ad Deum. Audite ergo eum attentius, & ab ipso suscipite doctrinam fidei, monita autè uitæ, à Presbyteris, à Diaconibus uerò ordinè disciplinæ. De hac ecclesiastica disciplina ita in constitutionibus Apostolicis scribit Clemens. Si quis inueniatur extra locum sedere, increpetur à Diacono ueluti proreta, & in suum locum reducatur. Non enim solus nauis, sed & mandra habet ecclesia similitudinem. Nam sicut pastores pecudes, capras (inquã) oues secundum genera & ætates separant, & quilibet sui generis similes sequitur, sic in ecclesia iuniores seorsum sedeant, si fuerit locus, aliòquin maneant recti, grandiores natu ordine sedeant, pueros stantes recipiant eorum patres & matres. Adolescentulæ rursus, si sit locus seorsum maneant. Virgines & uiduæ & anus primè omnium uel stent uel sedeant. Eodè modo Diaconis attendat in populo, nequis murmuret, ne uel conuieat uel mutet. Hæc de illo Apostolico seculo Clemens quæ utinam omnia hodie reuocarentur. Eadè fere lib. 8. repetit. Pueri, inquit, stent ad suggestum, & unus Diaconus præsit eis ne obstrepant, & alii Diaconi deambulēt, & uideant uiros & mulieres, ne tumultus aliquis exeat, & nequis murmuret, ne uel conuieat, uel mutet.

SECUNDVM SACRORVM DIA-
conorum ministerium. Cap. 29.

ASSISTEBANT ex Euaristi Pontificis decreto septem Diaconi Episcopo prædicant. Diaconi, inquit, qui quasi oculi uidentur esse episcopi, in una quaque ciuitate iuxta Apostolorum constituta septem debent esse, qui custodiant Episcopum prædicantem, ne aut ipse ab insidiatoribus, quoquomodo infestetur, aut lædatur à suis, aut uerba diuina detrahendo aut insidiando polluantur uel despiciantur; sed ueritas spirituali redoleat seruore, pax prædicata labiis animi cum uoluntate concordet. Hæc Euaristus, Quòd autè hic septem sacros Diaconos ad imitationem Apostolorum constituit, non est ita accipiendum, quod uelit illos eosdem esse cum illis qui ad mensarum curam sunt constituti, aut quòd non sint in ecclesia unaquaque plures quàm septem ordinandi; Sed præcipit Sanctus Pontifex ex ecclesiasticis omnibus Diaconis, septem ad custodiendum Episcoporum pro eorum temporum periculis seligi; numerum autem septennarium ideo se instituere inquit, quòd is numerus in illis pauperum Diaconis eligendis, Apostolis placuerit. Sic postmodum Fabianus Pontifex septem quoque Diaconos Romæ constituit, qui per totidè ciuitatis regionis, per hebdomadas singulas, dominicos dies & festiuitatum solennia denuntiarent cum Subdiaconis Acolytis & sequentium ordinum ministeria sibi iniuncta obseruarent ad officium diuinum, & quiddid iniungeretur, peragendum omni hora parati essent. Renouauit & Euaristi decretum Siluester Pontifex in Synodo Romana, atq; eos septem Diaconos, Cardinales, quasi inter reliquum minorem clerum primores, appellauit. Vt Diaconi, inquit, non essent plures per parochiarum examen, nisi

can. 17. 49
can. 20.

Homel. 86.
in Mash.

9. 9. 3. 49
cum simi

Eccl. hiera.
c. 2. 5.

Epist. 1. ad
Iacob.

can. 9.

can. 47.
16. 9. 7.
c. in noua.

Deu. 27.

3. lib. Reco.

lib. 2. c. 61.

lib. 8. c. 15.

in epist. ad
Eccl. Affi.

Epist. 1.

can. 6.

lib. 12. c. 34

duo, & Cardinalis Urbis Romae septem, ita tamen ut Dalmaticis vterentur & pallia linoſtymia, leuam eorum tegeter. Porro quod Nicephorus Calixtus ad ſuum uſque tempus Romae ſeptem Diaconos tantum fieri ſcribit, aut de his Cardinalibus accipiendus eſt, aut ſi de omnibus intelligit, plurimum fallitur. Cuius ille ſub Andronico maiore eiusque filio Michaelē vixerit, ante annos plus minus trecentos, quo tempore multi Romae, quemadmodum & nunc ordinabantur diaconi, quo pacto hanc conſuetudinem uſque ad ſua tempora durare, potuit ſcribere? Sed fortaffe Fabiani, aut Silueſtri decretis deceptus eſt, quae etiam impoſuiſſe Neocaſarienſi & Aquiligranenſi Prouincialibus Synodis videntur, ut ſeptē Diaconos duntaxat ordinandos ſputarent. Nam ſi earum Synodorū decreta uera ſunt, & hodie quoque ſeruanda ſunt, cum dicant & declarent, ſe in hac parte Apoſtolos ſequi & imitari.

can. 64.

Sed ad Sacrorum Diaconorū ministeria regredior. Tanta fuit quorundam Episcoporum insolentia & faſtus, ut in ſolemnitatibus martyrum, reliquias eorūdem onuſtiſſella à Diaconis ſe portari facerent. quod Synodus Bracharenſis, tertia prohibuit: praecipiens ut Diaconi feſtis diebus reliquias, (non Episcopos) geſtarent, id enim Leuitis Domini arcam humeris geſtandi onus impoſitum, ueteris legis praeccepto nouimus.

1. Paul. 19

TERTIVM SACRORVM Diaconorum munus. Cap. 30.

PRÆDICABANT quoque ſacri Diaconi, quod, cum ex ipſo conſecrandi ritu, quē nunc eccleſia Romana ſeruat, tum ex ueterum ſcriptis conſtat. Theodoritus Cyrienſis, & Nicephorus, Calixtus memoriæ retulerunt, Benjamin Diaconum ſub Theodoſio iuniore, à Rege Perſarum grauiſſimis & acerbisſimis tormentis eneſtum, quod à prædicatione Euangelii nollet ceſſare. Quæritur & Gregorius primus. Quod Diaconi contempto altaris ministerio & prædicatione modulatione inferuient. In ſancta, inquit, Romana Eccleſia conſuetudo valde reprehendiſſima dudum exorta eſt, ut cantores ad ſacri altaris ministerium eligantur, Diaconi uerò modulationi inferuiant, quos prædicationis officio, & elemeoſynarum ſtudio uacare congruebat. Quanquam hæc prædicatione Diaconorum ſolemnis non foret: ſed duntaxat, Euangeliorum quædam eccleſiaſticis officiis recitatio (de qua poſtea) aut plana quædam catechizatio baptizandorum. Vnde in Synodo Vaſenſi ſub Leone primo ſtatuitur, ut ſi Presbyter infirmitate prohibente prædicare non potuerit, Sanctorum Homeliarū à Diaconis recitentur. Si enim digni ſunt, quæ Chriſtus in Euangelio locutus eſt legere, cur aiunt indigni iudicentur, patrum expoſitiones publice recitare?

Theo. lib. 5. cap. 39. Niceph. lib. 14. c. 20.

Ex. 1. Greg. decreto.

can. 2.

QUARTVM SACRORVM Diaconorum munus. Cap. 31.

BAPTISMVM quoque tradebant ſacri Diaconi. Quanquam & id potius ex Episcoporum aut Presbyterorum abſentia, quam ex ſui ordinis officio præſtarent. Sic Hilarius in illa uerba. A Ethiopia perueniet manus eius Deo; In candelis, inquit, Eunuchus fidei conſeſionem præuenit, manu autem ſua dum baptiſmi gratiam ſibi impoſtulat, Ecce aqua, Quis prohibet me baptizari? Sacramentū baptiſmi adeo impatienti cupiditate præueniens, ut à Diacono ministerium apoſtolicum officii ſalutis ſuæ cupidus exigeret. Paulus Diaconus ſabbato paſchali infantulos etiam ſuo tempore baptizantium Diaconorum, meminit. Quod fortaffe accipiendum eſt: abſentibus Presbyteris. Nam ut reſert Nicephorus Timotheus, Elunus Alexandriæ Pſeudo Episcopus merito arguitur, quod cum Presbyter non eſſet, baptizaret.

psal. 67.

lib. 5. c. 10.

lib. 5. eccl. hiſſo.

QUINTVM SACRORVM Diaconorum officium. Cap. 32.

PSALLEBANT in Choro & altari, quod Athanaſius ad finem Apologiae de fuga ſua indicat his uerbis: Manebam ſedēs in cathedra mea: Iuſſo Diacono, ut Pſalmum. Quoniam in ſæculum miſericordia, recitaret & populus auſcultaret & poſt recitationem quiſque domum ſuam abiret. Quam conſuetudinem, ut ſuperius diximus, Beatus Gregorius poſtea ſubſtulit, quod fieret plerumque; ut ad ſacrum ministerium, dum blanda uox quæritur, quæri congrua uita negligatur; & cantor miſter Deum moribus ſtimulet, cum populū uocibus delectat. Qua de re, inquit, præſenti decreto conſtituimus, ut hac in ſede, ſacri altaris miſtri cantare non debeant, ſolumque Euangelicæ lectionis officium inter miſſarum ſolemnia exoluāt, Pſalmos uerò ante reliquas lectiones, per Subdiaconos, uel ſi neceſſitas exigit, per minores ordines exhiberi.

Ex. 1. decreto Gregor.

PRIMVM SACRORVM Diaconorum munus ſacrum. Cap. 33.

ATQUE hæc omnia Diaconorum Sacrorū ministeria, ex eccleſiaſtica fortaffe conſtitutione aut Apoſtolorum ordinatione illis conueniebant, quæ nunc dicemus ordinis ſacri, quæ à Chriſto per Episcopos in ordinatione traditum accipiunt, ministeria ſunt. Horum primum erat, plebes ex altari exhortari, ut pro cathecumenis & poenitentibus orarent. Huius rei teſtis eſt Chryſoſtomus loquens de præcum ſpiritu, ſiue dono aut gratia, qua qui dignus habitus eſt, is magna cum animi compunctione ſtans, multis item cum gemitibus (is dico) qui ipſa quidem mente Deo ſe proſternunt, quæ omnibus uſui

Homel. 14. in epiſt. ad Rom.

Homel. 61.

uſui ſunt poſtulat. Cuius, ait, & nunc ſignum Diaconus eſt, pro populo preces Deo offerens. Et alibi: Cum diaconus, dicit, pro cathecumenis exiſtenter oremus, fidelem populū hortatur & excitat, pro non dum licet initiatis, ſed adhuc alienis. Arcebant cathecumenos & poenitentes à ſacris. Vnde idem ad populū Antiochenū. Adſtantem tibi præconem clamantemque audis. Quotquot in poenitentia conſtituti ſupplicatis, Abite uel abſiſte hinc, quod non de quibusque: ſed de ſolemnibus poenitentibus duntaxat eſt accipiendum, qui à ſacris arcebantur. Sanctis hæc conſeſſa ſunt. hoc enim & diaconus tunc acclamat, ſanctos uocans, altiori loco ſublimiſtans, magna uoce ac terribili clamore, quaſi quidam prece, manum in altum ſuſtollens, erectus, omnibus manifeſtus, alios quidem uocatos introducit: alios autem prohibet & excludit, lingua quidem, ſed efficacius quam ſi hoc manu faceret, ut in Olympiacis quondam, Hoc eſt corporis & roboris certaminibus, præco altum inclamans, ſi quis hunc accuſat, ne forte ſur, ſeruius, aut prauorum alioqui morum; Sic in his animæ exercitiis noſter præco unum capite uenq; tenens, ſed interiora omnia ſimul capita producens, ipſos ſibi non alios accuſatores ſtatuit. Quaſi dicat. Si quis ſe ipſum accuſat. Sancta, inquit, Sanctis. Si quis non eſt ſanctus non accedat. Et non ſimpliciter dicit, à peccatis purus, uel peccatorum liberatione mundus, ſed præſentia ſpiritus & operum bonorum diuitiis ſanctus, non à cæno tantum liber, ſed albus quoque ac pulcher. Haecenus Chryſoſtomus.

Clemens in conſtitutione Apoſtol. multa de diaconis in hanc rem tradit. Diaconus, inquit, aſtans circa episcopum alta uoce dicat, nequis contra aliquem. Nequis in hypocrifi, ut ſi inter aliquos deſeſſio orta fuerit, conſcientia percuſſi rogent Deum. Meminit eius quoque ministerii Cyrillus Alexandrinus in illud Ioan. Noli me tangere. Accedentibus, inquit, ad myſticam benedictionem myſterii, miſtri magna uoce clamant, & dicitis uobis apud Sancta Sanctis. Solis ſpiritu ſanctificatis ſalutaris Chriſti corporis tactum, communionem, ſanctificationemque congruere ſignificantes. Hunc morem diu in eccleſia duraffe, Gregorius magnus in dialogis teſtat, ut cum in eccleſia miſſarum ſolemnia celebrarentur, ex more clamaret diaconus. Si quis non communicat, det locum, ut ad hunc diaconi clamorem non communicantes exirent.

lib. 2. dialo. c. 23.

Hom. 3. 4. con. Anom.

Præſentabant deinde inter miſſarum ſolemnia ante ſacram actionem energumenos Chriſto. De qua re Chryſoſtomus in ſacris myſteriis, Diaconus, à dæmone & furore teterrimo arreptos adducit, & caput iubet inclinare, ut quos unā cū fratribus orare non liceat, quia tam acerbè uexantur, ut uocem reddere nequeant, ſua miſericordia & potentia ad eorum uſatur deſenſionem & auxilium: Vincula enim praua, grauiſſa, & ferro ualidiora dæmonum agitatio eſt. Ut ergo quo iudex tempore pro-

dicere & pro tribunali ſedere ſolitus eſt, carcerarii uinctos educunt, proque ſori ſeptis & cancellis collocant, ſqualidos, ſordentes, capillatos, pannofos, & miſerandos: ſic Chriſto uelut pro tribunali ſeſſuro, inque ſacramentis breui apparuit, ex ſtatuto patrum, Diaconus energumenos quaſi uinculis retentos adducit, & capita iubet inclinare, non ut rerum quas commiſſerunt: uel examen modo ſubeant, uel poenas luant: ſed ut communes ab omni populo præſente pro eis preces concorditer fiant. Hucusque Chryſoſtomus.

lib. 2. c. 61.

Oraffe etiam in ſacris actionibus Diaconos præſenti etiam Episcopo & Presbyteris, Clemens in Apoſtolicis conſtitutionibus, auctor eſt. Diaconus, inquit, poſtea poſt ſolemnem illam admonitionem nimirum: nequis contra aliquem, pro omni eccleſia, pro uniuerso mundo, pro ſuis partibus ac membris, item pro ſacerdotibus, pro Principibus, pro Pontifice, pro Rege, atque communi pace.

SECUNDVM SACRORVM Diaconorum munus ſacrum. Cap. 34.

SECUNDVM ordinis Diaconalis ſacrum ministerium erat, ſacerdotibus in ſacra lyurgia ſiue in ſancto altaris ſacrificio inferuire. Cuius rei frequentiſſima extant apud ueteres teſtimonia. Deceuit Anacleus Pontifex, ut in diebus ſolemnibus Episcopus Deo ſacrificans, ſeptem aut quinque, aut tres Diaconos, qui eius oculi dicuntur, Subdiaconos reliquosque ſecum miſtros habeat ſacris veſtibus indutos à fronte, ac à tergo, presbyteros è regione, dextra leuaque cõrito corde, humiliato ſpiritu, prono uultu ſtantes, à maleuolis cum hominibus cuſtodientes, eiusque ſacrificio, conſenſum præbentes. Dionyſius Arcopagites. Qui miſtrorum ordinis præcipui ſunt, ait unā cum Sacerdotibus ſanctū panem & benedictionis calicem, ſacro ſancto & diuino altari imponunt, ad cuius medium aſſiſtentes Pontificem circunſtant.

Episto. 1. de conf. d. 1. c. Episc.

Eccl. hie. c. 3.

Synodus Ancyrana Diaconis, qui immolaſſent, poſtea uero iterum luſtati eſſent, honorem relinquunt, ab omni uero ſacro ministerio ceſſandum inuincunt, ut nec panem, nec calicem offerret, nec prædicarent, niſi Episcopi, laboris, humilitatis, manſuetudinis eorum conſcii, amplius uel dare, uel offerre uellent: de his enim penes Episcopos erat poteſtas. Iſidorus Iſpalenſis, tū libro de Eccleſiaſticis officiis, tū in ethimologiis, Diaconi, inquit, Apoſtolorū ſucceſſorum uel decreto, per oēs eccleſias ſepteni gradu ſublimiori, proxime aram aſſiſtunt, quaſi altaris columnæ Angeli tubis canentes, cadelabra aurea, tonitruorum uoces, clarè in præconis modū, cunctos admonent orare, pſallere, genuſlectere, lectiones audire: Euangelizant et, & quaſi ſine eis ſacerdos nomen habeat, non officiū, ut Leuitæ teſtamēti

De eccl. off. lib. 2. c. 8. Eſhim. lib. 7. c. 12.

arcam operiebant (ne qui mysteria uidere non debant, aut seruare non possent, nec uiderent, nec fumerent) & oblationes in altaria inferebant. ita Diaconi dominicam mensam componunt, calicem tradunt, & oblata, sanctificataque dispensant, ut in Sacerdote consecratio, in ministro sit sacramenti dispensatio. Transtulit hunc Isidori locum Gratianus in suam Rapsodiam. d. 21. c. Cleros Lombardus in suum quartu. d. 24. Citat & Gratianus eundem Isidorum ad Ludifredum scribentem in hunc modum. Ad diaconum pertinet sacerdotibus assistere, in omnibus ministrare, quae in sacramentis aguntur: Baptismo, Chrismate, Patena, Calice: Oblationes altaribus inferre ac disponere: Domini mensam componere, vestire, crucem ferre, Euangelium scilicet, & Apostolum populo praedicare, precum quoque officium, nominum recitatio. Aures item ad Deum habere praemonet, clamare hortatur, pacem donat & annunciat. Hucusque Isidorus. Qui tamen uniuersa diaconorum ministeria, ut erat antiquitatis consultissimus, exposuisse videtur.

TERTIVM SACRORVM DIACONORVM munus sacrum. Cap. 35.

POSTREMVM ac omnium sacerrimum sacrorum diaconorum ministerium erat, Sacro sanctum corpus & sanguinem Christi a sacerdotibus consecratum fidelibus dispertiri, quod ministerium, tametsi nunc aequis fortasse rationibus illis ablatum fuerit, in veteri tamen historia & patrum scriptis, frequentissima eius sit memoria. Sic Laurentius Diaconus ad Sixtum, quo progredieris sine filio pater, quo sacerdos sancte sine diacono properas? Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueueras: experire certe, Num idoneum ministrum eligeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensationem. Eademque penes uerba Ambrosius in officiis, de Laurentio scribit.

Iustinus martyr in Apologia secunda memoriae prodidit, consecrata per praepositum panem & uinum & aquam, diaconos praesentibus distribuere, & ad absentes deferre.

Cyprianus libro de lapsis solemnibus, inquit, adimpletis, calicem diaconus praesentibus offerre coepit, & reluctanti licet, de sacramento calicis infudit. Quanquam hoc genus ministerii, praesentibus episcopis aut presbyteris non exercerent, imo neque illis absentibus poterant, nisi eorum permisso. Id in Nicena Synodo statutum fuisse. Rufinus Aquileiensis dum eiusdem Synodi decreta recitat, scribit, Ne diaconi, inquit, presbyteris praesententur, ne uel in eorum confesio sedeant, aut illis praesentibus Eucharistiam diuidant, sed agentibus solum ministrant, sin nullus presbyter praesens sit, tunc eis demum diuidere licet: aliter agentes, abiiciendi.

Carthaginensis quarta Synodus sub Zozimo Pontifice, ut diaconus, inquit, praesente presbytero

Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget. Atque haec sunt, quae in veteri memoria deprehendimus sacrorum diaconorum ministeria.

DIACONOS FUISSE A Christo constitutos. Cap. 36.

NUNC iam ad secundum, quod promissimus, veniamus, & ostendamus hos & a Christo in ecclesia constitutos, & sacrum ordinem, characterem indelebilem & gratiam tribuentem, accipere: unde & eos esse sacros homines facile colligemus.

De eorum diuina institutione, satis ex Apostoli Pauli epistolis patet. Scribit ille ad Timotheum posteaquam de episcoporum electione praecipit diaconos eligi, qui sint pudici, unius uxoris uiri, qui filiis suis bene praesint &c. Salutatur Philippenses, cum omnibus Episcopis & Diaconibus, & denique nunquam episcoporum aut presbyterorum, absque diaconorum memoria, sit mentio: quemadmodum ergo illi Christum auctorem habent, ita & hi. Enimvero hos sacros diaconos nunquam ab Apostolis electos deprehendimus, cum tamen in eorum electione qui mensis praeficiebantur sollicitos uideamus. Quid ergo aliud iudicare possumus, quam eos quemadmodum & episcopos aut presbyteros a Christo fuisse constitutos? Deinde ab ipsis Apostolicis saeculis veteres oes eodem pacto de diaconis, quo de episcopis & presbyteris loquuntur, quod ex uniuerso hoc tractatu facile uideri potest: ergo si illos a Christo constitutos docent, & hos quoque. Sic Dionysius, inter gradus ordinis diuinitus ad sancta institutos, Pontificibus & Sacerdotibus diaconorum, ut olim Leuitarum ordinem connectit. Nam quod non de mensariis diaconis intelligat, aperte id indicat, quod mensarum per eos administrandarum, nunquam meminit.

Accedit & illa ratio, quae non leuiter a ueteris Mosaeicae legis hierarchia deducitur, quod diaconi Leuitis & officio & gradu successerint. Nam si lex illa, ut Paulus, inquit, umbram hebebat futurorum bonorum: profecto si illic Leuitae diuinam constitutionem habebant, & in Euangelio diaconos quoque habere negandum non est. Porro illo statu Leuitas diuinitus fuisse constitutos, Leuiticus docet. Sed ad diaconorum diuinam institutionem comprobendam satis mihi esse uidentur, quae de episcopis, & presbyteris superius diximus: semper enim illis diaconi annectuntur. His accedit Tridentinae Synodi sub Pio Quarto determinatio in hac forma. Si quis dixerit, in ecclesia Catholica non esse hierarchiam diuinam ordinatione institutam, quae

constat episcopis presbyteris, & ministris, anathema sit. Ministros haud aliud quam diaconos intelli-

go. ORDINEM

d. 25. c. Per lectis. in historia passionis eius.

lib. 1. off. c. 41.

Ecol. his. lib. 1. c. 6. can. 20.

can. 38.

1. Tim. 3.

Philipp. 1.

In ap. 1. ad Demoph.

Seff. 23. can. 6.

ORDINEM DIACONALEM non esse sacramentum a quibusdam Theologis docetur.

Cap. 37.

AN uero diaconatus sit sacramentum inter scholasticos etiam auctores quidam negant, putantes sacerdotium duntaxat sacramenti rationem sortiri, ceteros omnes gradus potius sacramentalia ad sacerdotium disponetia, aut illi subseruientia, quam sacramenta uocanda. Unde perinde neque in diaconorum ordinatione dari gratiam, neque imprimi characterem consentiunt. Horum rationes haec ferè sunt. Prima quidem, quod quando plures actiones ad unum spirituale effectum ordinantur, quarum una duntaxat effectum attingit, ea sola sacramenti rationem habere uideatur, reliquae potius sacramentalia, quam sacramenta iudicanda sint, cuius rei exemplum in baptismo, catechismo, exorcismo &c. perspicuum est. quae quod ad baptismum ordinetur neque peccati purgationem attingant, non sunt sacramenta, sed sacramentalia tantum. Ergo cum sacramentum ordinis gratia consecrandae Eucharistiae & remittendorum peccatorum fuerit institutum, ille ordo, aut gradus duntaxat dicitur sacramentum, qui accipit consecrandi, & remittendi peccata potestatem.

Secunda. Quod sacramenta potissimum quae characterem inducunt, non fuerint instituta nisi ad effectum aliquem supernaturalem uel conferendum, uel suscipiendum, ut in baptismo character datur ad reliqua sacramenta recipienda: (absque baptismo enim nullum potest suscipi sacramentum) in ordine autem ad conferenda. At per solum sacerdotalem ordinem tribuitur potestas conferendi, quoniam ordines inferiores sacerdotio non habent ex officio conferre sacramenta: non sunt igitur sacramenta.

Tertia, quod per sacramenta suscipiatur potestas ad simpliciter aliquid suscipiendum uel administrandum, adeo ut sine illa potestate, si illud attentaretur suscipi uel administrari, totum esset irritum & inane quod fieret. Exempli gratia, per baptismum sic accipitur potestas suscipiendi alia sacramenta, ut si quis, eo non suscepto, alia attentaret suscipere, nihil susciperet: per sacerdotium sic accipitur consecrandi facultas, ut si absque illo quis consecrare attentaret, nihilo magis faceret, quam si non consecraret. At inferiores sacerdotio ordines non sunt huiusmodi: nam diaconus per suum ordinem solum accipit potestatem rite legendi Euangelium, non item simpliciter legendi. Nam absque ordine diaconali quoque si solemniter illud legeret, quamuis peccaret, legeret tamen.

Addunt recentiores quidam & alias rationes. Prima quod diaconatus non ad sacras actiones altaris, sed ad subuentionem pauperum constitutus ab Apostolis uideatur, ut ex Apostolica historia constat. Secundam, quod in diaconorum ordina-

tionem aliis Apostoli, aliis horum temporum ordinatorum ritibus utantur: Apostoli impositione manuum nostri episcopi traditionem libri ordinationis symbolum habent. In sacramentis autem, neque formam, neque materiam uariare ecclesiae licet, atque ita isti.

COLLIDITUR SUPERIOR sententia. Cap. 38.

NOS uero quoad ordines, quos sacros appellamus, attinet, huiusmodi sententiam Theologicis scholis iam tradendam potius quam rationibus adiuuanda credimus. Et profecto si diaconorum ordinationis sacramentum non est, ergo quo pacto alienis ab ecclesiastica fide hominibus persuadere ualeamus sacerdotium esse sacramentum, non satis uideo. Siue enim in Apostolica Scriptura, siue in ueterum patrum scriptis nunquam Episcoporum aut Presbyterorum quicquam absque diaconis meminit. Imo uero Paulus aliquando Episcoporum, & diaconorum, non item presbyterorum meminit, ut in epistola priori ad Timotheum. Vbi cum Episcoporum conditiones praescripsisset, continuo Presbyteris omissis ad Diaconorum electionem gradum fecit. Salutatur & ad Philippenses scribens, Episcopos cum omnibus diaconibus. Pertinent igitur diaconi quemadmodum & sacerdotes & episcopi ad ecclesiasticam hierarchiam, non ab Apostolis, sed a Christo constitutam. Quod si ita est, quae causa obsecro esse poterit, obquam sacerdotium sit sacramentum, diaconatus non item?

Deinde gradus diaconatus, quemadmodum & sacerdotalis ordo a ueteri ecclesiastica antiquitate uocatur, est igitur sacramentum: Nam Acolythus, Exorcista, Lector &c. non absolute ordines, sed minores ordines uocantur. Imo neque eos a ueteribus ordines appellatos aliquando memini.

Tertio, sacrorum diaconorum multae erant actiones, tum sacrae, tum ecclesiasticae, ad quas non minus gratia & Spiritu sancto, quam sacerdotes egebant: fuit ergo a Christo sacramentum aliquod institutum, quo iis ex opere operato, & ipsa non culpabili susceptione gradus, Spiritus sancti gratiam ad eas actiones recte exequendas, traderetur. Nam & hanc in sacerdotio quoque ad sacramentum asserendum, rationem praetendimus.

Quarto, in diaconatus traditione erat quoque manuum impositio, quod donationis gratiae certissimum erat symbolum: Erat igitur illic uerissimum sacramenti ratio. Quemadmodum & in sacerdotio.

Accedit quinto his rationibus, totius uniuersalis ecclesiae consensus, qui diaconatum inter sacros ordines semper computauit, & eodem pacto diuino iure introductum, quemadmodum & sacerdotium docet. Unde Tridentina Synodus, ut superius diximus,

Apud s. sho. 4. sen. d. 24. q. 1. ar. 2. Dur. ead. d. q. 2.

Philipp. 1.

Seff. 23. can. 6.

diximus, in hierarchia, diuina ordinatione constituta, eum numerat.

Neque illud paruū argumentum est, quod ad hunc ordinem suscipiendum initiandi; ieiuniis & exomologesi peccatorum quemadmodum ad alia uerissima sacramenta se præparant.

Et demum, diaconatum esse sacramentum sanctorum loquendi ratio haud obscure mihi ostendere uidetur. Saluto, inquit Ignatius ad Antiocheneses, sanctum presbyterum uestrum, saluto sanctos diaconos &c. Dionysius quodque Areopagites ordinationem Diaconi, consecrationem quodque nominat; dicit enim tres in ecclesia haberi ordines consecrationem Pontificis, consecrationem sacerdotis, & consecrationem ministri, quorum primus perficit, secundus illuminat, tertius purgat. Hæc profecto par in his omnibus loquendi ratio aperte demonstrat, aut diaconatum esse sacramentum, aut sacerdotiū inter sacramenta non esse numerandū.

DILVUNTUR ALTERIUS opinionis fundamenta. Cap. 39.

Sup. ca. 37.

DURANDI rationes nunc diluamus. Primæ respondemus assumptionē ueram esse de actionibus imperfectis, quæ ad aliquā perfectam ordinantur, ut patet de Exorcismo, Catechismo &c. Quæ suoque genio ad Baptismum tanquam dispositiones ordinantur & absque illius consecratione sunt prorsus imperfectæ, imo nihil ualent. Verum id in diaconatu aut subdiaconatu non accidit, & si enim hi ordines ex ecclesiæ constitutione ad sacerdotium ordinantur, non tamen simpliciter, nam absque his uere sacerdotium tradi posset, ut ex titulo de clerico per saltum pro moto facile colligi potest. Deinde si hi ordines ad sacerdotium essentialem haberent dependentiam, quod tamen falsum esse supponimus, actiones tamen, quibus traduntur ad sacerdotii ordinationem nullum habent ordinem, non enim ordinatione diaconi aut subdiaconi ad sacerdotii ordinationem eodem pacto se habent, quo exorcismus & catechismus ad baptismum, sed ordinatione diaconi ad diaconatum, subdiaconi ad subdiaconatum, non item ad presbyteratum ordinantur. Sunt enim distinctæ consecrationes ad distincta ecclesiastica officia in illa duntaxat tendentes, quamquam ea officia sacerdotio subordinantur, et ex ecclesiastica institutione (aut saltem non ex natura sua) ad illud ordinantur. Nam si subdiaconatus & diaconatus essentialem haberent ordinem ad sacerdotium tanquam dispositiones, ut exorcismus & catechismus ad baptismum, profecto quemadmodum catechizatus aut exorcizatus nondum suscepto baptismo nihil habet baptismi, ita diaconatus aut subdiaconatus absque sacerdotio, non modo statum aut gradum non constituerent: sed essent prorsus nihil. Nunc uerò uidemus in ecclesia subdiaconatum aut diaconatum, etiam absque animo sumendi sacerdotii

uerisimum esse ecclesiasticum gradū, suūque habere distinctum à sacerdotio ministerium.

Secundæ respondemus falsum esse quod assumitur, sacramenta non esse instituta nisi ad suscipiendum effectum aliquem super naturalem &c. Nam tamen illud in sacramentis quibusdam, quæ personalia eò uocare possumus, quod non ad ecclesiasticum corpus: sed singularis personæ iustitiam ordinantur, accidat, in his tamen omnino falsum est, quæ functionis alicuius erga ecclesiā exercendæ sunt instituta, qualia sunt ordo & matrimonium. Hæc enim uerò non ad spiritualem aut supernaturalem aliquem effectum ordinantur, sed ad publicas illas functiones rectè exercendas, ad easque & ipsi supernaturales effectus, qui in his sacramentis tribuuntur, character nimirum & gratia diriguntur. Diaconatum autem & Subdiaconatū functiones ecclesiasticas, easque grauissimas & Christiano populo necessarias habere, superius ostendimus, & inferius cum de subdiaconatu loquamur amplius sumus ostensuri. Respondemus secundò, quod & si maior illa uera esset, ex ea tamen ratione nihil contra nostram communemque sententiam colligitur. Nam tamen in baptismo tribuitur character ad tradenda sacramenta absolute & in quocumque rerum euentu; in diaconatu tamen traditur, ad ea tradenda absentibus sacerdotibus & episcopis. Non enim Christi prouidentie congruebat, unum duntaxat ministrorum genus sacramentis ministrandis instituere, sed præcipuum unum, subseruiens alterum quod illius præcipui absentiam supplere posset.

Tertia ratio rectè colligeret, si eadem esset ubique natura rerum. Lectio profecto quocumque pacto fiat lectio est, & prædicatio quocumque pacto fiat, prædicatio est, quod nimirum ea actio à se sola suaque natura pendeat, susceptio sacramentorum à subiecto & conferentis potestate pendet, unde plerumque aut potestatis defectu aut subiecti indispositione actiones frustrantur.

Ad primam illarum, quæ à quibusdam recentioribus Durandi rationibus adiciuntur, quid sit respondendum satis ex superioribus patet. Non enim facti diaconi ad mensarum ministeria constituti sunt, sed illi alii, quos pauperum diaconos aut ministros uocamus, qui ut iam sæpe monuimus, fortasse presbyteri erant, & fortasse quidam eorū nullum sacrum ordinem acceperat, quod de Nicolao illo Antiocheno haud ineptum esset credere, quem Epiphanius docet, Zelotipia prius pulchræ uxoris commotum, subinde ea non modo usum sed abusum publicasse, huiusque hæresis patronum Gnostici fuisse ut naturæ iniuria per preposteris coitus inferretur, quod Dominus in Apocalypsi reprehendit. Quamquam de hoc Nicolao Clemens Alex. sit diuersæ sententiæ. Verum de Nicolao eiusque errore postea fortasse nonnulla.

Secundæ rationis non peculiaris diaconatui sed omnibus ordinibus, imo omnibus sacramentis, communis

lib. 3. Fro-
mat.Ibid. lib. 7.
Eshim. c. 12
conc. Aquis-
gran. 6.

munis responsio est. Enim uerò in sacerdotii ordinatione ab Apostolis nihil aliud factitatum legitur, quam eius ordinandis manus imposuisse. Nā iubet Paulus Timotheo excitare gratiam quæ per impositionem manus presbyterii susceperat, et prohibet illi cito cuiquam manus imponere. Nūc longe alia ratio est ordinandi sacerdotis, imo tantum abest, ut manuum impositioni sacerdotiū acceptum referatur, ut communi Theologorum sententia, sit iam constitutum in ea manus impositione non tradi. Scriptura ergo (quod est aduersus nostri sæculi uatores magnopere notandum & quod nos paulo superius leuiter attigimus) ecclesiasticas ritus & ceremonias, quibus sacramenta tradebantur ne ab infidelibus riderentur non prodit, prodit tamen ea quæ suscepti ordinis & gradus signa erant externa, ut manuum impositionem. Nam lōge alias esse tradendi sacramenta ceremonias quam scriptura prodit, Dionysius libro de ecclesiastica hierarchia abū de ostendit. Itaque quāquam non diffiteor ad decorem multa fuisse addita, formæ tamen & materiæ ordinationum semper fuerunt eadem. Quin uerò neque solam libri Euangeliorum traditio ordinationis diaconi symbolum est, aut materia, sed tres illæ solemnes actiones quæ ab ecclesia sub certa uerborum forma fiunt, traditio stolæ, indutio dalmaticæ, & traditio libri. Nam has actiones uniuersas ad diaconi ordinationem, necessaria ratione pertinere, uerba per quæ fiunt in modum formæ sacramentalis composita euidenti sunt argumento. De stolâ dicitur. Accipere stolam candidam de manu Dei, imple ministerium tuum (idest Diaconatum) potens enim est Dominus ut augeat tibi gratiam suam, qui uiuit &c. De ueste diaconali (idest Dalmatica) induat te Dominus uestimentum salutis & circumdet te semper indumento lætitiæ, in nomine Domini. De libro ita. Accipe potestatem legedi Euangelium in ecclesia tam pro uiuis quam pro defunctis. Nam quod non sola traditione libri Euangeliorum diaconatus tradatur, uel inde apertissime profecto patet, quod legedi Euangelium ministerium unum tantum neque præcipuum Diaconi munus est. Daretur ergo Diacono non ministrandi in sancto Eucharistiæ sacrificio, non prædicandi, non disertiendi sacramentū &c. potestas, sed duntaxat id quod illa uerba præferunt, legendi in ecclesia Euangelium tam pro uiuis quam pro defunctis, quod est longe absurdissimum, formæ enim tantum duntaxat exhibent quantum uerbis explicant.

QVOD SIT SVBDIACONORUM ministerium. Cap. 40.

POSTREMO de subdiaconis, quos Græci a modis uocant dicamus. Hoc in Mosaica illa ac ueteri lege Nathineis respondere Isidorus Hispanensis scribit, & post eum Aquisgranense Concilium Gratianus & Lombardus, tum quod il-

li cum Leuitis, quos nostros diaconos referre credunt semper iuncti nominentur, tum quod quemadmodum illi oblationes in templo a populo suscipiebant & Leuitis altaribus superponendas deferebant, sic Subdiaconi Diaconorum officii subiacēt & obediūt, calicem, scilicet et patenam eis ad Christi mensam ministrant, pallas itē corporalia & substratoria lauant, & oblationum quantum populo sufficiat in altari ponunt. Episcopo quoque ac Presbyteris pro lauadis ante Christi altare manibus, aquam præbent.

Lomba. 4. d.
24.
Grat. c. cle-
r. d. 21.Hugo de S.
Vic. lib. 2.
de sac. p. 2.
c. 10. & E-
rud. Theolo.
lib. 1. c. 27.

APVD VETERES QVIS hypodiaconorum esset usus. Cap. 41.

FVI THORUM in ueteri ecclesiæ memoria & aliis usus, per hos enim episcopi literas dabant & scribebant. Excusat se beatus Cyprianus presbyteris & Diaconibus quod Optatum confessor em subdiaconum fecerit absente clero, quia cum plurimi abessent, paucique uix ad quotidianū ministerium sufficerent, per clericos autem scribere oportuisset, nouos constitui necesse fuerit qui cū literis mitterentur. Scribit ille & ad Cornelium per Mesium hypodiaconum. Testatur idem à Romano clero per crementum hypodiaconum, ad se literas fuisse allatas, à Lucio item per Herennianum, à Romano iterum clero per Clementē hypodiaconū.

lib. 3. Epist.
22.lib. 2. epist.
10.
lib. epist. 5. 7
21.

Atque id quidem ad Apostoli Pauli imitacionem sunt ueteres illi episcopi fecisse credendi, qui Ephesius per Tichicum Diaconum scripsit, qui fortasse non dum nominum facta distinctione hypodiaconus erat. Nam Subdiaconos Diaconorum nomine fuisse comprehensos & antea monuimus & postea magis explicabimus. Atque hæc per Subdiaconos & clericos scribendi ratio, manifestè arguit quāta fuerit eorum temporum in negociis ecclesiasticis peragendis obseruantia, dum neque literas iam scriptas laicis hominis perferendas tradebāt. Nūc contra & clericorum imo & sacerdotum, imo uerò & sanctimonialium secretissima crimina impuri plerumque homines & ab omni religione alieni, tum aliis, tum in episcoporum uisitationibus inquirunt, scribunt, & in cleri maximam iniuriam publicè pronuntiant, sed ad Subdiaconos regredior. Fabianum Pontificem Cypriano paulò uetustiore, septem Subdiaconos fecisse eius decreto legitimus, qui septem notariis ad Martyrum gesta describenda iminerent, quod genus ministerii circa scribendum uerfetur ad superius illud referri potest.

SVBDIACONOS ETIAM sacrum ministerium habuisse. Cap. 41.

HORVM est etiam non modo nostra, sed ueteri quoque memoria, sacrum ministeriū, quo diaconis, presbyteris, & episcopis in sancto altaris peragendo sacrificio subseruiunt: nam in missa epistolas populo legere, ad eos pertinere Synodus

Can. 4. Iſido. Hugo, Lomb. & Gratian.

nodus Remensis docet. Et ut ex Synodo Aquisgranēſi paulò ante recitauimus, calicē & patenam Diaconis ad Chriſti menſam miniſtrant. Pallas etiā corporalia &c. Epifcopo ac preſbyteris aquam lauandis manibus infundunt &c. His Apoſtolico ſeculo & illud miniſterium commiſſum erat, ut quēadmodum diaconi uirorum portis, ita hypodiaconi ſceminarum in eccleſiis præficerentur, ut Clemens in Apoſtolicis conſtitutionibus docet.

HYPODIACONOS A Chriſto conſtitutos. Cap. 43.

QVOD hi Chriſtum auctorem habuerint, uel hinc patet, quod Apoſtoli eodem pacto de illis, quo de diaconis, preſbyteris &c. loquuntur: ſic enim habet canon Apoſtolicus Subdiaconus aut Cantor, aut Lector, qui aleę uel ebrietatibus indulget, uel definito, uel à communionem ſeiungito: Ignatius deinde eorundem temporum homo, in Epiftoła ad Antiochēſes, Saluto, inquit, ſanctū Preſbyterū ueſtrum, ſaluto ſanctos Diaconos, ſaluto Subdiaconos &c. Et ne multa huc ſine cauſa proferamus, cum Subdiaconus miniſter quoque ſit ſacerdotis, quęcunque de Diaconis ſunt dicta, de Subdiaconis quoque ſunt accipienda.

In epif. 3.

Atque hinc, quantum ualeat eorum ratio, qui ex eo Subdiaconatum eccleſię inuentum eſſe credunt, quòd Anacletus Pontifex in Epiftoła tertia, & alii quidam veteres duos duntaxat à Chriſto conſtitutos ordines aſſerāt, epifcoporum ſcilicet, & Preſbyterorum facile eſt cognoſcere. Stephanus quoque Papa nullum ad Pontificatum permittit aſcēdere, qui per diſtinctos ordines Diaconus aut Preſbyter factus fuerit Cardinalis: In Canonibus quoque Apoſtolorum & in veterum patrum ſcriptis, cum Diaconorum & Preſbyterorū & Epifcoporum frequentiſſima memoria fiat, Subdiaconorum rariſſima.

d. 99. c. nullus.

Ad Anacletum dicimus eum non de omnibus ordinibus, ſed de ſacerdotalibus dūtaxat locutū fuiſſe. Verba eius ita habent. Amplius quàm iſti duo ordines ſacerdotum (loquitur autem de epifcopis et preſbyteris) nec nobis à Deo collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt. Ita Anacletus. Nam ſi reliquos ordines non modo ſacros, uerum non ſacros quoque Apoſtolos non docuiſſe ſit intelligendus, profectò falleretur Anacletus, cum Apoſtolicis canonibus & conſtitutiones, imò & epiftołæ Paulinæ memoria diaconorum plenę ſint. Imò uero & ordines minores Apoſtolos docuiſſe, iudem canones Apoſtolicos teſtantur. Stephanus de Pontificis promotione loquitur, quē niſi ex Cardinalibus dignitatibus & gradibus eligi non permittit. Non itaque omnes ordines illic numerat, ſed eos qui iam Cardinalia erant dignitate præditi. Quo pacto & nunc, ad ſcripta patrum, qui inter eccleſiaſticos ordines Subdiaconatum non memorat, reſpondemus eos nomine generico cum Diacono eundem inuolueret, cum nō eſſet nomen facta diſtinctio. In ordina-

tionem etiam hypodiaconi apud Clementis Roman. conſtitutiones Apoſtolicas. Reſpice, ait, ordinator ſuper hunc famulum tuum electū Diaconum &c.

lib. 8. c. 1.

HYPODIACONORVM ORDINEM eſſe ſacramentum. Cap. 44.

QVOD uero ſacramenti rationem, quemadmodum & Diaconi, Subdiaconi recipiant, tū ex his, quę dicta ſunt, tum uero ex eorum ordinatione claret. Enim uero ſi Subdiaconi nō modo ſacras, ſed (ut de Diaconis dicebamus) eccleſiaſticas quoque actiones habent, & hoc ex Chriſti conſtitutione, niſi eiufdem Chriſti prouidentiam negare uelimus, gratiam quoque ad eandem actiones exercendas recipiunt: gratiam (inquam) non quamuis, ſed à ſacramento deriuatam, nam reliqua cum potiffimum ad iuſtitiam animę conciliandam donetur, ad recte miniſterium exercendū non adiuuat. Profecto Chriſti nūquam abſque gratia miniſterium iniungit, ſed prius gratiam ſubinde miniſterium imponit, iuxta illud, per quem accepi-

Rom. 1.

mus gratiam & Apoſtolatum &c. prius gratiā, deinde Apoſtolatum. Id præterea ex horum ordinatione demonſtratur. Nam quamquam Euchariftiam à Preſbytero conſecratam, aliis porrigendi (ut maiores diaconi) non habeāt poteſtatem, ut ex ſynodo quarta Carthaginenſi Gratianus recitat, tamen ex ipſa conſecrandi forma, quod de diaconis parum antea dicebamus, apparet in huius ordinis traditione uerā ſacramenti ordinis rationem exhiberi. Primum enim amictus albus hac forma uerborum exhibetur. Accipe amictum, per quem designatur caſtigatio uocis; in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti &c. Traditur illi manipulus, uerbis etiam in modum formę compoſitis. Accipe manipulum, inquit ordinator, per quē designatur fructus bonorū; operum in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti Traditur Dalmatica tunica eadem ratione ab epifcopo dicente. Induat te Dominus uelimento ſalutis & tunica iuſtitię; in nomine &c. Demum epiftołarum liber exhibetur. Accipite librum Epiftołarum; & habeto poteſtatem legendi: eā ſine eccleſia ſancta Dei tam pro uiuis, quàm pro defunctis; in nomine patris &c. Ante hæc omnia traditur calix cum patena & aquariis, & uinariis uafeſculis; in hæc uerba. Videte quale miniſterium uobis traditur, ideo uos admoneo, ut ita uos exhibeatis, quod Deo placere poſſitis. Quis in tā exacta gradus tradendi forma, rationem ſacramenti creditam ab eccleſia neget?

24. c. nullus.

d. 21. c. 1. Lomba. 4. d. 24. Cai. in add. ad. 3. p. Alph. caſt. in uerb. ord.

Accedit hiſ omnibus communis eccleſię doctrina, qua hunc ordinem inter ſacros numerauit, eiſque quemadmodum & epifcopis, preſbyteris, & diaconis continētiam indixit, iuxta illud. Mundamini qui portatis uafa domini. Imponēbantur & hiſ Apoſtolicis ſeculo manus, gratiaque poſſulabantur in ordinandi forma, ut Diacono, ut Clemens in Apoſtolicis

Hugo. lib. 2. de ſacra. p. 3. c. 9.

Iſa. 52. lib. 8. c. 27.

licis conſtitutionibus inquit, quòd collationis ſacramenti, ut diximus, ſignum erat extrinſecum.

PRÆCEDENTIS DISPUTATIONIS epitome, & alia ratio ab quā Epifcopi Preſbyteri, Diaconi, & Subdiaconi ſacri dicantur. Cap. 45.

SVNT ergo Epifcopatus, Sacerdotium, Diaconatus, atque Subdiaconatus, ſacri ordines, non modo quoniā à Chriſto immediate conſtituti, ſed quia characteres indelebiles ſuſcipientibus inferunt, gratiamque adiutricem infundunt. Sed & quarta ratio hiſ omnibus adiungi poteſt, quia ſcilicet ſacrum miniſterium exercent. Epifcopus ſacros ordines conſert immediate, mediateque circa Euchariftiam uerſatur: Sacerdos ſiue Preſbyter Euchariftiam conſecrat: Diaconus diſpertit, eaq; ad ſacerdotis imperium attrectat: Subdiaconus materiam præparat conſecrandam, eamque dominicis altaribus infert. Dicuntur autem quatuor hi ordines, unū ordinis ſacramentum, ut Scotus ſubtiliter annotauit, unitate generis propinqui, ſicut uirtutes Cardinales dicuntur eſſe tres ſecundū genus, iuſtitia, Fortitudo, Temperantia, cum quæuis iſtarum rursus in alias multas ſubdiuidatur. Atque hinc infamis Caluini riſus comprimitur, qui ridet nos, quòd unum conſtituamus ordinis ſacramentum, quod poſtmodum ſeptem ſacramentula pariatur. Neque enim unum unitate ſpecifica docemus eſſe in Eccleſia ordinem, quemadmodum unum baptiſma, pœnitentia &c. Sed vnitate generis, deinde nos, ut ſtatim uidebimus, non ſeptem, ſed quatuor ſacramentales ordines conſtituimus.

Ex hiſ iam, quid de Gratiani, Lombardi, Caietani, & ſi qui ſunt alii, (nam Hugonem quidā, aiunt, eiufdem fuiſſe opinionis, quam in eius ſcriptis tamen non legi) qui eum immittentur ſententia ſentendum ſit, qua putat, ſubdiaconatum ab eccleſia fuiſſe reliquis ordinibus additum facile colligi poteſt. Hęc proſectò ſententia & communi eccleſiaſticę doctrinæ, & ueterum patrum, qui ſub Apoſtolicis ſeculo Subdiaconatus meminerunt, penitus aduerſa eſt. Ortum autem habuit ex hoc quòd hi auctores ſerius huic ordini continentiam indictam uiderent, quòd ob quam cauſam quoue tempore factum fuerit lib. 3. dicemus.

ORDINES MINORES non eſſe ſacros. Cap. 46.

RELIQVOS minores ordines, & ſi à multa antiquitate eos iam receperit eccleſia, eiſque utatur; quoniā tamen neque à Chriſto ſunt inſtituti, neque ſunt ſacramenta, neque demum Euchariftię, aut miniſtrandę, aut conſecrandę aliqua ratione neceſſaria ſubſeruiunt, communi Theologorum ſententia, à numero ſacrorum ordinum excluduntur.

Deinde eorum miniſteria ad dignitatem conſecrandi Euchariftiam nulla ratione attinent, ſed ad populum diſponendum.

Tertiò, quia et ſi qui eos habent ſint in peccato cum actus ſuorum ordinum exercent, non cenſentur nouum peccatum peccare, quare neque opus eſt, ut gratiam ad illos exercendos, aut characterem obtineant.

Quartò, quia per horum ordinum ſuſceptionē, à ſeculari cœtu nō ſeparantur, quin abſque ulla noua facultate, poſſunt ſuſceptis iam ordinibus coniugia inducere, quod ordinibus ſacris, ideſt, quę cum ratione ſacramenti dantur, non accidit. Sic Apoſtolicus canon. Ex hiſ, inquit, qui cœlibes in clerum peruenerunt, iubemus, ut lectores tantum, & cantores, ſi uelint nuptias contrahant. Cantores & Lectores eos ordines minores, qui tūc fuerant ab Apoſtoliſ inuenti, intelligit: nam Acolithi, Oſtiani, & Exorciftę fortaffe tūc temporis nondū emerſerant. Poſtremo id maniſteſtiſſimè mihi oſtendere uidetur, Eccleſiaſtica permiſſio, qua hi ad Canonicas horas non coercentur.

can. 25.

TEOLOGORVM, QUI docent minores ordines eſſe ſacramentata, ſententia colliditur. Cap. 47.

SCIO quosdam non poſtremę notę ex Theologis, contrariam magis approbaſſe ſententiā. Nam in primis Diuus Bonauentura; S. Thomas, Paludan. &c. omnes in uniuerſum ordines, ſiue maiores, ſiue minores ſacramenta imprimereque characteres putarunt, quod ſint initerabiles. Sed ea ratio proſectò uiros doctiſſimos ac ſanctiſſimos non multum monere debuiffet: Nam neque exorcifmus, aut catechiſmus qui ſunt in baptiſmo repetuntur, aut reiterantur, cum tamen nullus hucusque ſacramenta uocauerit. Ideo ergo non repetuntur, quia per modum cuiuſdam conſecrationis traduntur. Præter hoc, quòd illę actiones, quibus ordines minores exhibentur, diuina uoluntate, abſque ulla ſacramenti ratione, aut characteris impreſſione poſſunt eſſe initerabiles.

Quę uero Paludamus in Durandum armat, nos nullo pacto lædunt, qui neque maiores, neque minores ordines ulla ratione ſacramentales diſpoſitiones putamus, ſed proſus gradus diſtinctos & independentes.

Multa de Hoſtianiſ, Lectoribus, Acolithis, & Exorciftis, Petrus Sotus, olim Caroli Cęſaris conſeſſarius, & Claudius Spenceus Gallus, uir proſectò antiquitatis conſultiſſimus, ex ueterum patrū monumentis, memorię retulerunt, quę ſi quis in hac parte ampliora uelit, poteſt conſulere; nobis Epifcopos, Preſbyteros, Diaconos, atque Subdiaconos, multiplici ratione ſacros aut ſacratos homines eſſe, demonſtraſſe ſit ſatis. Nam de horum duntaxat continentia, & cœlibatu nobis diſputatio deinceps inſtituta eſt. Quoniam uero omnes hi quatuor

tuor ordines ad unum Euāgelicum sacerdotium referuntur, illiusque sunt partes: quęcunque de Sacerdotibus dicimus, de reliquis tribus sacris ordinibus quoque sunt accipiēda. Sed iam ad ipsam sacerdotalis continentię tractationem accedamus, probemusque Euangelico sacerdotio ex natura ipsa sacerdotii repugnare coniugium.

CONTRARIETAS DV-
plex, formalis & virtualis. Cap. 48.

DVPLICEM Philosophi, inter res eas, quę contrarię, aut sibi ipsis repugnare dicuntur, rationem, & speciem contrarietatis agnoscunt; formalem unam, quę ab ipsis formis & rerum essentiis: virtuales alteram, quę a pugnantibus & mutuo sibi disidentibus effectibus proficisci cognoscitur; Priori illa, album & nigrum, frigus & calor, humidum & siccum: posteriori duę quantitates, duę formę substantiales in eodem loco aut in eodem subiecto repugnare dicuntur. Cum enim priora illa sui ratione sint prorsus incompatibilia, posteriora sola effectuum, quos in se ipsis virtualiter continent, solaque suarum actionum, quorum sunt principia, ratione dissentiunt: nec enim quantitas quantitati, aut forma substantialis formę substantiali, cum neque quantitati, neque substantię quęque sit contrariū mutuo repugnant; Sed quod hunc locum, quem illa quantitas repleuit, hęc non possit replere; & quod hęc materia, cui hęc forma tribuit esse, ab alia forma simul esse nequeat: iā enim & duo corpora in eodē loco, & vnāmet materia duplex esse eius, eiusdem generis & rōnis susciperet.

MATRIMONIUM ET SACERDOTIUM non formali contrarietate sibi mutuo aduersari. Cap. 49.

IN ea igitur controuersia, qua de repugnantia ac mutuo dissidio Euangelici sacerdotii & matrimonii differitur, meritō inquiritur, utrius generis sit hęc repugnantia, primi ne, an secundū? id est, an sacerdotium & matrimonium sui ratione, an uero effectuum, quorum sunt potestates, id est, utriusque usus & exercitii ratione, mutuo dissideant? Quę quęstio nō aliunde facilius, quā ex utriusque nature consideratione & expensione dissoluitur: si enim matrimonii natura cum sacerdotii natura immediate non pugnat, nulla erit inter ea formalis repugnantia. Est matrimonium Christianū, nō modo ciuile quidam, sed sacra potestas, qua uir in corpus uxoris, & uxor in corpus uiri ad filiorum procreationem & ad domesticam aut oeconomicam uitam dominium exerceat. Est sacerdotium nullo pacto ciuile, sed diuina potestas, qua quis ad sacrificandum, ad pascendum, & causa publica orandum diuinitus destinatur. Est rursus matrimonium Christianum sacramentum, quo corporum ille contractus indissolubili uinculo constrictus, consecratur,

Est & ordo sacramentum, quō & eiusce potestatis character imprimitur, & ad rectę functiones sacerdotales peragēdas, sacerdos adiuuatur. Tam an hęc inter se pugnent uideamus. Est autem duplex potestas passiuā uia, quam potentiam, aut potentialitatem recentiores uocant, quę a materia desumitur: actiua altera, qua agens non ad patiendū, sed ad agendum est aptum, quę a forma deriuatur, & prioris quidem ordinis potestates nullo pacto seque pugnare, non modo physicarum, sed moralium quoque rerum cōsideratio nos docet. In materia enim prima multę ad contrarias & pugnantes formas potestates delitescunt, idem etiam ciuis potens est, ut sit pater, consul, Rex, & si quę sunt alia munera his in republica contraria. Sicut enim materia ad formas substantiales contrarias, sic quoque ciuis ad reipublicę munera contraria se habet: cuius utriusque ratio est, quod hęc potestates non sint aliud quā potestates remotę & merę quędam aptitudines, quibus ad hoc uel illud res aptę creduntur. De potestatibus uerō actiuis maior est difficultas; quod illę cum sint determinationes ad actiones, quarum sunt potestates, eam ipsam contrarietatem & repugnantiam consequantur, quam actiones in se habent. Itaque idem agēs naturalē peditum esse potestate calefaciendi & infrigidandi, id est habere diuersa principia formalia, quibus calorē & frigus inducat, natura non patitur. Quāquam Sol, calorem dum nobis lucet, contra frigiditatem noctu & hyeme, dum radios abscondit, ignisque illa decoctione dealbet: contra, illa atro colore ac nigredine inficiat, non tamen hoc secundum contrarias opponendi potestias, sed una & eadem agendi potestate utrumque præstare philosophia consentiet. Causat sol calorem quidem potestate physica, Frigus uerō, eo pacto, quo tenebras, id est priuatiuē dum radios abscondit: color uero diuersus quemadmodum & condensatio aut rarefactio non a diuersa potentia, sed a diuersa materia: unica uerō ignis potestate, qua res diuersi generis ab inuicem separant, prouenire credēdus est, siccitatem laterem aut uas terreum, quod aquam, qua lutum erat euolare compellat; liquefacit ceram, quod frigus qui eam comprimebat persequendo protendat. Non igitur naturalis potentia actiua alterius naturalis potentię actiue contrarię consortium compatitur, neque duas potestias naturales, aut agendi principia physica contrariarum actionum in eodem agente dari natura permittit. Atque id quidem eandem naturā ita statuisse credendum, quod nihil in rerum uniuersitate patiatur ociosum, & quod eadem semper ad unum determinetur. In moralibus uerō potestatibus iis (inquam) quę humanarum actionū sunt immediata principia, res aliter habet; nā non modo duę potestates aduersę in eodem agente se mutuo non pellunt, sed una & eadem uoluntas contrariarum actionum est plerunque principium: eadem. n. cum hoc reprobet illud amat, imo unum & idem diuersis rationibus affecta, nunc amat, nunc odit: odium uerō

uero & amor diuersę sunt & contrarię actiones. Quod si quis dicat non aliter in fuga & prosecutione se uoluntatem habere, quā in condensatione aut rarefactione, qui sunt in rebus naturalibus effectus contrarij; ignis se gerat, ita ut quemadmodum hic non a diuersis & contrariis potentiis, sed a materię diuersa dispositione, diuersi ignis effectus proueniunt, ita quoque a diuersa obiecti dispositione, fuga aut prosecutio uoluntatis descendat. Attēdat is hac ratione aut omnino libertatem uoluntatis e medio remoueri, dum non in ipsa uoluntate, sed in obiecto diuersa ratione mouente constituitur libertas, aut ignem cętera que naturalia agentia, contra omnem philosophiam, dum nullum inter utrumque constituitur discrimen, libertate donari. Sed ad rem. Dicimus ergo morales potestias, præsertim, quas non a natura sed ab extrinseco habemus, quales sunt ciuiles, quę ab hominibus, aut diuinę, quę a Deo imponuntur, in uno eodemque subiecto se mutuo non pellere: quāquam has potestates quā potestas exactior loquendi ratio uocare assueuit. Notanter autem dicimus quę ab extrinseco ueniunt, quoniam licet uoluntas quę agendi moraliter est principium, sit actionum contrariarum causa, non tamen iuxta duplicem illam agendi rationem, duplex est uoluntas sibi ipsi contraria; sed una & eadem libertate contrarietatis & contradictionis est prædita, id est potens est & contraria, aut uelle & nolle, aut amare & ordire producere, aut uolendi & non uolendi, amandi & non amandi potestate defungitur. In potentiis uerō siue potestatibus moralibus, quę ab extrinseco ueniunt secus contingit, nam cum una potestas tantum sit unius actionis immediatum principium, ita ut non possit ullo pacto in actionem contrariam, pro multiplicitate actionum, necessaria ratione multiplicatur principia siue potestates, ita ut sui ratione in eodem subiecto non sibi repugnent. Itaque non pugnant secum in eodem homine, prætoria, quę paci prospicit, & quę militię i vigilat militaris potestas, quāquam pax & bellum a quibus proficiscuntur, sibi mutuo repugnant, Idemque iudicium esto de quibusuis ceteris potestatibus siue ciuilibus aut humanis, siue diuinis, quę ab extrinseco ueniunt, ergo cum matrimonium & sacerdotium quatenus sunt potestates ad hoc genus potestatis pertineant, quāuis sint contrariarum actionum principia, nullo pacto in eodem subiecto secum mutuo pugnant. Iam sacramenti ratio cum una sit, atque eadem in omnibus sacramentis (aliōquin non uno eodemque pacto sacramenta dicuntur) inter matrimonium & sacerdotium repugnantiam non gignit: neque enim animalis ratio in equo, ei rationi animalis, quę in homine clauditur contraria censetur, nec perinde repugnans, non igitur matrimonium sacerdotio, aut sacerdotium matrimonio, siue secundum rationem potestatis, siue secundum rationem sacramenti, atque adeo secundum integram essentiam, ullo pacto repugnat.

Obiectio.

Dilutio.

Hinc iam quid nostrę quęstioni, qua querebamus, quo genere contrarietatis sacerdotium & matrimonium sibi mutuo repugnet sit respondendū, clarescere incipit. Nam si ea contrarietas & repugnantia quę a rerum essentiis immediate colligitur formalis uocatur, & matrimonium & sacerdotium secundum suas essentias & rationes formales siue quod sunt sacramenta, siue quod sunt potestates secum mutuo non pugnant, ergo matrimonium & sacerdotium contrarietate formali sibi mutuo non pugnant, atque id non modo his rationibus, quę a rerum ipsarum essentia & natura summuntur, sed & ecclesiastico usu & dogmatibus manifeste conuincitur. Scimus enim non modo quosdam Apostolorum, sed posterioribus sæculis multos ecclesiasticos uiros (cum essent sacerdotes,) matrimonio coniunctos, habebant igitur utrumque sacramentum, habebant igitur utrumque potestatem, unam scilicet pascendi, sacrificandi, & publicę orandi, alteram qua corporibus uxorum uterentur. Scimus deinde maritum si sacerdotio inietur veram sacerdotii naturam quāuis peccet, accipere, nec tamen per potestatis sacerdotialis aduentum, matrimonii naturam & ueritatem dissolui, sunt ergo res compatibles & minime secum pugnantes: matrimonium & sacerdo, neque ulla sibi formali repugnantia aduersantur.

QUOD VIRTUALI CONTRARIETATE, id est functionis ratione, matrimonium christianum & sacerdotium secum pugnent. Cap. 50.

QUOD si matrimonium & ordo sacerdotii formalis repugnantia, quę ab essentiis desumitur secum mutuo non pugnant, restat, ut virtuali, quę ab effectuum contrarietate descendit, iudicentur contraria, Quoniam scilicet, ordinis sacri functionibus, cum matrimonii & nuptiarum usu nullo pacto conueniat, nō alio modo nimirum, quā quo functioni eius potestatis aut magistratus, qui paci & quietę gubernatiōi reipublicę præsidet, administratio ullius potestatis aut magistratus, qui bello ac militari arti prospicit iudicatur aduersus. Verum unde uirtualis aut functionum repugnantia deriuetur, tūc optime habebitur, quādo utriusque præ oculis officia exponantur.

Sed prius, quę sint sacerdotialis ministerii functiones nobis explicet Apostolus Paulus. Omnis namque pontifex, inquit, ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur, in iis, quę sunt ad Deū, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolare possit his, qui ignorant & erant &c. Et subinde. Sic & Christus, non semetipsum clarificauit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus est tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & alio loco dicit, Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suę preces supplicationesque ad Deum, qui possit

H. b.

Psal. 1.

Psal. 109.

posset illum saluum facere à morte, exauditus est pro sua reuerentia. Vides ergo non modo ad Aaronicum, sed ad Euangelicum sacerdotiũ, cuius consecrator & exemplar est Christus tria pertinere. Primum quidem, offerre dona & sacrificia, in quæ duo ynuerſa religioſa donaria, quæ Deo mortales tribunt, breui verborum compendio rependit Apostolus. Secundum, condolere his qui ignorant & errant, per quod uniuersam morum humanorum religioſam catecheſim, id est, informationem & morum correctionem intelligit. Tertium demum, per continuam orationem diuinæ iræ, quæ populus peccatis meruit, deprecationem; quod in Christi oratione accidisse contendit Apostolus.

SVADETVR IDEM EX
partibus matrimonii. Cap. 51.

IAM matrimonii duæ sunt partes, una quæ rei domesticæ & familiaris & gubernationi & conseruationi & incrementis inuigilat, quam partem iuniores onera matrimonii, Paulus autem sollicitudinem quomodo placeatur uiro, aut uxori, & carnis tribulationem appellat. Altera est mutua corporum ad prolis generationem & educationem, aut ad incontinentiam vitandam seruiendi districtio, de qua Paulus. Vir uxori debitum reddat & uxor uiro. Vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, & mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Priorem coniugii partem, tum multi, tum ueteres, tum recentiores, prophani & ecclesiastici auctores latisimè prosequuntur, elegantissimè mihi à Sexto tertio, aut, ut alii uolunt, secundo Pontifice Maximo, ante mille ducetos annos descripta uidetur. Quæro (inquit) ad quem ad uiam tam celibem cupiebat protrahere, an eius, quam dicitur esse bene placitos habere, moris scis enim ipse, in feminis bonum difficile reperiri, humanis etiã contestantibus literis, Varium & mutabile semper femina, Omnem speciem ante cuiquam licebit probare, quam comparet, præter solam uxorem, quam non licet cuiquam prius nosse, quam ducat. Et hoc ex maxima procedit industria. Nã & cuiuslibet reprobæ mercis negotiator examinis iudiciũ timet; fieri enim potest, ut aut superba aut contumax sit, aut iracunda, seua aut uolenta, impudens, aut procacitate uerbosa, aut fœditate horrida, aut decore metuenda, quæ concupiscatur ab aliis, aut ipsa alios concupiscat. Nescis etiam, utrum prudens esse possit an stulta, & in iis utrobique metuenda conditio est, ne aut quasi insipiens facile seducatur, aut quasi sapiens crimen suum calidè occultet astutia. Duplex etiam in hac parte metuenda calamitas est, si te lateat, erit sine fine malum, & sine cessatione peccatum & mariti grãde dedecus, quem exultans, solacibus & amicis suis ubique ad digitũ adulter uxoris ostendit. Continget etiam illis acerbis malum, ut alienos filios suos putet & ignorans amet, quos si sciret odisset, & adulteram prolem coheredem,

suorum instituat filiorum, eritque sui uernaculæ uelut ignorans fautor. Si iterum detegatur huius modi, ecce grauius aliquid, dum tale opprobriũ ad publicum uenerit dum omnes inde loqui ceperint, nec est dolor aliquis in tali causa miseratior. Hoc solum crimen est quod & derisum mereretur & poenam, eritque forte & graue marito, & sapientium, & insipientium fabula detrahet illi, nec suis famulis comparandus. Quanta insuper afficiunt mala cogitur accusare, quam diligit, & eius mortem inuitus optare: conuictabitur cum affectu pudor, tali enim indulgere non patietur uerecundia, damnare, quã diligit. grauius tollerabit affectus. Dehinc quid potissimum doleat ignorabit, orbitatem, an opprobriũ pudoris; erit lugere, quam ipse damnauerit. Nemo infœlicius amittit uxorem quam qui confunditur flere quam perdidit, filios etiam odisse cogitur, dum an ipsius sint, dubitabit, erit non minus pater impius, quam crudelis filius. Et ubi ponimus quod alios lethali ab uxoribus poculo, alios gladio, diuersisque mortibus ab eorum adulteris legitimus interemptos? Nihil tale horum timeas si certus es nemini contigisse, aut si prouenisse nosse, & te hominem esse cognosce, sed esto ita tibi in omnibus obsecundet euentus, ut nihil tale horum sit in illa, quam duxeris, quæ illius generis singula solent ex integro possidere.

Procreandorum certe liberorum quis nuptias expetit, & unde scit ne forte sterilem contingat esse, quam duxerit? quid si ita acciderit, in uasũ proiecta est castitas, neque enim licebit illi alterã querere. Sed ut & hic spem commendemus in certis, esto sterilis non sit, esto fœcunda sit. Vbi ponimus casus partus & tremantis uteri infinita discrimina? Solet enim nonnunquam contingere, ut quacunque causa faciente conceptus moriatur in utero, simul periclitetur & genitrix. Prouenit enim tanta necessitas, ut dum matri prouidetur, medicorum spiculis infantia innocens intra ipsius uteri secreta lanietur. Sed adhuc meliora credamus & humanis nos non posse contingi, opinemur, concedamus & partus fœlicitate, quæ summa illi est, si nõ, aut generandus, aut genitrix, aut utriusque uita priuetur. Ceterum non licet, ut usque mortis periculo transigatur. Vbi ponimus quod nonnunquam paruulus, aut strabus, aut cæcus, aut pede, aut manu, aut quocunque membro debilis procreatur? aliquoties etiam cum demonio nascitur, sed esto omnibus membris integer natus sit, esto fortis aut ualidus procreatus, est adhuc latens aliquid, quod formidolosam parentibus ingerat suspitionem, dum qualis esse possit ignorat; utrum sapiens an stultus, utrum sensatus an excors? Si sapiens, uerendum est, ne non diu uiuat, si brutus, dolendum est talem fuisse progenitum. Sed & ista omittamus. Ecce fœliciter natus est, ecce prospere educatus, sit etiam excellentissimæ memoriæ & singularis ingenii & omnium, quæ esse morum ornamenta possunt, disciplinarũ peritiã, & grauitate decoratus,

curatus sit, si contingat quod omni ætati commune est, ut dum in adolescentiæ auspiciis est, dum talis ac tantus, ut non appropinquis solum, uerum et ab exteris diligatur, repentina morte rapiatur. Omnis subito parentum uana efficitur spes, omnis cura frustratur, mutantur doloribus gaudia, & serò procreasse iam poenitet, quem semper habere non licuit. Hactenus Sixtus Pontifex. Ne tamen satis ingentem illam sollicitudinem & laborum Iliadem, quæ filiorum educationem disciplinam, locationem &c. Necessario sequuntur expressisse uideatur, Vniuersa enim hæc, præ illis quæ filios iam educatos, & etiam optime institutos, quod tamen raro contingit nuptialem statum consequuntur, parua esse uidentur. Nã ubi in his est ille dotium, quibus honeste filiarum collocentur, & diuitiarum, quæ filiis in uita aut post mortem dimittantur conquirendarum, non modo à natura mortalibus iniunctus, sed etiam ab Apostolo Paulo consecratos, ingentissimus æstus. Nec enim, inquit, filii debent parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Vbi est cõstrupta filiarum luxuria? perdit filii uolentissimus meror? ubi est si omnino frugi fuerint, eorundem, cum, masculorum, tum potissime feminarum scropulosa custodia? Vbi filiorum & filiarum, ne reliquis concubiis uideant, si non exquisitus, honestus ornatus? ubi filiarum male locatarum & maritalis iuris prætextu à crudelibus uiris, ante oculos cruciatarum, perpetua tristitia? Vbi demum innumera afflictionum genera quæ uitæ coniugalis expertis perpetuo cõtendunt? Enumerarunt & multa grauissima; uitæ coniugalis incommoda summa cum sermonis elegantiã & lepore Chrysostomus, lib. de uirginitate & Nifenus Basilii Magni frater eiusdem augmenti libro altero, quorum nobis in presenti opere frequens memoria habenda est.

OSTENDITVR SACERDOTII

Euagelici & uitæ coniugalis uirtualis repugnãtia ex altera matrimonii parte. Cap. 52.

SECUNDA matrimonii portio, quæ indebiti carnalis editione distringitur, uel apud eos sapientes, qui solo ratiõis naturalis instinctu, in philosophando ducuntur, hoc tantum habeat laudis, quod ex ea hominum genus quasi medio necessario proueniat, reliqua pecunia & bruta actio, & quæ mentem, rerum non modo spiritualium, sed & paulo subtiliorum, contemplatione deturbet iudicatur ab omnibus, præter hoc quod & corpus & animam & in summa totum hominem quædam immunditia, etiã cum est in uoluntaria, respertur in qua re, ut ab adductis multorum testimoniis, & ab ipsa apud omnes mortales in ueterata rone loquendi, quæ eum actum et cum est honestissimus, imo cum est in uoluntaria, pollutionem appellat temperemus, sufficere nobis debet in hac parte, sanctarum scripturarum auctoritas, quæ cauit eo actu pollutos, aut facras actiones obire, aut res sacras contingere. Iubet dominus cum leproso & eo qui mortuum tetigisset, & quæ res illo statu mosaico habebantur horribiles. Semine quoque fluentem à castris populi. Dei pro-

trudi. Et iterum. Si fuerit inter uos homo, qui nocturno pollutus sit somno, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad uesperum lauet aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Iubet Moses, ut Dei uoces auditurus populus, uestimenta lauent, & ne in diem tertium misceatur uxoribus. Quæ res haud tamen ad typos & i figuram referunt (ut quædam uolunt) sed aliarum quoque gentium consuetudine, quæ perpetuo, natura ipsa docete, iustissimos quoque coitus, ut postea dicemus, tpe sacrificii uitant, moralis efficiunt.

Hinc, non modo apud Christianam reipublicam, sed apud gentes quoque, sapientissimi quique, & qui rerum celestium contemplationi uacabant, ad eam huic coeundi actui extiterunt infensi, ut quibusdam penè matrimonio & legitimis nuptiis uiderentur iniqui. Et ut ethnicos ommittamus, qui præter unum Xenocratem chalcedoniũ licet matrimonia damnarent, aliis tamen uagis & illicitis copulis abstinere uolebant, in hoc genere sunt, Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Basilius, Nazianzenus, Nifenus, Chrysostomus, & inter Romanos Pontifices, Damasus, Sixtus, Siricius, Innocentius, & demum Ecclesiastici omnes scriptores, præter eos, qui in Mōtanũ scripserunt, ubi res ipsa matrimonium cõmẽdari postulabat, quorum, de bono uirginitatis, aut castitatis aut exhortatoriæ epistolæ aut in ualofros castitatis & celibatus hereticos cõcinata, cum grano (ut dici solet) Salis plerumque leguntur opuscula, ut cataphrygũ & Mōtani hereticã iniam declinare quæ queat. Nõ dãnabant sanctissimi uiri nuptiales cõstratus, quod ex eorundem in matrimoniorum dãnatores, scriptis spicue colligitur, sed hoc tantum persuadere cõtendebat, nullã esse ponderationem animæ cõtinentis, quæ & à Christo, & à Paulo non obscure didicerat. Hinc penè uniuersis Ecclesiasticis patribus cõmunissimũ dogma, quo nõque nisi gratia suscipiendæ, plis ad propria et uxorẽ accessum peccato carere cõstitutissimũ habet ut lib. 3. uidebimus quod tamen, si apostolicæ snie reuocet examẽ, quod fornicatiõis & in cõtinentis et uitatione honestum finem matrimonio prestituit, falsum uideri potuisset: neque enim omnia quæ permittunt sunt mala, sed plerumque, & minora bona. Imò uero nõquã scdm eã legẽ, quæ permittit, malũ esse quod poterit, atque ad eam Pauli indulgentia, cum eẽt Dei in legibus Euangelicis ferendis minister, cuique proinde sit uera Dei indulgentia, peccatum non erit, de quare postea. Hinc illa ingens præsertim apud gentes, apud quos quod premio careret, fuit semper rarissima, uirginitatis admiratio & stupor, quo integris & uirginibus, feminis, cõsules & imperatores & quoscumque magistratus, de uia cedere solitos fuisse, nõ iurisprudentes nõ, sed historiæ testantur. Hic demum ille omnium gentium cõsuetudine mos cõprobatus, quo uirginum specie, non mō muse sed uirtutes pingunt quasi neque uerã sapientiã, neque uerã uirtutẽ obtineri, sine mentis & corporis castitate testentur. Sed in incõmodis, quæ à carnali cõmissione proueniant, describendis multi tum prophani, tum Ecclesiastici patres summa eloquentia, nec minori ueritate laborarunt.

D Probatur

Exo. 23.

Exo. 19.

2. Cor. 12.

1. cor. 7.

1. cor. 7.

Theophyl. Vola Raph. Tira. Silua nuptial. etc. lib. de uirg.

Eccle. 26.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

Tertull. lib.

Demonoga.

Fulgentius

ad Moni-

mum.

Hieroni. su-

per Math.

et hab. 32.

72. c. Cũ-

bia.

Aug. de bo-

no, coning.

et hab. 27.

q. 2. omne

bonum Gre-

go. in c. nev-

in. c. 13. et

et c. uir, cum

uxor. 33. q.

4.

Bal. in c. cã

matrimonii

de probas.

Hiero. lib. 1.

aduer. Ioni-

marium.

Num. 5.

PROBATVR NVPTIARVM ET SACERDOTII REPUGNANTIA, ex prima eiusdem sacerdotii parte quæ est sacrificandi ministerium. Cap. 53.

ATQVE adeo iam ad expendendas tres illas sacerdotialis muneris functiones sermonem conuertamus, primoq; de sacrificandi ministerio quod primo loco describebat Apollolus, loquamur, omnis (inquit) pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur, in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia, &c. quanta fuerit, tum apud gentes, tum apud veterem illam Israelis Rempublicam sacerdotialis & eorum omnium qui altari seruiabant munditiæ cura, quantum in omni carnalis concupiscentiæ cauendis foribus, in legibus prouidentia, vtriusq; populi & gentis scripta testantur foeminas illas certe, quas Sybilas uocarunt, quasq; deorum sacerdotes fuisse ueteris memoriæ auctores prodiderunt, virtute uirginitatis illustris extitisse continentiamq; perpetuo coluisse commemorant.

Quin etiam apud Ethnicos pudicitiam in sacerdotibus præ cæteris fuisse semper commendatissimam, uel ex illo Virgilio loco liquet.

Quique sacerdotes casti, dum uita manebat illudque Ouidii.

Nomen idem ramo, qui casus ab arbore pura casta sacerdotum tempora fronte fegit.

Ex quo Iuncus, apud Stobæum. Minus (ait) edens aut bibens uir senior, & abstiniens Venere, tanquam sacerdos quidam, nullius rei gratia dolens, aut indignus uitam agit.

Nam & apud Romanos Vestæ sacerdotes, quas & ipsas Vestales uocabant, perpetuam uirginitatē seruabant, ut tradit Plinius, aut quisquis is est, qui illum librum de uiris illustribus edidit, in Proca Rege Albanorum, & Polyenus in Stratagemato ad Antonium & Verum Imperatores, ubi de Amulio loquitur. Ex quo idem Ouidius, de his loquens.

Quæque colunt sanctos uirginitate focos. Et iterum lib. 6. eiusdem operis:

Cur si uirginibus, quæris, Dea culta ministris? Inueniam causas hac quoque parte suas.

Ex ope Iunonem memorant, Cere remque creatas Semine Saturni: tertia uelata fuit.

Vtraque nupsit, amba peperisse feruntur De tribus impatiens restitit una uiri.

Quid mirum, uirgo si uirgine lata ministra, Admittit castas in sua sacra manus?

Quam quidē uirginitatem si concubitu polluisent, uix sub terra defodiabantur, ex legibus Numa Pompilii, ut uidere licet apud Dionysium Halicarnasensem. & Plutarchum, in uita illius, & iterum in uita Fabii Maximi, & Liuuium plurimis locis. hinc iterum Ouid.

Nullaque dicetur uittas temerare sacerdos Hoc duce, nec uina defodietur humo.

Et illud quoque Iuuenalis.

Cum quo nuper uittata iacebat, Sanguine adhuc uiuo terram subitura sacerdos.

Quare autem eo genere mortis magis, quam alio, plecerentur, discas ex Plutarcho. Proble. Rom. Nec tantum uelut, sed & Cereris sacerdotes foemine, uidentibus et uiris suis, atq; consentientibus, amica separatione uiduabantur, ut scribit Tertullianus in lib. de Monogamia, haud multo ante se. Vbi & idē dicit de sacerdotibus Iunonis Achaicæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Pythii. Imo uerò & ueneris Deæ illius impudicissimæ sacerdotes, & ipsæ quidē mulieres erant nuptiarum expertes, uel testimonio Musæi Poetæ antiquissimi, cuius hoc carmen est de Ero.

Cui concinit, quod tradit Pausanias in Corinthiacis, apud Sicyonios ueneris templū fuisse, in quod solæ ingrediebantur duæ mulieres, quarum altera Deæ Antistes erat, altera uirgo, quæ & annuo fungitur sacerdotio. quanquam id ad diuinam illā uenerem, de qua multa Plato in Symposio amoris, potius retulerim.

Quid, quod legimus, sacerdotes Matris Deum, te sta sibi uirilia amputasse, atq; illos, qui maxima sacra obibant, ut in casta religione manerēt. & procul a contagio mulierum agerent, herbis quibusdam solitos euitari, & uirilitem amittere. Nonnullos quoque garo ex pisciculis, qui squammā non haberēt, in sacris usos fuisse, quod incendia libidinum reprimere feratur. & irritos conatus ueneros facere. Quā quā Agefilaus putabat, Deos non minus religiosis operibus, quā sacrificiis castis delectari. Legimus item Hicophantes Atheniensium, postquam in sacerdotium cooptati erant, sese cicutæ potione castrauisse & uiros esse desiisse, ut castè sanctèq; sacra facerēt.

Plutarchus Symposiacis & in lib. de Iside & Osiride, scribit Aegyptios sacerdotes, castitatē inoffensam seruare: ideoq; illos a salis usu abstinere, ut qui caloris uel libidinem concitet, ut & uidere licet ex eodem Plutarcho. Et de eorum quoque castimonia multa Porphyrius lib. 4. de Abstinentia ab esu carniū. Quin et in eod. lib. expendit ex Euripide, sacerdotes Iouis Idei in Creta, castā uitam duxisse. Nam ita introducitur chorū hæc Minoi dicentem, Græcè quidem, sed in hanc sententiam.

Idei ab illo ex quo sacerdos sum Iouis, Traduco castam uitam.

Ouidius autem, Iouis sacerdotem castum uocat. Idibus in magni castus Iouis ade sacerdos Seminari flammis viscera libat ouis,

Quin & idem Plutarchus in Problematum Romanorum. prodidit Romanos sacerdotes capra ideo abstinere uoluisse, ut non modo non attingere, sed ne nominare quidē liceret, quod id animal, tanquam libidinosum abhorreret. Et forte et Flamini Diali, Romæ usus fabæ erat interdictus, quod ad libidinem excitet. Quæ etiā de causa Pythagoras eius esu hoibus interdicebat, ut idē Plutarcho auctor est. Quanquam & ipsemet alibi, & alii, aliò id trahat, ut uidere est apud Plin. 12. Sed quod huic nostræ sententiæ ad stipulat, Festus Pōpeius tradit Diali Romæ nefas fuisse hederam tangere, ac ne nominare quidē fas fuisse. Quo enigmate antiquitas

Cereris sacerdotes in propriis uiris abstinentiam. Ode. 15. lib. 1. Ode. 36.

Veneris sacerdotes in piarum ex paries. lib. 2.

Sacerdotes Matris Deum. Tertull lib. demono. 9.

Hierophata Atheniensium.

Decad. 5. c. 10. Aegyptiorum sacerdotes inoffensam castitatem sal libidinem concitat. Sacerdotes quoque Iouis Idei. Caus. natur. c. 3.

lib. 1. fast.

Romani sacerdotes Capra abstinentiam. Cap. 11. Et fabis.

In problem. c. 95. lib. 18. nat. hist. c. 18. nat. hist. c. 12.

MOSAICVM QVOQVE SACERDOTIUM castitati & corporis puritati studuisse. Cap. 54.

tas declarabat, quanta puritas, quanta castitas sacerdotē deceret. Hederam. n. herbam esse lasciuam, & quæ amplexu suo omnia vinciat. ex quo illud Hor. in Epod.

Arctius atque hedera procerâ astringitur ilex Lentis adherens brachiis.

Rursusque in Carmin. Nec Damalis nouo Diuellitur adultero, Lasciuus Hederis ambitiosior

Et illud quoque Catulli in Epithalamio Iulie & Malacæ domum dominam uoca Coniugis cupidam noui, Mentem amore ueniens, Ut tenax hedera hac & hac Arborem implicat errans

Notum est autem illud Gallieni Imperatoris Epithalamium, apud Trebellium Pollionem.

Ite, ait, o pueri, pariter sudate medullis Omnibus inter uos non murmura uestra columbæ, Brachia non hedera, non vincant oscula conchæ.

Et huc quoque pertinet, quod scribit Plutarchus in libro de Auditoris officio: Ad quid. n. (inquit Græcè quidem, sed in hunc sensum) non impellit amor? nimirum sua sponte, non aliter atque hedera inuenit, quo se alliget.

Sed & legimus apud Græcos auctores, sacris iniurias seruandæ castitatis gratia, rutam aspidem inter edulia solere assumere, quod ea ueneris appetentiam extinguat, nam & ea herba sperma extinguit uel in cibo, uel in potu sumpta, ut tradiderunt Plinius Plutar. & Dioscor. &c.

Vtilius sumas acuentes lumina rutas.

Et quidquid ueneri corpora nostra negat.

De Aethiopia denique sacerdotibus; Ecce ait Augustinus, iam Episcopus Hyponensis eram & cum quibusdam seruis Christi ad Aethiopiā perire, ut eis sanctum Christi Euangelium predicarē, & uidimus ibi multos homines ac mulieres capitones non habentes, sed oculos, crassos, fixos in pectore, cætera membra æqualia nobis habentes, inter quos sacerdotes eorum uidimus uxoratos, tantæ tamen abstinentiæ erant, quod nunquam nisi semel in anno uxores uolebāt, quæ die ab omni sacrificio abstinebant. Vidimus & in inferioribus partibus Aethiopiæ homines unum tantum oculum in fronte habentes, quorum sacerdotes a conuersationibus hominum fugiebant, ab omni libidine carnis se abstinentes, & in septimana, in qua Diis suis thura offerre debent, nihil sumebant, nisi metretam aquæ per diem et sic contenti per diem dignè sacrificium Diis offerebant. Hactenus Augustinus. Et ut non barbarico ritu, sed potius natura doctrice, quæ uel barbaris nationibus magistra est, nihil magis sacerdotio, quam corporis & animi mundiciem annexam, id eas nationes, prestare quis crederet, protinus subiungit. O grandis Christianorum miseria, ecce pagani doctores facti sunt fidelium, & peccatores & meretrices, præcesserunt fideles in regno Dei. Hactenus Augustinus.

SED ad Mosaicæ Reip. legis, in quibus, & quid ipsa religionis recta ratio, et huius nostri Euangelici sacerdotii natura postularer exprimitur, iam uenio. Virginem (ait dominus de sacerdote loquens) ducet uxorem uiduam, aut repudiatam, fordidam & meretricem, non accipiet, sed puellam de populo &c. Quorsum obsecro tanta in ipso matrimonio diligendo munditia, nisi quia, ut recte docet Pontifex Innocentius, huius nominis primus, tantum modo illud indulgebatur sacerdoti Mosaiico, sine quo proles, quæ ad eius sacerdotialis tribus propagationem & continuationem necessaria erat, propagari non poterat? Innuit igitur ea sacerdotialis matrimonii exquisita munditia legislator, quantum in sacerdotalis functionis executione delectetur puritate, munditia inquam, ea quæ carnis & reru uenerarum puritate cefetur. Imo uerò innuit, se uix, egrèq; Leuitici generis sacerdotibus uxores concedere neq; alia ratione idulturn quæ propter eius generis cui ex eiusdem legis præscriptio, & diuine promissione, decretum erat perpetuum sacerdotium, propagationem. Huc accedit matrimonii semel initio, tempore quo erat diuinas hostias oblaturus uitatio, quæ quauis date legis initio non fuerit expressa, postea tamē ipsa religionis natura doctrice Dauid apprehendit. diuisit. n. non modo sacerdotes per uices & turmas, sed & Leuitas, ac ceteros oēs, templi et altaris legales ministros, nisi forsam (quod uerò similius existimo) cum oblationis tempore ab initio legislationis diuinitus in dicta fuerit continetia, nondum tamen usq; ad Dauidis ætatē, qua Israeliticus populus, & perfectæ religionis, & reipublicæ formam habere cepit, quo eadē continentia apte seruari posset, diuisi sunt classes. Neq; uerò ut illi ad abstinentiam ab uxoribus tempore sacrificii sacerdotium actionum tenerentur, necessarium erat in lege expressum diuinum madata, cum abunde idiptum & reliquarum rerum publicarum perpetua obseruatione & natura ipsa, potuissent docere. Ad eadē sacerdotalis castimonie diuinum studium, Atrox illa filiatu sacerdotis fornicatiu pertinebat punitio, sacerdotis (inquit) filia si dephensa fuerit in stupro, & uiolauerit domum patris sui flammis exurretur, quasi non modo sacerdotale matrimonium castissimum, & quantum fieri posset purissimum, sed fructus quoque eius omni libidinis macula carere legislator cuperet. Ad idem demum pertinebat, quod cum ceteris Israeliticæ reipublicæ ciuibus, unitas uxorū non esset præscripta, sed primæ uxori uiuenti aliam quaq; imo alias, quæ in Dauide & Salomone uidemus liceret inducere, sacerdotibus tamē tantum aberat, ut hoc per legem eēt integrū, ut nec post primū matrimonium defunctū, secundum obire per legem daretur, sed perpetuæ uiduitati & orbitati quod reliquū erat temporis maneret obnoxius. Hæc profecto in matrimonio sacerdotali diuinæ sanctiones, non alio contendere

Leuit. 21. Ezech. 44.

Incipit ad Exuper. To los.

1. Paral. 23. 24. 25. & 26.

Luc. 1.

uidentur, quàm ut innuât sacerdotii naturâ hâc esse ut oibus carnis sordibus, & libidine careat. nec in merito, religio enim cuius actio præcipua sacrificium est, cuiusq; minister est sacerdos, non nobis quo cû brutis animantibus conuenimus, sed quo sumus rationis & cælestium rerum, & diuinitatis participes, congruit. Careat igitur oportet, qui id muneri obit, brutis corporis actionibus.

IDE M PERSVADET V R.
Euangelicis scripturis. Cap. 55.

IAM in Euangelico statu, quantum quoq; ministris altaris pudicitia & sanctioris cuiusdam castimonie indicendæ fuerit studium, (si non id satis Ecclesiastica) iam tunc ab Euangelicæ prædicationis initio, consuetudo demonstrat, quæ penè ad omnes orbis prouincias, non iam uetere, illo seculo uxoribus copulatis, sed aut uirginibus, aut omnino cælestibus (ut postea dicemus) Sacerdotiū reliquimq; altaris ministerium indulgit, id pro Euangelicæ legis quæ potius traditioe quàm scripto suaapte natura constat, ratione Paulus Apostolus dum de sacerdoti & diaconorum delectione loquitur, apertissime innuit. Oportet inquit Episcopum irreprehensibilem esse unius uxoris uirum, sobrium, oratum, &c. Et ad Titum, Ideo reliqui te Cretæ, ut constituas presbyteros per singulas ciuitates si quis est sine crimine unius uxoris & filios habens non in accusatiõe luxuriæ &c. & rursus Diaconi sine unius uxoris uiri, qui filiis suis bene præsent &c. Quæ uerba licet multi heretica mentis deprauatione, ad necessitatem matrimonii sacerdotibus aut altaris ministris ante ordinationem obeundi, cõtra eiusdem Apostoli consiliū, quo cupiebat, omnes et plebeios homines esse sicut seipsum, id est, cælibes, seclerate detorserint, haud obscure tamen Apostolicæ mentis propositum, id est sacerdotum continentia denarrare uidetur, sed Theophilacti Bulgar. Archiepiscopi interpretationem audiamus. Si quis duxerit uxorem, sollicitus & anxie curat res huius mundi, Episcopum uero non conueniat in eiusmodi negotiis sollicitum esse. Qui dicit, unius uxoris maritum? **Nonnulli** hic dicunt, quod obscure & clanculū cælibem hic indicarit, uel petiuerit, quod si fieri hoc nõ posset, habeat coniugē unā: uerūtamen sit tanquā non habens, hoc est nõ redigatur in seruitutem cupiditatis ipsius. Porro non ut legē faciat hoc dicit, quod oino oporteat episcopū uxoratū esse. Qui, n. istud statuerit, cū aliās dicat. Volo uos oēs esse: sicut me ipsum, uerū quia rēpus ita tunc postulabat. At si cõtingat (inquit) sit unius uxoris uir, id uerò Iudeorū cā dicebat, illis. n. pmittēbatur Polygamia, hoc est cū multis cõnubiā iungere. Quidā hic, uerum contra oēm rōnē senserunt Apostolū id de Ecclesia dicere, ne transeat (inquit) ab Ecclesia ad Ecclesiā hoc enim torū est adulteriū. Hactenus illo loco Theophilatus. Et rursus dū eadē uerba in epistola ad Titum interpretatur, Ut hereticorum, inquit, ora cõ-

pescat, qui nuptias criminabatur, recipit ad episcopatū matrimonio coniunctū, adeo. n. preciosa res est matrimoniū, ut possint cum eo ad sanctū thronum episcopalemq; sedē ascendere. ut autem petulantes ac lasciuos cohibeat unius, inquit, uxoris maritus: qui. n. nullam seruauit beneuolentiam erga eam quæ obiit, quomodo ecclesiæ bene præerit? Hucusque Theophilactus; qui loci tum post modū expenduntur. Vides his locis Apostolum nihil magis contendisse, quam ministrorum munditiem, & uxoris unitatem non aliorum spectare, quàm in castitatis & puritatis indicium, ac si apertius dixisset, episcopos quidem, presbyteros & diaconos rerum uerearum exercitio carere omnino debere, uerum si pro temporis huius conditione, & in hac Ecclesiæ infantia, quo viros graues, & ætate maturos quales rerum sacrarum misteria requirunt, nancisci non datur, saltem hi qui multiplicitate matrimoniorum uel simul uel successiue initorum, suam intemperantiam non declararunt; sacerdotium accipiant. Neque uero hic expendo an eam quasi sororem, qui uxori coniunctus ad sacrum ministeriū assumebatur, ex Apostolico præcepto teneretur habere, quod hic Theophilactus innuit, & multi putarunt, de quo postea: nam quamuis uxoris semel susceptæ usum indulgeat, adhuc unitatem uxoris quasi signum continentia ab Apostolo postulari, quemadmodum de Mosaico sacerdoti dicebamus, erit quoque uerissimum. Sed neque illud nunc examino (quod tamen ad Apostolicum studium castitatis non cuiuscunque sed perfectæ, quæ etiam ab uxore abstinet; magnopere facit) quod idem hic docet, ideo duntaxat; Paulum matrimonio sacerdotium indulgisse, quod uellet hereticorum damnantium nuptias ora obstruere, quasi id pro temptoris conditione, quo commendatus erat nuptiarum contractus, Apostolus fecerit, non facturus scilicet, si sacerdotium per seipsum, rerum & temporū conditione liberū, prædicare daretur. Scio his locis bigamiā ab Apostolico prohibita sanctis uiris aliorum uideri, ob significationē, si qua unū Christū, unā Ecclesiā uni uiro subditam, typicè representat: sed his aduerterunt etiam, nõ modo monogamiā, sed bigamiā, trigamiā, tetragamiā &c. neq; sua quoq; sacrosancta significatione destitui. Nā sicut unius uxoris uir sacerdos; unā Ecclesiā, Christo subditā; ita multarū uxorū uir, Christū eundē, multis ecclesiis ex gentibus, aut uni ex Iudeis & alteri ex gentibus copulatū significat; quā multarū ecclesiarū. Polygamiā in patribus multis uxores hñtib; uolūt protēdi. Et alioqui profecto ea significationis ratio, oino uilli quorū sniam Theophilactus dānabat asserēbāt, transmigrationē de Ecclesia ad Ecclesiā, et cū rōnabilissima cā cõdēnaret oino, nā si ppea bigamod Apostolico præcepto sacerdoti nõ subit, quod Christū uni Ecclesiæ coniunctū uxoris unitate prætendat, est igitur si nõ magis equa, saltem obligatoria significatio, ac præceptum de non ordinando bigamo, atq; adeo tam

difficile

difficile erit etiam quacunque causa & rerum conditione ablata sacerdotem de Ecclesia ad Ecclesiā transferre quàm bigamum, qui non alia, quàm illa ratione ab eodem arcetur sacerdotio, honestare. Deinde ratio illa significatiua non tantum sacerdotali matrimonio tribuitur, sed omnibus Christianis matrimoniis est propria, Mulieres (inquit Apostolus) uiris suis subditæ sint sicut domino, quoniā uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ ipse Saluator corporis eius, sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis, in omnibus. Viri diligite uxores uestras sicut & Christus ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, ut illā sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ. Et subinde post multa ad eandem rem pertinētia, Sacramentum hoc magnū est, ego autem dico, in Christum & in Ecclesiam &c. Docet ergo Paulus, unius scemina & unius uiri per sacramentum, consecratum consortium, Christi unius & unius Ecclesiæ figuram exprimere, atq; adeo neq; id sacerdotiū matrimonium, singulariter denotat. Et demum, eo loco, quo Apostolus ab Euangelico sacerdotio & altaris ministerio bigamos auocat ad futuræ castitatis, & continentia potius quàm ad alias quascunq; theoreticas significationes alludere sanctorum pontificum, Siricii & Innocentii primi, haud profecto nouam sed uel primis illis Ecclesiasticis patribus, Tertulliano &c. frequentissima, interpretatio demonstrat. Fortè, inquit, Siricius, creditur (posse nimirum sacerdotes ut matrimonio, de hoc enim loquitur) unius uxoris uirum non permanentē in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram: neq; enim integros non admisisset, qui ait Velle esse omnes, sicut me ipsum. Hucusque Siricius, Innocentius autem. Sed fortasse ait quis hoc licere credit, quia scriptum est Unius uxoris uirum, non permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit, sed propter continentiam futuram. &c. quibus sicut præcessoris sui sententiam & interpretationē, ita quoque uerba usurpat & approbat. Nec tamen adeo sum morosus ut illi sententiæ, quæ significationis defectu, Polygamos ab Apostolo sacerdotio prohibitos docet, locum non relinquam, dum eadem nobis indulgeat causam præcipuam, Apostolici mandati non typicā aut theoreticam sed planè moralem & practicam esse. Non enim Euangelicum sacerdotium est typicum, ut olim Mosaicum, sed morale: imò uero nec Mosaicum in his typicum erat, sed planè morale. Iubebatur enim ducere non scortum ne cum ad prauæ & immoderatæ libidinis incendiū adigeret, & turpes mores sacerdoti per uitæ domesticæ conuersationem infunderet. Iubebatur accipere uiduam, quod secundæ nuptiæ non modo in Euangelico statu, sed in Mosaico præsertim in scemina salutis naturæ indicium prætendant, aut ut Hieronymus ad Fabiolā scribit ne liberaliori matrimonio assueta, pristinarū meminisset uoluptatū quancquā Isichius 6. lib. in Leuit. alio rapiat. Iubebatur non ducere repudiatā cum pro-

pter morum corruptelam, quæ in huiusmodi sceminis à uiris exclusis iure præsumitur, tum uerò propter alterius thori participationē, quæ eandē in ordine uiduarum nubere uolentium reducit. Nā si in his typis & figuris est omnino indulgēdū profecto sicut uirgo ducta, ecclesiam uirginē à Christo ducendā quibusdam significaret, ita meretrix ducta ecclesiam ex gentibus coactam, quæ turpi idololatriæ meretricio polluta fuerat, non ineptè signaret. Nā & ideo Hieronymus putat peccatrices mulieres iustis prætergressis in ordinē progenitorum Christi relictas, ut qui pro peccatoribus uenerat, de peccatoribus nascēs, oim peccata deleret. Imo ut auctores Ecclesiasticos immittamus, Oseas iubetur uxore meretricem ducere, & ex ea filios fornicationum facere, ut eo typo ecclesiam fornicatorem sacro Christi matrimonio iungendam denotaret. Et ne singulas significationes, in quas nõ omnino inepte omnia illa ueteris aut noui testamenti, de sacerdoti & altaris ministrorum coniugio, præcepta rapi possent, hic otiose proponā, sciat lector fecundissimam esse in excogitandis quarumcunq; rerum significationibus, & theoreticis symbolis humanā mētem, in hisq; plerunq; pluribus typis ludere, quæ minus itelligit, nescio enim qua sorte & res prauas in bonarum significationes, & bonas cõtra, in malarum typos solertissime uertit. nõ ergo tam theoreticas aut symbolicas, præsertim in Euangelico statu, ubi nõ tam umbris, sed luce perferimur, quæ morales, quæ in omnibus, tum ueteris, tum noui testamenti haud obscure latent inquirere oportet.

DEMONSTRATVR CONIUGIUM
Sacerdotio repugnare ex secunda Sacerdotii parte. Cap. 56.

HABES iam quantum ex gentium cõsuetudine & legibus, tum ex Mosaica Republica, tum demum ex Euangelico status instituto, ac perinde suaapte natura, (haud enim uniuersalis consensus aliò contendit) castitas & corporis puritas sacerdotio & altaris ministerio annectatur. Nunc iam secundam sacerdotalis functionis partem explicemus, de qua, inquit Apostolus. Qui condolere possit iis qui ignorant & errant &c. Et quamquam in earum rerum publicarum generibus, in quibus religio architectonica, id est, tum ceterarum uirtutū, tum omnium actionum imperatrix non erat, quales erant omnium gentium, respublicæ, quæ nõ in futuræ felicitatis spem nutriēdā, sed in legū suarū apud vulgus confirmationē religione utebant, hanc sacerdotii partē nõ inueniamus, in Mosaica tamē, quæ ut sola diuina fuit, ita quoq; sola fuit uera respublica, in qua religio arcem gubernationis & imperii teneret, eam non modo uerbis sed factis, uidemus expressam. Nam ut omittamus ingentē illū ueluti sacerdotium, humeralis, rationalis, super humeralis tunica lineæ, strita, cidaris balthei, lapillarum, & aliarum rerum preciosorum orna-

D 3 tum,

Eph. 5.

lib. de me-
ga.

In epist. ad
Tellense.
conci.

In epist. ad
Exuperi.
Tolosā.

August. li
2. de boni
conquir.

5. Tim. 3.
ad Titum 1.

1. Tim. 4.

1. cor. 7.

in comm. 1.
Epist. ad Ti
mo. c. 3.

In 1. Math.
cap.

Ofen. 1.

tum, qui præter hoc quod ad auctoritatem reuerentiam sacerdotis conciliandam excogitata quis dicat, in typicas etiã non modo Evangelici sed Mo faici quoq; sacerdotii, idest, ad commouefaciendũ semel suscepti muneris ipsummet sacerdotẽ, præcepta non inepte putabimus: erat inter ea portio quædam sacerdotalis ornatus, quæ apertè & ymbratice, quãta esset muneris sacerdotalis in hac parte districtio, hisce verbis demonstrat. Sumes aut ad Mosén dominus, duos lapides onychinos, & scul pes in eis nomina filiorum Israel; sex nomina in la pide uno, sex reliqua in altero iuxta ordinem natiuitatis eorum, opere sculptoris, & celatura gemarum scul pes eos in nominibus filiorum Israel inclusos auro ac circumdatos, & pones in utroq; latere super humeralis, memoriale filiis Israel, portabitq; Aaron nomina eorum coram domino super vtrũq; humerum ad recordationem. Et rursus, Portabitq; Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicii super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriale coram domino in æternum. Pones autem in rationali iudicii doctrinam & ueritatem, quæ erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram domino & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu domini semper. Hactenus oraculum. Haud aliud profecto nomina filiorum Israel humeris sacerdotis portata pro tendunt, quam immensum illud, quo omnibus inferuire tenetur, sacerdotalis muneris pondus, de quo Paulus Apostolus, Præter illa, inquit quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? iudicii doctrinam & ueritatem in pectore portabat, quod hæc duo uniuersali populo teneretur impedere. Quæ quàm liberum quamq; solitum hominem, politica illa ratione uiuendi, quam matrimonium secum affert requirat, Mosès prophético spiritu actus, cum Leuiticæ & sacerdotali tribui iam moribudus benedictionem impertit, his uerbis in sinuat, Perfectio tua & doctrina tua, à viro sancto tuo quæ probasti in tétatione, & iudicasti ad aquas contradictionis. Qui dixit patri suo & matri suæ, Nescio uos, & fratribus suis ignoro illos, & filios suos nescierunt, hi custodierunt eloquiũ tuũ & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua, ò Jacob legem tuam, ò Israel. Ponet thimiam in furore tuo & holocausta super altare tuum &c. Quod in Exodo doctrinam & ueritatem, & in hoc loco, profectio nẽ & doctrinam, interpres conuertit Hebraicè est **הפיק ואררי**, idest perfectio nẽ tuæ & illustratio nẽ tuæ, ac si Mosès cum Leuitica tribu sic ageret, ò Leui, munus perficiendi & illustrandi ceteros, apud te erit, non tamen rectè ab omnibus exerceri poterit, sed tantum ab eo, qui vir misericordiarum (hoc enim significat **לאיש חסיד**) quod interpres conuertit a viro sancto) in te fuerit & in tétationibus probatus fuerit, quemadmodum & olim Aaron ad aquas contradictionis ab eo, inquam, qui ad eò à uitæ po-

liticæ ratione recedat, ut dicat patri suo & matri suæ, quos tamen quasi nostræ generationis principia & Deus & natura colendos præcipiunt, non noui vos, qui etiam fratres suos, idest omnem cognationem non agnoscat, & demũ qui filios suos ignoret, aut dum sacerdotalis sollicitudinis destructione matrimonio nõ studet, aut dum sic habet, ut sit tanquam non habens, hi inquam eloquium tuum, O deus (est enim apostrophe) & pactum tuũ conseruabunt, haud aliud profecto pactum intelligit, quàm quod promouendæ charitatis fraternæ & illuminandæ & perficiendæ plebis, cui per sacerdotium præficatur, sacerdos cũ Deo in iit. Atq; adeo rectè subiungitur, Ipsi docebunt Iacob iudicia tua & Israel legem tuam, Ipsi ponent incensum in furore tuo, & holocausta super altare tuum. Vides ergo & munus docendi & illuminandi, quod sacerdotio coniungitur, & pactum aut fœdus, quo aliorum saluti sacerdotes ipsa muneris susceptione inuigilare tenentur, à nullo alio commode geri posse, quam ab eo qui non modo filiis & matrimonio pepercit, sed quod est grauius, parentibus, & iis, quos nobis commertio sanguinis natura sociauit omnino renunciat. Atque huc mihi profecto Christus Euangelici ac perinde sanctionis sacerdotii institutor apud Lucam alluisse videtur, cum inquit: Siquis uenit ad me & non odit patrem, & matrem, & uxorem & fratres & sorores adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat sibi crucem & uenit post me, nõ potest meus esse discipulus. Quæ uerba non cunctis in uniuersum Christianis, sed his tantum aptanda fore, qui ceteros peculiari quodam uitæ perfectione & instituto præbant, quæ in fine illius sermonis ponuntur, insinuare uidetur. Subiungit enim statim duas parabolas, quibus res graues & difficiles antequam assumantur prudenter expendendas doceat, Quis, inquit uolens turrim edificare non prius sedes computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum, ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui uideant, incipiant illudere ei dicentes, Quia hic homo cepit edificare, & nõ potuit consumere. Aut, Quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere, ei, qui cum viginti millibus uenit ad se, alioqui adhuc illo longè agente, legatione mittens rogat ea quæ pacis sunt. His duabus profecto parabolis non aliud Christus intendit, quàm auditores præmonere, ne eam suæ disciplinæ rationem, quam sine odio patris, & matris, uxoris, filiorum, fratrum, sororum immo & animæ, rectè obiri non posse paulo antea decreuerat, imprudenter quis in eat, sed potius rem ipsam & eius difficultatem expendat. Non igitur ea ratio disciplinæ communis illa est, qua oēs Christiani sunt Christi discipuli in hac parte: nec enim eam in delectu quis posuit, sed semper sine ulla deliberatione, tum a Christo, tum Apostolis necessaria docetur. Enim uero, quod

Luc. 2.

Exod. 20.

quod expedit iubetur, immo in quo delectus locus habet, nunquam est necessarium. Hæc igitur ueniendi ad Christum ratio, aut hoc genus disciplina, quo quis odio habitis parentibus, uxore, filiis, fratribus, & sororibus discipulus Christi efficitur, cũ expendi & prudenter appendi iubeatur, & cum in ea sequenda delectus donetur, non est necessaria, nõ igitur est illa ueniendi ad Christum, aut disciplinæ Christi rō, qua quoad animi præparationem, idest, si ita oporteret, parentes, filios, uxores &c. tenemur odire: nam in illa nullus est delectus, sed ad eam iure naturæ, & diuina lege uirtute illius præcepti, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima tua, & ex tota mente, & ex totis uiribus, tuis necessario cōstringimur. Est igitur aliqua alia, qua non modo præparatione, sed actu ac uerè, propter perfectam Christi disciplinam, parentes, fratres, sorores, & uxor quæ haberi potuissent, & filii qui haberi potuissent, odio habentur, idest Hebraica ratione loquendi, renuntur. Quod uerò delectus in hoc peculiari genere disciplinæ, & sequelæ Christi detur, utraque parabola lucidissimè ostendit. Nam in priori sumptus antequam ædificiũ inchoetur expendendos ne postea ei ab omnibus illud datur, quod scilicet cum domum communem ac ceteris similem, in qua commode & securè habitaret, potuisset extruere, turrim præaltam, quæ nõ nisi magis sumptibus fieri potest, uoluerit erigere. In secunda uerò dicitur expendendas esse uires, antequam bellum assumatur cum hoste, ut si se in sufficientem & imparẽ mouerit, pacem componat: est igitur infra gloriosam illam uictoriam, quam si uires habuisset, de hoste reportasset, prudens aliqua uiuendi ratio, qua quis potest prudentem uiriũ expensionem tute se recipit. Sed hæc sunt aperta, procedamus ulterius. Subiungit Christus sic, ergo omnis ex uobis, qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus, ac si diceret. Ego quidem quæ sit meæ disciplinæ perfecta ratio uobis proposui uos itaque an uires habeatis ad tantum opus obendum, his duobus exemplis, quæ proposui, expendite. Illud tamen scitote, uos nunquam perfectos meos discipulos aliquando futuros, nisi in omnibus quæ possidetis aut possidere potueritis, idest (quod superius dixerat) patri, matri, uxori, filiis, fratribus, sororibus, &c. ex animo non modo uoluntatis præparatione, sed re ipsa renuntiaueritis. Quorum autem tantam rerum temporalium abdicationem à discipulis exigat, subdit statim, Bonum est sal, si autem sal euauerit, in quo condietur? neque in terram, neque in sterquilinum utile est, sed foras mittitur. Hæc uerba profecto totum hunc sermonem ad Apostolos ceterosque Euangelici uerbi ministros dirigi luculenter ostendunt, dicunt enim eadem apud Matheum non omnibus sed solis discipulis & quibus Euangelicæ disciplinæ dispensandi munus iniungitur, Vos inquit, estis sal terræ, idest orbis. Quod si sal euauerit in quo salietur? ad nihil ut ualeat ultra nisi ut mittatur foras

Mat. 5.

& conuoluetur ab hominibus. Est igitur perfecta huius ueniendi ad Christum rationis, qua re ipsa parentes, uxor, filii, fratres, & sorores dimittimus, siue apud Matheum siue apud Lucam, Euangelicum munus, quo celestis disciplina unicuiq; iuxta suam mensuram impertitur, hoc est enim, quod inquit, Bonum est sal, si autem sal euauerit, in quo condietur? idest ipsa quidem Euangelica disciplina, qua, quæ admodum carnes putridæ sale, mundus ne, putredine uiciorum ex uermibus peccatorum scateat conditur, bona quidem est ex se, uerum si rerum temporalium, ac domesticarũ studio diluta euanescat, & hebetatur, quo pacto quæso mundus efficaci prædicatione, ne putrescat condietur? Docet ergo Christus male disciplinæ celestis (quam nomine salis intelligit) cũ domestica aut politica uita, in qua & uxoris & filiorum cura habeatur conuenire, imo uerò docet Euangelici salis acumen, eodem uitæ politicæ genere in quo patres, matres, uxor, filii, fratres, & sorores habentur, omnino restringi & tantum utile reddi, ut neq; sterquilinum sit utile, idest, docet adeo doctrinam Euangelii contempibilem hæc uita ratione reddi, ut uilius habeatur stercore, quæcum sit uilissimum in sterquilinum tamen conuersum, postea pingue faciendis agris & noualibus prodest. Neq; uerò quicquam uerius, nam ut eam rerum diuinarum incuriam, quam uita uxoria, & domestica affert, dum in rerum temporalium, quibus filii & uxor alantur, necessariam sollicitudinem recipit, iuxta illud: Pauli, Qui cũ uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, quæ plerunque incuria, turpis quædam ignorantia, & crassa religionis inscitia uel inuitos irumpit, unde pleribus contemptui habentur: quo putas loco diuini uerbi magistrum apud eandem plebem futurum, quod nullo uitæ instituto ab eisdem succedat: an diuinarum contemptum is persuadent, qui alenda uxori, locandis filiabus, iungendis honesto matrimonio filiis, uel uenditis sacramentis diuitias acumulet? an honorum neglectum is inducere poterit, qui cum uxorem, filios, generos natus &c. habeat, quibus omnibus suum honorem debet, ad honores conquirendos necessario protrahitur? an is ad pudicitiam & castitatem, quàm (proculdubio) cum Euangelica disciplina consulit, quæquam adiget, qui uxoris amplexibus & thoro perfruitur? an is ad oia pauperibus ob regni celestis futuros thesauros, largier da cohortetur, qui si non sibi, liberorum tamen necessitatibus timere compellitur? Non igitur aliorum putandum, non modo hoc loco, sed uilissimis aliis, potularem hæc uitæ rationem, quæ patres, matres, uxores, filii, fratres, sorores, cognati, agri, thesauri &c. propter Christum dimittuntur, Christum à celestis disciplinæ ministris exigere, quàm, quod uita ciuili diuino sermoni auctoritate detrahat, & eadẽ, quominus exemplo, quod acutius quàm uerba pungit, permoueat, infatuet; aut (quod frequentius accidit) quod uxoria uita, humanam mentem rerum celestium contemplatione,

Cam. 7.

Mat. 7.

2. cor. 11.

Gen. 34.

Matth. 19. tione, in eandem quodam modo necessarium neglectum, uel in uitam deturbet. Sic Apostolici uiri non prius in Euangelium armantur, quam dicere audeant, Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te. Sic iuuenis diues, cum illi primo uite communis Christianæ ratio fuisset ostensa, & ad peculiare disciplinæ genus, quo Apostolici prædicatores decorandi erant uoluisset ascendere, res omnes quas tunc habebat iubetur dimittere. Sed ulterius pergamus. Quanta esse debeat in sacerdote præsertim Euangelico impertiendæ doctrinæ sollicitudo & studium, uerba Pauli in apostolicis Actibus ad quosdam presbyteros & sacerdotes ostendunt.

Act. 20. Attendite, inquit, uobis & uniuerso gregi uestro, in quo posuit uos spiritus sanctus Episcopus regere Ecclesiam Dei, quæ acquisiuit sanguine suo. Episcopus ait Theophilatus dicitur *Ἐπίσκοπος*, idest ex eo quod omnes uisitet omnesque consideret & obseruet. Alludit Apostolus eo loco ad domini sermonem cum Ezechiele propheta, & sacerdote, ubi eum simili penè nomine sui muneris admonet. Fili hominis speculatorem dedit te domui Israel, & audies ex ore meo uerbum, & annuntiabis eis ex me, si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei neque locutus fueris, ut auertatur a uia sua impia & uiuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris iusto ut non peccet iustus, & ille non peccauerit uiuens uiuet, quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberaisti. Vides quid sit presbyterum, aut superintendere aut speculatorem agere, nimirum quorumque hominum uitas an recte cum diuina uiuendi regula, cui quasi facer quidam magistratus promouendæ præficatur, cohereant scrutari & inspicere: eisdem omnibus, quod a prauæ uitæ errore reuocetur, diuinæ leges præcepta uel inuitis infundere, omnes quasi dei legatus & ministri ad iustitiam hortari uniuersis quantumuis potentibus, sapientibus, diuitibus, nobilibus propinquis &c. mortem & æternam supplicia nisi ad penitentiam & meliorem uitæ frugem conuertantur, annunciare. Quæ nē tantum de hoc sancto propheta, aut simili quopiam, qui ad edenda uaticinia diuinitus agatur, & nō de quibus uis aliis, quos uel populi studium, uel maiorum imperium plebibus præficit, intelligenda tibi persuadeas, audi quid rursus in eandem sententiā ad eundem prophetam Dominus loquatur. Terra (inquit) cum induxero super eam gladium & tulerit populus terræ uirum unum de nobilissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem, & ille uiderit gladium uenientem super terram, & cecinerit bucina, & annunciauerit populo, audiens autem quis ille est, sonitum bucinae & non se obseruaerit, ueneritque gladius & tulerit eum, sanguis ipsius super caput eius erit, sonum bucinae audiuit, & nō se obseruaerit, sanguis eius in ipso erit, si autem se custodierit, animam suam saluabit. Quod si speculator uiderit gladium uenientem & non insonuerit

bucina, & populus se non custodierit, ueneritque gladius & tulerit eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me, si dicente me ad impium &c. Ergo Dominus non modo, ex prophetarum, quos ipse diuino spiritu agitato ad populorum coarguenda peccata destinat, eorum, qui intereunt animas rigidè requirit, sed è manu etiā eorum, quos sibi populus, aut quæcunque humana uolūtas speculatores præfecit. Posuit igitur Deus, Pauli sententiā sacerdotes in ecclesia *ἐπίσκοποι*, idest speculatores, scrutatores peccatorum & remediorum, quibus in uno quoque aut caueantur, aut per efficacem diuini uerbi prædicationem & cōtrarias uirtutes, foras truantur, inquisitoris, in quo totius ecclesiasticæ administrationis ratio sita est. Vnde quasi explicans, quid sit episcopus agere, protinus subdit. *Regere ecclesiam Dei*, ac si aperte insinua- ret ecclesiastici & sacerdotalis regiminis rationē, non quancunque esse sed speculatricem, quæ scilicet non oblata tantum peccata puniat, sed quæ perpetua uitiorum inquisitione distringitur, & inuentis aut uerbi medullam adhibeat, aut Apostolico cultro si dignum uiderit, sine ullo hominum respectu, proscindat. Et ut quantum suscepto semel uerbi ministerio inuigilare quis debeat, quamque exacta sit male administratæ Euangelicæ uerbi prouincie ab eo exigenda ratio, adiungit statim. *Quæ acquisiuit sanguine suo*. dixerat non in quauis hominum turba positos esse speculatores & episcopos, sed in Dei Ecclesia, quod ad uim obligationis ingendam satis esse potuisse, uerum hoc non contentus grande illud *ἀγαπῶν*, quod pro nobis insignum dilectionis exhibuit, sanguinem Christi scilicet, sacerdotibus obicit, ut quam in re tam preciosa & Christo tam amabili sit præstanda diligentia, prudentem aduertant: ac si diceret, non est uobis speculationis negotium negligenter obeundum, qui non quancunque ecclesiam aut hominum congregationem regere aggredimini, sed Dei ecclesiam, & hæreditatem, nec putetis cuiusque Dei ecclesie uos præfectos esse, sed ei quæ tanto aniore persecutus est, ut eam cum iā opera diaboli sibi periisset, non corruptibilibus, auro & argēto, sed precioso sanguine suo, rursus acquisiuerit. Ingens profecto pondus ecclesie non cuiusuis sed Dei, curā suscipere, sed multo maior eius ecclesie, pro qua iā actu ipso propter summam eius dilectionem Deus ipse sanguinem fudit, speculatorem agere, & quæ non hominem uitæ ciuilibus & uxoris impedimentis adstrictum, sed liberum postulet.

O S T E N D I T V R I D E M
ex Petri Apostoli doctrina. Cap. 57.

S E D iam ad Petrum Apostolum in quo sicut totius ecclesiastici regiminis summa, ita quoque uera ecclesiastici ministri aut pastoris instruendi

S V A D E T V R I D E M E X
alio Petri Apostoli loco. Cap. 57.

struendi forma respicuit, ueniamus. Videamusque quid in eo, ut dignus haberetur summo Ecclesie sacerdotio, Christus quæsiuerit: eadē enim & summi, & minoris sacerdotii ratio est. Is igitur, cum iam à Christo ad patrem regrediente præficiendus esset summo Euangelico sacerdotio, ter à Christo in hunc modum rogatus est. Simon Ioannis diligis me plus iis, Dicit ei, Etiam Domine, tu scis quia amo te, Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Ioannis diligis me, Ait illi etiā Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei iterum, Pasce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis Amas me? Et contristatus est Petrus quia dixit ei tertio Amas me. Et dicit ei, Domine tu omnia nosti: scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas. Ecce quid in his qui sacerdotio initiatur Christus exposulet, nimirum firmum stabilem & perfectum amorem, quo in Euangelico pastu ministrando tridentem illum mundi, quo cōtra Dei ministros pugnare solet, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam uitæ, potentissimè frangant. Hoc uero præstare quam sit impossibile nuptiali statui, qui ipso coniugalis uitæ instituto, & quasi quadā necessitate, mundo implicitus, in media carnis & oculorum concupiscentia & ut ante dicebam, in media horum ambitione, si non sui, suorum tamē ratione uersatur, nemo est, qui non uideret. Qui sine uxore est, inquit Apostolus Paulus, sollicitus est, quæ sunt Dei, quomodo placeat Deo, qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Natura igitur uitæ coniugalis est nō integrum & perfectum, qualē à sacerdotibus Christus exposulat, sed ut summa contentione conuincatur dimidiatum amorem Domino impendere. Est enim in uita coniugali etiam perfectissima, sicut cor, ita quoque amor diuisus. Quomodo inquit Theophylactus non erit in te turbatio, studere quomodo placeas coniugi, maxime uerò uxori mundi amatrici, & ornatus, dumque aurum & margaritas, aliamque id genus molliciem acquirere laborat, per quæ ad iniuriā miseri mortales compelluntur, unde & animæ, nocentes rerum actiones emergunt? Est ergo ei perfectio amoris, qui Euangelico pastui rectè administrando necessario annectitur, uita coniugalis, aut ut Clemens Alexandrinus uocat, ciuilibus, quod scilicet ex ea, dum quasi partibus, marito & uxori, seruo & Domino, filiis & parentibus constat, tādē ciuitas & politica confurgat, omnino contraria, neque omnino magis secum coherere queunt, quam mundus ipse, cui coniugalis status etiam sanctissimus necessario deuincitur, & perfectior illa Euangelicæ uitæ ratio & disciplina, ob quam à Christo superius docebamur, postulari patris, matris, uxoris, filiorum, &c. in modum, idest, a actualem abdicacionem, quæ in modum

V E R V M iam eundem sanctum Apostolum Petrum qui rectè quid esset pastoralis sollicitudo, & quæ natura sacerdotalis, præsertim uerò Euangelicæ dignitatis, perfecte nouerat, reliquos quoscunque cū sacerdotes monentem audiamus. Presbyteros, inquit, qui in nobis sunt obsecro compresbyter, & testis Christi passionum, qui & eius, quæ in futuro reuelanda est, gloriæ communicatur. Pascite qui in uobis est gregem Dei, prouidentes, non coactè, sed spontaneè secundū Deū, neque turpis lucri gratia, sed uoluntariè, neque ut dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Quæ uerba, si rectè expendantur, non aliud insinua- re uidentur, quam ea, quibus idem à Christo fuerat uniuerso Ecclesie pastui præfectus, aut quibus Paulus adhortatus fuerit presbyteros, nō enim quancunque gregem, sed gregem Dei præcipit sanctus Apostolus pascere, quo ingentem sollicitudinis obligationem intorqueat, quemadmodum Paulus positos esse dixerat Episcopos ad regendam Ecclesiam Dei: Christus uero non quoscunque agnos aut oues, sed suas pascebas Petro commendauerat, quin ne que simpliciter Dei gregem pascere admonet, sed prouidentes, quos Paulus dixerat Episcopos, Christus uero non nomine sed actu, trina in iunctione scilicet utriusque nominis uim expressit. Quid enim aliud est ter eandem rem inculcare, quam insinua- re, quanta sollicitudine ac cura grex suus, aut sua ecclesia, aut sui agni uel oues sint pascenda? Hoc tamen inter hunc Apostolicum locum & alios differt quod cum alii in genere tantum, hic tamen in particulari Euangelici pastus impertiendi conditiones expressit. Non coactè, inquit, sed spontaneè, nimirum quod non sit grex brutarum animantium, quæ funda & lapide, aut baculo abigere oporteat, sed hominum ratione præditorum, qui non tam uil, quam dulci diuini sermonis sibilis, sint cohercendi. Sed neque dominantes in cleris, idest, ut a potestate utentes, in his fortibus et populi Christiani partibus, quæ uestro regimini & gubernationis subiciuntur, sed forma & exemplum facti gregis uestri, quam per imitationem sequendam sibi proponat. Tam hæc docendi forma quantum eum uitæ coniugalis impedimentis coherereat, expeditur. Enim uerò coniugalem statum in præstando bonorum operum quæ Euangelica doctrina prædicat, exemplo, sociore & suapte natura impeditore esse, negare nō possumus, neque enim, uel pudicitia, ut ante dicebamus, ab eo, qui uxoris uoluptati indulgit, aut diuitiorum contemptus, ab eo qui & patrie dis filiis & uxori diuitias uindique cogere compellit, neque iniuriarum remissio ab eo qui si nō suo, uxoris, tamen filiorum & cognatorum honori prospicere tenetur, suaderi poterit, nam ut antea quoque diximus, illa animi præparatio, quæ quidam uxores, diuitias, nomen, &c. habentes tanquam nō habentes

1. Ioh. 21.

1. Ioh. 21.

1. Cor. 7.

3. lib. styvog.

mat.

1. poli. c. 1.

1. Pet. 5.

bentes sunt, nihil prodest populo, qui tatum exteriorum exemplo, non item interioribus virtutibus pungitur. Atque adeo Christus non eos qui parati essent ad omnia dimittenda, sed qui uere omnia, etiam uita necessaria dimississent, ad Euangelici muneris functionem elegit. Ecce, inquit, Petrus, nos reliquimus omnia, &c. Iam ergo cum haec quae diximus ac similia, quae apostolicos uiros praedicasse scimus, Euangelicus minister matrimonio implicatus in plebem spargat, quid certius quam ea cum nullo eide plebi peripicuo uita exemplo confirmetur, risu & contemptu suscipi, ac vilipendi? Hunc uero contemptum praesertim si uel temporali potentia fulgeat, uel spiritali, quam in populos uibrat sit praeditus, continuo uolentissima ratio gubernandi, qua populus coactam uocat, necessario consequitur. Consentaneum enim est, ut potens pastor efficaci uirtutis, & eorum quae praedicat destitutus exemplo, contemptum dolens (est enim adhuc homo qui huiusmodi est) in populum contemporem, uisionem exerceat. Necque huius uolentioris administrationis nostro magno malo, in Ecclesiastica republica, iam tum ab eo saeculo, quo Euangelica uita calor defuerat desit, exempla deficiunt. Olim enim cum pastores forma facti gregis ex animo, non tam auctoritate & regio appatu, qua doctrina & bonorum operum exemplo gregibus Christi praesidebant. Nullis profecto apparitoribus, neque tam frequenti Anathematismo agebant, nunc cum bona pars atque utinam non maior, tatum imperare non uerit, res etiam leuissimas, utriusque temporalis, & spiritalis potestatis imperio persuadere non possunt. Sed ad rem. Non uult Apostolus, ut turpis lucri gratia, grex Christi pascatur, sed quo pacto, alenda esset uxor, nutriendi filii, locanda filiae, sustentanda familia? Videmus nunc in clerum calibem tam atrociter auaritiam irruisse, ut nemo penes sit, qui Christi amore, & fraterna caritate munus docendi suscipiat, quid putas futurum si nullum aliud esset uita munus, nulli alii reditus, unde familia, cui iurae natura ipso, non tantum sustentatio, sed thesauri debentur, aleretur? Nunc multis ex totius clerici ordinibus, mercenarios agere, & nihil ad eos praeter opes pertinere de quibus, aperte uidemus, quid tunc esset, cum ipsa uita conjugalis necessitas, ipsum inquam ius naturae, rapacitatem & auaritiam si non iustificaret, excusaret tamen? Sed uita conjugalis & pastoralis dissidium, ea quae statim Apostolus subiungit apertius ostendunt. Humiliamini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitacionis, omnem sollicitudinem uestram proicietes in eum, quoniam ipsi cura est uobis, Sobrii estote & uigilate, quia aduersarius uester Diabolus tanquam Leo rugiens, circuit quaerens quem deuoret, cui resistite fortes in fide, scientes eadem passionem, ei, quae in mundo est, uestra fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiae, qui uocauit nos in eternam suam gloriam, modicum passus ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Humiliari presbyteros

Math. 19.

2. Cor. 12.

Ioan. 10.

& diuini uerbi ministros, sub potenti manu Dei praecipit Petrus, quo genere sermonis non aliud quam integram quandam utriusque partis corporis scilicet, & animae subiectionem, intelligit. Omnium, inquam, affectuum, quibus homines agitari solent, perfectam resignationem, tum corporis tum animae passionum, in Dei signum renuntiationem & mortificationem. De qua forsam Paulus Apostolus. Viuo ego iam non ego, uiuit uero in me Christus, & propter quam ipse Christus, Apud Lucam, ut peculiaris illa disciplinae ratio habeatur, Iubet non modo patrem matrem, uxorem, filios, fratres, sorores, sed & animam quoque odio habendam, ut integram & perfectam, non modo uita ciuilem, quae patre, matre, uxore, filiis, fratribus, & sororibus diffinitur, sed naturalis quoque, quae propriis affectibus, clauditur, sacerdoti aut Euangelii Dei ministro, exilium indiceret. Sed clarius per ea quae sequuntur hic sensus exprimitur, omnem uestram sollicitudinem proicientes in eum, quoniam ipse cura est de uobis. Poterant diuini sermonis ministri, Petri consilium, quo generalem illam & uniuersalem omnium humanorum effectuum, quos Deus, naturae nostrae ad propriae uita conseruationem inseruit, temerarium iudicare, cur ita nos Deo subiiciamus, ut omnem nostram sollicitudinem in eum reliquamus quoniam ipsi, inquit Apostolus, cura est de uobis, nimirum ad sancti prophetae consilium alludens, quo inquit, Iacta super Dominum curam tuam & ipse te enutriet, & non dabit in eternum fluctuatione iusto, aut quod magis puto, ad sinuandam ingentem illam in Euangelicos ministros Dei prouidentiam, quae ut aperte cognosceretur, noluit Christus, ut in uia portarent, sacculum, aut peram, aut calciamenta, aut aliquem per uiam saluarent, ne cuiusuis mortalium gratiam aut beneuolentiam inirent ac per hoc sibi uita agenda necessaria obuenire putaret, soli Deo qui supra omnes mortales, quod causam suam & legationem agant eorum sollicitudinem gerit, fidere discerent. Est autem adeo celestis uerbi ministerio haec omnium affectum renuntiatio, & sub potenti manu Dei humiliatio annexa, ut non modo in perfecto isto & Euangelico statu, sed antiquo illo Moisaico, Dominus a sanctis prophetis eandem exegerit, ut in Elia & Eliseo, sacrae historiae luculenter ostendunt; prior enim inter idololatrarum regum grauissimas persecutiones, non propriis, aut principum hominum facultatibus alitur, sed a coruis, & paupercula uidua & demum ab Angelo Domini diuino miraculo nutrimenta recepit. Posterior, cum in duodecim iugis bouum araret, id est cum diues esset, relictis omnibus, & uix ab Elia paterno osculo indultus, ad propheticum relictis omnibus munus assumitur. Si Christus eos, quos in uerbi Euangelici ministerium armauit, non modo retia & nauiculas, dimittere praecipit quae et sine graui paupertatis iniuria retineri potuissent, sed patrem, matrem, uxorem filios &c. Sic nihil diligentius in Euangelica historia praestitisse deprehendimus, quam nunc

Gall. 2.

Luce. 14.

Psal. 54

Luce. 10.

3. reg. 17.

3. reg. 19

Math. 4.

in

in deserto satiatis, potenti manu, de qua hic Petrus loquitur, hominum turbis, Nunc rerum aliarum exemplis, ventris metum, quo natura ipsa quotiuntur mortales expellere, & Dei potentiam, & in pascentis qui diuinae bonitati se credunt, liberalitatem, infundere. Nemo (inquit), potest duobus dominis seruire, aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & Mamona. Et ne statim quod erat consentaneum, uita agenda necessitatem obicerent, propter quam homines honeste diuitias acquirere solent, confestim subiugit, Ideo dico uobis ne solliciti sitis animae uestrae, quid manducetis, neque corporis uestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, & corpus plusquam uestimentum? Respicite uolatilia caeli quae non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea & pater uester celestis pascit ea, Nonne uos pluris estis quam illa? Quis autem uestrum cogitans, potest adiuuare ad staturam suam cubitum unum? Et de uestimentis, Quid solliciti estis, considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant neque nent. Dico autem uobis, quoniam Solomon in omni gloria sua cooperatus est &c. Non quidem quod diuini uerbi ministris plusquam aliis quibuscumque diuitias inuideat, sed quod uelit eos omnino, non modo rerum temporalium, sed propriae uita sollicitudine, liberos fratrum promouenda saluti se totos impendere. Quae res quam male cum matrimonio & uita conjugalis impedimentis conueniat, Paulus docet. Qui cum uxore est, sollicitus est, quae sunt mundi, quomodo placet uxori & diuisus est. Et rursus. Si acceperis uxorem, non peccasti, & si nupserit uirgo, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi, quam tribulationem non aliud quam uita conjugalis molestias, propter quas non modo apud Romanos, sed apud alias quoque gentium republicas, uel seuerissimis legibus in celibes, uix homines ad matrimonia trahebantur intelligit. Quod si syllogismis agere liceat ita profecto recte colligemus. Paulus docet, coniungem, cogitare quae sunt uxoris, & diuisum esse, eum uero qui sit celebs, cogitare quae sunt Domini, id est integram animi cogitationem in Deum proicere, alias enim si de integra cordis & mentis proiectione non loquatur, nihil ualeat antithesis, ergo cum Apostolus Petrus presbyteros omnem sollicitudinem in Deum proicere iubet, matrimonium exclusit, aliud qui, cur uxoris filiorum & familiae curae, quibus ipsa natura statuente, sollicitudo debetur, partem sollicitudinis non indulsisse? Verum quae statim adiungit hoc clarius exponunt.

Sobrii estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus &c. Cum Paulus de matrimonio coniunctis de reditione debiti, de uacatione ad tempus, orationis causa, ad Corinthios scriberet, imo dum uellit etiam coniugis a carnis abstineret delictis, ex sola in continentia causa concedit uxores, nihil de sobrietate & uigilia, quibus aduersarius superare-

Math. 14.
Ioan. 6.
Mar. 6.
& 8.

Math. 6.

1. Cor. 7.

tur, profecto praecipit, imo ad Sathanae tentatione superandam non alia arma tribuit, quam actus conjugalis frequentiam, Reuertimini inquit, in id ipsum ne tentet uos Satanas, propter in continentiam uestram. Quid ergo hic Petrus ad sobrietatem & uigilias, quibus rugientis diaboli declinetur seuitia, presbyteros reuocat, nisi quia eodem matrimonio, aut actibus conjugalibus, quibus nihil magis aduersum quam sobrietate & uigiliae? imo quibus matrimonii necessitate & ad cauendam in continentiam in coniuge, horum contraria sunt, necessaria liberos & solutos supponebat, coniugati ergo & quibus in continentiae causa indulgentur uxores, Sathanae tentationem ipsa actus matrimonialis repetitione, non uigiliis, non uiciniis, aut sobrietate & abstinentia, quae ad matrimonii obligationem implendam impotentes redunt, contra uero presbyteri, non uxoris actionibus, sed somniis, & cibi, & potus necessarii defraudatione, & corporis extenuatione, Sathanicum furorem deuitare iubentur. Loqui autem hoc loco. Apostolum Petrum non de quocumque tentationis genere, sed de eo qui celibes & foeminarum amplexibus obstratos maxime impetit, id est, carnis, multa conuincunt. Primo quidem ipsum Leonis nomen, quod plerumque, quod ea sit omnium uehementissima tentatio, & cui non modo fragiles. Sed fortissimi quoque, non raro succumbant, impetum & inuasionem carnis haud in frequenti & sanctae scripturae & prophanorum auctorum translatione significat, Et tu filii hominis inquit ad Ezechiel Dominus, assume planctum super principis Israel & dices; Quare mater tua leena inter leones cubauit? in medio leunculorum nutriuit catulos suos? Accusatur hoc loco regnum Iuda, eius peccati quod non nomine meretricis, modo adulterii, modo fornicationis, eidem a sanctis prophetis frequenter obiicitur, idololatriae nimirum, quae in eo populo qui semel Deo nomen dederat, assidua scripturae phrasi his translationibus aptissime exprimitur. Vulgo dicitur, ait apud Hieremiam Dominus. Si dimiserit uir uxorem suam, & recedens ab eo, duxerit uirum alterum, nunquid reuertetur ad eam ultra? Nunquid non polluta erit & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata est cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus. Leua oculos tuos & uide ubi nunc prostrata sis. In uis fedebas expetans eos quasi latro insidians in solitudine & polluisti terram in fornicationibus tuis. Et subinde. Erôs mulieris meretricis facta est tibi, noluisti crucescere. Et rursus apud Ezechielem. Sumens de uestimentis tuis fecisti tibi excelsa. Hinc inde consue ta & fornicata est super eis, sicut non est factum neque futurum est, & subinde, Et edificasti tibi lupanar, & fecisti tibi postribulum in cunctis plateis, ad omne caput uiae edificasti signum prostitutionis tuae, & abominabilem fecisti decorem tuum, & diuisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti omnes fornicationes tuas, & fornicata est cum filiis Aegypti uicinis tuis. magnarum carnum &c. Et apud

Ezech. 29.

Hier. 3.

Ezech. 16.

Oseam,

Ofi. 2.

Oream, Dicite fratribus uestris populus meus, & sorori uestræ misericordiam consecutæ iudicate matrem uestram, iudicate, quoniam ipsa non uxor mea & ego non uir eius, auferat fornicationes suas à facie sua & adulteria sua de medio uerum suorum &c. Has omnes ac similes quæ in sancta scriptura sunt frequentissimæ rationes loquendi, nomine leenæ cubantis, Dominus apud Ezechielem amplectitur. Erant autem leones cum quibus cubabat finitimi, Philistini, Aegyptii, Asirii, Babyloii &c. Cum quibus his locis, quos produximus, fornicata describitur. Eadem loquendi ratione ac phrasi Eliachim, qui ductus in Aegyptum huius salacis & perditæ libidinis leenæ catulus dicitur, quemadmodum & Ioachim qui ut septuaginta ediderit, cauca quasi leo à Nabucodonosore in Babyloiiam perductus est. Hos enim catulos huius leonis intelligit, cum inquit, Statim, in medio leucolorum enutriuit catulos suos quos subinde leones, non profecto à fortitudine aut imperii, quæ tunc iam penè colapsa fuerat robore, sed quod leenæ huius salacis, id est, idololatræ populi catuli essent iam apud prophanos scriptores, tale aliquid uidemus. In Aristophane Comico, Lysistrate in iuramento feminarum. Non stabo, inquit, leena, id est, meretrix in tyroinesti. Et ante urbem Corinthum, Veneris templum erat. iuxta quæ laidis meretricis tumulus, cui leenæ, simulacrum appositum uidebatur, quod petulantiam eam indicabat, qua lasciuunt arietes. Michael Bizantius meretrices quasdam ex Megara sphinges appellatas esse ait, quod humano quidem capite mansuetudinem pares ferrent cæterum corpore reliquo, rapacitatem & in imperium quod in amatores exercent, protenderent. Est quæ demum in hanc rem ueteris Poetæ carmen.

Ἰὸν Λαλῆνῆς καὶ Λυκαῖος κομποπῆς.

Par est leenæ & fœminæ, crudelitas. Dum itaque sanctus Apostolus aduersarium nostrum diabolum, tanquam Leonem rugientem quærentem, quem deuoret, circuire docet, non aliud genus quæ carnis tentationem insinuat, præsertim uerò cum immediate hanc eandem tentationem sobrietate, & uigiis superandam docuerit. In fide uerò Satanæ resistendum monet, quoniam profecto, nisi cælestis fœlicitatis & peculiaris gloriæ, quæ eos manet, memoriam quam fide apprehendunt in carnis assultu & tentatione. qui sese castrauerunt propter regnum cælorum incunctanter opponant, nullo pacto diaboli, non modo suis artibus ac potentia, sed nostra etiam carne, contra nos pugnantis impetum & aggressionem sustinere non poterunt. In sæteris nanque peccatis quæ extra nos sunt, cum simplici uirtute ac potètia in uiros sanctos Satanas irrumpat, in hoc solo duplicata potentia, nostris in nos ipsos armis & uirtute confurgit. Vnde cum reliquas forsam uirtutes præstadas natura sit potens, in sola animi ac corporis puritate cõquirenda, absque fidei & non medioeris, radio, est prorsus inermis. Quis enim sine cœlestis cuiusdam premii cer-

tissima persuasione ac fide, id quod natus est abneget? Quis sibi uim inferat? præsertim cum sine hac uolentia uitam cælestem comparari posse certissimum habeat? Ergo pro duplici hominis portione anima & corpore, duo quoque remedia presbyteris cælibibus & cælestis uerbi ministris, quibus rectè utrunque in officio teneatur. Apostolus præcipit, sobrietatem quidem & uigilias, per quæ cætera omnia, quibus carnis lasciuæ comprimere solet intelligit, corpori, fidem id est diuinæ fœlicitatis contemplationem, animæ, quasi efficax frenum & retinaculum iniicit. Sed quod in hoc loco Apostolico, statim adiungitur omnium patentissimum mihi esse uidetur, ad conuincendum non ad quoscunque, sed ad cælibes Presbyteros, Petrus sermonem facere. Scientes, inquit, eandem passionem, ei, quæ in mundo est, & uestræ fraternitati fieri. Erant igitur hi, ad quos Petrus loquitur presbyteri, non in mundo, id est, non in uita ciuili, aut economica, hoc enim mundum more sanctarum scripturarum intelligit, ac si diceret, non eos solos qui uitæ cælibi inseruiebant, & carnis deliciis non perfruebantur, ab aduersario diabolo tentationibus concuti, sed eis etiam qui in medio uitæ ciuili, id est, in medio mudi uersantur, graues quoque tētatiões impendere. Habet enim matrimonium & coniugalis uita suas cruces, cum quibus si uitæ cælibis, quæ à diabolo suscitantur tentationes conferas, leuissimas putes, imo non alia ratione magis ad uitæ cælibis institutum omnes homines pellicere si possit cõten dit Apostolus, quam ut uitæ sollicitudo & anxietas declinetur, sic quò homines integros Deo mancipet. Volo (inquit) uos sine sollicitudine esse, qui sine uxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo, qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi & diuiciis &c. Imo uero quàm hic Apostolus Petrus passionem, eandem Paulus carnis tribulationem appellat, quæ eos habituros docet, qui matrimonium studeant, ii sunt, quos hic Petrus uocat fraternitatem, quæ est in mundo, quos usurpato uocabulo iam dudum ecclesiasticus usus sæculares appellat. Ne itaque se solos infœlices & miseros arbitrarentur, qui cū carnis deliciis destituerentur, inter cæteros Christianos, Satanicis tentationibus essent expositi, uitæ cõiugalis & ciuili grauisimas molestias presbyteris ingerit. Ostendit demum subinde Apostolus, in quo hi presbyteri reliquique, qui in eodem genere uitam instituant, possint oia tela nequissimi ignea extinguere, Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suam gloriam, modicum passos, ipse perficiet, consolidabitque. Ostendat prius, quibus corpus & bruti animi affectus essent remedia compescendi, uigiis nimirum & sobrietate, ostendat: fidem qua esset erigendus sancto quodam ambitu gloriæ animus: dixerat nequaquam eos solos esse, qui diaboli tentamenta sustinerent, sed esse quoque suas non modo carnis & diaboli, sed mundi quoque persecutiones coniugibus, & esse, qui

Inca. 12. Ioan. 14. Phil. 4.

Sap. 8.

Cheremon. Abb apud Casb. colla. 13. c. 5.

1. cor. 7.

Caluin. Val sang. Pet marty. Eccl.

qui uitæ eent ciuili, aut sæcularis participes, quos cælibes falsissime fœlicissimos putant. Admonet modo, unde uirtus ad diabolicos impetus superandos, sit petenda, à Deo scilicet, qui in hoc genere uocationis ad æternam suam gloriam eisdem uocauit, modicumque carnis à diaboli tentamentis exercitos, tandem perficiet, id est, perfecto quodam genere gloriæ, quod communem illam fraternitatis, quæ in mundo est, mensuram transcendat post uitæ præsentis miseriam donabit, à Deo igitur robur & uirtus superandi Leonis rugientis impetum & aggressum petenda sunt. Ipseque iuxta suam misericordiæ regulas confirmabit, consolidabitque. Petite inquit & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Et rursus. Quodcūque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Et iterum. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunque uolueritis, petetis & fiet uobis. Et rursus. Omnia possum in eo qui me confortat. Quæ postulandi necessitas, cum in cæteris, in quæ non nihil potest humana fragilitas, nobis imminet, in castitatis tamen acquisitione, in qua sumus prorsus sine Dei auxilio impotentes summo perere urget. Et sciui (inquit sapiens) quoniam aliter non possem esse contentus, & hoc ipsum erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donum, adii dominum & deprecatus sum illum, & dixi ex totis præcordiis meis &c. Sed & postulandi ueram corporis & animi castitatem necessitas, & in indulgendo Dei liberalitas. apud sanctos auctores latissime patent.

DEMONSTRATUR Eadem repugnantia ex tertia sacerdotii parte, quæ in orando pro populo sita est. Cap. 58.

HABEMUS ergo, tum ex Mosaica, tum ex Euangelica legislatione, quàm male cum uerbi Dei ministerio matrimonium cõueniat, quæque inter se utriusque actiones ac studia dissideant, adeoque hoc uerum est, ut neque hi hæretici, qui maxime uitæ cælibi sunt infesti, à nobis in hac parte dissentiant. Docent enim poenæ uniuersi, euangelii gratia, id est, prædicationis uerbi Dei causa, cælibatum colendum, quod scilicet id ab ipsa natura ministerii, quæ hominem uxoris impedimentis solutum requirit, descendere uideant, quamquam paucissimos, etiam inter eos, qui maxime Euangelistas agunt, carnis deliciis propter Deum, aut proximam charitatem, quò scilicet liberius propagetur Euangelium, uacare uideamus. Verum iam de tertio sacerdotis officio, ac postremo dicamus. Est autem non priuata, quæ cuius homini conuenit, etiam cum est in peccato, sed publica oratione, & totius populi uice, pro admisis peccatis ueniam postulare, & quæ eis, uel in præfenti, uel in futura iuste infligi poterant, de-

precarum supplicia. Est uerò hoc munus non minus ex sua natura sacerdotio coniunctum, quàm offerre sacrificia, aut à plebe per uerbi diuini ministerium ignoratiã depellere, immò multò magis, neq; ad uerbi ministerium oēs sunt idonei, nec offerre hostias pro populo tam est necessarium quàm perueniã indulgentiam diuinam misericordiam ad parcendum pellicere, præter hoc, quod cum in plebibus non oēs possint sacrificia offerre, oēs tamen, quò uel in iustitiæ officio contineantur, uel peccatis admisis ueniam postulent, aut quò bonorum temporalium, quæ etiam à se Dominus peti cupit, sufficientia non destituantur, oratione indigent. Huius uerò sacerdotalis muneris functio tam late patet in sancta scriptura, ut locos huc adducere occasionum uideatur, sufficiat Paulum Apostolum hac ratione Christi uerum sacerdotium comprobasse, quod cum clamore ualido & lacrymis, supplicationes præcesque patri offerens, exauditus fuerit pro sua reuerentia. Quantum autem huc quoque sacerdotii parti cum coniugalibus actionibus dissideat intercedat, tum ex his quæ diximus, tum ex antiqua legislatione, tum uerò ex Apostolo Paulo perspicue deprehenditur. Probauimus etenim non modo sanctæ scripturæ testimoniis, sed gentium quoque prophanarum consensu, eam sacerdotii partem, quæ in offerendis sacrificiis distinguitur, manditiã non modo animæ, sed corporis etiam, eamque potissimum, quæ actionum libidinosarum immunitate censeatur in sacerdote postulare. Ergo cum ei ex ipsa sacrificii natura, quæ est esse humanam oblationem Deo factam, oratio annectatur (qui enim oblatio sine oratione fieri queat?) superest orandi quoque munus eandem munditiam in sacerdote requirere. Iam uero Mosaica instituta ita orationem cum sacrificio coniungunt, ut nullo pacto unum ab altero separent, quod scilicet sacrificia sine orationis holocausto iudicentur inania, immò quò ad nihil aliud deseruiant sacrificia quam ut orationi locum præparent, Anima quæ iurauerit (inquit) Moses, & protulerit labiis suis &c. Et subinde Agat poenitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnã siue capram, orabitque pro ea sacerdos & pro peccatis eius. Sin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, uel duos pullos colubarum, unum pro peccatis, & alterum in holocaustum & subinde. Et orabit pro eo sacerdos. Et rursus, Mulieri si suscepto semine peperit, cū expleti fuerint dies purgationis suæ, pro filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii, & tradet sacerdoti, qui offeret illa coram domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur profluvio sanguinis. Et alibi, constituta formula quæ in lepræ mundatione esset sacerdotibus obseruanda, in qua post unius passeris immolationem, alter esset auolare permittendus. Cumque dimiserit, inquit, passerem auolare in agrum liberè, orabit pro domo, &

Heb. 5.

Leui. 5.

Leui. 12.

Leui. 14.

1. Ex. 27. 6

Ios. 1. c. 2.

1. Cor. 7.

iure mundabitur. Scribit Darius Persarum Rex ad eos, qui cum essent Hierosolymis finitimi, opus templi impediabant, ut uniuersa quæ erant sacrificiis necessaria sacerdotibus ministrarent, ut offerant oblationes Deo celi, orentque pro uita regis & filiorum regis, quasi docente natura, orationem annexam fore sacrificio intelligeret, & apud Iosephum. Sacrificium & libamem domino Deo uestro, & subinde. Inter uestibulum & altare plorabant sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine parce populo tuo & ne des hereditatem tuam in opprobrium, &c. Sed ad Paulum peruenio, qui apertius hanc orationis cum corporis puritate connexionem explicasse uidetur. Is igitur dum mutuam corporis seruitutem qua sibi coniuges obstringuntur, in Epistola ad Corinthios edisserit. Vxor, inquit, uir debitum reddat, & uxor uiro, mulier sui corporis potestatem non habet sed uir. Similiter autem & uir, sui corporis potestatem non habet sed mulier, nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi. Et iterum. Reuertimini in id ipsum, ne tentet uos Satanas propter incontinentiam uestram. Hactenus Paulus. Quo loco uidet, nec etiam incontinentissimis hominibus, quales illo loco depinxit Apostolus in actionibus carnalibus & nuptiarum usu orationem permitti. Neque uero quorundam est hic audienda sententia, qui Apostolum Paulum de eo tempore quo actu ipso commiscerentur coniuges, in quo, eod quod menses humana libidinis impetu absorta sordescat, & totus homo carnis fiat, ineptus est spiritualibus rebus tractandis, loqui causantur. Nam id tempus excipere non magis necessarium erat, quam ceteras quasque actiones naturales, quæ ad uitam tuendam & conseruandam necessario exiguntur, quarum functiones quoque orationem excludunt, Itaque dicturus erat quoque Paulus, aut coniugatis aut omnibus hominibus, ne semper commederent, biberent, dormirent, &c. ut orationi uacarent. Enim uero quemadmodum non semper homines commedunt, dormiunt, bibunt &c. Ita nec perpetuo coniuges libidinibus uacant. Inest enim illis actionibus suum quoque fastidium & facietas, quemadmodum cibis, & potibus, somno &c. Sicut ergo quod hæc naturales actiones non essent perpetuæ temporis, quo orationi uacaretur exceptionem facere nihil erat necesse. Ita quoque si tantum eius temporis, quo coitus celebratur, conditionem attendisset, superflue ad uacandum orationi nuptiarum amplexuum uacationem imperasset Apostolus. Sciebat enim non semper huic actui quemadmodum nec illis, coniugibus, etiã incontinentissimis, perpetuo uacandum. Sed neque eorum interpretatio cum Apostoli Pauli legitimo sensu conuenire uidetur, qui nuptiales actiones non cum oratione sed cum studio orationis ac uacatione pugnare docet. Vnde non simpliciter ab Apostolo dictum uolunt, *ut oretis*, sed *ut uacetis orationi* ac si innuisset Apostolus, nuptiales congressum, negocium non impuritatem facere; orationem inquit Chrysostomus uacationem diligenter appellat. Quod si eos, qui consuetudinem inuicem habent, orare prohibet, continuæ orationi quod nam tempus relinquetur? licet igitur ut qui uxori adhaereat, orationi attendat, uel potius in ea continentia utatur diligentiori propterea non dixit simpliciter ut oretis, sed ut uacetis orationi ac si rem impediatur, non autem coinquinet. Hactenus Chrysostomus. Hæc inquam sententia idem mihi probari non potest, quod non uideam quo pacto si de solo negotio agitur, conjugalis coitus, qui profecto minus, quam reliquæ omnes actiones naturales frequentari solet, maius quam ille omnes orationi ac rerum celestium uacationi negocium exhibeat. Enim uero etiam si coniuges sint salacissimi, frequentius tamen ceteras quasque actiones naturales, quam coitum subeunt, neque uero adeo uoluptas ueneræ prolixo tempore coniuges occupat, ut huic occupationi, potius quam aliis, quæ uitam conjugalem commitari soleant, Apostolica prouidentia frenum iniiceret. Aliquid ergo aliud præter occupationem, cum causa orationis, iure illo matrimonii abstinere docet, intendit Apostolus. Sunt autem, qui id non orationis, sed ieiunii cum oratione coniuncti gratia præcepisse credant. Sic enim in plerisque codicibus Græcis legitur. Ut uacetis ieiunio & orationi, atque hi sunt quidam, qui nullius maioris sanctitatis causa, eam conjugalem abstinentiam, sed sola ieiunii natura, quod uires eneruat, & ad id operis impotes reddit, impositam coniungunt. Si enim ieiunium cuiquam semel fuerit susceptum, proinde quibusque operibus, quæ ieiunium non compatiuntur renūciare compellitur, non quod ea abstinentia carnalis committitur, orationi aut ieiunio suscepto, quippiam sanctitatis accrescat, sed quod sint actiones repugnantes, & à se ipsis natura ipsa dissentiant. Sunt alii, qui cum ieiunii gratia abstinentiam nuptiarum credant ab Apostolo impositam, non tamen quod id natura ieiunii postulet, sed ad conciliandum quendam peculiare in sanctitatis ualorem, factum existiment. Ad tempus abstinere docuit Apostolus, ait Theodoretus, ut scilicet uacetis ieiunio & orationi. Oportet enim ieiunium sanctitate honorare. Verum & utriusque horum longissime mihi profecto à Pauli mente recessisse uidentur, tum, quod hæc lectio, in qua cum oratione copulatur ieiunium, profus sit ascetica, & ex consuetudine antiqua Græcorum, qua orationibus publicis ieiunia coniungebant, quem admodum & Latini, usurpata, neque enim apud Latinos hæc lectio reperitur, imo uero nec apud Græcos omnes. Nam Chrysostomus non ieiunium, sed orationem tantum causam abstinentiæ proposuisse, locus superius allegatus ostendit, tum deinde, quod ut uera esset illa lectio, in qua ieiunium cum oratione coniungitur, non tamen

Sermone
20. in 1. E.
pist. ad cor.

Ios. 2.

Petr. mart.
Flor.

tamen inde conuincebatur ieiunii gratia, coniugibus, nuptialis concubitus abstinentiam ab Apostolo impositam, sed potius & ciborum & coitus abstinentiam, orationis causa, quo nimirum sit sanctior, mundior, ac proinde acceptior sit oratio, quod tam frequens est in sancta scriptura, ad quam potius quam ad rei naturam Apostolum respexisse cum hæc scriberet, ipsa eiusdem Apostoli consueudo conuincit, ut superfluum uideatur exempla proferre. Canite (inquit) tuba in sion, sanctificate ieiunium, uocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos, & suggestes ubera egrediatu spon sus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo, Ecce orationis præparatio, sequiturque deinde oratio. Inter uestibulum & altare plorabant sacerdotes ministri Domini, & dicent. Parce Domine parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium. Sunt ergo, & ciborum, & coitus abstinentia orationis præparatio, sed & uerum est illud quod in præfatione Gregorius, inquit, Qui corporali ieiunio uitia comprimis, mentem eleuas, &c. Adhibebatur ieiunium olim orationibus non sui, sed comprimendæ carnis & libidinosi impetus gratia, qui orationem, ad quam quasi in finem homines contendebant, non solum impedire, sed & deturpare solet. Ieiunio quidem caro coercebatur, caro uero coercita orationem mundam ab animo & corpore mundo permittit offerri. Eorum uero coniectura, qui carnalis concubitus abstinentiam ex ipsa rei natura à ieiunio postulari dicebant, est profus ridicula. Cur enim & cetera quæque humanæ uitæ officia, quæ non minus ieiunio & uirium debilitationi, quam coitus coniugalis, præsertim temperatus repugnant, non prohibuit Apostolus? An non terram colere; & reliqua omnia mechanica & manuarum opera, quæ tamē tempore orationis Apostolus exerceri non prohibet, plus cum ieiunio uirium uacuitate corporisque maceratione quam temperatissimus matrimonii usus repugnant? Ergo ut huiusmodi cogitationes Galeno aliquo, aut Hypocrate dignas esse censemus, ita profus Theologo, præsertim qui Paulini spiritus, uel tenuem degustationem fecerit iudicamus indignas. Sunt & alii qui cum utriusque orationis, scilicet & ieiunii gratia, hanc abstinentiam carnalis concubitus impositam credant; non tamen ad quamcunque orationem, sed ad eam quæ publica religione populo indicitur referendam existiment. Sed præstat eorundem uerba in mediū proferre. Loquebatur (ait) Apostolus de his orationibus, quæ interdum summa religione iuducuntur, ob aliquam necessitatem populi, Ecclesiæ quæ magni sit momenti, atque ita esse patet ex ea quod illis ieiunium coniungit. Scimus autem, cum, apud Hebræos, tum, in Ecclesia nostra, consueuisse aliquas præces uehementes & serias interdum suscipi, in quibus ieiunabatur, ibique Propheta monebat, ut sponsa de thalamo suo egrederetur, uolebatque sanctificari ieiunium, & ad Cinerem & cilicium omnes confugere, quo magis ad Dominum in fortitudine clamaretur. Hoc autem præcum genus, haud quotidie fit, neque ulterius quam ad unum diem uel biduum, siue ad triduum summum extrahitur. Fit etiam quandoque: ut priuati homines ob aliquas iustas causas in sua familia præces instruant, & ieiunium ad aliquod tempus, ut Hester domui suæ fecit, Dauid à Nathan Propheta correptus, & Achab ab Elia reprehensus. De his itaque præcibus credendum est Paulum tunc egisse. Hactenus isti. At, hæc interpretatio, non minus quam præcedentes Apostolico sensu uiolentiam intorquet. Primum quidem quod (ut antea diximus) ea lectio, quæ ieiunium habet, non uera, sed ex Ecclesiastica consuetudine sit ascetica, atque adeo non de illis tantum, quibus ieiunium est annexum, sed de omnibus orationibus, Apostolus loquitur. Publicæ nanque orationes, tantum ieiunium habebat, ut quæ quatuor temporibus Calixtus Pontifex fieri instituit. Et quæ ad martyrum honorem Græca & Latina frequentauit Ecclesia, quæ quod noctu fierent, uigilias uocamus. Tum quod Paulus non inquit, ut uacetur orationi, sed ut uacetis orationi, quom non publicam, sed priuatam domesticamque orationem indicare uidetur. Tum demum, quod ut uerum sit quod aiunt, illud tantum de publicis orationibus accipiendum, nihil tamen eos ledunt, qui ex conjugali quoque & iustissimo coitu turpitudinem quandam, quæ orationi sit impedimento, deriuari contendunt, imo uero profus eorum sententia statuitur. Nam si Paulus, & Ecclesia cum indicunt orationes, castitatem & conjugalis concubitus abstinentiam postulant, iudicant ergo & Paulus & Ecclesia, iudicant etiam & Iudæi olim eam corporis puritatem ad orationis acceptationem necessariam esse, alioqui cur imposuissent? Esto igitur rarissime eas publicas, & serias orationes iniungi, tamen uerum est semper, eas siue à populo Iudaico, siue à Christiano & Evangelico cum corporis & animi castitate postulati, atque adeo, eandem corporis puritatem & libidinosarum actionum abstinentiam iudicio Hebræorum, Pauli & Ecclesiæ ad orationem requiri. Porro si in priuatis orationibus, aut Hebræorum Sacerdotes, aut Paulus, aut Ecclesia, eandem non imponit, non ideo hoc fit, quod ad orationis munditiam animi & corporis munditia non requiratur, sed quod nec priuatas quoque orationes imponant, nam si imponerent consequenter quoque castitatem indicerent. Deinde an non est eadem priuatæ & publicæ orationis intentio, id scilicet quod postulatur, diuinitus consequi? An non eadem utriusque ratio? Si ergo publica oratio quæ ad aliquid consequendum iniungitur, non nisi comite, castitate ab Ec

Theophila.
7. c. Epist.
cor.

clesia aut Apostolo imponitur, Cur ea quoque oratio priuata, quam ad aliquid à Deo habendū, coniuges obeunt, carnales commisiones non arceat? Imo cur coniuges eam orandi rationem non sibi præstuant, quam uident tum ab Apostolo iniunctam, tum ab utroque Dei populo perpetuo usurpatam? Demum præces uehementes ac ferias docent isti & à Iudaico & ab Ecclesiastico populo, cum corporis castitate & coniugalis concubitus abstinentia præceptas. Ergo quoties aut seruo aut uehementer orandum est, à licitis alioqui & honestis amplexibus, si uelint orationes acceptas haberi, renunciari tenentur.

PAULI SENSUS LEGITIMUS explicatur. Cap. 59.

EST ergo legitimus sensus huius loci Apostolici ex quocumque actu coniugali quantum licito ac iusto, ipsa natura actus carnalis, corpora pollui, & mentes ad eam munditiam, quam requirit oratio, reddi prorsus ineptas, atque adeo etiam incontinentissimos illos homines, quos eo loco depingit Apostolus, tempore orationis ad castitatem teneri, non quidem obligatione, quæ sui transgressione peccatum inducat. Sed suppositionis quàm uocant, id est, si orationes suas exaudiri diuinitus coniuges uolunt. Qui enim in carne sunt Deo placere non possunt, non quod displiceant, ut olim hæretici damnatores nuptiarum contenderunt, sed quod ea complaceant quam Deus in orante requirit (prius enim ad Abel quàm ad munera respicit) qui uel carnis uel mundi negociis implicantur, non polleant. Aliud enim est quod ego te odio non persequar, aliud quod ea quæ me rogas exhibeam. Et unum ab altero in hominum quotidiano conuictu superari uidemus. Neque uero ob aliud, siue Paulus, siue Israeliticus populus, olim aut nunc Euangelicus, aliquid Deum oraturi carnis continentiam iniungisse uidentur, quàm quod natura ipsa actum illum carnalem, & eam, uelimus nolimus, corporis pollutionem, cum ea puritate mentis, quam oratio & numinis conuersatio requirit, pugnare uiderent. Neque enim in tanta Mosaicorum præceptorum sarcina, aliquod, ob quod orationis, uel publicæ, uel priuatae tempore amplexibus abstinerent, reperimus iniunctum, sed solam consuetudinem, & usum in eo ueteri populo legimus, quam proinde ab ipso recto rationis dictamine ortam suspicari compellimur.

DILVVNTVREA, QVAE in hanc Pauli interpretationem, uel ab hæreticis, uel à catholicis obiiciuntur. Cap. 60.

VERVM obiiciunt uniuersi qui ab hoc sen-

tu in uarias illas quas retulimus sententias abierunt, siue hæretici, siue Catholici, Paulum eundem ad Thessalonicenses scribentem, perpetuum orationis studium imperasse, sine intermissione, inquit, orate. Nullus igitur coniugatus unquam sua uxore uti posset, quod Montanus & cathaphryges cæteri que nuptiarum damnatores hæretici docent. Cui obiectioni sunt, qui respondeant, illi loco Apostolum, cum studium perpetuum orationis iniungit, non quibusuis, sed cælibus, qui tantum cogitant, quæ sunt Domini, loqui, imo non quibusuis cælibibus sed iis, qui iam tunc apud Thessalonicam in communitate uiuebant & monasticam aut monasticas umbras iam tunc colere inceperat, atque huc totam eam eius capitis quinti catechismum, quæ non communem sed altiore illam iusticiæ Christianæ rationem, quæ religiosos docet pertinere credunt. Quæ sententia & si uera esset, non tamen huius rationis, quæ nobis obiicitur, uigorem comminuit, cum & Christus apud Lucam, eandem orationis instantiam & studium iniungat. Oportet, inquit, orare & nunquam deficere. Ergo respondemus, siue Christum, siue Paulum. Non perpetuum orationis actum, qui cunctis hominibus est impossibilis, uoluisse præcipere, sed tantum animi desidiæ & secordiam excludere. Sine intermissione orate ait, Augustinus, id est, semper iuste uiuite & eterna desiderate. Iustus enim nunquam desinit orare, nisi desinat iustus esse. Sæper orat qui semper bene agit, ipsum enim bonum desiderium, oratio est continua. Et Haymon, Quis hominum mortalium potest semper orationi insistere? aut ergo totum tempus pro parte posuit Apostolus, ut dicat illum semper orare, qui canonicas horas obseruet, secundum usum & consuetudinem sanctorum patrum, aut etiam illum qui semper de Deo cogitat & Deo placere desiderat. Quandiu enim quis bene cogitat aut bene desiderat, semper orat. nam quidquid semper iustus agit ad orationem referendum & nunquam desinit orare nisi desinat iustus esse. Beda etiam, dicendum est autem inquit, eum semper orare & non deficere qui canonicis horis rogare non desinit aut omnia, quæ iustus secundum Deum gerit & dicit ad orationem sunt reputanda. Demum Augustinus contra Euchitas, siue Masilianos hæreticos, qui ex iis duobus locis perpetuo & sine ulla requie insistendum orationibus docebat, scribens, hos duos locos, sic accipiendos existimat, ut nulla dies sine oratione prætereat, ita ut Augustino idem sit semper orare, sine intermissione orare, & quotidie orare, cui accedit Anselmus. Vides ergo quo sensu uel Christus, uel Apostolus Paulus orationis perpetuitatem indixerit, non quidem quod omni tempore quod Euchitæ docebant, insistere præcipibus iubeant. Hoc enim quasi ab omni sensu alienum Ecclesiastici damnant, sed quod sollicitos nostræ salutis esse uelint,

1. Thessa. 5.

Ambros. ca. 18.

Luc. 18.

Aug. de cor. re. et gratia.

Heb. 9.
Roma. 1.
1. Corin. 7.
Eph. 5.
Philip. 1.
Colo. 1.
1. Thessa. 1.
Tit. 1.

lib. de Ren. 6. 5.

Ansel. in 1. Epist. ad Thessa.

lint, nulloque pacto per desidiæ in tanta hostium & aduersariorum persecutione torpescere. Estque hyperbolica loquutio, quemadmodum & alia multæ, quibus uel in Dei amorem, uel in iustitiæ studium &c. in sancta scriptura frequenter impellimur. Docet deinde eo loco Christus, quantum ualeat orationis perseverantia, & pernicax quædam postulandi importunitas, iudicis, qui nec Deum timebat nec homines reuerbatur, & uiduæ importunæ iustitiæ ab eodè postulantis exemplo. Vnde cum inquit, oportet semper orare & non deficere, non ad tempus, sed ad importunam petendi uoluntatem, & perseverantiam respicit. Nullo itaque pacto, siue Paulus, siue Christus, coniugibus omni tempore, quod isti contendebant orandi, necessitatem imposuit. Est enim orandi præceptum non negatiuum sed affirmatiuum, atque adeo eius necessitas non semper urget, quemadmodum, non occidere, non fornicari &c. Sed ad semper (ut loquuntur) id est, quando rerum & negotiorum cum propriorum, tum proximorum cõditio postulet, atque hoc est semper orare & nunquam deficere, nunquam (inquam) id est, eo tempore, quo ad orandum tenemur, quemadmodum semper sunt sumenda sacramenta, id est, nunquam eo tempore, quo ad ea, uel diuino uel ecclesiastico præcepto constringimur, ab eorum sumptione negligenter abstinendum est. Tenetur maritus semper reddere debitum uxori, id est, quoties petatur, cuius formæ locutionis apud eundem Apostolum sunt frequentissima, semper introibant sacerdotes, in primis, tabernaculum sacrificiorum officia consumantes, id est quoties sacrificia mactabant. Gratias ago Deo meo semper pro uobis, id est, quoties uestri me subit memoria, quam rationem loquendi penè initio omnium suarum Epistolarum usurpat. Cretenses semper mendaces, id est, frequenter aut quando loquuntur &c. Neque mihi illud displicet in hac parte ac multis aliis suarum Epistolarum pareneticis loquutionibus, uelle Apostolum quid nobis, qui in tanto salutis discrimine uersamur, agendum esset, non itè quid agere teneamur ostendere, quasi tristes inquit, semper autem gaudentes, et iterum, Gratias agentes semper in omnibus, & iterum. Gaudete in domino semper &c. Atque id non obscure ea sententia, quæ his uerbis quibus nos sine intermissione orare iubet Apostolus annectitur, uidetur ostendere. Videte, inquit, nequis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est, se&amini inuicem in omnes, semper gaudete, & statim sine intermissione orate. Enim uero Paulus priori illa sententia, non quid agere, Christiani teneantur, sed quid fraterna charitas suadeat ob oculos ponit, nam malum pro malo, aut damnum pro damno reddere quando id uel publica morum honestas, uel iusticia postulat, nequaquam Paulus damnat.

2. Cor. 6.
Eph. 5.
Philip. 4.
2. Thessa. 1.
1. Thessa. 5.

Sed neque perpetuam animi lætitiæ, aut gaudiū per præceptum intorquet. Quis enim semper & omni rerum euentu quantumuis spiritali lætitiæ, fruatur? nõ igitur quid facere debeamus, sed quid fieri oporteret, illis uniuersis adhortationibus indicat Apostolus. Semper ergo esset orandum, quemadmodum semper esset gaudendum &c. Sunt tamen multa quo neque perpetuum gaudium, neque perpetuam orationem concedant, talis que est uitæ coniugalis status, qui cum mundo sit necessarius. Nulli tamen mortalium est necessarius, imo cuicumque cælibatus consiliatur, cuicumque enim dicitur. Qui potest capere capiat. Et uolo omnes esse sicut me ipsum. Atque hæc sententia, quæ mihi profecto summè cum Apostolica mente uideatur congruere, potius castitatis necessitatem oratoris intorquet, ita ut non mihi aliud esse uideatur quàm adhortatio quædam ad liberum, & eis impedimentis, quibus uita coniugalis distinguitur, solutum capessendum statum, nam perpetua oratio, in perpetuo ille carnalis pruritus & negotiorum turbine, fieri non posse, idem Apostolus docet. Cum enim multis rationibus ad cælibatum Corinthios adhortatus esset. Quod scilicet figura huius mundi prætereat, quod coniugalis status adeo distrahatur aliquantulum, quod placendi studium inter Deum & uxorem diuidat &c. Subiungit porrò. Hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam, sed ad id quod honestum est. Et quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi. Vides igitur non modo puram & castam orationem, sed neque eam quæ amplexus coniugales consequitur, omni tempore, ab his, qui sint matrimonio coniuncti obiri posse. Ergo quia perpetuam orationem adhortatur, ad eum statum, qui illi necessario connectitur, proinde adhortatur ad cælibatum, ergo sine quo perpetua illa orationis intentio conseruari non potest. Ergo ut iam ad locum Apostoli, quo iubet orationis causa, nuptialibus actionibus abstinere reuertamur, aperte claret, quid in eo præcepto condendo eundem impulerit, nimirum orationis natura, quæ non modo animi: sed corporis quoque puritatem requirit, neque uero adeo sum morosus, ut ora coniugum, aut cordis claustra, quominus uel uocali, uel mentali oratione in Deum possint consurgere, obturare contendam, ita ut qui inter illa carnis delectamenta, Deum oraret, peccaret (absit). Est enim alioqui mutua illa corporis feruitus, non modo bona, sed illis per Paulum Apostolum à Christo præcepta, atque adeo in Deum, per uocem externam, aut cogitationis beneficio, reducibilis. Sed tantum credo Apostolum, illic uoluisse orationis dignitatem, & decentiam, præsertim eius, quæ serio fiat, non necessitatem ostendere. Vnde Oecumenius. Vt

Mash. 19.
1. Cor. 7.

1. Cor. 17.

vaccetis ieiunio & orationi, Hoc autem dicit, non prohibens eos, qui miscerentur cum uxore ieiunare aut præcari; sed ut ieiunium aut oratio studiosius fiat, ne videlicet occupationem causet impuritas commissionis cum legitima uxore. Ita Oecumenius. Tantum ergo dignitas orationis per nuptiales commissiones læditur, & ea decentia & pulchritudine, qua aliò qui ad effectum còsequendum per castitatis candorem coornata, Deo placuisset, destituitur.

DEMONSTRATUR EX
superioribus sacerdotium cum uita
coniugali non coherere.
Cap. 61.

VERVM iam, ad id quod initio proposuimus, eam sacerdotii partem, quæ in orando Deo, precibusque fundendis, occupatur cum matrimonio non coherere, còuertamus sermonem, ex hoc enim apostolico loco eius dicti ueritas non obscure colligitur. Nam si conjugalis oratio, quæ nullam habet obligationem, ita annexam habet castimoniam, ut nullo pacto inter carnis delicias conjugalesque missiones quantuncumque iustas rectè possit effundi, quanto obsecro magis, sacerdotalis oratio, quæ ex munere conuenit? Deinde si in coniugali oratione, quæ propria est & priuata, atque adeò voluntaria & libera corporis & animi requiritur castitas, quanto magis in ea oratione, quæ aut semper est publica, aut semper est pro causa publica? Quanto magis in ea oratione, in qua non propriis commodis aut incommodis: sed pro alienis, ad quæ uel habèda, uel depellenda publico ministerio me ipsum à dixi? Nā qui ingens esse discrimen, inter priuatorum & sacerdotum orationes non uideat, profecto plusquàm ceus est. Illi enim nulla ad aperte orandum obligatione tenentur: hi contra publico muneri orandi se ipsos consecrarunt, Ergo illorum oratio sine orantium crimine perire potest, horum, nisi illorum magnaculpa perire, aut Deo iniocunda aut ingrata esse non potest. Ideò enim populi peccata comedere sacerdotes dicuntur, quòd in id, publici muneris diuinam misericordiam flectendi, & pœnas delictis populi debitas depræcandi, idem populus (uis nimirum orationibus & precibus, quæ propter uitæ coniugalis & ciuilibus imperfectione: his conditionibus, quæ ad fructuose orandum requiruntur suas orationes coornare nõ possit) diffusus, publicis expensis, & thesauris, honestatos elegerit. Nam quis Deum immortalem, apud quascunque uelis barbaras gètes, si sciret sacerdotem non maiori corporis & animi puritate, quàm uita communis, in qua ipse quoque uiuit, præstare potest, orationem oblaturum, eidem ex suis facultatibus, imo plerunque laboribus & sudoribus tribueret. quo non modo uiueret, sed honeste uiue-

ret? Quorsum homines, non modo Christiani sed prophani, etiam publicos thesauros in diuersi ordinis sacerdotia conflarent, nisi quia duce natura, eis orationibus, quas uitæ communis sollicitudo exhibet diffidentes, ad sanctiorem quendam orandi modum sacerdotio consecratum, confugerent? Neque uerò tantum ex hoc Apostolico sensu, quo dicimus, ex coitu ineptos homines ad commnem orationem reddi, sed eodem quoque vigore ex omnibus illis interpretationibus, quas attulimus, ad orationis sacerdotalis puritatem argumenta ducuntur. Nam ut priorem illam quæ prorsus est stulta omittamus, in qua ipse actus nuptialis tantum orationi impedimento esse dicebatur, profectò secunda, idem mihi aperte comprobare uidetur. Docent illi, uxorios amplexus non orationem; sed orationis uacationem impedire, ergo cum sacerdos ex natura sacerdotii, orationis studio uacare teneatur, usus matrimonii, orationem sacerdotalem, quæ suapte natura habet annexam uacationem impedit. Hi etiam qui de seriis ac publicis orationibus, quæ ab Ecclesia imponuntur, Apostolum loqui persuasum habebant, negare non poterunt, sacerdotes orationes semper serias futuras, quòd semper in populi multitudine, cui sacerdotio fungitur, seriè & feruētis orationis occasiones emergant: ergo si inferiis orationibus, quæ pro rebus emergentibus, populo aut coniugibus imponit Ecclesia, corporalis puritatis necessitas uiget, fortiori ratione inferiis orationibus, quas publicum munus susceptum imponit, eiusdem puritatis & castimoniam obligatio, sacerdotes deuinciet. Neque enim necesse est, ut sacerdoti oratio imponatur quemadmodum plebibus, sed ipsa muneris sacerdotalis susceptio, est perpetua impositio, ergo quemadmodum ex sacerdotis impositione, coniuges & populus ad orationem cū corporis castitate coniunctam, ex ea interpretatione necessario tenentur, ita sacerdotes, quibus & deus sacerdotalis functio pro necessitatibus continuis, orationes continuas ac serias iniungit, semper nuptialibus amplexibus abstinere tenentur. Verum de matrimonialium & sacerdotalium functionum repugnantia, sumendo sacerdotium in genere (sic enim hucusque sumus loquuti) hæc dixisse sufficiat.

DE EVANGELICI SACERDOTII
cum matrimonialibus actionibus repugnantia. Cap. 62.

NVM iam, quantum eadem nuptiales actiones cum euangelici sacerdotii functionibus pugnent, deinde dicamus. Et si enim multa ex Euangelica scriptura in præcedentibus produxerimus, ea tamen non aliorum protulimus, quàm ut in genere, sacerdotii aut sacerdotalium

lium functionum ostenderemus ingenium. Est tamen longe profundior ac sanctior Euangelici sacerdotii ratio; tanto nimirum, quanto Euangelicum iustitutum uiuèdi, aliquas omnes religiones, siue diuinitus tributas, siue humanitus inuentas et excogitatas, perfectione trascendit, atque adeò, de eo peculiaris & exactior habenda est consideratio.

Ergo ut à sacrificandi functione ordiamur, tripliciter mihi in hac parte sacerdotium Euangelicum, à ceteris quibuscunque sacerdotii generibus differre uidetur, & hostiæ perfectione, & munditia, & ritu ipso sacrificandi. Mactabantur olim apud gentes taurorum echatombe, sues, &c. equi canes, &c. apud Dei uerò Populum, boues, oues, capræ, uituli, agni, hædi, palumbi, turtures, &c. animalia, quæ legis Mosaicæ præscripto munda iudicantur; nunc contra in Euangelico statu, non sanguis hircorum uitulorum, aut agnorum, sed sacratissimum corpus, & sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo pro peccatis nostris expiandis offertur, iuxta eius mandatum, quo Apostolis, atque adeò cunctis illis Euangelicis sacerdotibus præcipit dicens. Hoc facite in meam commemorationem. Erant cruenta, & immunda sacrificia taurorum scilicet, hircorum, agnorum, & vitulorum mactationes. sacerdotio Mosaico, est modo Euangelico sacerdotio incruentum, & mundum, iuxta illud quod dominus apud Malachiam Mosaicis illis sacerdotibus opprobrat. Abortu solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum &c. adeoque mundum, ut nec eam genituræ rationem, quàm natura constituit in eius carnis, quæ in Euangelicum sacrificium mactanda erat, generatione permiserit. Ex purissima uirgine spiritus sancti operatione, non modo conceptus, est Christus: sed ex eadem integra natus. Erant cætera quæcunque sacerdotia sic annexa sacrificio ut ex sua ratione ad sacrificii semel oblatisumptione astricta non essent, aut enim ea sacerdotes non sibi ipsis per manducationem applicabant, aut si applicabant, nõ quasi quid sacrosanctum & ea ratione, qua sacrificium erat, sed in agenda uitæ sacerdotalis auxilium, quasi cibi, qui ex sacrificiis essent reliqui, ut olim Aaronico sacerdoti pectusculum, ex uictimis, & ex pacificis armus dexter, in alimoniam, & sacerdotalis ministerii stipendium cedebat, contra uerò Euangelicum sacerdotium ipsum quod obtulit sacrificium manducare tenetur. Erant demum quæcunque alia sacerdotia non perpetuo sacrificandi ministerio sed quibusdam anni temporibus, & sollemnitatibus per suas uices addita, quod ad Hebræos scribens insinuauit Apostolus. In priori, inquit, tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes, in secundo autem semel in

anno solus pontifex non sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorantia. Erant autem non quæcunque eius status sacrificia, sed hoc maximi sacerdotis sacrificium annuarium. Euangelici sacrificii figura. Cætera enim potius ad eius populi distractionem, ne in gentium finitimarum commercio, in idololatriam rueret, quàm in Euangelici sacerdotii typos instituta uidentur, quod illa tota epistola contendit Apostolus, Summus enim sacerdos cum sanguine tabernaculum intrans, summi quoque sacerdotis. Christi per proprium sanguinem uerum Dei tabernaculum, id est celum intrantis, typus fuisse describitur Christus inquit; assistens pontifex futurorum honorum, per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Deinde aliorum minorum sacerdotum sacrificia, non pro totius populi peccatis & ignorantia, sed pro huius aut illius quæ sacrificium offerri præcipiebat, voto soluendo mactabantur, cum tamen annuario illo sacrificio, summi sacerdotis totius populi delicta purgarentur, Christi uerò oblatio; non pro hoc aut illo, sed pro totius humani generis salute aut propiciatione fuit facta; ipse inquit, Ioannes. Est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum; sed etiam pro totius mundi. Et rursus, in hoc est charitas non quasi nos dilexerimus eum, sed quoniam ipse prius dilexit nos, & misit filium suum, &c. Nostrum uerò Euangelicum sacerdotium & sacrificium, non in alio, quam in Christi oblatione, fundamentum habet. Erant tamen forsam aliorum minorum sacerdotum sacrificia aut oblationes, eius sacerdotii Euangelici, quod spiritu uocauimus, per quod diuersi corporis & animorum affectus, quasi bruta quædam animalia mactantur, typi & figure, in qua re explicanda, ueteres ecclesiæ patres sunt acutissimi. Quod si donemus non modo summi sacerdotis sed aliorum quoque minorum sacerdotum, ministerium Christi, sacerdotium adumbrasse, adhuc quantum frequentiam sacrificiorum expectat, magnum est, inter utriusque discrimen; neque enim ex officio, quotidiana sacrificia mactabant, sed vel certis anni temporibus, id est, festiuitatibus aut quando uotum huius aut illius offerentis instabat; Neque sic erat iunge sacrificium, ut singulis diebus tenerentur offerre. Sed sic ut certis anni temporibus ex officio præscripto, ex uoto uerò aliorum, quando necessitas postulare sacrificia mactaret: contra Euangelicus sacerdos, non uno anni tempore, sed quotidie ex sui consecratione præsto esse debet, non modo, ad intrandum in uera sancta sanctorum, sed ad Christi ueri Dei corpus & sanguinem pro populo Christiano offerendum. Licet enim Euangelicus sacerdos quotidie, cum sint alii complurimi, celebrare non teneatur, teneatur tamen ex sui ordinatione, ad quotidie celebrandum

Heb. 9.

Leui. 22.

Heb. 9.
Lu. 22.

Mal. 1.

I. Ioan. 1.

I. Ioan. 4.

Orig.
Cyrill.
Grego.
Iscarius &c.

Num. 28.

Ezech. 46.

Daniel. 8.

Leui. 7.

Heb. 9.

brandum & pro populo christiano, cui sacerdotio fungitur, sacrificium offerendum paratus esse, quemadmodum & in aliis quoque publicis muneribus, quæ quispiam usurpat, cōtingere solet. Qui enim consulatum aut alium huius generis publicum magistratum subit, licet quod sint in eodem magistratu aut consulatu collegæ, qui eius officium in rempublicam supleant, non quotidie administrare magistratum teneatur, tenetur tamen quotidie ex sui creatione, ad semel integram reipublicæ curam susceptam administrandam, esse paratus. atque adeo tenetur nullum uitæ statum, consulatum aut magistratum aliqua ratione repugnantem, subire.

EVANGELICVM SACERDOTIUM, ea parte qua prædicationi intendere tenetur con uita coniugali non co hære. Cap. 63.

IAM ea portio sacerdotii quæ in populi doctrina & pastu spirituali ministrando distinguitur, quanto sit in Euangelico sacerdotio, quam in cæteris quibuscunque generibus sacerdotii perfectior, ipsa res indicat. Erat olim instituendi populi sollicitudo, non modo apud sacerdotes, sed apud prophetas, quos frequentissimos dominus in suū populum mittebat. Erat non apud hunc aut illum sacerdotem, sed apud integram leuiticam. Tribū, cui ex legis diuinæ præscripto, simul cum ipso sacerdotio munus hoc incūbebat, iuxta illud, quod Moses Leuiticæ tribui in benedictionibus inquit, Perfectio tua & doctrina tua a uiro sancto tuo &c. Vnde necesse erat, ut eius populi duodecima portio uerbi ministerio semper incumberet, contra uerò in Euangelico statu, nec prophetæ sunt, qui uerbi ministerio cœlitus destinantur, nec una certa christianorum pars ad eiusdem uerbi ministerium, sed is tantum qui sacerdotio uoluntariè iniuriatur, ex ipso legis Euangelicæ præscripto constringitur; nam quod multi sint sacerdotes nō Euāgeli natura, sed accidens facit. Est ergo non diuisa. Sed prorsus integra apud Euangelicos sacerdotes pascendi sollicitudo. Pertinet & ad partem Euangelicam integrum illud peccatoris iudiciū, quod post secretam & auricularē peccatorū enarrationem & legitimam pœnitentiam, reum æternæ damnationis absoluit, Quod profecto recte exequi, non cuiuscunque, sed eius qui sancti Spiritus fouetur, uirtute ipsa Christi actio, cum eam potestatem indulgeret, apertissimè ostendit, Accipite inquit, Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum reteneritis retenta sunt. Est autem huius partis Euāgelici pastus (tum propter sui frequentiam, quæ nullis legibus quando necessitas urget (urget autē frequentissime) constringitur, tum propter diuersas peccatorum conditiones, & nouas circumstantias, quæ quotidie oriuntur, nec ullis certis regulis comprehendendi possunt) tanta difficultas, ut neque ho-

Deu. 33.

Ioan. 20.

mines uitæ ciuiliſ negotiis solutissimi, & perpetuo studio ac labore huic operi incumbentes eidē sint satis. Neque uerò tantum modo huius Euangelici pastus portio, sollicitudinem & christianæ iusticiæ cognitionem requirit, sed ministro, cum sit quædam inter sacerdotem & peccatorem, qui tum masculus tum fœmina est, secreta actio, summam quoque puritatem ac (si fieri posset) angelicam uitam & planè carnis nesciā, suo ptegenio postulare uidetur.

EVANGELICVM SACERDOTIUM cum matrimonio pugnare persuadetur ex orandi munere. Cap. 64.

TERTIA demum sacerdotii functio, id est, orandi munus, duplici ratione uetus Mosaicum sacerdotium superare uidetur, charitate nimirum & iusticia, quæ duo sacerdotem ad frequentius orationis studium in eo adhortantur. Est duplex sacerdotalis oratio, priuata una quæ à charitate, publica altera, quæ a iusticia descendit. ad hanc secundi generis orationem sumpto sacerdotalis dignitatis fastigio, quoniam sit de intrinseca ratione sacerdotii (ut diximus) necessario tenemur ad illam, ipse nos ordo charitatis obstringit, ordo (inquam charitatis) non quiuis, id est, non is qui omnibus christianis est communis, quo unusquisque pro altero præcari tenetur, sed is, qui capiti respectu aliorum membrorum, & is qui homini, qui aliorum omnium, apud Deum mediatorem agit, incumberet. Videamus ergo quanto utrūque orationis genus, Euangelicum sacerdotem, quam Mosaicum illud uehementius astringat. Enim uerò Euangelicum sacerdotē Christi personam sustinere, res est apertissima, est, n. ille unicus ac proprius Euangelici status sacerdos, ut Paulus ad Hebræos scribens latissimè disserit, nihilquē aliud, ceteri quicunque sacerdotes consentire, quam eius ministri aut instrumenta, per quæ in diuersis ecclesiæ populis sacerdotio fungitur, decet igitur Euangelicum sacerdotem eam dilectionem & fraternæ charitatis rationem perpetuo referre, quam Christus exhibuit. Iam quanta fuerit Christi dilectio & erga peccatores amor, quantum inde descendens, salutis desiderium, quanta in orando perseverantia, ut nec eam extremi mortis cruciatus potuerint obruere, non est opus exponere, cum id abunde prodant, carnis assumptio, uita, mors, secessiones in deserta, pernoctationes in orando, ieiunia, & in summa tota Euangelicæ dispensationis historia. Necesse est igitur Euāgelicum sacerdotem, tanto ceteris quibusque sacerdotibus in priuata orationis studio præstare, quanto Christi quem refert, charitas, & erga mortales non iam promissus, sed exhibitus amor, uehementius astringit. Nam quod in orationis publicæ (ad quam tamen, cum totius populi interpretem agat, maior puritas exigitur) functione,

sit

Corins.

In epistola ad Exup. Tholo.

Mat. 14.
Mar. 1. 6
14.
Luc. 5. 6 9.
22.

fit quoque magis, quam Mosaicus, aut quicumque alius sacerdos frequēs, uel eo solo docemur, quod Mosaicus, nullius olim præterquam sacrificiorum, erat sacramenti minister, contra Euangelicus septem, quæ non sunt aliud, quam septem Spiritus Sancti & Euangelicæ gratiæ pixides, christiano populo per omnes penè horas sacramenta ministrat. Sacramenta uerò christiana, non sola rerum exter narum applicatione, sed quædam formis ipsis, quædam si non formis, ipso tamen conferendi ritu orationem includunt, adeo ut omnia sacramenta aut essentia ipsa, sint præces quædam publicæ, aut non rectè sine præcibus & orationibus fiant. Atque hæc rationem olim Siritius Pōtifex ad Tellenſe concilium scribens, in hæc uerba prosequitur. Ad Corinthios, nanque sic Paulus scribit dicens. Abstinate uos ut uaccetis orationi, si ergo laicis abstinentia imperatur, ut possint deprecantes audiri, quanto magis sacerdos utique omni momento paratus esse debet, mundiciæ puritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupiscentia, quid faciet? Excusabitur? Quo pudore? Qua mente usurpabit? Qua conscientia? Quo merito hic exaudiri se, credit, cum dictum sit, omnia munda mundis, coinquinatis autem & in fidelibus nihil immundum? Hactenus Siritius, cui sub eadem tempora Innocētius pontifex eius nominis primus, se uerissimus quoque sacerdotalis castitatis assertor, per eadem penè uerba subscribit.

PROBATVR CHRISTIANVM SACERDOTIUM, magis cum matrimoniali uita & usu, quam alia quæcunque sacerdotia pugnare. Cap. 65.

IAM ex hoc Euangelici sacerdotii triplici discrimine, quod diximus apparet. Nimirum multo magis matrimonium cum Euangelico sacerdotio quam cum alio cuiuscunque status aut rationis sacerdotio pugnare. Nam si ad mactandos Tauros, Arietes, Capras, Agnos, & ceteros brutos animates, quæ in seipsis nihil habent sanctitatis, nō modo animi sed corporis, quoque puritas, ut in præcedentibus demonstrabimus, ex ipsa sacerdotii natura requiritur puritas, quanto potius ad Christi ueri Dei & hominis sacratissimum corpus & sanguinem offerendum, omnium fordium, quas carnis deliciæ tum corpori, tum animo, tum affectibus etiam cum iustissimè exercentur, in fundunt, eadem requiretur? Si ad immundas cruentas & putridas hostias, quarum mactationi commodè propter horrore paulò delicatorum homines interesse non poterat, corporis & animi mundities exigitur, quanto potius ad eius oblationem, quæ nec in sui generatione carnis corruptionem aut pruritum permittit? Si ad earum hostiarum oblationem quæ igni erant, absumendæ actionis, nuptialis ex natura ipsa sacerdotii postulatur immunitas, quanto

potius ad eius hostiæ oblationem, quæ in se ipsa nō cuiuscunque carnis aut sanguinis, sed carnis & sanguinis filii Dei unigeniti, manducationem includit? Omnis, inquit Deus, homo qui accesserit de stirpe uestra, ad ea, quæ consecrata sunt & quæ obtulerunt filiis Israel Domino in quo est immunditia peribit coram domino. Ego dominus. Homo de semine Aaron, qui fuerit leprosus aut patiens fluxum feminis, non uescetur de his, quæ sanctificata sunt donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo & ex quo egreditur semē, quasi coitus, non uescetur, de his quæ sanctificata sunt mihi. Præcipiebat dominus Leuiticæ tribui ne immundi ea immunditia, quam feminis in uoluntaria effusio conciliat, ad sacrificiorum illorū, quæ nihil aliud, quam occisarum animantium carnes erant, manducationes accederent, quanto magis ergo cum Euangelico sacerdotio, in quo caro ipsa Christi desumitur, uoluntarius coitus & pollutio pugnabunt? Si in illo statu in quo ad iuges hostias offerendas, non erat obligatus sacerdos, sacerdotio non rectè cum uita coniugali carnisque deliciis conuenire probauimus, quid erit in eo, in quo perpetuo offerendi ritu sacerdos distinguitur? Deinde si illud sacerdotium, cui non totius doctrinæ cura incumberebat, cum uitæ ciuiliſ solitudine pugnat, quanto magis id, cui neque prophetæ diuinitus missi, neque duodecima populi portio uerbi Dei expurgendi adiutorio, donatur? si id sacerdotium cui secretum peccatorum, iudiciū non fuit delegatum, uitæ ciuiliſ impedimenta nō patitur, quanto minus eadem patietur, illud in quo sacerdos, secretus & occultus iudex peccatorum proponitur? Et quanta alioqui puritas in eo requiritur, cui uirgines, nuptæ, uiduæ &c. secreto colloquio ipsas etiam animi cogitationes & si quæ sunt thori coniugalis delicta, absque ambagibus pandunt? aut quo pacto quis ad hominem uxorium, & qui necdum ipsa uitæ professione carnalibus & nuptialibus deliciis renuntiauit, sed insuper earūdem usu quotidiano dissoluitur, filiam aut uxore occulte colloquaturam libenter mittat?

Demum ex tertia Euāgelici sacerdotii parte sic licebit arguere. Si ei sacerdotio, cui tunc tantūmodo orandi necessitas ex officio impendebat, quādo pro peccatis pellendis sacrificia mactabat, quod raro contingebat, malè cum uxorio conuictu conueniebat, quid tandem futurum erit de illo, cui tot tantorumque sacramentorum perpetuum ac continuum ministerium annectitur? Si id sacerdotium, quod tamen typica ratione, & nondum ipsa rerum exhibitione, Christi sacerdotium adumbrabat, cui tamen publicè calamitates innotescabant, malè cum uxoria uitæ distinctione cohererebat, quanto peius, id quod Christi plenam amoris ac dilectionis omnium curam, cum ipsa quoque Christi persona, suscipienti conciliat? cui non in genere tantum, aut corporales tantum, sed in singulari quoque tam corporales, quam spirituales, si

non

non omnium multorum tamen calamitates & afflictiones, ipsa sacramentali confessione sunt notæ. Inuitabant olim Mosaicum sacerdotem ad priuatas orationes urbis, regni, aut prouinciæ, calamitates publice, inuitant hodie, imò uerò cogunt Euangelicum sacerdotem, singulorum hominum afflictiones, tentationes, peccata &c. que non in certa & fluctuanti cognitione, sed ipso diuino sacramento, quod intimas quoque cogitationes extorquet, frequentissimè suscipit.

EVANGELICVM SACERDOTIUM, cum uita coniugali pugnare, quod sit secundum ordinem Melchisedech.
Cap. 66.

Heb. 6.

ITA QVÆ rectè mihi Paulus Apostolus, non quodcunque sacerdotium, Euangelico, sed id quod esset secundum ordinem Melchisedech tribuisse uidetur, in quo nimirum, quemadmodum & Christus eiusdem Euangelici status uerus sacerdos, sacerdos esset sine patre, & sine matre, sine genealogia; id est, extra totius uitæ ciuilibus quæ matrimonium requirit, impedimenta constitutus, huc que illa omnia, quibus Christus Apostolis primis: populi christiani sacerdotibus, non modò uxorem & filios, sed patrem, matrem, fratres, sorores, & reliquos, quos tamen non uoluntas propria sed natura conciliat, tertio quoque uerbo, dimittere consulit, apertissimè tēdunt, nimirum quod christiani sacerdotii peculiaris natura iure suo maioremque cœtera queque sacerdotia mundi, ac uitæ ciuilibus abdicationem expostulet. Adeoque mihi malè recta Euangelici sacerdotii functio, cum matrimonii usu, nuptialisque uitæ, tum delitiis tū impedimentis conuenire uidetur, ut non alia ratione crediderim, Græcos sacerdotes & priuatas missas, & saluiferum pœnitentiæ sacramentum, quod (Si quod aliud in christiana uita necessarium existit) sua ecclesia truisse, quàm quod hæc duo præsertim cum uxoria uita, quam exercent, conuenire non possent. Viderunt enim priuatas missas, que ab Euangelicis sacerdotibus, uel quotidie, uel frequentissimè aguntur, continuâ ac perpetuam animi & corporis munditiâ postulare, quæ profecto cum matrimonii usu, ut tota hac disputatione docuimus, apertè pugnat. Ergo illis exclusis, satis habuerunt si una missa per uices suas, quibus ut olim israelitici sacerdotes matrimonio sibi temperarent, populo inseruirent. Nec enim in tanta sacerdotum turbam, quantam & modo habet, & semper post hoc statutum, quo sacerdotali uitæ frēna laxari cepta sunt, Græcia habuisse credenda est, adeò moleste erant & importunæ uices istæ, ut non penè per totum annum, præsertim uerò in frequentioribus urbibus, uitam penè laicā, ac prorsus ciuilem transigere liceret. Viderunt de inde Græci, maritis sacerdotibus & qui quotidianò matrimonii usu, uiros in uxores suas libentissi-

Quare Græci missas priuatas et hoc pœnitentiæ sacramentum ut plurimum non recipiunt.

mè agunt, haud quaquam tutum esse suarum filiarum, & uxorum secretum & clancularium, præsertim quo intimas quasque cogitationes & thori maritalis occultas actiones expanderit, colloquium committere. Accedebant quorundam publica scandala, quibus populus exercebatur, aut clanculariam confessionem omnino extrudere, quod tempore Nectarii constantinopolitani patriarchæ & Ioannis Chrysostomi euenisse scimus, fuit omnino compulsus. Neque uerò quorundam malorū cœlibum sacerdotum libidinosa uita facit, ut idem in ecclesia latina timeri possit, cum sint, tum ex religionibus, tum ex clero complures, populis uitæ castitate & mundicia per celebres, qui id muneris sanctissimè exercent, quos populus quantum intelligi datur, uitam ab his carnalibus deliciis abdicasse compertum habet, quosque angelica quadam simplicitate, nuptiales delicias (quas nescio quo pacto, homines in his, quos Dei interpretes & peccatorum iudices assumunt, horrent) exclusisse non dubitat. Immo uerò rectè ex hac ac similibus obiectionibus colligere licet, si nullus ei, qui scortatorem agit, filiam, uxorem, aut sororem committeret, quod eum sciat, carnis oblectamentis dissolui, id est, quod eum sciat non castum esse, cur illi sacerdoti eadem libenter committat, quem scit quotidianis amplexibus & libidinibus perfrui. Sūt ergo mali sacerdotes in cœlibatu, non abnuo, at hi cum publici sunt peccatores, non tā quod peccatores sint, quam quod sui similes ipsa uitæ professione, iudices habere, nature quodam instinctu, homines horreant, neque se iudicandos, neque uxores aut filias occulta cordis proposituras, committunt. Eodem etiam ex fonte & non aliunde, ingentem illum, tum sanctarum scripturarum, tum diuini uerbi, tum de innum discutiendorū dogmatum neglectum, unde profunda illa ignorantia post multa sæcula eisdem cum eorum magno malo inuasit, Græcis populis emeruisse credendum. Cum enim, ut cum Romana ac latina ecclesia, nō modo dogmatibus, sed uitæ quoque consuetudine, non tam contentiose quàm perniciosè certarent sacerdotes matrimonii ac nuptiali uitæ se totos tradidere, facili negotio, omni prorsus eruditione neglecta, hæresibus ac scismatibus ecclesiā suam prodiderunt, licet enim ab apostolico sæculo græcorum, Sacerdotes ac Diaconi matrimonia obire possent, non tamen uniuersi, sed paucissimi (quod docent Ecclesiasticæ historiæ) matrimonii se implicabant imò uerò nullum eorum, quos aliqua eruditione insignis Græcia procreauit, uitæ vxoris implicitum legimus, quousque postea contentione suborta odio Rom. Ecclesiæ necessarium omnibus uideri captū est, quod planè erat indulgentia.

Græci populi ignorantia, unde

NON

NON MODO, ID SACERDOTIUM, quod cum pascendi obligatione iunctum est, sed quodcunque etiam cum matrimonio non conuenire. Cap. 67.

VERVM tunc de Euangelici sacerdotii ac matrimonii uirtuali contrarietate, id est, quæ ab utriusque sacramenti functionibus sumitur, satis dixisse uidebimur, si scrupulum remoueamus, quæ totam hanc disputationem eneuat, nam omnia quæ hucusque loquuti sumus, nihil eorum sacerdotum matrimonii qui pastoralis cura destituuntur, ledere uidentur neque enim simplices Sacerdotes aut prædicandi, orandi &c. ministeria suscipiunt, cum oues quibus huiusmodi partum indulgent omnino non habeant. Non ergo simplex sacerdotium cum actionibus matrimonialibus pugnat.

At, hæc obiectio facile diluitur. natura enim sacerdotii quemadmodum & aliarum quatuorunque rerū, non in hoc aut illo subiecto, sed in seipsa iuxta sui ipsius integrā & formalem rationem considerari oportet, & quod illi in seipsa repugnat, ubique illi repugnabit, deinde sacerdotium esse sine ouium cura, non tam sacerdotii natura, quàm abusus fecit, unde in hac sancta synodo tridentina magnis rationibus cautum est, ne amplius, sine beneficii titulo sacerdotes ordinentur. Tertio simplices sacerdotes ad ea sacerdotia, quibus adiuncta est pastoralis sollicitudo, promouetur, atque adeò solutus esse matrimonio oportet. Quarto, quantum nis simplices sacerdotes cura pastoralis destituuntur, habent tamen eam sacerdotii partem, quæ in offerendis sacrificiis occupatur,

cuius ratione potissimè corporis & animi requiritur puritas. Quinto demum falsum est simplicem sacerdotem, ad omnes tres illas sacerdotii partes, ipsa ordinis sumptione, etiam si huic aut illi, ecclesiæ non præficiatur, diligenter exequendas non esse constrictum. Cum enim quis in gradu sacerdotali constituitur, omnium illarum partium, non huic aut illi ecclesiæ, cui nondum est præfectus, sed uniuersali ecclesiæ confectum est debitor, idè enim sacerdotio donatur, quod & in ordinatione illi significatur.

De Diaconatu uerò aut Subdiaconatu, qui duò ordines proximè Sacerdotium accedunt, idem est ut antea diximus quod de Sacerdotio sentiendum. Sunt enim hæc duo ministeria imperfecta quedam sacerdotia, atque adeò eorum actiones & usus, non minus quàm Sacerdotii, cum usu matrimonii pugnare probantur. Vterque licet nō sacrificet, sacrificio tamen post sacerdotem proximè interest, idemque sacrificium populis imperio sacerdotis distribuit, aut idem uasque facta, quibus sancta misteria celebrantur attrahat, ut erque aut prædicandi, aut instituendi ministerium fortitur, ut erque licet nō publice, priuatis tamen precibus populum christianum adiuuandi obligationem habet, atque adeò eadem puritas ab utroque siue in ueteri testamento sub typo leuitarum, siue in nouo sub expressis nominibus omnino reposcitur. Præcipiebat olim dominus ut altare & sacra uasa, quibus Aaronicum sacerdotium utebatur, purpura inuoluta, leuitæ portarent, nec ea ullo pacto tangerent, aliòqui morituri, quid modo de nostris Euangelicis leuitis, id est, altaris & sacrificii ministris existimare licebit? Paulus etiam eandem pudicitiam quàm à Presbyteris à Diaconis postulat.

Num. 4.

1. Timot. 3.

FINIS LIBRI PRIMI.

MICHAELIS MEDINAE

ORDINIS MINORVM

REGVLARIS OBSERVANTIAE,

PROVINCIAE CASTELLAE.

DE SACRORVM HOMINVM CONTINENTIA,

eiufdemque origine, progrefione, & con-
summatione,

Liber. II.

VENIO iam ad id genus repugnantiae, qua non ab intrinseco, idest, ab ipsa rei natura, sed ab extrinseco, idest, a constituentium imperio deriuatur, quam pro duplici voluntate, vnde imperium oritur, duplicem quoque oportet statuere, vnam quae a propria, alteram quae ab aliena voluntate descendat, illa sibi ipsi vinculum iniicit, haec iniectum ab alio recipit, quam quod duplex sit aliena voluntas, diuina & humana, duplicem quoque distinguimus, vnam quam diuina voluntas rebus, quae aliud ex natura non repugnant, per suas leges intorquet, alteram quam eius praesectus, aut quicumque alius reipublicae custos, eisdem rebus, non sine magnis rationibus, & eiusdem reipublicae commodis infert. Quoniam vero diuina quam creata, & superiorum, quae talis est, quam propria, voluntas, & ordine naturae & gradu perfectionis est dignior, de ea repugnantia hoc secundo libro, quae sacerdotio & reliquo altaris ministerio & matrimonio, a diuina voluntate prouenit, primo; de ea, quae ab ecclesiasticis constitutionibus secundo loco dicemus; de ea demum, quae a propria voluntate per votum oritur, tertio libro seruabimus.

Quod sacerdotium & matrimonium formali repugnantia ex Dei constitutione non dissideant. Cap. I.



PRINCIPIO ergo hoc sit constitutum diuina lege. sacerdotium (summo autem sacerdotium, pro quoque sacro altaris ministerio) & matrimonium, nulla formali repugnantia disiungi, idest, neutrum, alteri sui ipsius ratione & in quantum est vtrunque, potestas quaedam, sibi mutuo aduersari id non aliunde apertius comprobare licet, quam ex ecclesiastico usu, qui iam tunc ab apostolico seculo, in sacerdotium & altaris ministerium coniugatos asciuit Petrum & Philippum uxores habuisse, etiam dum Apostolatu & sacerdotio fungerentur, veteres tradiderunt, immo uero Ambrosius apertè testatur, omnes Apostolos, Ioane & Paulo exceptis uxores habuisse, fuit & Tertullianus Presbyter matrimonio coniunctus, vt ex libris ad uxorem manifeste colligitur. Docent id apertius apostolici canones, quorum quinto praecipitur Presbyteris & Diaconis, ne religionis pretextu uxores ablignent. Sed iis omnibus sicut & fortius, ita quoque luculentius est Apostoli Pauli cum Episcopi aut Diaconi conditiones describit, testimonium. Oportet (inquit) Episcopum irreprehensibilem esse, vnius uxoris uirum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitem, doctorem, non uiolentum, non percussorem sed mo-

destum, non litigiosum, non cupidum, sed domui suae bene praepositam, filios habentem subditos cum omni castitate, & de Diaconis subinde, Diaconi sint unius uxoris uiri, qui filiis sui bene praesint & suis domibus. Quo loco non est intelligendum omnes Episcopos, Presbyteros, aut Diaconos, uideos Apostolum poscere, sed eos, qui uel unicam tantum habuerint uxorem, uel cum ad Sacerdotia aut ministeria promouentur, unicam haberent. Sunt in eam sententiam, ne ab apostolico seculo usum ecclesiasticum repetendo, simus in re aperta onerosi, rationes grauisimè: prima quidem quod eo priori seculo, quo ecclesia coepit emergere, penè uniuersi qui ad sacerdotia uocabantur, uxores habebant, quibus profecto ex Christi & Apostolica doctrina renuntiare non poterant, Deinde quod uniuersae ecclesiasticae constitutiones, quae sacerdotibus aut ministris altaris continentiam ab uxoribus intorquent, earundem habitatione non interdicat, sed potius ut eas, ac sorores habeat, & earum sollicitudinè quae christianis matrimonium erga illas iubet, exercent. Demum quod is qui coniugio copulatus est, ex uxoris permissione possit ordinari, quo profecto facto, matrimonium non soluitur, quod Paulus usque ad mortem perdurare non semel decernit, atque haec quidè de formali contrarietate.

PRO.

PROPONVNT VR RATIONES eorum, qui inter Christianum Sacerdotium, & matrimonium formalem repugnantiam ipso diuino iure, credunt intercedere.
Cap. 2.

AN uero sit inter Sacerdotium, & matrimonium uirtualis contrarietas, ex iure diuino, idest, an utriusque horum actiones secum mutuo repugnent, ita ut in uno eodemque subiecto, diuina constitutione conuenire non possint, grauior est difficultas, & in qua decernenda, altiori consideratione sit opus, ut in caeteris, in quibus propter sui obscuritatem auctores dissentiunt. Est autem huius controuersiae non unus, sed duplex status, pro duplici tempore, quo matrimonium inicitur. Aut enim matrimonium ante Sacerdotium contrahitur, aut postea quam Sacerdotio quis initiatur, aut quis post Sacerdotium aut altaris ministerium susceptum, ad coniungia descendit in quo duplici istorum sacramentorum statu, quid nobis de praesenti controuersia uideatur praferemus in medium. Sed primum hoc secundo libro, secundum quinto ac postremo pertractabimus. Ergo hic primò in duas omnino contrarias & penitus desidentes sententias a Theologis nostris confestim abitur. Sunt enim qui coniugales actiones nulla diuina constitutione, cum Sacerdotio aut altaris ministerio pugnare arbitrentur, contra sunt alii, qui formalem Ecclesiasticae disciplinae zelo, atque in sanctas ac ueteres consuetudines pietate qua polent, iure diuino prorsus matrimonium usum, cum Sacerdotio pugnare persuadere nituntur, eorum rationes & argumenta postea scribemus. Hos tunc ueteribus Sacerdotibus praecipua mundi- ciae, quae Euangelici Sacerdotii suo modo typus erat, tunc frequentes illi scripturae loci, quibus, uel Christus, uel Apostoli ad colendam castitatem aut Euangelici muneris ministros, aut Sacerdotes hortantur, tunc sanctorum multorum testimonia, quae usum matrimonii non rectè cum Christiani Sacerdotii puritate conuenire testantur, in eam sententiam impulisse uidentur. Nam ut sanctae scripturae testimonia omitteremus, quod satis in praecedenti libro sint a nobis exacta, hanc sententiam tum Graeci, tum Latini ab ipsis Ecclesiasticis seculis, non modo doctrina mirabiles, sed ipso uita instituto, sancti patres, & Ecclesiastici auctores comprobant. Neminem enim ex his, quos uel sanctitate, uel eruditione illustres tulit Ecclesia, siue apud Latium, siue apud Graeciam, coniugalibus uincu-

lis in Ecclesiasticis historiis irretitum legimus. Immo uero contra, plurimos uirgines, uniuersos uero titulo Castitatis, & puritatis insignes, Postquam coepit Iesus docere, ait, Sixtus Pontifex, omnes eius discipuli aut continentes fuerunt, aut uirgines. Et Euphianus. Reuera, inquit, Sancta Dei praedicatio, post primas nuptias non admittit ad sacerdotia, secundis nuptiis copulatos, sed neque eum admittit, qui unius uxoris uir adhuc ex ea filios generat, sed eum, qui ab una uxore se abstinet, aut uiduus factus est, similiter & in Diacono, Presbytero & Hippodiano, ubi perfectè seruantur. Ecclesiasticae regulae. Sed dicis mihi, Sacerdotes, Diaconos Hippodianos adhuc dare operam liberis, At hoc non est ex canone, sed ex uitio atque ignauia hominum illius temporis, profectum est. Et quia non reperitur satis ministrorum praet multitudine hominum. Cum enim a Spiritu Sancto disposita Ecclesia quod magis decorum est, semper uiderit. Didicit nunquam ab studio diuini cultus auocari. Haec tenus Euphianus. Quo loco non aliud sanctam Dei praedicationem, eundem intelligere uolunt, qui hanc sententiam probant, quam sanctum Christi Euangelium, aut Christi diuinam constitutionem, quae societatem matrimonii, & Sacerdotii lege ueteri permissam, sua auctoritate dirimerit. Is etiam in Epithomae uerae doctrinae. Sanctum, inquit, Sacerdotium ex uirginibus quidem, ut plurimum procedens. Si uero non ex uirginibus, aut ex solitariam uitam agentibus, Si uero non suffecerint ad ministerium solitarii, de his qui continent a propriis uxoribus, aut ab unius nuptiis uiduitatem seruantibus. Haec illa. In eadem sententia esse uidetur Eusebius Pamphilus Caesariensis Episcopus, Libro primò. De demonstratione Euangelica cum de noui & ueteris testamenti coniugiis, & continentia differeret. Illicque cum multos praesertim illius status, qui liberos procreassent, commemorasset, ita subiungit. Oportet enim (inquit, sermo diuinus) Episcopum unius uxoris uirum esse, uerumtamen eos, qui sacriati sint, atque in Dei ministerio cultuque occupati, continere se ipsos deinceps a commercio uxoris decet. Qui autem non ad tantum assumpti sint Sacerdotii munus, iisdem idem sermo diuinus indulget ac propemodum palam omnibus praedicat, quod utique honorabile sit coniugium & thorius immaculatus etc. Haec tenus Eusebius.

Quibus uerbis non de humana aliqua constitutione sed de diuina Eusebium loqui, cum inquit, sacro ordini initiatos, & monachos abstinere debere ab uxoribus, ipsa uerborum & sententiarum contextus apertissimè indicat. Confer enim non Ecclesiasticas constitutiones, cum

F veteris

lib. de uirg.
lib. de here.
in catharos.

Cap. 9.

S. Thom. 2.2
q. 88. ar. 9.

Lodou. cleto
us. in Ante
luther.
Fran. Torr.
lib. 2. de do-
gu. caract.

Manh.
corint. 7.

Rom. 7.
Corint.
& idest
vint. 7.

Ignatius in
epistola ad
Philadelph.
Clemens Ale-
xand. Strom.
l. 3.
Ambrosius in
2. epistola
ad corinth.
c. 11. in illa
uerba despo-
di enit. us.
&c.

1. Timot. 3.

veteris illius Ecclesiae constitutionibus. Sed no-
uam Christi legislationem cum veteri.

Clemens etiam Romanos Pontifices, & Pau-
li discipuli in Epistola secunda ad Iacobum fra-
trem Domini. Ad Dominica autem, inquit,
mysteria tales eligantur, qui ante ordinatio-
nem suam coniuges suas non nouerint.

Quod si post ordinationem, ministro alta-
ris contigerit proprium inuadere cubile uxoris,
sacrarii non intret limina, nec sacrificii por-
tior fiat, nec altari contingat, nec ab offeren-
tibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad
Dominici corporis portationem accedat, nec a-
quam Sacerdotibus porrigeat ad manus. Sed ostia
forinfecus claudat, minora gerat officia, vr-
ceum siue calicem, ad altare non afferat. Hac-
tenus Clemens.

Est in hac parte multus Hieronymus libris ad-
uersus Iouinianum in quorum primo hæc sunt
eius de hac re uerba. Sed neque, inquit, vnus
uxoris uirum filios generantem admittit Eccle-
sia, Chrysofomus Homelia secunda de patientia
Iob. Declarans illa uerba Pauli ad Titum.
Constituere Episcopos sicut ego disposui tibi. Si
quis est sine crimine vnus uxoris uir &c. Non ea
ratione, inquit, qua nunc in Ecclesia obserua-
tur, cum oporteat, quod omni prorsus castitate
ornatum sit Sacerdotium. Adducitur & Grego-
rius Episcopus Nifenus in abusum eorum, Sacer-
dotum, qui nuptiis implicantur inuehens, Quo-
modo, inquit, offers Deo tametsi ad hoc unctus
sis, qui non audis legem diuinam, quæ prohi-
bet consecrari non castum? Siricius & Innocen-
tius Primus, Romani Pontifices, multis ratio-
nibus & argumentis, quæ partim in præceden-
tibus attigimus, perfectam & absolutam castita-
tem ex diuino iure Euangelicis Sacerdotibus ac
ministris intorquere uidentur: Vrgent ambo lo-
cum illum Pauli, quo coniugibus orationis tem-
pore, carnalium desitiarum continentiam imponit.
Quanto, inquit, magis Sacerdos, qui omni mo-
mento paratus esse debet munditiæ puritate se-
curus, ne aut sacrificium offerre, aut baptiza-
re cogatur? Qui si contaminatus fuerit carna-
li concupiscentia, quid faciet? Excusabitur?
Quo pudore? Qua mente usurpabit? Qua con-
scientia? Quo merito hic exaudiri se credit,
cum dictum sit, Omnia munda mundis, conin-
quinitatis autem, & in fidelibus nihil mundum?
Hactenus Siricius.

Cuius uerba & sententiam Innocentius usur-
pat. Enimvero his locis Sancti Pontifices non
ullius legis humanæ, quam nullam memmora-
rant, transgressionem incessant, restat: ergo ut
diuinæ legis uiolationem reprehendant.

Deinde cum mala conscientia non nisi à le-
gis alicuius uiolatione deriuetur, & nullis hu-

manis legibus ante sua tempora, uxoribus le-
gitimarum commercia prohibitam dicant, su-
perest ut malam illam conscientiam non aliunde
quàm à diuinæ legis transgressione deriuatam
insinuent. Vrgent deinde locum illum eius-
dem Apostoli, quo eligendorum Sacerdotum,
& ministrorum regulam præscribit. Oportet
Episcopum esse unius uxoris uirum. Neque enim
hoc ideò Paulum dixisse uolunt, quod monoga-
miam cum Sacerdotio, necessario coniungit, Sed
quod potius castitatem inducat. Non inquit,
de permanenti inconcupiscentia generandi hoc
dixit, Sed propter continentiam futuram. Ne-
que enim integros non admittit, qui ait, Vellem
esse omnes sicut meipsum, Quam interpretatio-
nem Chrysofomus & Hieronymus comprobasse
uidentur. Ille homelia decima in Epistolam se-
cundam ad Timotheum. Hic uerò libro primò.
Aduersus Iouinianum. Vrgent tertio locum il-
lum ex eodem Apostolo. Qui in carne sunt,
Deo placere non possunt, non quod uelint. San-
cti Pontifices, ut hæretici docent, coniuges Deo
placere non posse, quod docebat Montanus, sed
quod in Sacerdotibus, qui sacrificandi & oran-
di pro aliis munus sortiuntur, peculiaris quæ-
dam Deo placendi ratio requiratur, qua non
tantum sint, generali quodam modo Deo ac-
cepti, sed amici charissimi qui etiam uitæ puritate
& innocentia diuinæ quandoque iustitiæ uim
inferant. Denique eas leges quæ Sacerdotibus
castitatem præcipiunt, non humanas sed diuinas
esse aperte docet idem Innocentius. Proposui-
sti, inquit, ad Exuperium Tolosanum scribens,
quid de his obseruari debeat, quos in Diaconi
ministerio positos, incontinentes esse, aut fuisse
generati filii prodiderunt. De his diuinarum
legum manifesta est disciplina. Et beatæ recor-
dationis Syricii Episcopi monita euidencia com-
mearunt, ut incontinentes in officiis positi ta-
libus omni honore Ecclesiastico priuarentur;
nec admittantur ad tale ministerium, quod so-
la continentia oportet impleri. Adducunt & Um-
bertus Cenomanensem Episcopum, Leonis no-
mi, ad Constantinopolitanos legatum, qui libro
aduersus Michaelen Imperatorem, & Leonem
Acridanum Patriarcham, multa maledicta in ca-
none decimotertio, Sextæ Synodi Constantino-
politane congefferit, interque ita de Romanæ
Ecclesie moribus, quæ Græcæ Ecclesie mores
correcturus scribit.

Quid Romana Ecclesia in gradibus clerico-
rum agat, seriatim & aperte prosequamur. Cle-
ricos tantum Hostiarios, Lectores, Exorcistas
& Acolytos, si extra uotum & habitum mo-
nachorum reperiuntur, & extra continentie pro-
fessionem, uxorem ducere uirginem cum be-
nedictione Sacerdotali permittit, non autem
uiduam

uiduam aut repudiatam, quia propter hoc so-
lum deinceps, neque ad Subdiaconatum proue-
hi poterunt, neque laicus non uirginem forti-
tus uxorem, neque bigamus ad cleritatem. Quod
si quis præfatorum ordinum, ad Subdiacona-
tum ascendere uoluerit, nequibit hoc sine con-
sensu uxoris, ut de carnali fiat deinceps spiri-
tuale coniugium, nemine eos ad hoc cogen-
te, neque permittitur postea uxor iungi eidem
suo marito carnaliter, neque cuiquam nube-
re inuita aut post mortem illius, alioquin ana-
thematisanda est, sicut & Subdiaconus, Dia-
conus & Presbyter aut Episcopus deponendus
suam repetens, aut extraneam ducens, ut in
Neocæsariensi Concilio decretum est. Tali-
bus traditionibus Sancta Romana & Apostoli-
ca Sedes, omni mundo refulsit. Neque ali-
quando Apocryphis scripturis acquieuit, sed per
primos Apostolorum in ipso lapide summo Chri-
sto Iesu fundata, nullis vnquam hæresibus ces-
sit, neque prohibuit uti coniugio laicos, sed
sacri altaris ministros & Apostolicam profes-
sionem professos. Ecclesia uerò Græcorum ad
Sacri altaris ministerium ordinandos interro-
gat, an habeant uxores, quod si responderint
se non habere, compelluntur primò ducere,
& sic impositionem manuum accipere, ut noui
mariti, & recenti carnis uoluptate toti resolu-
ti & maridi inter sancta & mundissima sacrifi-
cia cogitantes quomodo placeat uxoribus im-
maculatum Christi corpus tractent atque popu-
lo distribuunt, indeque sanctificatas manus ad
tractanda membra uirilia more referant, ut sit
sicut Populus sic Sacerdos, ut tandem ruina po-
puli sint Sacerdotes. Hactenus Umberto. Do-
cetque eo libro canon, illum decimotertio, qui, ut
illæ uult, sextæ synodo falso imponitur, tum ex-
statuentium libidine, tum uerò ex praua cuius-
dam canonis ex sexto libro Apostolicarum con-
stitutionum excerpto, quo ita decernitur. Epi-
scopum, Presbyterum & Diaconum dicimus, qui
vnam habet uxorem, ordinari, quamuis uiuant
eorum uxores, quamuis defunctæ sint. Neque
licet eos post manus impositionem inuuptos esse,
neque insuper ad nuptias ire, aut si nupserint,
alias amplecti, sed sufficere eis habere illas,
quas ante ordinationem habebant. Ergo si Um-
berto credendum est, Græci Sacerdotes, non
iuris diuini indulgentia, sed mera ignorantia
ac libidine, adepti sacros ordines in commercium
carnale retinent.

Demum si rationibus, quæ à Sacerdotii natu-
ra fluunt, certandum est, plerasque multas li-
bro primo attulimus, quæ nullo pacto matrimo-
nii actionibus cum actionibus Sacerdotii con-
uenire satis euidenter demonstrabant. Quod au-
tem alicui rei ex-natura ipsa repugnat, quis dubi-
tet iure naturali ac diuino, quod idem iudicatur,
perinde repugnare?

Quod si eas non quodcunque matrimonium,
sed quod post sacros ordines acceptos, assumi-
tur, collidere quis comminiscatur, illud protin-
us hoc superfugium occludet, quod eadem sit
utriusque ratio, matrimoniales nanque actio-
nes; æquæ Sacerdotii rectè peragendi functio-
nem impediunt, si matrimonio ante sacros ordi-
nes inito deriuentur, ac illæ quæ expostea con-
tracto descenderent. His similibus rationibus,
& sanctorum locis ii Theologi persuasum habet,
ex diuina constitutione ac præcepto, teneri Sa-
cerdotes ac altaris ministros, quos Diaconos
aut Hypodiatonos appellamus, actionibus con-
iugalibus abstinere, prorsusque ab Euangelico
instituto disfidere eorundem coniugia. Et ita
quidem isti Euangelicis legibus iureque diuino
aduersum iudicant matrimonii usum cum Sa-
cerdotio coniungere.

E O R V M, Q V I I N T E R
actiones coniugales & sacerdotii, aut sacri
ministerii functiones, diuino iure dis-
fidium esse non credunt, ra-
tiones recitantur.
Cap. 3.

C O N T R A uerò sunt, quibus omninò
contrarium placeat, nempe sola humana
constitutione celibatum annexum fuisse Sacer-
dotio, quod tum scripturæ sanctæ locis, tum san-
ctorum patrum exemplis, tum eorundem testi-
monis, tum demum rationibus, demonstrare
contendunt. Paulus, ait, Apostolus, dum de
deligendis Episcopis, Presbyteris, ac Diaconis,
leges præscribit, tantum abest, ut matrimonium
à sacerdotio obliget, aut eos unius uxoris uiros
futuros decernat. Oportet, inquit, Episcopum
irreprehensibilem esse unius uxoris uirum &c.
Atque hæc de Episcopis, de Presbyteris autem,
Huius gratia, ait, ad Titum, relinqui te Cretæ, ut
ea, quæ defunt, corrigas & constituas per ciuita-
tes Presbyteros, Sicut & ego disposui tibi, si quis
sine crimine est, unius uxoris uir, filios habens
fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non sub-
ditos &c. Rursus de Diaconis sub quo nomine
ut superius diximus Hypodiatonos claudit Græ-
corum more Diaconi sint unius uxoris uiri, qui
filiis suis bene præsent & suis domibus: Iam huic
sententiæ suffragantur quoque Apostolica exem-
pla, qui uerum Euangelicæ legis sensum percal-
uissè Spiritu Sancto docente negari non potest. I.
Corinthios nono. Paulus. An non habemus, in-
quit, potestatem sororem, mulierem circumdu-
cendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres domi-
ni, & Cephas? ubi ad ea quæ uolunt, sororem, vxorē
interpretari possumus, Quamquam, n. v. v. plerun-

lib. de casti.
c. xlii.

Siricius in
epistolâ ad
Tellen.com.

In Epist. ad
Exupe. Tol.

1. Timo. 3.

Roma. 8.

d. 8 r. c. p.
posuisti.

1. Timo. 3.

ad Tit. 1.

1. Tim. 1.

que pro quacunque muliere sumatur, multoties, ta-
men τὴν ἀλοχίαν, uxorem, designat, quę significatio
uideatur. Nam quorsum Paulus eam fororem
mulierem appellasset nisi uxor esset, cum satis es-
set dicere. Sororem? Vir enim non est foror sed
mulier tantum, ergo addens γυναῖκα mulierem pla-
nè nobis ostendit, se non de quavis muliere, sed
de ea quę uxor sua esset, sermonem facere, quę
admodum, si quis præceptor diceret, An non ha-
bemus potestatem adolescentem discipulum, uir-
gis castigandi? quis non intelligat illum non lo-
qui de quouis adolescente, sed de eo qui suus sit di-
scipulus, consimili modo, Apostolus γυναῖκα hic
addens, ut non de quacunque forore intelligatur,
sed de ea, quę sua sit uxor mulier necesse est. Vo-
lunt & huc pertinere, quod in Epistola ad Philip-
pen. scribit Apostolus. Etiam rogate germane
compar adiuua illas quę tecum laborauerunt in
Euangelio, cum Clemente & cæteris adiuutoribus
meis, quorum nomina scripta sunt in libro uitę.
Vbi dictio γυναῖκα masculina uoce, sed femi-
nino significatu, uxorem ac uitę sociam denota-
re uolunt. Petrus & Philippus, ait Clemens Ale-
xandrinus vir præter admirandam omnium disci-
plinarum eruditionem Apostolicis temporibus
proximus, aduersus Tatianum & Encratitas hæ-
reticos loquens, an etiam reprobant Apostolos?
Petrus enim, & Philippus filios procreauerunt: Phi-
lippus autem filias quoque suas uiris tradidit: & Pau-
lus quidem certè non ueretur in quadam Epistola
suam appellare coniugem, quam non circumfere-
bat, quod non magno esset ei opus ministerio. di-
cit itaque in quadam Epistola. Non habemus po-
testatem fororem mulierem circumducendi ut Ce-
phas & reliqui Apostoli? Ignatius etiam Martyr
Ioannis Apostoli discipulus & Antiochenus Epi-
scopus in Epistola ad Philadelphenses, post cele-
brem uirginitatis commendationem, Non detra-
ho, inquit, cæteris beatis, qui nuptiis copulati fue-
runt, quorum nunc memini, opto enim Deo di-
gnus ad uestigia eorum inueniri, sicut Abrahaam
Isaac & Iacob sicut Ioseph, Isaias & cæteri pro-
phete, sicut Petrus & Paulus & reliqui Apostoli,
qui nuptiis fuerunt sociati, qui non libidinis cau-
sa, sed posteritatis surrogandę gratia, coniuges
habuerunt. Hactenus Ignatius, cui in hac parte
tanquam Apostolorum discipulo, omnino fides est
adhibenda. Inter posterioris sæculi patres Am-
brosius docet, Omnes Apostolos Paulo & Ioan-
ne exceptis, coniugia coluisse, explicans illa uer-
ba Pauli ad Corinth. Respondi enim uos &c. Ni-
colaum etiam Diaconum unum ex septem quos Apo-
stoli creauerunt, uxorem eamque pulchram habuisse,
testes sunt Clemens Alexan. Eusebius, Epiphani-
us &c. Et ut ad posteriora sæcula descendamus
Charemon uir sanctissimus Nilopolis urbis Aegy-
pti Episcopus, Eusebio eodẽ auctore, cum ad Ara-
bicum montem una cum grandæua uxore disces-
sisset, perfectione Datiana actus, nulli ultra ap-

Philip. 8.

Pet. marry.

Alex. li. 3. Strabo.

lib. 6. Eccl. hist. 5. 1.

paruit. Is ipse etiam auctor est Phileam Episco-
pum Thinius, uirum nobilem ac multis in Roma-
na Republica functum honoribus ad præsidem pa-
ganum ductum, nullam propinquorum uxoribus &
filiis in fide confitenda rationem habuisse.
Chrysostronus deinde miris laudibus, itegra ora-
tione beatum Philogonium extollens, inter alia
sic inquit, Porro quod elegerit illum Deus, uel
ex ipsa morum integritate perspicuum est, quip-
pe quem ex medio arreptum foro ad thronum huc
euekerit, adeo castam & insignem egit uitam
cum uxorem haberet ac filiam &c. Mirabilem
sanctitatem præterea Spiridionis Episcopi Cyprio-
rum Rufinus libro decimo Ecclesiasticę historię
recenset, cum tamen cum uxoratum fuisse, inde
constet, quod filiam Irenem, quę illi ministrabat
habuerit. Ireneus etiam libro primo contra Va-
lentinum de Marco quodam, quem ait fuisse ma-
leficum & præstigiatorum, loquens, eum in Asia
ad Diaconum quendam diuersisse eiusque uxo-
rem malis artibus corrupisse, narrat: habebant
igitur eo sæculo Diaconi uxores. Sed quid?
An multos sanctissimos Episcopos, & Pontifi-
ces ex Episcopis, item Presbyteris & Diaconis
ortos fuisse negare possumus? Audiamus Da-
masum ad Hieronymum scribentem. Osius Pa-
pa fuit filius Stephani Subdiaconi. Bonifacius
Papa fuit filius Iucundi Presbyteri. Fœlix Pa-
pa fuit filius Fœlicis Presbyteri de titulo fascio-
læ. Agapitus Papa fuit filius Gordiani Presby-
teri. Theodorus Papa fuit filius Theodori Epi-
scopi, de Ciuitate Hierosolyma. Siluerius Pa-
pa filius Siluerii Episcopi Romę. Deus dedit
Papa filius Iucundi Presbyteri. Fœlix enim Ter-
tius natione Romanus ex patre fœlice Presby-
tero fuit. Item Gelasius natione Afer ex pa-
tre Episcopo Valeriano natus est. Item Agapi-
tus natione Romanus ex patre Gordiano Pre-
sbytero originem duxit. Complures etiam alii
inueniuntur, qui de sacerdotibus nati Aposto-
licę sedi præfuerunt. Hactenus Damasus siue
Gratianus, Gregorius & Nazianzenus Episco-
pus totius Gracię splendor, patrem Sanctissi-
mum Episcopum, matremque cum illo coha-
bitantem habuisse in omnibus suis scriptis ter-
tio quoque uerbo recenset. Sed eius laudes cum
alibi frequenter celebret, tum uerò maxime in
oratione, quam habuit in eius funere. Sunt &
uxorati sacerdotii in Ecclesiastica historia com-
plura alia exempla, sed hæc satis erunt,
ad persuadendum diuino iure cœliba-
tium non esse annexum Euange-
licę religioni, si sacerdotio, quod prio-
res contendebant, non fuerit, sed tantum ex
humana Ecclesię consti-
tutione.

lib. 6. hist. Eccl. 6. 10.

Habetur in 3. som.

cap. 5.

cap. 9.

d. 5. 6. 6. Ofiu.

lib. 2. 6. 2.

P A T R E S Q U O Q U E hanc doctrinam tradidisse. Cap. 4.

N V N C ad sanctorum patrum doctrinam, quę idem astruat accedo. Et in primis Dionysius Corinthiorum Episcopus Apo-
stolico sæculo propinquus, & mira sanctitate per totam Orientalem Ecclesiam illustris, Pinytum Gnosiorum Episcopum eleganti Epistola à castitate clero imponenda deterruisse scribitur. Vnde Eusebius de eius epistolis loquens, sic ait. Coniungitur & his, alia eius Epistola ad Gnosios, in qua commonet & deprecatur Episcopum eorum Pinytum ne graui onera discipulorum ceruicibus superponat, nène fratribus necessitatem compulsa castitatis indicat, in quo nonnullorum pereclitetur infirmitas. Hactenus Eusebius. Similemque multos post annos Valericus Episcopus Augustanus uir summa sanctitate celebris ad Nicolaum Primum Roman. Pontifi. cœlibatum urgentem scripsisse uidemus, in qua multis rationibus contendit eosdem clericos ab uxoribus non esse arcendos. Ante hanc quoque Tertullianus Presbyter, tum alibi multoties, tum uerò libris ad uxorem directis, se prodit uxoratum fuisse, immò uerò in exhortatione ad castitatem, coniugia Sacerdotum approbat. Clemens Romanus Apostoli Pauli comes, & Petri discipulus, cum in Apostolicis constitutionibus, quales essent Episcopi eligendi, ex Apostolorum præscripto doceret. Talem, inquit, oportet esse Episcopum qui sit unius uxoris uir, quę quidem semel nupserit. Et nequis putet, eum unius uxoris uiduum, quod quidam cõminiscuntur futurum, subiungit. Si sit honestus, fidelis, moderatus, si uxorem honestam habet, uel habuerit, si filios religiosè educatos & in disciplina institutos produxerit. Apertius his est, quod Gratianus ex quintodecimo lib. Augustini de Ciuitate Dei recitat. Hic enim conuincitur non diuinam sed humanam prorsus fuisse constitutionem. Ecclesia inquit, Post Apostolica instituta, quædã consilia perfectionis addidit, utpotè de continetia ministrorum Ecclesię, hoc ergo non erat necessitatis præceptum, sed honestatis consilium.

lib. 4. Eccl. historie.

S Y N O D O R V M, C V M prouincialiũ, tum generalium, probatur usum matrimonii non pugnare cum sacerdotio diuino. Cap. 5.

H V C V S Q U E apud Gratianum Augustinus multò maius his omnibus habent momentũ, quę ex Synodorum, cum prouincialium, tum generalium deinde ex Romanorum Pontificum decretis, in hanc sententiam producantur, ubi numeratis uerbis planè pronuntiat. Cœlibatum ex Ecclesiastica tantum sanctione appositum fuisse sacris ordinibus. Talis est Nicenę Synodi constitu-

tio, quam historia Tripartita memorię commenda-
dauit, qua ex Paphnutii Episcopi, & confessoris Christi, sententia cautum est, ne uxores clero ob
periculum fornicationis tollerentur. Sextę Syno-
di cano. 13. quo idem statuitur. Ancyrane can. 10.
Gangren. can. 4. Romanę sub Siluestro, cano. 29.
decretum Clementis Tertii in cap. Quæsitum de
pœnitentiis & remis. decretum Stephani Roma-
ni quoque Pon. in can. Aliter 31. Et demum Græ-
corum Ecclesiam in qua uiri (quod Latini inficia-
ri non possumus) non modo admiranda sanctita-
te celebres, sed humanę & diuinę literaturę con-
sulesissimi, mundo illuxerunt, testem huius senten-
tię proferunt, quę in hunc usque diem matrimo-
nii usum à Sacerdotio non separat, quod si diuino
iure cum illo pugnaret, non esset proculdubio fa-
ctura. Est igitur ut hi sentiunt, cœlibatus in Ec-
clesia Latina, à Romanis Pontificibus & synodis,
à quibus, sacris ordinibus initiati, non ex diuinę
legis necessitate, sed ob sacri ministerii honesta-
tẽ, & decorem ab usu matrimonii arcentur, atq;
id quidem in Siricium, alii Lucium primum Roma-
nos Pontifices referunt. Adducunt hi & apud Pe-
trum Damianum in Epistola ad Umbertum Tau-
rinensem Episcopum, auctoritate Triburienfis cõ-
cilii, in quo statutum esse dicitur, ut etiam promo-
ti ad sacros ordines in eundi coniugii haberent fa-
cultatem.

I D E M R A T I O N I B V S Theologicis demonstratur. Cap. 6.

R A T I O N I B V S Demum ex Euangelicę uitę instituto productis, hoc ipsum persua-
dere conantur. Nam cum apud omnes sit in
confesso, nullam Ecclesiasticam potestatem in di-
uina iura auctoritatem fortiri, & hi persuasum ha-
beant, Romanos Pontifices cum sacris homi-
nibus, non modo posse dispensare, sed plerunq;
dispensasse, inde colligunt cœlibatum, humana
tantum constitutione constare.

Deinde castitatis onus, propter carnis infir-
mitatem & in opus generationis propensionem,
nulli perpetuo potest imponi, neque igitur Sacer-
dotibus, Nam castitas nulli nisi diuino munere cõ-
tingit, iuxta illud. Qui potest capere capiat, & il-
lud, Sciui, quoniam aliter nõ possem esse continēs,
nisi Deus det, & hoc ipsum erat summa sapientia,
scire cuius esset hoc donum, potest autẽ sacerdoti-
um aut sacrum ministerium imponi ergo &c.

Tertiò, matrimonium per sacros ordines non
soluitur, non igitur illi diuino iure matrimonio re-
pugnant, nam hac ratione & nõ alia, matrimonium
nõdum per copulam carnalem perfectum (ut isti
putant) ingressus religionis elidit, quod scilicet di-
uino iure religio matrimonio aduersetur: ergo
cum susceptis sacris ordinibus non dissoluatur,
cum illis non pugnat iure diuino. Sed in affe-
rendis

5. Strab. 2. 2. 7. 33. 6. 2.

Math. 19.

Sapient. 8.

rendis pluribus rationibus nolo esse molesto; eum in res potius; e sancta scriptura & Ecclesia & flico: usum quam humano ratiocinio dependet, & has omnes, quæ possint excogitari. Siue ab hereticis, siue a catholicis sint referendæ;

AVCTORIS. IN HAC PARTE. PRO-
ponitur sententia, quæ ambarū illarum ex-
tremarum, quas recitauimus; me-

IN hac uero cōtrouersia, quæ ouium pene es-
trum, quæ nostro seculo inter catholicos discer-
ptantur est grauisima, quid ego post tot eruditō-
rum hominum iudicia sentire deberent (scilicet)
non paucis diebus quàm maiori potui utriusq; sen-
tentiae rationum expensione, mecum ipse reputa-
ui. Non enim Catholicæ Ecclesiæ præiudiciōres
mihī uidebatur decernendā, ut contingere solet,
cum aduersus hæreticos decertamus; cum in utra-
que quæstionis sententia, uiri sint omni genere sa-
pientiæ, & pietatis, insignes. Siue enim illi, qui do-
cēt, cœlibatū diuino iure sacerdotio ordinibus-
que sacris annexum, siue illi qui id tantum putant,
Ecclesiæ constitutione constare, fidelissimi sunt
Ecclesiæ filii, & qui eam eiusque dogmata, uellent
pro ueritate tueri; quāquam ea sententia, quæ Euan-
gelico Sacerdotio ex Ecclesiæ statuto cœlibatū
adnectit, communis quoque sit hæreticis nostris,
qui possunt dicere suum Lutherum, omnem Ecclesiasti-
cum decorem ac puritatem, euertere instituerūt.
Non enim sacri cœlibatus inuafores, maioris an-
tiquitatis, in Irineo, Epiphano, Theodorito, Phi-
lastro, Euthinio, Augustino, Isidoro, ac reli-
quis, qui hæreticorum insanias posteritati man-
darunt, in hac parte reperio. Nam Iouinianus
ad quem odium cœlibatus sacerdotalis à quibus-
dam refertur, longe aliam coluisse hæresim, quæ
nimirum Virginitati matrimonium æquaret, tum
Augustinus libro de hæresibus, tum in his libris,
quos in illum scripsit Hieronymus, docet. Sunt
qui ante Lutherum eundem errorem Waldensibus
tribuunt, qui docebant, ius contrahendi matrimo-
nii cuiusque homini nullius auctoritate posse in-
terdici, Sed hos hæreticos nunquam tanti estima-
ui ut eos auctores alicuius erroris nominandos pu-
tauerint, sed potius stultos & insanos hoīes, qui
hæretico furore bachantes absque ullis rationibus
aut fundamentis, quidquid in buccam ueniret, con-
tinuo eferrent. Est tamen in hac parte magnope-
re aduertendum, inter hæreticos & catholicos, qui
nolunt diuino iure matrimonii usum, cum sacer-
dotio pugnare, longum esse discrimen. Nam cat-
holicis, uxoris abstinentiam, ordinibus sacris Spi-
ritu Sancto, per Pontifices aut ecclesiastica con-
cilia suggerente, adiunctam, eosque post eorum-
dem ordinum susceptione ad castitatis obseruan-
tiam recte posse compelli, ingenue confitentur.
Contra hæretici, non modo id non docent, sed

contra Euangeticas regulas, sacerdotes reliquas-
que personas sacratas, à matrimonio reuocari,
constantissimè asserunt, idque planè credunt à
Paulo futura secula prædicente damnari, (cum
inquit) Spiritus manifestè dicit, Quia in nouissi-
mis temporibus, discedent quidam à fide atten-
dentes spiritibus erroris & doctrinis demonio-
rum, in hypocrisi loquentium mendacium & cau-
eriatam habentium suam conscientiam, prohi-
bentium nubere &c. quorum spurcum errorem
cum id quod ad nostrum auctorum cōtrouersiam
attinet, nostra sententia composuerimus, sumus
Deo auctore, collisuri nunc quid nobis in hac par-
te uideatur prodamus. Itaque (ut superius dixi-
mus) duplex mihi prius matrimonii siue nuptia-
rum status considerandus uidetur. Aut enim ma-
trimonium ante ordinum sacrorum assumptionē
initur, ita ut illi, consecratio superueniat, aut con-
tra, sacris ordinibus matrimonium superuenit.

Ergo ut coniugia ante sacros ordines assumpta
eorumque usum, iure diuino cum iisdem sacris
ordinibus pugnare non crediderim, ita coniugio-
rum post Sacerdotium Diaconatum, sub Dia-
conatum contractorum usum diuinæ præorsus exi-
stimo institutioni contrarium, etiam si nullum
esset in hac parte uotum, atque in his duobus enun-
tiationis comprobandis, post hæc pro nostra con-
suetudine, tum sanctis scripturis, tum Ecclesia-
sticis decretis, tum sanctorum patrum doctrina,
tum demum solidis rationibus. Et quæ ab Euan-
gelicæ legis natura deriuentur utemur. Hi enim
sunt loci, ex quibus Theologi hac nostra præfer-
rim memoria, cum Ecclesiastica auctoritatis fru-
ctu, aduersus hæreticos decertare solent.

MATRIMONII POST SA-
cros ordines accepti usus, cum eorumdem
sacrorum ordinum functionibus re-
pugnare, locis scriptorum de-
monstratur. Cap. 8.

ERGO ut posterius illud enuntiatum, quod
astruimus, matrimonia post sacros ordines
contracta eorumque usum diuino iuri ad-
uersari, persuadere incipiamus, hæud paruo ar-
gumento mihi esse uidentur Pauli Apostoli ad
Timotheum & Titum loci, quibus Episcoporum
Presbyterorum & ministrorum electionem præ-
scribit, quanquam & alterius sententiæ patroni,
eos à sua parte stare, constantissimè credant. Nā
si Paulus ex Christi (ut hæretici quoque non diffi-
tetur) constitutione, eos tantum ex coniugatis his
ordinibus ornari permittit, qui sint aut fuerint u-
nius solius uxoris mariti quali uxorum siue simul,
siue successiue ductarum pluralitas, sacerdotio ac
reliquis ordinibus sacris repugnet, non igitur, si-
ue qui unius uxoris iudius erat, siue qui cum una
tantum

1. Tim. 4.

lib. 4.

Idem Scot. d. 3. 4. sen.

1. Th. 4. ad Tit. 1.

tantum ad consecrationem ascendit, susceptis se-
mel sacris ordinibus, nouas nuptias celebrare per-
mittit, nam si id non postulat mens Apostolica,
quorū ex coniugio assumptos, unas tantummo-
do nuptias coluisse præscribit cum possit & alias
postmodum inire?

IDEM SYNODORVM PRO-
uincialium & generalium, decretis
astruitur. Cap. 9.

SEDE multò apertius mentē Pauli aliorumque
Apostolorum, qui Christi leges mundo pro-
mulgabāt, ostendit uigentesimū sextus canō. apo-
stolicus, in quo de eorum, qui essent ad clerum
applicati nuptias agentes, sic aiunt. Ex his, qui nõ
ducta uxore, ad clerum promoti sunt, iubemus,
si uelint, uxorem ducere lectores & cantores solos
in quæ uerba Theodorus Balsamon. Ante ordina-
tionem (inquit) permittebatur omnibus uxorem
ducere, & ita eos ordinari Diaconos, Subdiaconos
& Presbyteros, post ordinationem uerò, solis le-
ctoribus & cantoribus uxorem ducere concessum
est, Hactenus Balsamon. Similis est Neocesariē-
sis synodi, quæ omnes & orientis & occidentis sy-
nodos ut Balsamon annotauit antecessit, consti-
tutio, cui synodo Basilius Ponti Episcopus, & Sub-
licinio Crasso Beatissimus Christi martyr inter-
fuit, & non ut quidam putarunt, Basilius magnus
& Nazianzenus, qui multò posteriores fuerunt, hi
enim sub Constantio; Iuliano; & Iouiniano flo-
ruerunt. In hac ergo synodo sic statutum est, Pres-
byter si uxorem duxerit, ab ordine illum deponi
statuimus. Quod si fornicatus fuerit, uel adulte-
rium comiserit, extra ecclesiam abiici & ad pœ-
nitentiam inter laicos redigi oportere. Hic uide-
des diuersam fornicationibus & adulteris, ab his,
qui uxores ducunt, pœnam à synodo taxari, nam
illis cum gradus sacri retentione, pœnitentia im-
ponitur, contra, hi, à gradu remouentur, idest, ab
ordinis usu & executione, tanquam qui diuinas le-
ges de sacerdotio uiolauerint. Romana etiam sy-
nodus sub Syluestro Pontifice & Constantino Im-
peratore, quo tempore in ecclesia, latina præfer-
rim leges, ac diuinas constitutiones (celebratis
Episcoporum comitiis) propalare licuit. Nemo
inquit, à diē oneris Presbyterii sumat coniugium.
Quod si quis negligenter egerit, duodecim annis
eum dicimus priuari honore. at si quis contra hūc
præsentem chirographum ac publicè dictum ege-
rit, condemnetur in perpetuum. Hactenus syno-
dus. Quæ constitutio cum adhuc matrimonia
antè sacros ordines, inire liceret, neque eorū usus
esset adhuc interdictus, profecto non ab humano
aliquo imperio, sed quasi à diuina constitutione
profecta, existimanda est, quorū enim Sacer-
dotem Presbyterum, Diaconum, aut Subdiaconū,
imperpetuum patres illi, ob humanæ constitutio-
nis trasgressionem, gradu deiciendum putarent;

nisi id ex diuino iure per ecclesiasticam traditio-
nem; accepto deriuari, præsumerent Concilium
deinde Aurelianense tertium sub Childeberto
Francorum rege, Clerici, ait, qui cum uxores non
habuerint, benedictione suscepta coniugia credi
derint eligenda, qui uolentes, absque ulla recla-
matione in ætate fuerint legitima ordinati, cum
ipsis mulieribus, quas acceperunt, excommunica-
tione percillantur, quod si inuitus uel reclamans
fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur,
sed non à communione pellatur. Statuerat hæc
synodus canone primo, ut ii, qui ex matrimonio
fuerant ad sacros ordines euecti, propriis uxori-
bus non miscerentur, alioqui laica communione
contenti, proprio ordine caderent, hic autem eos
qui semel susceptis ordinibus coniugia super indu-
cerent, cum ipsis mulieribus excommunicantur.
Longè igitur grauior est culpa post susceptos sa-
cros ordines, quàm antea nuptias celebrare, non
ergo utique in eadem leges peccabant, aliòqui
par esset delictum, cum materia sit eadem, Quin
excommunicatio eo præsertim sæculo, non in le-
ues culpas sed in eas, quæ leges diuinas uiolarent,
uibrabatur. Concilium Toletanum octauum. Si-
cut sanctū christma collatum (ait) & altaris honor
propter consecrationem, quæ per Episcopos tan-
tum exercenda & deferenda sunt, euellere queat;
ita quoque sacrum decus honorum quod his com-
par habetur & socium, qualibet fuerit occasione
perceptum, manebit omni modo inconuulsum, si
cut enim & summò, sancti baptismatis inaprecia-
bile donum semper & sæpe, non solum uolētibus
uerum etiam quod maius est, nescientibus impar-
titur, tamen hoc à nullo penitus profanari per-
mittitur. Sic nec quod diuina iussione simulque
apostolicæ traditionis auctoritate, sacrum nosci-
tur extitisse, à quoquam aliquando profanari lice-
bit. Vnde quicumque etiam si inuiti ad ecclesia-
sticarum officia dignitatum assumuntur, deserere
quam semel receperunt gratiam donumque ne-
quaquam audeant. Si uerò ad coniugia moresq;
sæculi redire attentauerint, omni Ecclesiastica di-
gnitate priuentur & apostata habeatur & in mon-
asterio donec uixerint, sub pœnitentia retrudan-
tur. Hucusque concilium, ubi non solum semel
consecrati homines (hoc enim intelligit Ecclesia-
sticæ dignitates) ad matrimonia descendentes
grauissimè quasi in diuinas leges sacrilegi puniū-
tur; sed etiam ratio ob quam eodem iure, ad eas-
dem nuptias celebrandas inepri haberentur, osten-
ditur. Nam quemadmodum Sancti Chrysmatis
altaris, aut baptismi suscepti sanctitas profanari
non potest, idest, ad profanos usus & communes
conuerti, ita neque sacræ personæ. Vbi aduer-
tenda sunt uerba concilii, quibus huiusmodi sacros
homines, non quouis imperio sed diuina iussione,
& Apostolicæ traditiones auctoritate, consecra-
tos affirmant. Sacrarum profecto, non est aliud quàm
ad sacros usus aliquid dedicari, ita ut iam ad com-
munes

Alberto. Pighius. i. cō-
uoue. de. cali-
ban.

Con. 7.

Inter no-
stra heresi-
cos, Iou-
niansum di-
scrimen est.

Claudius
cassiodorus li.
4. Valde.

munes, consecratione perdurante, nō possit assumi, sic aras, sic tēpla, sic vestes, sic cibos, sic loca, sic tempus, in libris noui & ueteris testamenti consecratum accipimus, cum ergo eius synodi patres, non suscipiendi post assumptos ordines matrimonia, causam reddunt, quōd diuina iussione atque Apostolicæ traditionis auctoritate Episcopi Presbyteri &c. ad Euangelici sacerdotii ministeria cōsecrati fuerint (haud dubium) aliud non intelligunt, quā semel susceptis ordinibus sacris diuino iure, sed per Apostolos Ecclesiæ tradito, ad cōmunes & prophanos usus matrimonii reuocari nō posse. Ita ut quem admodum ex ui consecrationis, calix dum est consecratus, ad humanæ vitæ necessitates aptari non potest, ita Episcopus Presbyter, Diaconus & Subdiaconus ex ui consecrationis, nuptialibus vībus inepti habeatur. Sexta demum synodus generalis, aut quod nemo negare poterit, totius Græciæ patres, Constantino-poli, in Trullo congregati, quos alioqui luxuriæ sacerdotalis patronos quidam uocant, quique vxoratos homines, sacros ordines promotos absque peccato, suo matrimonio frui posse decernunt, cū ad eos qui iam erant eisdem sacris ordinibus initiati veniunt, ita statuūt. Quoniam Apostolicis canonibus dictum est, eorum qui non ducta vxore in clerum promouentur, solos lectores & cantores vxorem posse ducere, & nos hoc seruantes decernimus, vt deinceps nulli in penitus Hypodiacono vel Diacono, vel Presbytero, post sui ordinationem, coniugium contrahere liceat, si autem fuerit hoc ausus facere, deponatur, si quis autem eorū, qui in clerum accedunt, velit, lege matrimonii mulieri coniungi, antequam Hypodiaconus vel Diaconus, vel Presbyter ordinetur, hoc faciat, hæc sexta synodus. In qua parte, quod patres dicunt deinceps hoc se velle obseruare &c. non ita est accipiendum, vt tunc hanc legem conditā quisquā intelligat, cum hanc synodum multi ex his, quos attulimus canones, præcesserint, sed quōd huius diuinæ constitutionis abusum qui fortē sub intrauerat, velit excludere. Vnde se Apostolicum canonem renouare aiunt, qui canones magna ex parte vel à Christo dum adhuc in terris ageret, vel eius imperio, iam in cēlos assumpti conditi, sunt credendi, ad ecclesiæ decorem & disciplinam: unde cum reliquis diuinæ auctoritatis libris, à Clemente Romano, postremo canone, qui eosdem canones in vnum compegit, christiano populo cōmendantur. Eadem etiam synodus de Presbyteris illegitimis nuptiis copulatis, idest, de eis (vt quidem credo) quāquam Theodorus Balsamon aliud suspicetur, qui post sacros ordines ad coniugia descenderunt, sexto decimo canone sic statuit. Presbyter qui per ignorantiam illicitis nuptiis est implicatus, sit quidē cathedræ particeps: à reliquis autem operationibus abstineat. Ei enim quæ talis est, satis est, si venia detur. Nec ergo publicè nec priuatim benedicat, nec Christi cor-

Canon. 6.
et apud Gra-
tianum, dis.
32. c. si quis
norum.

pus aliis distribuat, nec aliquod, aliud ministeriū obeat, sed prima sede cōtentus, Domino desleat, vt illi ex ignorantia peccatum condonetur. Manifestum est, quōd nefarium coniugium dissoluetur. Colocatur autem hic canon à Gratiano. D. 28. cap. Presbyterū, Enimvero nisi patres certū habuissent, sacros ordines iam assumptos ineundis matrimoniis iure diuino ineptos esse Presbyterum illegitimis, idest, contra leges (vt ego interpretror) diuinas nuptiis copulatum, Sacerdotio non abdicarent, ea enim pœna nisi iuris diuini transgressoribus infligi nō solet. Synodus denique carthaginensis secunda, sub Siritio Romano Pontifice. Placuit, inquit, & concedet Sacrosanctos antistes & Dei Sacerdotes, nec nō Leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiunt continentes esse in omnibus, quōd possint simpliciter quod à Deo postulant impetrare, & quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruaui antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab vniuersis Episcopis dictum est, Omnibus placet, vt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, & qui sacramenta contractant, pudicitiae custodes, etiā à propriis vxoribus abstineant, vbi quis non uidet coniugia ex Apostolica traditione sacris ordinibus prohiberi? illud verò hic perstringere oportet, quod quamuis in hoc canone, non modo matrimonia inire, sed initis vti, Episcopis Presbyteris &c. interdicitur, non tamen id eodem iure fieri censendum, nam cū in priori parte canonis Aurelius Episcopus Carthaginensis præteriti concilii constitutionem retulisset, in qua his quatuor ordinibus Episcopatu scilicet, Presbyteratu &c. matrimonia inhihebantur, hancque eadem à patribus renouari postularet, quod antiquitati Ecclesiasticæ & Apostolicæ traditioni consonaret, patres, vltra id quod postulabatur, concedentes, & à propriis vxoribus continentiam imponendā esse addiderunt, de quo canone, postea plura.

IDEM DEMONSTRATUR ROM.
Pontificum rescriptis. Cap. 10.

ATQUE hucusque Ecclesiasticas synodos attulimus. Sed iam ad eos Romanos Pontifices peruenio, qui in hac parte aliquid sanxerunt, in quorum numero primus, occurrit Lucius huius nominis primus & sub Imperatoribus Gallo & Valusiano Christi martyr, qui apud Gratianum ita in hac parte decernit. Ministri altaris Presbyteri, siue Diaconi ad dominica tales eligantur officia, qui continentiam seruent, quæ verbaliter superius ex secunda Epistola Clementis primi, adduxerimus, tamē nihil obstat quin à Lucio quoque potuerint usurpāri, dum illius Sancti Pontificis ac Apostoli Pauli discipuli, vestigia, in legibus præscribendis, imitari contendet. Neque etiam aliquid obstat, quōd in eius vnica, quæ nunc habetur Epistola, is locus non inueniatur, nam non est credendum, Pontifices,

Dis. 34. ca.
in præteriti
dis. 31.
Episcopi.

Robert. Cena-
lis lib. de ca-
liban.

Dis. 81. ca.
Ministri.

fices, eas solas Epistolas, quas ad nos vel temporis vetustas, vel tyrannorum persecutiones transmittit permiserunt vidisse, sed complures alias, quibus, qui eo sæculo in eis adhuc viuebat Apostolico zelo, diuersas orbis partes imbuerent, ergo altaris ministros. Presbyteros ac Diaconos non qui ad nuptias transeant, eligi Pontifex præcipit, sed qui in perpetua deinde continentia permaneant.

Tale est etiam, quod Calixtus apud eundem Gratianum vniuersis, quos vel propria uoluntas per religionis votum vel ordo sacer susceptus, Deo cōsecrauit, in hunc modum, præscribit, Presbyteris, Diaconis, subdiaconis & Monachis concubinas habere seu matrimonia contrahere, penitus interdicitur, Cōtracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis, disiungi, & personas ad pœnitentiā redigi debere, iuxta sacrorum canonum definitionem, iudicamus (hucusque Calixtus) Quem licet quidam primum illum Christi martyrem sub Seuero, de quo Eusebius. lib. 6. Ecclesiasticæ historiæ. Cuiusque duæ nunc habentur Epistolæ, fuisse autumant, ego tamen hanc loquendi, ratio nem, in qua concubinā cum consortio Presbyteri, Diaconi, &c. & Monachi arceantur, ad ea tempora pertinere non puto, nā & si tunc temporis monasticham disciplinam quidam colerent, quod modo non disputo, non tamen adeo prolapsi fuerant, vt eos à concubinis arceri per Pontifices necesse esset, Fuit ergo hic canon à Calixto secundus, qui circa annos Christi. 1. 2. 9. quo sæculo & Gratianus Monachus Bononiensis, qui uonem Carthagenensem imitatus, libros hos quatuor de concordia discordantium canonum edidit, fortasse conditus, nisi quod mihi quoque in hac parte non cōtemnendus scrupulus restat, quod Gratianus non tam recentium Pontificum, quā veterum rationes conciliare illo opere contendat, quæ res argumento esse poterit, neque ad Calixtum secundum referendum, sed ad uetustiore aliquem Pontificem, qui error Gratiano familiarissimus est, sed hunc scrupulum aliis dirimendum relinquo. Nunc ad Leonem primum, accedamus, qui & diuinæ legis cognitione & ecclesiasticæ antiquitatis memoria nemini profecto Romanorum Pontificum cedit. Is in Epistola ad Anastasium Episcopū de eorum, qui in ordinibus sacris sunt constituti castitate loquens, ita scribit. Omnium sacerdotum tam excellens est electio, ut hæc, quæ in aliis membris ecclesiæ vacant à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Cum etiam extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati & procreationi filiorum studere sit liberum. Ad exhibendam tamen perfectæ continentiae puritatem, nec Subdiaconis carnale connubium quidem conceditur, ut etiam qui habent sint, tanquam non habentes, & qui non habent singulares permaneant, & innupti. Quod si in hoc ordine, qui quartus extat, à capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo, secundo tertioque seruandum est, ne aut Le-

Dis. 12. ca.
omnium.

uitico aut Presbyterali honore, aut Episcopali excellentia, quisquam idoneus existimetur, qui se à voluptate luxuriæ necdum refrenasse detegitur. Sic Leo. Quo loco id animaduertendum esse puto, quod ex ui excellentiæ & dignitatis electionis, sacros homines à matrimonio arceat, porro humana constitutio dignitatem aut excellentiā sacerdotio non tribuit, sed diuina uoluntas, non ergo humano sed diuino iure à nuptiarum celebratione abstinere coguntur. Nam quod de his etiam loquatur, qui antea vxores acceperant, qui vt postea probabimus, non diuino sed ecclesiastico præcepto ab usu coniugiorum auocantur, nil impedit, à matrimonio etenim gradu ad sacros ordines ascendere, ordinis sacri dignitati & excellentiæ, cui hæc res tota inititur nihil detrahit, detrahitur autem multum, cum à sacris ordinibus ad coniugia descenditur. Adde, quod ante susceptos ordines, nouerat Pontifex matrimonia contrahi, sed tantum, vt ad eos semel prouecti, sint tanquam non habentes, at promoti nec dum matrimoniorum usus interdicitur sed & eorum contractus, Gregorius magnus ad Augustinum Anglorum Episcopum scribens, atque de clericorum coniugiis in ecclesia permisis uerba faciens. Si qui, (inquit,) sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius accipere. Hæc Gregorius, ubi tamen ad coniugia his, descendere permittitur, qui extra sacros ordines sunt constituti, non item reliquis qui iam eisdem erant initiati. Nicolaus huius nominis primus in epistola ad Odonem Vienensem Archiepiscopum, Subdiaconū vxorē ducere non permittit, in hæc uerba. De illo clerico Alberico nomine, quem per ordines ecclesiasticos usque ad Subdiaconatum castum uixisse dicimus, cur uestra auctoritate vxorem duxerit, miramur, eō quod nulli unquam exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit, vxorem habendi licentiam damus. Ecclesiasticam regulam hic uocat Pontifex, non quam statuit ecclesia, sed quam à Christo conditam, & Apostolica traditione susceptam, semper obseruauit.

PERSVADETVR IDEM DE M. E. X.
sanctorum patrum doctrina. Cap. 11.

SANCTORUM patrum, tum Græcorum tum Latinorum, tot in hanc sententiam sunt loci, vt hic adduci posse nisi cum ingenti lectoris tadio non putē, & quamuis de nō sumendo post susceptos ordines sacros matrimonio, aperte non loquantur, vniuersi tamen ita sacerdotalem continentiam vident, vt planè docere videantur, necdum ab eisdem sacris ordinibus ad coniugia, lege diuina descendere non posse, sed à propriis vxoribus quas antea accederant, sibi tēperare debere, quod postremum qua ratione sit accipiendum, postea explicabimus. Hi sunt ex Græcis, Clementis Romanus,

Dis. 32. ca.
si qui.

Dis. 32. ca.
de illo.

manus, Athanasius Alexandrinus, Dionysius Areopagitas. Cyrillus Hierosolimyitanus, Maximus Alexandrinus, Gregorius Nisenus, Eusebius Caesariensis, Ammonius Alexandrinus, Epiphanius Constantiæ Salaminæ Episcopus, Ioannes Chrysostomus. Ex Latinis, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Sixtus, Pontifex lib. de castitate; Leo magnus, & complures alii, quorum testimonia ad tertium librum in quo ecclesiasticum statutum de non utendo matrimonio ante sacros ordines contracto, & de utroque cœlibatu eisdem annexo à nostrorum hereticorum calumniis uedicabimus, seruari decreui. Sed hoc loco Petri Damiani ex Monacho Benedictino Cardinalis Hostiensis sub Henrico Quarto, idest, anno Christi millesimo quinquagesimo, viri & singulari pietate quod eius testatur scripta, quæ typis exclusa, vel manu scripta, quorum quædam apud me retineo, testimonium omittere non libet. is igitur in epistola ad Lambertum aut Gonturbertum Episcopum Taurinensem. Permittis inquit, ut ecclesie tuæ clericis cuiuscunque sint ordinis, vel ut iure matrimonii confederetur vxoribus, quod sanè quàm ecclesiasticæ mundiciæ obscœnum, quàm canonicæ fit auctoritati contrarium, quàm certè cunctis sanctorum patrum sanctionibus uideatur odiosum, absit, ut tanta quæ in te est, possit ignorare prudentia. Et subinde post veteris & noui testamenti differentiam obseruatam, Illis (inquit) idest Mosais sacerdotibus, pro qualitate temporis, permittebantur iura coniugii, istis uerò (idest) Euangelicis, præcipitur, ut à carnalis affectus amplexibus penitus sint remoti. Nâ quæ sola Leuitica tribus, ad Sacerdotale ministerium tunc erat electa, necessaria erat propagatio generis, ad conseruandū Sacerdotale officium dignitatis, sicut in Leuitico Dominus. Virginem (inquit) ducet vxorem, uiduam & repudiatam, & sordidam, aut meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo, nec commisceat stirpem generis sui, vulgò gentis suæ quia ego Dominus, qui sanctifico eum. Nunc autem quia ex omni populo christiano passim fit Sacerdotale electio & in promotione clericorum non distinctio generis, sed prærogatiua duntaxat exquiritur sanctitatis, cessant iura cōiugii dum præcedentis aboletur censura mandati sicut Apostolus ad Hebræos ait, Reprobatio fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius; & in utilitatem, nihil enim ad perfectum deduxerit lex, et Paulò post, Nunc Christus tantò melius fortitus est ministerium, quantò & melioris testamenti mediator est. Nam si illud prius culpa uacasset, non utique secundo locus inquireretur. Hoc autem propter illos qui dicunt, quia si Sacerdotes nubere peccatum esset, nequaquam hoc in lege ueteri dominus præcepisset, sed qui hoc dicunt, proculdubio, quod canonica decernat auctoritas, aut nesciunt, aut se fallaciter ignorare confingant. Nos quidem Apostolicæ sedis, & dictum hoc, per om-

nes concionamur ecclesias, ut nemo missas à Presbytero, non Euangelium à Diacono, nemo denique Epistolam à Subdiacono prorsus audiat, quos misceri foeminis nō ignorat. Hucusque Damianus qui postea suam sententiam, diuersis sanctorum patrum testimoniis confirmat. Hic autem aduertendum, Vicum sanctum consecratorum hominum ad colenda matrimonia in Euangelico statu ineptitudinem ex utriusque testamenti differentia colligere, quod planè indicat, eos non humano iure, sed ipsa Euangelicæ legis natura, à coniugiis arceri. Scripsit autem hic duos alios libros de continentia Sacerdotum unum, de clerico rum vxoribus alterum, ut Tritemius est auctor, quos uiderè non licuit.

EX VSV ECCLESIASTICO IDEM
probat. Cap. 12.

Sed his omnibus, quæ hucusque attulimus, siue scripturis, siue synodorum decretis, siue Romanorum Pontificum diffinitionibus, siue sanctorum patrum locis multò meo quidem iudicio est in hac parte uehementior ecclesiasticus, & ab ipso Christo inuiolata consuetudo, qua (cum tamen quibusdam contracto matrimonio fuerit uti permittum) nemini unquam in sacris ordinibus constituto, & eorum ministerio fungenti, siue apud Græcos siue apud Latinos licuit, uti contracto post ordines sacros, ita ut utriusque sacramenti officio simul uti daretur. Potest fortasse probari Sacerdotes & reliquos in sacris ordinibus constitutos, post susceptos ordines uxores accipisse aliquando, sed hi ordinum executione continuo cadebant, de quo postea, at matrimonii & ordinis sacri usus comprobari non potest. Cuius rei, quia uniuersa Ecclesiastica historia satis idoneus est testis, eam amplius persuadere non pergo. Porro hanc totam uniuersalem ecclesie consuetudinem, sufficiens esse argumentum, ut credamus, id non ab humano sed à diuino iure profectum, & communis Theologorum regula, ex qua ita ad persuadendum, aliquid à diuina uoluntate deriuari, argumentari solemus, quoties cum hæreticis certamini; et ratio ipsa persuadere uidetur: quis enim Christum adeo, in Euangelicæ legis Sacerdotio exornando, cessasse credat, ut nullos eius sanctis Apostolis ritus, & cōditiones præscripsit? quod si præscripsit, quas potius ab eo conditas credamus, quàm eas, quas cum nullibi ab ecclesiastica auctoritate constet initium accepisse, Apostolicas quasi non à se conditas, sed quasi ex Euangelicæ regula profectas, aut à Christo traditas, statim in ipso prædicationis primordio, mundo præscriperunt? Episcopos autem, Presbyteros, Diaconos, aut Subdiaconos, sacris ordinibus acceptis, à coniugalibus amplexibus arceri, idest, non posse ad matrimonia descendere. initio huius disputationis, ex Apostolico canone probauimus. De-

mum

mum rationes huic quoque sententiæ non desunt, quâquam in decretis Ecclesiasticis, quæ antea pro eadem attulimus, nonnullæ earum à sanctis patribus fuerint præstrictæ, quas hic replere fuerit otiosum. Ea uerò potissima, præter diuinæ uoluntatis imperium, quod semper summa cum ratione coniunctum est, ab omnibus creditur, quod magnopere ordinum sacrorum dignitatem dedecet, ad coniugales actiones, uitæque vxoriæ negocia, atque impedimenta, sacerdotes descendere. Idemq; iudicium esto de reliquis, qui eisdem ordinibus sacris, sunt iam consecrati.

SACRORVM HOMINVM AD
coniugia descendendum non unâ eandemq;
olim fuisse pœnam. Cap. 13.

At ex his, quos uel à sanctis Pontificibus, uel à synodorum decretis, locos attulimus scrupulus non contemnendus suboritur. Nam in pluribus, non modo Episcopos, Presbyteros, Diaconos, atque Subdiaconos, eius matrimonii usu, quæ ordinibus sacris susceptis, assumpserunt, amoueri pronuntiatur, sed etiam ipsa semel iam inita coniugia rescinduntur. Vnde non in ualidè in id, quod antea decreuimus, matrimonium & ordinem non formali repugnantia, idest, sui ipsorum ratione, sed actionum suarum causa tantummodo secum pugnare ratio confurgit. Nam id in uniuersum de his duobus sacramentis, siue matrimonio succedant ordines, siue contra, ordinibus matrimonium, abstruximus, cum ambo quatenus in actiones non prodeunt, sint tantum potestates, quæ nullo pacto sibi mutuo dissentiant. Sed huic scrupulo satisfacere non erit difficile, si diuersorum temporum ecclesiasticorum, rationem paulisper expendamus. Reperimus in ecclesiastica historia uariam in homines sacros ad coniugia descendentes pœnarum formam. Statim enim post Apostolica secula non aliam his inflictam punitionem inuenio, quàm depositionem ab ordine, idest, ab ordinis executione, manente tamen matrimonio, & eius usu retento. Vnde in Neocæsariensi concilio, quod ut antea dixi, proximum omnium synodorum Apostolico temporis, quarum nunc habemus constitutiones, existimo. Presbyter uxorem ducens, non alia quàm de positione à Sacerdotio pœna multatur. Idemque iudicium esto de synodo Romana sub Syluestro Pontifice, in qua negligentes, duodecim annos, honore Sacerdotali priuantur, illi uerò qui statutum uiolarent, eadē Sacerdotii ablatione perpetua multatur: quod etiam pertinere uidetur cōcilii Toletani primi can. 4. in quo Subdiaconus, qui defuncta uxore quam ante ordines acceperat, aliā duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, remouetur, & inter hostiarios in Lucii siue Clementis decreto etiam, non soluuntur coniugia, sed à sacro ministerio auertuntur, idque in reliquis uetustioribus decretis aduertere

licet. Immo uerò Siritius & Innocentius Primus, cum à contractorum ante sacros ordines coniugiorum Sacerdotes Diaconos & Subdiaconos auocant, nullam aliam pœnam aut punitionem infligunt, quàm casum ab ordine, quæ quousque in ecclesia perstiterit, postea dicemus. Vnde haud obscure colligitur, id quod antea docuimus, quod non modo præcedentia sacros ordines coniugia, sed etiam sequentia sui ratione atque natura cum eodem Sacerdotio non pugnent, cum siue hæc siue illa, ablato honore Sacerdotali, eiusque usu illæsa aliquando permansisse, uetustas nos doceat. Inuenimus tamen in Paulo recentioribus sæculis sacros homines ad coniugia descendentes, non sola honoris Sacerdotalis ablatione, idest ordinis sacri executione multatos, sed etiam ecclesiastica potestate, recisa fuisse matrimonia, imò & aliàs quoque pœnas impositas, quod quidam ex his, quos præcedenti capite attulimus, canones non obscure ostendunt, ut Aurelianense sub Childelberto Francorum rege, in quo cū ipsis mulieribus, quas acceperunt, præter honoris sacerdotalis iacturam excommunicatione percelluntur, ut Toletan. 8. canon. in quo hi homines non modo honoribus & sacris officiis abdicantur, sed apostatæ iudicantur, & in monasterio, donec uixerint, sub pœnitentiâ retruduntur: ex qua pœna aperte colligitur, coniugia quoque contracta rescindi, nam quo pacto maritus erit, qui ad pœnitentiam perpetuam in monasterio damnatur? Tale est demum Calixti Pontificis decretum in quo matrimonia contracta dissinguntur, & personæ contrahentes contra Ecclesiasticos canones ad pœnitentiam rediguntur.

Hinc iam matrimonia post sacros ordines contracta non naturali, nec diuina, sed ecclesiastica tantum auctoritate rescindi perspicue uidemus, quod scilicet neque sui, idest, sua natura, cum sint tantum duæ potestates, nec diuino iure, cum aliquando ablato honore Sacerdotali manerent, sed sanctarum synodorum & Romanorum Pontificum decretis à se mutuò dissideant, de qua re multa lib. quinto. Fuit autem huius constitutionis potissima ratio, lasciuia sacrorum hominum impudètia, qua deserto Sacerdotio, cæterisque ordinibus, cū ingenti eorum contemptu, ad uxorios amplexus & libidines confluebant. Quare nihil esse poterat indecentius, ut scilicet qui hodie & dignitate & honore Sacerdotali fulgebat, cras fortasse factus agas, cum maxima iniuria Sacerdotii fordesceret. Atque ita accipi uolumus, cum dicimus matrimonia post sacros ordines accepta, cum iure diuino pugnare, non enim intelligimus matrimonium & sacrum ordinem sibi mutuò aduersari, sed eorum actiones & usus simul, non posse consistere. Nam cur iuri diuino aduersari, seclusa ecclesiastica constitutione, credamus id matrimonium, quod ad solum mutuuum obsequium, non item ad carnis lasciuiam, inter sacrum hominem, et foeminam coalesceret? Ne pugnant nunc ergo ecclesia-

Dist. 13. ca.
confutatio-
num.

Can. 1.

4. sent. Dist. 37. q. unica.

ecclesiastico iure, quod nimirum sacri homines, quemadmodum consobrini reliqui consanguinei, ad obeunda coniugia, inepti sint rediti, ut docet Scotus. Sed cur ais, contracta post sacros ordines matrimonia, ratione sui usus, magis cum sacris ordinibus, id est, cum eorum usu quam post assumpta repugnant? Respondeo. Hoc ego præter diuinam voluntatem, quæ summa ratio est, ex ipsorum ordinum iniuria prouenire contenderim. Nã qui rebus uxoriis dans operam, ad sacras dignitates ascendit, is nullam eisdem iniuriam irrogat, neque matrimonio contracto: at Episcopus, Presbyter, Diaconus aut Subdiaconus, cum in brutas carnis & vxoris quantunque sanctissimè libidines, corrui, quis negat eundem sacram dignitatem de terrere, & ab Euangelico uitæ instituto ac mundicie in pecudum pansiones & affectus detrudi?

Hinc iam quorundam, tum hæreticorũ nostræ memoriæ, tum catholicorum obiectio colliditur, qua ex eo, quod in ecclesiastica historia quosdam post ordines sacros ad coniugia descendisse compertunt, inde nullo diuino iure sacros etiam homines à nuptiis arceri, constantissimè asserunt. Fuerunt quidem complures (fateor) qui sacris ordinibus matrimonium inducerent, sed illis, quãquam matrimonium non adimeretur, quod tunc in id coniugiorum genus nondum essent conditæ ecclesiasticæ leges, adimebantur tamen tum sacrorum ordinum vsus, tum deinde Sacerdotales honores, adeò vt nunquam in ecclesiastica historia (quod ego quidem intelligam) facer homo detur, qui assumpto matrimonio, ordinis executione & honore non caderet.

DILVNTVR THEOLOGORVM rationes, quæ superius cap. 3. ponuntur, per suadere contendentes matrimonii, siue ante, siue post sacros ordines, accepti, vsu cum sacrorum ordinum functionibus non punire. Cap. 14.

N V N C iam illarum, quæ in hanc nostram sententiam, ab his, qui omnem matrimoniorum vsu, siue ante sacros ordines, siue post, assumptorum, iure tantum humano sacris hominibus interdictum putabant, eas duntaxat obiectioes diluamus, quæ in hanc sententiã diriguntur, nam quæ ab hæreticis, in vniuersum celibatum formantur lib. quarto collidemus. Ergo primo loco se offerunt Apostolici loci, quibus vel ad Timotheum, vel ad Titum scribens Apostolus Paulus leges consecrandorum hominũ præscribit, inter quas, & ea constitutio collocatur, vt vnus, & non plurimarum vxorum viri, siue ad Episcopale siue ad Presbiterale, siue ad Diacnale ministerium diligantur. Quæ verba quàm in scèliciter hæretici tractent, quemadmodum & reliquas omnes scripturas ad suam ipsorum perditionem libro. 4. ostendemus. Loci ex epistola ad

Cat. quodlib. i. q. 12.

omnium.

Philippenses, 4. & ex prima epistola ad Corinthios capite nono desumpti, quibus Paulũ vxorem habuisse contenditur, quemadmodum & alios Apostolos, nihil nos lædūt, qui tantum docemus vsu matrimonii post sacros ordines cõtracti, cum ordinum executione non curare. Nam si Paulus vxorem habuisset, accepisset eam ante sui ordinationem; immo verò si ea vteretur, nihil nobis noceret, cum is vsus ex coniugio ante sacros ordines accepto, descenderet. Atque idem iudicium esto de Clementis, Ignatii, & Ambrosii locis, qui in idem contendunt, nemo enim horum Apostolicos viros, post ordines sacros, sacrasque dignitates ad coniugia descendisse commemorat, sed quoniam Paulinæ dignitati, qui in ordine Sacerdotali sacrum cõlibatum cõsecrasset videtur, huiusmodi matrimonium & res nuptialis, honoris multum derogare videtur, immo verò quoniam his locis, si hic sensus semel admittitur, maxima violentia infertur, res est nobis paulò prescius exigenda, & cum aduersariis conferenda.

Et vt locum ex epistola ad Corinthios, primũ in examen vocemus, quis non videt, ex eo, nullo pacto Pauli matrimonium inferri? In primis frequentiori significatione ad sexum, quemadmodum apud nos mulier, aut Hæbreos נָשָׂא, quàm ad vitæ societatem referri, quàm significationem habet ἀκοιτίς, ἀλοχίς, παρακοιτίς, ἀμαρβνίγαμος &c. satis est compertum. Nullo ergo Paulini contextus vigore ad eidem vxorem intorquendam compellimur, nisi omnes, quarum meminit, mulieres, eadem ratione eius vxores fuisse, sit credèdũ. Quòd si eam orationem inuertamus, id apertius videbitur, Quem enim, si ita Paulus dixisset. *Habemus potestatem mulierem sororem circumducendi.* Paulinæ vxoris memoria subiisset, & non potius eam seruitricem aliquam, quam quemadmodum & alios christianos, fratres, sororem appellasset? Nam neque id Apostolicæ dignitati quicquam de rogabat, habere inquam, christianam mulierem, quæ illi in corporis necessitate & victus quotidiano ministerio seruiret.

Scio sanctos patres quosdam, ea verba illò detorsisse, vt Paulus se posse diuites quosdam & opulentas sceminas christianas, quæ illi ex suis facultatibus sumptus præberent, circumferre. Verum hãc interpretationem haud quaquam cum Apostolica mente conuenire, immò illi prorsus esse contrariam locus ipse satis per seipsum videtur ostendere. Et principio, quis neget, illic Paulum, de iure Euangelici ministerii & de sumptibus, quos eodem iure Corinthiis christianis, qui ab eo prædicationem acceperant, potuisset imponere, verba facere? docet enim uero Paulus, se Euangelico iure sumptus non tantum sibi, sed iis quoque, qui illi in serendo Euangelio inseruirent, exigere potuisse, quod & aliorum Apostolorum exemplo confirmat, Nam si matronæ illæ, diuitesq; scemine, quas ut aiūt Apostoli circumferebāt, illis

Ambrosi.

illis ex suis facultatibus ministrabant, nihil igitur exigebat à fidelibus populis, atque adeò Paulus nihil magis, quàm reliqui Apostoli faciebat, cuius contrarium tamen, eo loco contendit. Sic enim inter se & alios Apostolos discriminat, ut dicat, se iure suo non usum. quo reliqui Apostoli utebantur, & minus fuisse onerosum, Itaque hic sensus, planè discrimen illud, quod inter se & reliquos Apostolos Paulus constituit omninò subuertit.

Deinde 2. Corinthior. 2. & duodecimò, docet, se ob id in Euangelio Corinthiis impartiendo, suo iure atque potestate non usum, quòd illis nollet esse Onerosus, at si sceminas illas diuites, quarum aleretur facultatibus, Paulus circumduceret, nullum profecto onus eis imponeret, immò illæ Corinthios onere alendi Apostolum leuassent, non ergo locus ille potest diuitibus sceminis & matronis intelligi, cum illic Paulus se non imposuisse onus, quod imponere poterat apertè significet. Ergo illic Paulus de mulieri seruitricè Christiana, quæ eius corporalibus necessitatibus subseruiret, cui etiã iure ministerii, sumptus tribuere teneretur Corinthi, accipitur, non item de matronis aut diuitibus sceminis, quæ circumferentur, etiã si non alerent Apostolum, nullo tamen pacto onerosæ fuissent.

Calu. lib. 4. c. 12. Pual. Mun. c. de ministr. verbi Dei. Pet. Verm. Mar. lib. de calib. con. Smyth.

Quod si omninò hæretici nostri contendant, sorores illas mulieres, quas Apostoli circumferebant, uxores fuisse, nihil moror, dum tamen concedant Paulum eo loco, non de actu (ut dicitur) sed de potentia locutum, id est, tantum dixisse, se iure Euangelici ministerii posse quoque si haberet, uxorem circumferre, sicut reliqui Apostoli circumferebant. Erant reliqui Apostoli, ut Ambrosius docet, antequàm ad Apostolicum munus uocarentur, omnes uxorati, atque adeò cum Euangelium eos, quos Deus legitimo matrimonio coniunxerat, separare nõ doceat, secum eas, ac familiolam cum poterant, circumducebant.

lib. recognis. In vita S. Perronilla.

Nam & Petri uxorem eundem comitatum Clemens Romanus memoriæ prodidit, & Petronilla eiusdem Petri filia, patri ministrasse dicitur. Quamquàm (quod ita illi ad animæ salutem conduceret) paralypti resoluta. Refert etiam Eusebius Cesariensis, libro tertio, historiae Ecclesiasticæ capit. 13. ex Clemente Alexandr. Petrum cum uidisset uxorem suam duci ad passionem, gauisum esse electiõis gratia, ac regressiõis ad propriam domum, & exclamasse ad eam conducentur ac proprio nomine compellantem dixisse ò congruere memento Domini.

Ex hoc sensu tamen, quàm parum hæreticis virium accrescat, unusquisque cognoscat. Cur enim Paulus, qui eo loco Corinthiis, quantum ex eo, quod iure auferre poterat, remitteret, persuadere uolebat, etiam si nullas un-

quam nuptias fuisset expertus. dicere non potuisset, se potestatem habere, id est, iure posse uxorem, si eam haberet secum circumferre, quemadmodum & alii Apostoli circumferebāt? Quid quæso obstet, quominus apud eosdem hæreticos, ubi plerumque commetarii uxore & ingenti liberorum grege septi, suum Euangelium & dogmata impertiunt, aliquis (qui ut illi doceat) eiusdem Euangelii ponendi gratia nuptias refutaret, neque sumptus à populis exigeret, cum Paulo illis diceret, An non habemus potestatem uxorem & familiam nobiscum circumferendi, quemadmodum & reliqui ministri? An non statim esset ridiculus, qui hunc uxorem ac liberos habere contenderet?

Loquitur igitur Paulus, non de uxore, quam haberet, ut hæretici stultè docent, sed de potestate ac iure Apostolici muneris, quo uti potuisset, docet inquam, quousque ius ministerii sese extendat, & quantum ablit à Caluini usurpatione.

Nunc ad loci ex Epistola ad Philippenfes desumpti, examen accedamus. Vbi primum aduersarios rogare libet, quo pacto Paulus ὑπότρον γερμανum coniugem, aut ut uulgaris interpres conuertit comparem. uxorem suam, contra, omnem grammaticæ rationem appellare potuit. Certè cum ὑπότρον coniugem, tum matrem, tum sceminam significat, ὑπότρον tamen nunquam grammaticæ usus, sceminam significationem sortiri permisit, est enim nomen adiectiuum, sceminina terminatio ὑπότρον profertur, quod Theophilactus Græcus & eruditus auctor antea notauit, ne hi dicant Paulum athice locutum, quasi uerò athicus sermo rationem grammaticè non seruaret.

Ergo non alia ratione Paulus uxorem suam ὑπότρον appellasset, quam quis nunc Latinis uocibus utens, suam coniugem legitimũ ac uerum uocaret, quæ loquedi ratio prorsus esset ridicula.

Ergo eo loco non uxorem uel quam haberet, uel quam habere poterat, Apostolus uocat, sed ut Chryostomus horũ expositione damnata, docet, mulieris alicuius eorum, quas fuerat allocutus, uirum his uerbis honorat. Nam cum illas ut id ipsum saperet, fuisset exhortatus ad uirum alicuius earum, qui fortasse eadem Christiana disciplina imbuerat, & eam fuerat Christo Luctatus, conuersus, sic eum alloquitur.

Et tu uerè ac legitime coniux, id est, qui non tantum in huius uitæ corruptibilis societatem. uxorem tuam diligis, sed eam quoque ad eternæ uitæ scèlicitatem pertrahere conaris, adiuua eas, tua doctrina, & sapientia ut id ipsum dicant & animorum diffensione non dissociantur. In quem sensum etiam contendere uidetur Theophilacti interpretatio. Commendat, inquit, eas uiro cuiusdam admirando, qui aut frater fuit alterius ipsarum, aut maritus etiã, forsam autem

custos ille fuit carceris, perinde quasi dicat, Iam tandem frater & germanus, nunc genuinus uir, si in opere domini idem iugum trahas, adiuvans illas. Haec Theophilactus.

Sunt etiam qui *οὐκ ἔχουσιν γυναῖκα*, ingenium collegam interpretentur, quæ uerba ad Epaphroditum, qui tunc temporis Ecclesiæ Philippis moraretur, uolunt dirigi, sed iam quæ ratio, te per Deum immortalem rogo, Paulum adigere poterat, ut uxorem suam, si quam haberet Philippis, & non, potius Tarfi ubi natus erat, aut Hierosolymis, ubi æducatus, reliquisset? Rectè igitur Latini patres, ac Græci pœnè uniuersi (cum tamen etsi Paulus uxorem habuisset, ut reliqui Apostoli, nihil auctoritatis Euangelio perisset) eo sensu quem num hæretici nobis obtrudere moliantur, refutato & explorato, Paulum illic non fœminam aliquam, sed uirum compellere confeserunt.

At obiiciunt nobis Clementem Alexandrinum, & Ignatium Antiochenum, qui hunc sensum approbauerint, ego etiam Eusebium Cæsariensem addo, qui libro tertio, Ecclesiasticæ Historiæ Clementis uerba referat, nec tamen refutet, sed quantum nobis horum uerba noceant iam uideamus. Certè si Clementis Alexandrini auctoritas ab aduersariis obiecta nobis aliquid obest, cur non etiam aduersariis, nobis illum eisdem obiectantibus oberit, ubi explicans uerba Pauli ad Timotheum, quibus docet Episcopum futurum unius uxoris uirum interpretatur, non quod liceat ea uti &c.

Cur inquam ei fidem non habent, in eo, quod eundem locum, quem in nos uibrant statim consequitur? Sed hi, quidem (Philippus nimirum Petrus & Paulus) ut erat consentaneum ministerio, quod diuelli non poterat, prædicationi, scilicet attendentes, non ut uxores, sed ut sorores circumducebant, mulieres quæ unâ ministraturæ essent, apud mulieres, quæ domum custodiebant, per quas etiam in Gymniceum absque ulla reprehensione mala uel suspitione ingredi posset doctrina domini. Haec tamen Clemens, à cuius doctrina tam longè absunt Lutherani, & Caluiani &c. Quam Cælum à Terra. Tantum enim abest ut uxores suas; non ut uxores, sed ut sorores ad fœminis, scilicet in fundendum Euangelium, circumferant, ut neque domesticis etiam ancillis satis habentes, ad scorta conuertantur.

Ergo hæretici dum nobis Clementem Alexandrinum ad Pauli coniugium comprobandum obiectant, suo se gladio cõfodiunt. Paulus enim ac reliqui Apostoli uxores suas, non ut uxores, sed ut sorores circumferebant, contra ipsi, illis tantquam qui emissarii, quotidie congregantur. Quid ergo illis, Pauli coniugium profuisset, qui etiam si uxorem haberet, Clementis testimonio eam non quasi uxorem, sed quasi sororem

circumferret? Ergo si illi, Clementi in hac parte non consentiunt, nos etiam iure nostro, illi, in eo, quod credit Paulum uxorem habuisse dissentire poterimus. At, erat Græcus. Sed multi etiam Græci. Sententiam eius ut rectè loquendi rationi aduersam refutarunt. At, fuit Apostolicis temporibus proximus, sed multi etiam eo seculo, immò ante illud fuerunt, quorum doctrinam merito refutauit Ecclesia. Et quod ad historiam attinet, multa in eius seculi auctoribus inueniuntur de Christo & Apostolicis uiris tradita, quæ aduersarii quoque fabulosa iudicabunt. Certè ut Abdia Babylonii (Christi ut fertur) discipuli, quem etiam Clemens Alexandrinus in Latinum sermonem conuertisse dicitur, Apocriphas historias multas fortassis, à Græcis illi intrusas omittamus, Ireneus Ioannis Apostoli temporibus proximus, Christum quinquagesimo anno passum, scribit quod non modo reliqui veteres patres. Sed ipsa Euangelicæ historiæ computatio condemnat. Non igitur tantum antiquitatis, sed diligentia quoque rationem habere oportet, in exigendis historiis. Adde quod Clemens non adeò Apostolicis temporibus fuit propinquus, ut illi tãquam oculato testi, per omnia sit fides adhibenda. Clauit enim ut Eusebius in Cronicis docet circa annum domini ducentesimum septimum, sub seuro principe.

Ignatii locum, multi uiri docti corruptum contendunt, cum in nonnullis exemplaribus longè aliam lectionem ea parte reperiant, nam in Anglia apud Oxoniam urbem eius prouinciæ Academiam in collegio Magdalensensi, ubi habentur Ignatii Epistolæ antiquissimis characteribus scriptæ, nihil tale inuenitur. Ambrosius deinde Camoldulensis, uir profecto in exquirendis antiquitatis monumentis cum utriusque linguæ patrocinio satis strenuus, id quod eius frequentes librorum Græcorum conuersiones testantur, narrat se apud Mathiam Vngariæ Regem, in bibliotheca illa celeberrima quam Budæ struxerat, uidisse Epistolas beati Ignatii maxima quoque antiquitate characterum, in quibus etiã nulla horum uerborum habetur memoria.

Verum occurrit Petrus Martyr dicēs, se quoque Oxoniense exemplar uidisse in multis partibus corruptum. Sed quid aliud hæreticus homo mentiretur, quàm eos omnes cõdices qui suis Yddomaniis aduersantur, more cõterorum hæreticorum corruptos uociferare?

Quærit deinde, cur ante Smÿtheum & nostræ memoriæ Catholicos auctores, nullus hunc errorem in Ignatii Epistolis depræhenderit? Respondemus id falsum esse, nã cum ex paucissimis aliquantæ antiquitatis exemplaribus, quæ ad nostra usque tempora peruenerunt, quò atque ea celeberrima, locum hunc non habeant, apertè colligitur, fuisse et̄ i ueteri memoria apud patres de hac re disidiu. Quærit tertio, ille hæreticus,

lib. r. c. 39.

Rich. Smith. & Alph. ca. rati.

lib. de calib. con. Sinyth.

ticus, qui Epistolam Ignatii corrupit quis, quando fuerit, aut quo nomine uocaretur. Respondeo, dicant ipsi hoc quoties nostros libros corruptos cauillantur. Quod faciunt frequentissimè, præterea cum duo ostenderimus exemplaria, in tanta eorum raritate, lógo terrarum tractu disita, unum nimirum in Anglia alterum in Vngaria contrariè lectionis, atque Petrus Martyr putat fuisse scriptum ab Ignatio, & ex his uaticinari possumus, multa fuisse alia, dicat nobis eadem lege, quis ea perueterit? Sed cum ille nobis neminem nostrorum exemplarium corruptorem possit ostendere, nos illi suorum, Iouinianum aut aliquem eius sectæ cultorem, peruersorem iure poterimus assignare, uirginitatis hostem iuratisimum. Quærit tandem, quo sine corruptor ille Pauli nomen et Epistolæ addiderit, cum Petri nomen non minus ponderis habeat ad suadendum matrimoniũ a sacerdotio non dissentire, quam Pauli. Respondemus, eos, hunc scopum habuisse ut omnium Apostolorum exemplo, qui uirginitatem nõ coluissent, Christianos homines ad matrimonia & uirginitatis contemptum, quasi rei sine exemplo pellicerent. In Iouinianum enim cœlibatus, & uirginitatis contemptorem, uiolentissimus locus erat, ex Epistola ad Corinthios Cap. septimo, ubi Paulus ait, uelle, se omnes in hac parte imitari, Volo, inquit, omnes esse sicut me ipsum. ut igitur nullius uiri Apostolici exemplo possemus Catholici cõprobare uirginitatis ac cœlibatus excellentiam. Neque illi possent Epistolas Paulinas peruertere, Ignatii, in cuius auctoritate propter antiquitatem, ingens momentum situm esse existimabant, Epistolam, unius uocis interpositione peruerterunt. Itaque non ut Petrus Martyr putat, eam Epistolam corruptam dicimus ab hæreticis, ut facilius persuaderetur licere Sacerdotibus uxores præsertim ante ordines acceptas secum habere, earumque frui consortio, ad hoc enim satis erat auctoritas ac nomen Petri, immò & cuiuscunque Apostoli, sed ut per suaderent, uirginitatem rem esse cõmenticiam ac nullius Apostolici uiri exemplo confirmatam, cum Paulus, cuius auctoritati Catholica sententia potissimè inicitur, uxorem quoque habuisse, Ignatius Apostolicis temporibus proximus memoriæ prodidisset.

Sed cur hæretici tam iniuste nobiscum agunt, ut cum tanta Pauli ipsius iniuria, nos Ignatio, Clementi, aut Eusebio cogant fidem præstare? An non erit æquius Paulo ipsi de seipso loquenti, quàm his, quantumcunque antiquissimis, & quantumcunque Apostolicis seculi propinquis fidem adhibere. Ignatius & Clemens aiunt, Paulum uxorem habuisse, Paulus dicit se cœlibem uixisse, cui potius obscuro credendum erit. Sed iam id demonstramus ex Epistola ad Corinthios capit. septimo, ubi cum uiris atque uxoribus matrimoniales leges præscripsisset, & quo pacto in mutuo corporis obsequio sese habere de-

berent, præcepisset, Nolite, inquit, fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ut uacetis orationi. Et iterum, reuertimini in idipsum ne tentet uos Satanas, propter incontinentiam uestram. Post quod ne quis (nunc ut hæretici faciunt) usum coniugiorum necessarium putaret, continuo addit. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum Imperium. Volo autem omnes esse sicut me ipsum, sed unusquisque proprium donum, habet ex Deo alius quidem sic, alius uerò sic. Dico autè nõ nuptis & uiduis bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego. Quod si non se continent nubant, melius est enim nubere quàm uiri. Hic quis tam cœcus hæreticus qui Paulum cœlibem uitam actitasse & uxore caruisse, non uideat? Nam quid est illud, dico autem nuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanerint, sicut ego, nisi quòd Paulus ad cœlibatum, quem ipse colebat, omnes matrimonio solutas adhortetur? Nam si innuptas & uirgines desiderat, sic permanere, ut ille permanebat, erat igitur ille coniugii expertus. Sed hic sensus, cum sit ex Apostolico textu certissimus, & omnibus ueteribus ac nouis auctoribus communis, amplioris explicatione non indiget, quare ad exempla illa, quæ ex Apostolica historia referebantur transgredior.

Ergo Cheremonis Nilopolis Episcopi. Phileæ Episcopi. Thmuis Sancti Philogonii Constantinopolitani Patriarchæ. Spiridonis Episcopi Cypriorum, & Marci Asiatici Diaconi exempla, nihil aliud persuadent, quam uel eas uxores quas ante Sacerdotium, aut sacros ordines acceperant, post eosdem acceptos secum ut Clemens Alexandrinus de Apostolis dicebat, tanquam sorores retinuisse, quòd apertè eadem historiæ testantur, aut quòd ad summum colligi potest, eos matrimonio, ante sacros ordines assumptos fuisse usos, nam eos, coniugia sacris ordinibus super duxisse, eisque usos fuisse, probari non potest.

Idemque respondemus loco illi, qui ex Epistola Damasi ad Hieronymum producit, uniuersos eos Pontifices & Episcopos, pluresque alios, quorum summo cum honore meminit Ecclesiastica Historia, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, ac Subdiaconorum, fuisse filios, eos tamen ex matrimonio post sacros ordines acceptos contracto, omninò negamus. Dionysii Corinthiorum Episcopi & Vdalrici Episcopi Augustani Epistolæ quamquam diuersis seculis, eandem tamen habent dilutionem. Loquuntur enim de usu matrimonii ante sacros ordines contracto, quod uiolenta castitate dirimere, tùm, ob uiro- rum periculum, tùm maxime ob uxorum, à quibus arcebantur fragilitatem, potissimè cū in eadẽ domo cõmorarentur, neq; de eis separatis late forrent leges Ecclesiasticæ, nõ satis tutum uidebatur præsertim uerò Dionysii seculo, quo nondum in hominibus, Euangelicæ reipublicæ cæremoniæ

fatis fitmas radius egerant, satis erat tunc in fide & caritate nomen Christi non erubescere, neque amplioribus oneribus, præsertim quæ lex diuina necessario non peteret, grauari erant. Habuit etiam & suas rationes. Valericus, & fortasse non erant parui momenti quæ à sui sæculi peruersi moribus ac grauissimis sceleribus, quibus homines assueuerant, sumebantur. Difflebant homines in diuersa uitia & carnis uetitas à Christo delicias, apud Germaniam præsertim, ubi aut regionis proprietate, aut ab institutione, liberior uiuendi ratio, semper (quod prophani quoque auctores testantur) licere uisa est, timendum ergo erat sancto Episcopo, ne abstractis à sacris hominibus contra eius prouinciæ consuetudinem uxoribus, peiora scelera, patrarentur, sed quoniam quædam eius rationes, non tantum illius temporis ac prouinciæ rationem habere uidentur, sed in uniuersum, cœlibatum sacrorum hominum inuadunt, eas postmodum fortasse dilucemus. Tertullianum fuisse uxoratum, non inuis inficias, eum tamen eam uxorem post ordinis susceptos accepisse, ex eius libris nūquam probabitur, immò nec ea fuisse usum ad carnis libidines.

Clementis etiam Romani in Apostolicis constitutionibus locus, nihil aliud suadet, quam Episcopum ex matrimonio adhuc uiuente uxore, posse eligi, nam quod is cā Episcopali dignitati possit inducere, immò quòd ea post eam dignitatem possit uti, nequaquam probatur.

Augustino respondemus, uerum esse matrimonium ante sacros ordines contractum, actu ipso coniugali ex humana constitutione priuari, at nō post eosdem sacros ordines initum, & quòd hic sit Augustini sensus, eius temporis historia comprobare poterimus, nam Augustini tempore, Siritius & Innocentius uixerunt, qui ab huiusmodi matrimonii carnalē copulā excluderunt, quāquā in hac parte nō fuerint primi, ut libro tertio dicemus.

Historia etiam Paphnutii dehortantis, Clericos, aut Episcopos à matrimoniis arceri, non de quibuscunque matrimoniis, sed de his, quæ Græcorum consuetudine, ante sacros ordines contrahuntur accipitur, quæ tamen, Siritius, & Innocentius postea, non minoribus rationibus ducti, usu coniugali priuarunt.

Eandemque, habent responsonem loci Gangrensis concilii Clementis Tertii. Stephani Papæ, & demum sextæ synodi, his enim nihil aliud probatur, quam cum Sacerdotali dignitate Presbyterali &c. matrimonii usum, si ante eosdem sacros ordines contrahatur, non pugnare, quòd nos libenter concedimus, his tamen locis usum coniugii post ordines assumpti, nullo pacto probatur, immò non licere, ex eorundem canonum contextu sic planum.

Tribuentis synodus (si tamen contra hanc sententiam aliquid statuit nam in eius canonibus nihil reperitur.) à nobis non recipitur, nec immeri-

tò, cum nihil tale unquam apud ulla christianas prouincias fuerit in usu, immò uerò cum aperte Romanorum Pontificum, generalium, ac prouincialium synodorum statuta aduersetur, & ne nos plus æquo in hac parte audaciores uideamur; Petri Damiani responso nobis est proferenda. Aliquando inquit, cum me laudens ecclesiæ tauri pingues armata conspiratione uallarent, ac furioso strepitu uituli multi tumultuantes infrenederent, tanquam ructum fellis in os meum euomere dicentes; habemus auctoritatem Tribueriensis (si tamen nomen ego teneo) concilii, qui promotis ad ecclesiasticum ordinem ineundi coniugii tribuit facultatem. Quibus ego respondi. Concilium (inquit) uestrum quodcumque uultis nomen obtineat, sed à me non recipitur, si de re Romanorum Pontificum non concordat. Hactenus Petrus.

Ancyranæ præterea synodi canon, quatenus Diaconis post susceptos ordines quacunque Episcopi facultate antea obtenta, licentiam ducendi uxorem indulget, absque ullo periculo contemnitur, quòd ne ego credar ex meæ sententia affectu (ut fieri solet) excogitasse. Theodori Balsamonis in eum canonem uerba sunt producenda. Hunc canonem (inquit) ne sequaris, qui diffinit Diaconos posse cum mulieribus matrimonio coniungi postquam ordinati fuerint, quando dum ordinarentur testificati sunt, id est, dixerunt suis Episcopis, necesse esse, ut ad matrimonium ueniant, & ueluti permissionem acceperunt, siue enim hoc prædixerint siue silentio præterierint, qui ordinantur, non permittetur eis ut post ordinationem cum mulieribus coniungantur. Hactenus Balsamon subindeque sextum canonem synodæ sextæ produxit, qui Presbyteros Diaconos, Subdiaconos &c. post ordinationem matrimonium contrahentes, deponendos decernit; allegatque sextam nouellam imperatoris Leonis sapientis, dicentis, Quòd etiam, si ex aliqua consuetudine potestatem habeant, ii qui sunt sacri, intra biennium post ordinationem præfinitum ducendi uxores legitimas, hoc tamen, ut à canonibus prohibitum obseruari non debet. Quòd uerò Leo Imperator huiusmodi matrimonia canonibus contraria pronuntiet, non excludit ea, Christi quoque constitutionibus aduersari, nam sacri canones, non omnes ab Ecclesia, sed à Christo sunt conditi; & nobis Apostolico ministerio tributis; præter hoc, quòd Ciuilibus iuris prudentia, canones uocare solet, omnes sacras leges, quæ ab imperatoria potestate non manant.

In commentis eiusdem synodi.

Can. 5.

RATIONES ALTERIVS
sententiæ diluuntur. Cap. 15.

Rationibus demum respondemus. Primæ quidē, falsum esse Romanos Pontifices aliquando cum Episcopo, Sacerdote, Diacono, Subdiacono dispensasse, ut retento usu matrimonii post sacros ordines assumpti, eisdem sacris ordinibus fungeretur, de qua re postea lib. quinto auctore Deo plura dicemus.

Secundæ rationis dilutio, quoniam in uniuersum cœlibatum militat, ad quartum librum feruamus.

Tertia tandem & postrema non aliud probat, quam quòd matrimonium & Sacer ordo sese in eodē subiecto compatiantur, quòd nunquam negauimus. Nam matrimonium ante sacros ordines contractum, non modò quoad habitationem; sed et quoad usum quantum ius diuinum attinet, absque ulla culpa cum eiusdem sacris ordinibus & eorū executione permanet: quòd in monachatu non contingit, qui si matrimonio contracto, non tamen carnali commistione perfecto inducatur, illud prorsus abrumpit, discriminis autem ratio est, tum diuina institutio, quæ non omne matrimonium cum Sacerdotio pugnare uoluit, sed post sacros ordines assumptum, quando nimirum hominiam est Deo deuotus & consecratus, omne autem monachatu propter intus inclusum uotum castitatis aduersari uoluit, tum deinde, propter diuersam utriusque naturam. Matrimonium perfectum cum nullam ciuilem mortem includat, nullo pacto cum cura filiorum & uxoris, præsertim ante sacros ordines abiicere cauerint: contra monachus cum ciuilem mortem, (nisi malis Euan-gelicam appellare) ex obedientia quòd includit uoto, complectitur, matrimonium quòd semper est cum uita ciuili coniunctum non patitur. Sed de hoc fortasse libro quinto, plura & exactiora dicemus.

PROBATVR VSVM CONIUGII ante sacros ordines contracti, cum eorundem sacrorum ordinum usu atque executione, iure diuino non pugnare, ex Apostolicis scriptis & constitutionibus.
Cap. 16.

ERGO iam ad secundum illud enuntiatum, quò sentimus, matrimonia & eorum usum, in Euangelico tempore ante sacros ordines contracta, cum eisdem, diuina constitutione non pugnare, accedamus, in qua parte tantum cum catholicis hominibus nobis est disceptandū, qui zelo optimo (sat scio) huiusmodi matrimo-

nii ex iuris diuini præscripto in sacris hominibus usum ademerunt, fortasse hac ratione putantes, se nostræ memoriæ hæreticorum lasciuia coercere posse, sanctorum patrum consuetudinem imitantes, quo quoties aduersus hæreticos sui temporis sibi certamen indicebant, omnino in contrariam partem declinare solebant, ut tandem eos in medium reuocarent. Sed quoniam nunquam mihi huiusmodi tractandi Theologiam ratio, in qua non tam ipsius ueritatis, quam temporum, aut locorum ratio habetur (quòd tamen quidam egregie commendant) placere potuit, & quoniam nec dum totam Orientalem Ecclesiam, sed neque uicium unum Christiani populi, qui suis legibus & rationibus à patribus acceptis uiuat, absque ingentis momenti rationibus unquam cõdemnare potui, in contrariam prorsus sententiam cum uniuersis (quòd ego deprehenderim) Christianis auctoribus cum iurisprudentibus, tum Theologis inclinare apud me statui, neque uerò puto huiusmodi patrociniis, in quibus bona pars ueterum auctorum & Christianæ disciplinæ decretorum, ridiculose plerūque perneganda est, Ecclesiam egere. Enimuerò Christiani Theologi huiusque clericorum cœlibatum, strenuè defendentes, nihil habuerunt necesse, ita rem urgere, ut ante sacros ordines accepta coniugia, apud Græcos & etiam Orientales Ecclesias, quibus nullum de hac re Ecclesiasticum præceptum intercesserat, suo usu abdicarēt. Neque puto aliud esse, per huiusmodi noua sed minimè necessaria dogmata, quorum rationes haud ita eruditos homines urgent, ut solui nequeant, integre Ecclesiæ prouincias abscindere, quam Christo aduersari, cuius officium est non dispergere, sed congregare. Satis est eas Ecclesias à Christo eiusque legibus alienas agnoscere, quas à Sancta Ecclesia Romana ob peruersæ fidei scelus Ecclesiastica comitia, non quæcunque sed uniuersalia abscinderunt, reliquas fouere magis quam dānare ad Theologū pertinet. Neque uerò contendo Græcos reliquasque Orientales Ecclesias, non esse iā, tum ob aliās hæreses & errores, tum ab Euangelioque contrarias consuetudines, ab Ecclesia Romana separatas, sed ob hunc morem quem (ut apparebit) diuina aut Ecclesiastica doctrina non damnat, dānatos non lego. Sed iam ad ea loca, easque rationes, quibus huic communi sententiæ consentire animum induximus, accedamus. Ergo in primis, loci illi, quibus Paulus Apostolus siue ad Thimotheum siue ad Titum scribēs, de deligendis Episcopis, Presbyteris Diaconis &c. leges tulit, inter quas eos unius uxoris uiros futuros pronunciat, licet (quòd hæretici inaniter uolunt) cœlibatum per ineundi matrimonii necessitatem, à Sacerdotio non ableget, eum tamen, unam ante matrimonium acceptam, retinere posse, eaque uti, tum uerba ipsa, tum deinde ueteris Ecclesiæ Theologi, haud obscure nos docēt. Cõtendit enim uerò san-

Lodo. clementis, lib. de cœlibatu. & Fran. Torr. lib. de dog. cava. 3. Robe. Cœna. Episc. & b. vic. &c.

Ioan. 11.

1. Thim. 3. ad Tit. 1.

Etus Apostolus, illis locis à ministris Ecclesiæ quâ maximâ poterat castitatē exigere. Vnius itaq; vxoris virum Episcopum, Presbyterum & Diaconum exigit, non q̄ necessariò uxoris uiuentis confortiū exposulet, absit, sed quod cupiat eos, aut omnino continētes, aut saltem uni soli matrimonio, cui ante Sacerdotium legitime adhæserunt, siue uiuat uxor, siue iam sit defuncta, tantummodò additos, quod est proximū continentia. Id uerò eius temporis ratio necessariò postulare uidebatur. Nam cum Episcoporum ac reliqui Sacri Cleri electio, non esset voluntaria, sed ut plurimum inuiti ad has sacras dignitates, ac reclamantes traherentur coniugati uiri, profecto iniustissimum & contra omnis legis Euangelicæ formam foret, si matrimonio quoq; suo, eiusq; vsu priuarētur, & se aut vxores suas periculo fornicationis exponerent. Nam quare obsecro, quos Deus vinculo matrimonii coniunxerat, homo distingeret? At, ais, Sacerdotium res diuina est, atq; adeò nō homo, sed Deus eisdem separabat. Respondeo, Sacerdotium res diuina est, sed id quoque de matrimonio negare cum sit sacramētum, nequaquam licet, res ergo diuina, rem diuinam nō excludet, præsertim quæ neque sui natura, neq; diuina constitutione repugnant. Itaq; Paulus, qui tamen adeò uirorum & feminarum, incontinentiæ ad Corinthios scribens prospexit, ut nequaquam viro petenti vxorem debitum, aut uxori uirum negare permisit, immò qui adeò iunctis matrimonio timebat, ut post hęc uem propter orationem abstinentiam carnalis concubitus, reueri in idipsum ne à Satana pertentarentur præcipiebat, desiderabat quidē eo seculo sacros homines, omnino Angelica puritate præditos, at non cum matrimonii iniuria & eorum qui eligebantur, aut saltem vxorum manifesto discrimine. Sic Oecumenius, Vnius vxoris uirū inquit, id est, si fiat è mundanis non sit saltem digamus, hoc est si omnino fuerit necessarium, quod cœlibes non inueniātur, vxoratum Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum eligi, nō homo luxuria diffusus & mulierosus eligatur, sed qui sobolis propagandæ gratia vnica tantum sit vxore cōtentus, sed horum locorum ueram intelligentiam & quæ nunc in eos hæretici comminiscantur, postea lib. 4. cum eorum in sacrum coelibatum rōnes proferramus, prescius exigemus.

Nunc ad Apostolicos canones, quos profecto non tam ab ipsis, quàm à Christo, vel Spiritu Sancto, ut superius dixi post ascensionem conditos, iuxta illud, Multa habeo uobis dicere quæ non potestis portare modo, & per illos nobis ad Ecclesiasticam disciplinam & decorem traditos, existimare, oportet accedere, ipse ordo disputationis hortatur. Ergo Sancti Apostoli dum eius temporis periculo subuenire contendunt, quo pleriq; vxores, quas acceperant, ad sacros ordines euecti, fortasse castitatis encomiis illecti, Sanctum putabāt dimittere & à se alienare, ita lata lege constituunt,

Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, suam uxorem nō eiiciat occasione religionis, si uerò eiicit, à communionem pellatur, persistens ordine remoueat, in quæ uerba Zonaras, Antiquitus distingere licebat inuicem cohabitantes & matrimonio coniunctos, idque sine causa quando uolebant. At Dominus, ut scribitur in Euangeliis, hoc nō uult; Igitur Apostoli secundum Domini ordinationem, hoc etiā prohibent, & interea nunc de sacris ministris loquuntur, ut si pietatis obtentu sacras minister vxorem suam repudiarit, ab Ecclesia excludatur, usq; quò sibi persuaserit eā recipere, quòd si perseuerat ipsam non recipiens, à gradu suo deponitur. Hoc. n. uidetur in calumniā fieri nuptiarum tanquā ministro coniugium faciat immundiciam. Scriptura uerò dicit. Honorabiles nuptiæ cubile impollutum, meminit autem canon & Episcoporum coniuges habentium, quia liberum tunc erat Episcopis cōiugium legitimum cum mulieribus habere. Hactenus Zonaras. Theodorus etiā Balsamon Constantinopolitanus Patriarcha sic in eundem canonem scribit. Ante sextam synodum, quæ fuit in Trullo, licebat Episcopis habere uxores, et post dignitatem Episcopale, quæ admodum & qui post matrimonium ordinantur Sacerdotes & Diaconi. Hactenus Balsamon. Vides ergo non solū Apostolica constitutione, Episcopis Sacerdotibus & ministris permitti cōiugia, sed pœnis etiam omnium grauissimis, vxorum legitimarū expulsionem vetari; Nam quod quidam uolunt, hanc uxorum retentionem non ad usum matrimoniales exercēdos, sed ad cohabitationem & protectionem intelligi, ratio ipsa canonis confutata uidetur. Enimuerò si Sacerdos aut altaris minister, iure diuino, ab eius, quam legitimo sibi ante Sacerdotium aut ministeriū inuitū matrimonio cōiunxit, arceretur, ita ut mortaliter peccaret ad eādem accedens, non erat, cur Apostoli ad eam habitationem Sacerdotes compellerent, immò uerò pessima esset constitutio, qua ad certissima perpetranda peccata, præberetur occasio. Quis enim nunc eum, qui ab vxore potestate facta, Sacerdotio, initiaretur, si cum ea post inuitum Sacerdotiū cohabitaret, tanquā qui sibi delinquendi certissima scandala spontaneus obiceret, omnino nō dānaret? aut quis eū Episcopum qui id permittere, peccare non diceret? aut quis eum Pontificē aut concilium, quod huiusmodi Sacerdotes post inuita matrimonia cum vxoribus cohabitare & conuere lege lata, ac pœnis propositis sanciret non sacilegiū diceret? immò quis huiusmodi expositio ne eas Ecclesiasticas constitutiones, quibus cautū est, ut coniuges continentiam profitentes, nisi senes essent, quo secum inuicē non cohabitent, ad religionem migrent, ab hoc Apostolico canone damnari non diceret. Est ergo uerus ac germanus canonis Apostolici sensus, quem Zonaras scribit, scilicet propter eos hæreticos, qui legitime vxoris cōcubitū in Euangelico statu peccatū putabant, eiusdem

can. 5.

Heb. 13.

dem uxoris exclusionem prohibitam quod nullum scilicet in hac parte inter Sacerdotes & alios quoscuque christianos putarent discrimen. Nam quod iam Apostolico seculo ea hæresis, quæ christianis matrimonia prohibebat, caput extulisset; Clemens Rom. Pontifex eorum temporum hæreses enumerans in hæc uerba testatur, Aliqui. n. plures Deos esse putant, aliqui tres principio carentes, alii duos ingenitos &c. & subinde. Ac qui dam nuptias respuunt, carnem, item & uinum, quæ in rebus abominandis ponunt, item nubere & operam dare liberis prohibent &c. Et fieri potuit, ut ii hæretici potius Sacerdotibus, & Euangelii aut altaris ministris, propter peculiarem, cui per hæc mysteria alligantur, religionis rationem, quam aliis quibuscunq; christianis matrimonio interdicerent, unde de illis potiusquam de aliis, canonem condere uisum fuerit Apostolis, quòd nimirum ceteri christiani inde intelligerent, sibi fortiori ratione legitimas coniuges retinere licere. Atque id forsam est, quod aiunt, occasione religionis.

Probat secundo, licuisse per Apostolos, uxoribus legitimis, Sacerdotibus uti, id quod idē Clemens de ministrorum electione loquens, in hæc uerba pronuntiat. Episcopum & Presbyterum ac Diaconum dicimus, vnius vxoris debere constitui, siue uiuant eorum vxores, siue decesserint, non licere autem iis, si post ordinationem sine vxore fuerint, ad nuptias transire, vel si vxores habeant, cum aliis coniungi, sed contentos esse ea, quam habentes ad ordinationem venerunt. Hactenus clemens. Cuius uerba vxorum ante ordinationem ductarum, commercium & usum aperitissimè indulgent, cum prohibent, si vxores habeant, aliis coniungi, ed contentos esse ea, quam habentes ad ordinationem venerunt. Nec est cur hunc canonem in Nicolaitas reiiciamus, nisi totus liber sit in eos, aut similes eius temporis hæreticos reiiciendus, præsertim cum Nicolaitæ multum abfuerint ab ea sententia; quæ illis, nescio, qua ratione quasi error imponitur.

EX CONCILIO GANGREN. suadetur idem. Cap. 17.

DE M quod Apostolicus canon, sed expressius multò, Grangrense concilium contra Eustachium Sebastiensis Episcopum, qui eam hæresim quam Apostoli eo loco damnarunt, reuocaret in Armenia, in hæc uerba diffinit. Si quis existimat Presbytero coniugato, quòd eo sacrificante non oporteat ipsius oblationi vel sacrificio communicare, anathema sit, Neque uerò hic eorum admittendus est sensus, qui uolunt hoc loco patres non Sacerdotum vxorium usum comprobasse, sed laicis, coniugum ac cœlibum Sacerdotum discretio nem ac iudicium uetasse, quasi uellēt patres, peccare quidem Sacerdotes, qui coniugio uterentur,

Lib. 6. Apostolicar. constitution. c. 10.

Lib. 6. Apostolica constitutione. c. 18.

Can. 4 & d. 28. cap. si quis.

verum horum peccatorum iudicium & examen non ad laicos, quorum est candidè opera ministrorum frui, sed ad Episcopos, aut ad Deū oportere referre. Hic profecto sensus à totius illius concilii, quòd in coniugium actionum damnatorem Eustachium, coactum fuerat, intentione, conuellit, neque aliud enim uero toto illo concilio patres contendunt, quàm quòd matrimonia, carnis esus &c. sine ullo peccato sint à Christo permissa. Quod præter Ecclesiasticas historias, ex Apostolica ab eisdem Episcopis concilio præfixa, apertissimè proditur. Declaratum est (aiunt) has easdem nuptias accusare, & docere, quòd nullus in coniugali positus gradu, sp̄e habeat apud Deū. Unde factum est, ut mulieres multæ seductæ, relictis uiris, & uiri vxoribus destitutis, vinculum coniugale dissoluerent, continentiam profitentes, quam cum retinere non possent, adulterium cōmiserunt. Et subinde. In domibus quoque coniugatorum, neque orationes quidem debere celebrari, intantum ut easdem fieri uerent, & oblationibus quæ in eisdem factæ fuerint, minimè cōmunicandum esse decernant. Presbyteros uerò coniugatos, sperni debere dicunt, nec sacramenta, quæ ab eisdem conficiuntur, attingi. Non ergo illic iudicium Presbyterorum uxoribus utentium admittitur plebibus, sed ecclesiastico anathemate, hæretica Eustachii, quæ christiana quæcunque matrimonia damnabat, sententia percutitur. Unde quia duo sunt in ecclesiastica republica christianorum status, laicus vnus, sacer alter, duos quoque canones, quibus eorum matrimonia cōprobaret, sancta synodus addidit. Forte enim si unum tantum ædidisset, quò illis anathema intorqueret, qui vxore legitime ducta uti non licere dicerent, id ad laicos non item ad Sacerdotes pertinere quis diceret, Si quis (aiunt) uituperant nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam mulierem detestatur, aut culpabilē æstimat, uelut quæ in regnum Dei introire non possit, anathema sit, nisi quod canon iste nō modo de laicis, sed de Sacerdotibus quoque, quartus uerò ille de solis Sacerdotibus, ut Sacerdotum coniugia de quibus ut Apostolico tempore, fortè maioriter controuersa, bis decerneretur cum sacerdotio non pugnare. Declarat autem hic canō primus, quo res uniuersaliter ponitur, quartum illud, quo de solis Sacerdotibus patres statuunt, apertè enim hic coniugii legitimus usus comprobatur, dum dicitur, Si quis uituperat dormientem cum uiro suo &c. Declarat etiam eundem, octauus, quo de bono uirginitatis ab eisdem patribus in hæc uerba decernitur, Quicumque uirginitate custodiens, aut continentia studens, uelut horrens nuptias, temerat, nec propter hoc quod bonum & sanctum est, nomen uirginitatis assumit, anathema sit. Et rursus decimo canone, Si quis (aiunt) ex his, qui uirginitatem propter Dominū seruant, extollitur aduersus coniugatos, anathema

Socca. lib. 1. ca. 4. §. 5. lib. cap. 22.

ma sit. Enimvero his duobus locis, nuptiæ non pro ipso matrimonii sacramento, aut obligatione, sed pro usu matrimonii, cum virginitati opponitur, accipitur; Virginitas namque non mutari illi potestati, quam in corpora coniugum, matrimonium tribuit, sed ipsi usui matrimonii, contra ria cognoscitur. Non igitur eo canone, quo de Sacerdotum coniugio fit sermo, eos, patres synodi Gangren. damnat, qui Sacerdotum coniugum sacrificia detestarentur, sed, quæ erat totius eius concilii generalis intentio, eos qui Sacerdotibus uti propriis uxoribus legitime acceptis illicitum dicerent.

EX SYNODO ANCYRANA
idem. Cap. 18.

EST & illi sententiæ, decimus canon Ancyrani concilii sub Marcellino Pontifice omnino contrarius, dum Diaconis, qui ad ministerium assumuntur, si tempore ordinationis ad continentiam conseruandam protestentur se impotes, uxores indulget. Diaconi (inquit) si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes uelle se habere uxores, nec posse continere, hi postea si ad nuptias uenerint, maneat in ministerio, propterea quod ipsis licentiam Episcopus dederit. Quicumque uero tacuerit & susceperunt manus impositionem professi continentiam, & postea ad nuptias uenerint, à ministerio cessare debent. Hactenus canon. Cuius sententia quamquam in hoc quod protestatibus ordinationis tempore, se non posse continere, ordinatis imo ducendi uxores indulget potestatem, antea à nobis Theodori Balsamonis iudicio repudiata fuerit, in hoc tamen recipienda uidetur, quod innuat eo tempore sacrorum ordinum functionem, cum actionibus coniugalibus non pugnare. Neque uero ea dilatio probatur, qua uolunt, in eo canone non legitimarum coniugum usum indulgeri, sed hoc tantum concedi, ut quia permisit Episcopus, ut ordinareretur, qui dicebat se non posse esse sine uxore, non mereatur gradu deici, sed in eo post tales nuptias remaneat, ita tamen, ut abstineat se ab ea, quam sic duxerit, ut ducere non licebat. Hæc (inquam) interpretatio adeo ipsius canonis, haud profecto obscuris uerbis, aduersari uidetur, ut potius eiusdem auctoritatem, ingenuè ac aperte inficiari præstitisset. Nam quod uxor, quæ huius canonis auctoritate & Episcopi indulgentia, Diaconis conceditur, non in solâ cohabitatione & uitæ confortium, sed etiam ad uitandum per uxorias actiones fornicationis discrimen, concedatur, ipsa uerba testantur, Diaconi (inquit) si ipsa ordinatione protestati fuerint, se uelle habere uxores nec continere posse &c. Sumitur igitur à Diacono uxor propter incontinentiam, quæ incontinentia non uxoris cohabitatione, quæ magis iucenditur, sed eiusdem legitimo concubitu, ut

Paulus ad Corinthios scribit, à christiano uitatur. Vnusquisque vir (inquit) uxori debitum reddat, & uxor uiro. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi. & iterum. Reuertimini in id ipsum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam uestram. Et subinde, Dico autem, Non nuptis & uiduis, bonum est illis, si sic permanserint, sicut ego, quod si non se continent, nubant.

EX PAPHNUTII EPISCOPI
sententia, idem demonstratur.
Cap. 19.

ILLUD præterea, apertè horum opinionem expugnare uidetur, quod Socrates in concilio Niceno accidisse commemorat, nam cum ecclesiastica disciplina magis ac magis quotidie auferente, patres iam penè statuisent, uxores Presbyterorum & Diaconorum ab eisdem abstrahi, statutoque perpetuo cauissent, ne amplius coniuges Sacerdotio aut ministerio fungerentur, surgens Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, cum propria coniuge concubitum, suastitque concilio, ne talem poneret legem, grauem esse afferens, quæ aut ipsis, aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret, Et hoc quidè (inquit Socrates) Paphnutius licet nuptiarum esset in expertus, Synodus laudauit sententiam eius, & nihil ex hac parte fanciuit, sed hoc in vnus cuiusque uoluntate, non necessitate permisit. Hactenus Socrates. Quam rem non modo Sozomenus, sed Nicephorus Calixtus nobiles ecclesiasticæ historiæ scriptores memoriæ prodiderunt. Quantus uero apud illud ecclesiasticum seculum non modo uite probitate ac sanctitate miraculis consecrata, sed gloria quoque martyrii Paphnutius, extiterit, præter ea quæ ab his tribus auctoribus referuntur, Rufinus, Toranus, Aquileiensis, scribit, Fuit autem (inquit) in Niceno concilio Paphnutius homo Dei, Episcopus Aegypti partibus, confessor ex illis, quos Maximinus dextris oculis effossis, & sinistro poplite succiso damnauerat, sed in hoc tanta uirtutis inerat gratia, ut signa, non minus quam dudum per Apostolos, fierent. Nam & Demones uerbo tantum fugabat, & egros sola oratione curabat, sed & cæcis visum dicitur reddidisse, & paralyticos ad stabilitatem corporis reuocasse. Quem Constantinus in tanta ueneratione & affectu habuit, ut sæpius eum intra palatium complecteretur, & illum oculum, qui, in confessione fidei fuerat euulsus, auidioribus oculis demulceret. Hactenus Rufinus. Hic igitur uir talis ac tantus, id statutum quo legitimæ uxores ante ordinationem à Diaconis, Episcopis, aut Sacerdotibus ductæ, eorundem arcebantur amplexibus, impedisse narratur, quod profecto, si eorundem

Lib. 1. eccl. hist. c. 11.

Calix. eccl. hist. lib. 3. c. 19.

Lib. 10. eccl. hist. c. 4.

rundem uxoribus usum, cum diuina lege pugnaret, nequaquam fecisset.

REFUTANTUR, QUAE IN PRAE-
cedentem historiam à quibusdam recentioribus afferuntur. Cap. 20.

RESPONDENT tamen hic, qui contrarium tuentur, Socratem, ut qui hæreticus ac Nouatianus extiterit, mentitum fuisse, idque ut illis uidetur manifesto, conuincunt, quod id factum, cum tertio eiusdem Nicenæ synodi canone pugnet, ubi Episcopus, Presbyter, Diaconus, & omnis profusus clericus prohibetur habere uxorem, nisi fortè matrem aut sororem, aut matriteram siue amitam, aut eas solum personas, quæ ab omni suspitione alienæ sint, Nam cum non nisi articulo, sed simpliciter concilium à domibus Sacerdotum excluderet, aperto indicio est, non singularem quampiam, sed quascunque, siue uxores, siue non uxores concilium intellexisse.

At hoc facile est diluere, & antiquam historiæ à calumpnia uindicare. Nam principio, quod Socrates Nouatianus extiterit, quaquam scia à quibusdam scribi, non satis cõpertum habeo, & multo minus, an eo tempore, quo quos nunc habemus ecclesiasticos commentarios, memoriæ prodidit, eandem hæresim coluerit. Verum demum eundem Nouatianum fuisse, eoque tempore, quo Nouatianus erat eam historiam condidisse, an nõ eadem historiæ Sozomenus narrat, qui tamen non fuit Nouatianus? sed is ipse (aiunt) fuit Theodori Mopuestani (cuius error impietas in quinta synodo Gan. 12. damnatur) admirator, ut illi beatus Gregorius ad Elogium Alexandrinum Episcopum, & Anastasium Antiochenum scribès, obiicit. Sozomeni historiam (ait Gregorius) fides Apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur. Et Theodori Mopuestani nimum laudat, atque usque ad diem obitus sui magnum doctorem eum fuisse perhibet, Hæc Gregorius. Cui uiro sanctissimo sicut nullibi alibi, ita in hac parte contradicere nolumus. Sit ergo Theodori sectator Sozomenus ut Gregorius scribit. Quid? an Nicephorus Calixtus qui idem recenset, fuit Nouatianus, aut Theodori sectator? sed secutus est (aiunt) Socratem & Sozomenum, at non sine ratione, multa, quæ illi retulerant siluit, cur id quoque non siluisset uerum si non putasset? Nam si ita cum auctoribus agere liceat, nõquam ergo ad historiæ ueritatem & auctoritatè pertinebit, eadem à multis referri, & multorum consensu confirmari, procliuè enim erit dicere, eos primum quendam auctorem quem pro nostro affectu mendacem dicemus, insecutos fuisse. Enimvero qui scribit historiæ non uniuersa quæ in præcedentibus scriptoribus inuèit, sed quæ post exactum examen uera esse comprobatur, memoriæ commendat,

Epist. 31.

Et alioqui in reliquis rebus uniuersis, quæ non euangelicis aut Apostolicis scriptis constant, comprobatis, non est parui momenti argumentum, eadem à duobus aut tribus ecclesiasticis auctoribus comprobari. Cur ergo non in hac parte, trium auctorum ecclesiasticæ historiæ consensus, præsertim cum nullibi apud sanctos auctores, eadem historiæ damnatam legamus, magnum robur non obrinebit? Aut cur, uel Leo nonus, uel Vmbertus Cenomanus, Græcorum consuetudinum, præsertim uero Sacerdotalis coniugii accerrimi insectatores, neque eam historiæ damnarunt, neque Socrati, aut Sozomeno hæreses obproberrunt? Aut cur beatus Gregorius, in ea epistola rationes, propter quas Sozomeni historia ab Apostolica sede non reciperetur proferens, quod scilicet Theodori Mopuestani commendat &c. huius quoque mendacii Paphnutio impositi non meminit? Ergo aut demum Socratem & Sozomenum fuisse hereticissimos & multa mentitos, inde tamen huius historiæ ueritas nihil deteritur, tum quod eam catholici quoque scriptores memoriæ prodiderint, tum quia in tanta sæculorum antiquitate & castitatis Sacerdotalis studio, ipsi quoque qui contra eos scripserunt, falsam esse non dixerint.

Verum obsecro, quantum est illud argumentum, quo eam historiæ falsam esse probat, propterea quod Socrates aut Sozomenus nonnulla mendacia scripserint? Enimvero, si qui semel, aut iterum in historia mentitur, semper est mentiri credendus, Vniuersa siue prophana, siue ecclesiastica iam perit historia. Quotus enim quisque auctor mendaciam aliquam non scribit? Annuinquam mentiti sunt, Herodotus, Thucidides, Pausanias, Dionysius, Linius, Salustius, Iosephus, Suetonius, Eusebius, Theodoritus, Euagrius, & reliqui, quibus tamen, uel in prophana, uel in Iudaica, uel in ecclesiastica historia fides adhibetur? Ergo nunquam illis, quoniam à multis in grauisimis quoque rebus mendaciam arguuntur, fidem præstemus. Verum ego si quid, in sancta scriptura, uel apud unum auctorem scriptum reperio, continuo summa fide complector: in cæteris, primò quidem id quod multorum consensu approbatum uideo, deinde id tantum approbo, cui uel ipsa ratio, uel hominum consuetudo, uel ecclesiasticus usus, uel auctorum grauiorum auctoritas (reclare non intelligo) quale est hoc Paphnutii factum, quod cum à tribus ecclesiasticis historicis, hisque grauisimis referatur; neque cū ratione pugnat, neque Euangelio aduersatur, neque ab ecclesiastico usu, præsertim eius sæculi, dissidet, neque eorum sanctorum patrum, qui post eam historiæ summi Sacerdotalis castitatis zelatores extiterunt, scriptis incesatur.

Quantum deinde est illud argumentum, quod ideo Socrati aut Sozomeno non esse credendum dicitur, quod hæretici fuerint? Quin uero si hæ ratio,

Dist. c. san.
Et Romana
Ecclesia.

ratio, quicum cogeret, nulli ex his quas habemus ecclesiasticæ historiæ, fides esset præstanda. nam in primis Eusebium Cæsariensem, eiusdem ecclesiasticæ historiæ parentem, Arrianismo laborasse, propter alios nonnullos, non sine magnis rationibus, Ioannes Zonaras scribit, immò verò & Gelasius Pontifex apertè hoc insinuat, cum in concilio Romano, qui libri legendi essent catholicis hominibus præscriberet. Item inquit Chronicon Eusebii, atque eiusdem ecclesiasticæ historiæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & in laudibus atque excusatione Origenis Schismatici, vnum librum composuerit, propter rerum tamen singularem notitiã, quæ ad instructionem pertinet, usquequaque non dicimus renuendas. Hactenus Gelasius. Theodoritum Cyriensem etiam apertè Nestorii stetit, eque pugne, quas contra Cyrillum Alexandrinum exercuit perspicue demonstrant. Nicephorum Callixtum facile esset causari, eum non quocumque tempore, sed eo quo Græca ecclesia ab Apostolicæ sedis obediëntia descuerat in Græcia floruisse, vnde quasi Schismatico, mendacia quecumque impingere, non esset difficile. Ergo non vniuersa quæ heretici docent, præsertim in historia, sunt falsa censenda, sed ea quæ suæ hæresi aut errori videantur applaudere, dicere uerò usum vxorū ante Sacerdotii initiationem ductarum, licitum esse Sacerdotibus, Neque cum Nouatianorum, neque cum Theodori Mopuestani erroribus ullo pacto cohæret, atque adeò neque vlla ratione in eã Paphnutii naratione historicæ veritatis prodita, vel Socrates vel Sozomenus suspectus videtur. Deinde non auctorum ratione, sed multorum sæculorum comprobatione, non modo ecclesiasticæ historiæ, sed prophanae quoque robur accipiunt, quod scilicet, id quod narrant multorum & eruditum virorum consensione probetur. aliò qui inter veteres & nouas historias, in fidei auctoritate nullum esset discrimen. Profecto, non ego Eusebio, aut alterius generis historico credo, quod ille, quem non satis compertum habeo, quo spiritu scripserit, mihi narret, sed quod multorum sæculorum, magnorumque virorū approbatio aut saltem non reprobatio præcesserit. In qua re quãtum sit momenti repositum in ecclesiastica fide, quæ potissimè nostrorum maiorum traditionibus constat, comprobanda, qui ecclesiasticas historias quæ aliò qui magnopere ad hereticos vexandos profunt, quibuscumque rationibus, elidunt, non satis expendunt. Qui hunc ecclesiasticum usum & comprobatiorem satis aduertisset, haud magnopere miraretur, non modò eos libros, qui suspectæ fidei auctores habuerunt, sed eos, quos vel Pontifices Romani sui initio, cum nondum auctoritatem obtinuissent, nec satis perspectum esset, an quicquam ex auctoribus eiusdem fuisset erroris affricatum damnassent, rursus quasi post Libinio, ecclesiasticæ lectioni, ingenti cum aucto-

ritate restitutos fuisse. Sic olim Gelasius Pontifex in concilio Romano, quod eorum vel vtilitas vel veritas nõ esset plufrata, multos libros ecclesiastico usui interdixit, quos tñ hodie nõ minus quàm alios quoscumque venerandæ antiquitatis veneratur ecclesia. Tales sunt Apostolorum canones Tertulliani, Clementis Alexandrini, Casiani Presbyteri scripta. immò verò ipsamet Eusebii Cæsariensis historia, quæ licet ab eodem Pontifice vt parum antea dicebamus propter rerum singularem notitiã, lectioni christianorū permittatur, ita tamen permittitur vt non sine falsitatis & mendacii formidine sit omnino legenda. hoc enim mihi videtur insinuare, cum eam historiam, & inter libros qui sint legendi christianis recenset. Et rursus eandem inter Apocryphos numerat, historiam (inquit) Eusebii Pamphyli Apocrypha. Verum de Eusebii, Socratis, Sozomeni &c. quos in genere scribendi dogmatico vel historico, nunc colit ecclesia, in secundo tomo librorum de reãta in Deũ fide, quos iam ædere paramus, pluraque quæ ad hanc re quoque pertinent. Scripsisse me meministi.

Num iam donemus (quod tamen maximè desideratur, & Socratem & Sozomenum, immò verò & Nicephorum hæreticos fuisse, donemus multa metiri, donemus hac vel aliis causis à Romanis Pontificibus, immò verò & à conciliis eorundem historias fuisse damnatas. Quid? An Paphnutii factum in iuris canonici libris ex Socratis aut Sozomeni historia traductũ est? nequaquam, sed ex tripartita historia, quã Aurelius Cassiodorus, vir, & catholicus & eruditissimus ex tribus illis auctoribus qui suspectæ fidei tum temporis fortasse habebantur, Socrate, Sozomeno, & Theodorito, ne eorum diligentia catholici carerent, coppilasse. Epiphanoque (non illi quondam constantiæ Salaminae Episcopo) sed cuidam alio, in latinum sermonem conuertendam mandasse, scribitur. Quin verò nec horum historiæ vsque ad nostra tempora (quibus nescio qua ratione factum est, vt ea etiam quæ patrum industria delitescerant, in medium prodeant) latinæ ecclesiæ in vsu esse ceperunt. Cum tamen absque nullius viri docti reprehensione (omitto versionem quæ multis mendis & interpretis lapsibus scatet) tripartita historia à tẽpore Cassiodori semper fuerit in precio. Itaque ex suspectis auctoribus seligendo ac probando, quæ vera videbantur, & falsa aut suspecta omittendo, Cassiodorus, nouam historiam cudisse videtur, quam quod ex tribus auctoribus, qui id temporis ecclesiastici, quod à Constantino fluxerat, memoriæ prodiderunt, conflata sit, tripartita vocatur. Ex hac itaque ecclesiastica historia Cassiodori & Epiphani, non item ex Socrate aut Sozomeno, quos usque ad nostra tempora, amplius quàm mille annis, nemo latinorū viderat, vel nos, vel Gratianus Paphnutii factum decerpimus, nam cum ille multis auctoribus comprobasset, Sacerdotibus interdictos esse vxorios,

ample-

plexus, sed si obiicitur (inquit) illud tripartitæ historiæ. Nicæna synodus &c. sed cur dicit quis, eiusdem historiæ, vel Eusebius vel Rufinus, vel Theodoritus non meminerunt? Respondeo. Eusebius, Niceni concilii historiam, aut quod per vitam non licuisset, memoriæ non prodidit, aut quod Gelasius, & Zonaras volunt, quia non rectè eius fides cū eo concilio cohæreret dissimulauit, non ergo mirandum, quod Paphnutii factum siluerit, qui totam eius synodi historiam silentio contexit. Meminit autem huius historiæ Valerius Augustanus Episcopus, vir suo tempore eruditus & miraculis clarus, in epistolam ad Nicolaum primum, cuius antea meminimus, quæ in ea veterum auctorum coaceruatione, quam hisce annis Ioannes Heroldus Basileæ typis excussam, nomine Orthographorum veteris theologiæ, edit, continetur, in qua ex eadem historia aliisque scripturæ veterumque ecclesiæ patrum locis, Sancti Pontificis Nicolai tunc temporis in Sacerdotalibus nuptias animaduertentis bono fortasse zelo, impetum reprimit, de qua postea.

CANONEM TERTIVM CONCILII NICENI, PAPHNUTII HISTORIÆ NON REPUGNARE. Cap. 21.

VERVM iam ad id, quod non ab auctori præiudicio, sed ab ipsa doctrinæ Niceni concilii repugnantia, secundo loco obiiciebatur, veniamus. Ideò Paphnutii historia prorsus falsa esse credebatur, quod eiusdem concilii tertio canoni repugnaret. At mihi in hac parte nulla profecto si dignè res expèdatur videtur esse repugnantia. auctores non vxores, vt ii græcè aliò qui linguæ peritissimi, putarunt, sed subintroductæ mulieres erant, id est, quæ nec sanguinis aut matrimonii commercio, Sacerdotes attingebant. Sic enim, non modò apud Gratianum, Iuonem, & Burchardum, à quibus tertius ille canon in Rasfodiis decretorum ecclesiasticorum inferitur, sed vbique à viris quibusque doctissimis ea dictio conuertitur, quãquam Rufinus eam dictionem, extraneas quoque conuerterit. Sunt, vt Chrysofostomus insigni quodã sermone ostendit, non vxores neque concubinae, sed tertium quodam genus fœminarum, initio quidem ex pietate, postea verò (vt omnia bona etiã in malum plerumque conuertuntur) contra ecclesiasticas regulas domi retentum. Sunt (inquit) quidam, qui puellas inuuptas, absque hoc, quod opus nuptiarum cum illis exercent ducentes, domi, perpetuo collocant, & vsque ad supremam senectam secum inclusas tenent, non liberorum procreandorum gratia, neque enim aiunt, se cum illis rem habere, neque causa libidinis, siquidem illas se dicunt incorruptas inuolatasque seruare. Hactenus Chrysofostomus. Qui verò huiusmodi virgines in domos suas asciscerant, has causas præ-

texebant, quod videlicet puellis vel naturæ conditione, vel tyrannorum rabie, parentibus, fratribus, tutoribus & cognatis, maritisve orbatis, opus esset patrono aliquo ac virginitatis aut castitatis custode, aduersus maleuolos & christiani nominis calumniatores, dicebant deinde muliebrè ac fragilem sexum maximè egere aliqua subleuatione &c. Cum tamen hi verè sub pietatis specie, non aliud quàm voluptatem spectarent. Has ac similes causas pulchrè reffellit illo loco Chrysofostomus & dehortatur penitus à consuetudine horum mulierum, tum propter aliorum scandalum, tum propter paratam ad peccandum occasionem. neque enim facile fieri putat si iuuenis cum puella totum diem confabuletur, cūque ea iocos misceat ac redeat absque arbitris simul canans ac bibens, quin accidat aliquid humanum. Erat, & apud græcos genus aliud fœminarum, quas *υαιρονικαι* appellabant, quod essent peculiari virginitatis aut alterius instituti religioni initiatæ, quæ virorum quoque contuberniis passim addicebantur, de quibus simili argumento, extat sermo quidam diuini Chrysofostomi, docens canonicas non decere cum uiris habitare. Quoniam igitur huiusmodi mulieres quæ *υαιρονικαι* vocabantur, iam corruptione illo sæculo multorum peccatorum scandala dedebant, dum specie pietatis & religionis sese Sacerdotum contuberniis addicebant, Nicenum concilium, tertio illo canone, volens, vt Ioannes Zonaras inquit, eos qui sunt sacri ordinis non modò sine crimine esse, sed etiam sine criminis suspicionem, solas eas fœminas clericis omnibus cohabitare permisit, de quibus natura suspicari nihil permittebat, Clericis omnibus earum consuetudine interdicit. Est autem huius significationis si quæ diximus non sufficiunt, apertissimum testimonium ea epistola quam Anthiochenum concilium, de damnatione Pauli Samosatani qui has mulierculas in contubernio clericorum quem admodum & Priscilianus, vt colligitur ex cap. 15. concilii Bacharenis, id est, permittendas docebat, ad Dionysium Pontificem Romanum scribit, in qua post aliorum criminum narrationem sic aiunt, De mulieribus verò quæ cum ipso simul manebant, quas *υαιρονικαι* Antiocheni appellant, quid opus est dici, ex quarum societate & contubernio, vt sibi nulla quæstio moueretur, etiam Presbyteris & Diaconis suis, his dumtaxat, qui ei morem gerebant habedi mulieres secum, similem licentiam dedit. Hactenus concilium. Vbi apertè vides suspectæ conuersationis fœminas *υαιρονικαι* vocari, non item vxores Presbyterorum & Diaconorū, quarum quantuncumque vt auctores ii volunt, nuptiali vsu arcerentur sacriuari earum tamen cohabitationem, sancti illi Episcopi illis vicio non vertissent. Earum verò electionem apertè prohibebat Apostolicus canon, immò verò in Romana ecclesiã cum earum vsu, Presbyteri arcerentur, eas tamen & domi retinere & alere. Pontifi-

cum

Dist. 13. ca.
Nicæna 57.
idus.

Dist. 32. ca.
interdixit.
Burch. lib. 3.
Iuon. lib. 6.

Diss. 3. ca.
omnino

cum præceptis iuebantur. Vnde Leo nonus in Nicetam Abbatem. Omnino confitemur, non licere Episcopo, Presbytero, Diacono propriam uxorem causa religionis abiicere à cura sua, sed ut ei victum & largiatur, sed non ut cum illa carnaliter ex more iaceat. Hactenus Leo, in quem sensum, & aliæ multæ ecclesiasticæ constitutiones sunt factæ. Vnde haud inualida ratione ita colligimus. Concilium Antiochenum crimini vertit, Paulo Samofateni quod Sacerdotibus mulieres habentibus, quæstionem fieri non permetteret, at Apostolicis & Ecclesiasticis constitutionibus uxores legitimas habere licebat tãquã sorores, immò quod tunc fœminarum nondum essent receptacula, nec constitutum esset ut Sacerdotum uxores in monasteria migrarent, secum easdem Sacerdotes retinere cogebantur, non igitur *ουβελιαστους* erant uxores, sed alterius rationis fœminæ. Et rursum. Concilium Nicenũ præcipit Sacerdotibus Diaconis &c. ne *ουβελιαστους* habeant, at Apostolicis & Ecclesiasticis constitutionibus uxores domo tradi non poterant, non ergo *ουβελιαστους* uxores erant, & perinde nec erant matres, amitæ, matertera, auia, sorores, &c. & reliquæ fœminæ quas sanguinis commercium & Ecclesiasticæ constitutiones ad habitandum cum Sacerdotibus Diaconis &c. legitimas fecerunt. Verum in hac parte, ubi res est apertissima, coniecturæ sunt ociosæ. ipse enim canon vel inuitos fateri cogit *ουβελιαστους* uxores non esse, in eo enim non modo Episcopi, Presbyteri & Diaconi *ουβελιαστους* habere prohibentur, sed etiam clerici uniuersi, Omnibus (inquit) modis interdixit sancta synodus neq; Episcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque vlli clericorum omnino liceat habere &c. At clerici illi, qui neque sunt Episcopi, Presbyteri, nec Diaconi, neque Subdiaconi uxores secum habere, immò & vxoribus vti diuino, Apostolico, aut ecclesiastico iure, nec tunc nec modò prohibentur, non ergo concilio *ουβελιαστοι* sunt uxores, sed suspectæ conuersationis fœminæ. Neque verò quorundam dilutio huius rationis impetum minuit, quòd scilicet de clericis qui non erant Episcopi, Presbyteri, Diaconi siue Subdiaconi iam antea editus fuisset canon ab Apostolis, quo eisdem etiam post ordines acceptos licet inire nuptias, Vnde hunc canonem non de illis sed de aliis qui ordinis sacro sunt initiati, uolunt intelligi. Primo enim in re ambigua, quãuis patres ab Apostolis de clericorum matrimoniis & vxorũ usu factam fuisse constitutionem scirent non erat cur eorundem clericorum dum *ουβελιαστους* Ecclesiasticis prohibebant, exceptione non facerent, sic dicendo, omnibus modis interdixit sancta synodus, neque Episcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque vlli clericorum, cantoribus & lectoribus exceptis &c. ut in rebus apertioribus ac leuioribus facere solent, cum ergo nullum clericorum ab prohibitione excipiant, profecto uniu-

uersos cõprehendunt. Deinde dicant illi, qui sint ii clerici qui non sunt Episcopi, Presbyteri, Diaconi per quos etiam veterum more Subdiaconos intelligunt, An non lectores, cantores &c. Ergo cum hi quoque *ουβελιαστους* habere prohibentur, reliquum est, *ουβελιαστους* non esse uxores, neque hoc nomine uxores comprehendi. Præterea eo canone *ουβελιαστοι* à cohabitatione Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum excluduntur, at illis conceditur habere secum, matrem, sororem, auiam, amitam, aut materteram, non ergo mater, soror, auia, amita, aut matertera, canon *ουβελιαστους* vocat, ac proinde hoc nomine, non quasunque fœminas, sed eas tantum, quas neque matrimonium neque sanguinis commercium suspitione purgat, concilium intelligit, quod aperte canon ipse indicat, dum subiungit, In his naq; solis personis & harum similibus, omnis qui ex mulieribus est, suspicio declinatur.

At, ais, canon uniuersas eas, quæ suspectæ forent Sacerdotum cohabitatione arcet, eas uerò quarum nulla esset suspitio, eisdem indulget ut matrem, auiam, materteram, amitam, sororem, quo nomine & uxores, iam pudicitie per maritalis Sacerdotii imitationem intelligit.

Sed hoc mihi persuaderi non potest, primò quidem, quoniam in uniuersum canon *ουβελιαστους* prohibet Episcopis, Presbyteris &c. conceditque eisdem matres, auias, sorores, &c. secundò quoniam cum hic canon ut diximus, non modo de Episcopis Presbyteris & Diaconis, sed etiam de uniuersis clericis sit accipiendus. Si nomine fororis, uxor continens intelligitur, iam clerici omnes in minoribus quoque ordinibus constituti uxorum usu arcerentur. Tertio quoniam nomine fororis uxorem etiam continentissimam intelligi, profus est uolentissimum. Quarto, quòd nouerat, cur patres in re tam ardua, tanta uerborum obscuritate uterentur. Et profecto in ecclesia latina, ubi uerè Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi carnali usu uxorum arcerentur, cum simile quid de cohabitatione Presbyterorum & mulierum statuitur, aperte uxor conuersa aut continens ponitur, quod secundum Arelatense concilium fecisse legimus. Si quis (inquit) de clericis à gradu Diaconatus, in solatio suo mulierem, præter auiam, matrem, sororem, filiam, nepet, uel conuersam uxorem suam habere præsumpserit, à communionem alienus habeatur. Vbi aperte uides uxorem conuersam præter sororem, matrem, &c. concedi. Ponitur ergo in hoc canone uxor, quoniam latina consuetudine Sacerdotes & sacer ordo, uxorum etiam legitimarum, copulatione priuatur, in illo uerò non ponitur, quoniam de uxoribus legitimis, & ante ordinis assumptionem acceptis, nulla erat controuersia, ita ut sit illius tertii canonis legitimus ac germanus sensus, Ne quis mulierem extraneam aut subintroductam, idest, ex qua adulterii, aut fornicationis

c. de Episc.
& cleric. &
in Theodos.
Cod. eo. xi.

tionis suspitio, apud uulgus emergat, domi habeat. Atq; hunc esse eius canonis legitimum sensum, Imperatores Theodosius & Honorius de hac re lege lata ad Palladium rescribentes apertissime mea quidem sententia ostendunt. Eum, aiunt, qui probabile seculo disciplinam agit, decolorari consortio sororia appellationis non decet. Quicumque igitur cuiuscunq; gradus Sacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierum interdicta consortia agnoscat, hac eis tantum facultate concessa, ut matres, filias, germanas, intra domorum suarum septa contineant. In his enim nihil scui criminis existimari, fœdus naturale permittit, Illas etiam non relinqui, castitatis hortatur affectio, quæ ante Sacerdotium maritorum, legitimum meruere consortium. Neque enim clericis incompetenter coniunctæ sunt, quæ dignos Sacerdotio uiros sui conuersatione fecerunt. Hactenus Imperialis constitutio. Quæ profecto non aliud mihi uidetur, quàm eius quæ antea lata fuerat, Nicenæ legis, explicatio & corroboratio. Extraneas ergo mulieres à quibus peccati suspitio oriri potest, non item, uxores legitimas, Nicæna Synodus clericorum contubernio arcendas statuit, uxores uerò docent retinendas, non quas cunq; sed quæ ante Sacerdotium, eorum consortium maritale meruerunt, neque quacunq; ex causa, sed castitatis affectu, idest, ne propter suam incontinentiam, alienas aut inuaderent, aut appetrent. Est aut hæc constitutio non Latino sed prorsus Græco Sacerdotio competens, quemadmodum & aliæ complures quæ eodem titulo à Græcis Imperatoribus sunt editæ. Et demum eas fœminas quas Antiocheno uocabulo hic canon *ουβελιαστους* uocat, nullo prorsus pacto uxoris Presbyterorum, Diaconorum, &c. debere intelligi, Theodorus Balsamon homo Græcus, atque adeò optimus canonum Græcorum interpres perspicue docet, quas etiam *επιβελιαστους* uocari ait. Sed eius uerba in eum tertium canonem Nicenæ Synodi subscribã. De introductis mulieribus, inquit, diuersis temporibus multum disceptatum est, ac dicebant quidem nonnulli, introductam mulierem, quæ Græcè *επιβελιαστους* dicitur, eam esse, quæ pro legitima uxore introducta est, & cum aliquo fornicatore cohabitabit. Alii autem dixerunt, eam esse omnem mulierem, cum aliquo externo cohabitatem etiam si ab omni suspitione aliena sit, & hoc uidetur esse uerius. Hactenus Balsamon. Qui cum *επιβελιαστους* uel *ουβελιαστους* ex opinione quorundam, aut eam, quæ cum aliquo fornicatore cohabitabit, cum putetur tamen esse legitima uxor, aut quamcunque extraneam mulierem esse putet, ex aliorum sententia, nullo pacto, tamen eum canonem de legitima uxore accipiendũ existimat, nec de hac re aliquã fuisse unquam opinionem commemorat. Sunt igitur Synfacti in Nicenæ Synodi. 3. canone, non uxores ut isti male crediderunt, sed suspectæ conuersationis fœminæ, quas Latini nonnunquam subintro-

ductas, nonnunquam extraneas fœminas appellant, de quibus præter ea quæ attulimus, multæ cõciuales, tum uerò Ecclesiasticæ leges late sũt, dum easdem fœminas non aliam quàm synodi Nicenæ constitutionem confirmantes, prorsus à clericorum contubernio protrudere moliantur. Presbyteris sanè, inquit, Iustinianus Imperator & Diaconis & Subdiaconis & omnibus aliis, qui in clero collocati sunt, qui uxores secundum sacros canones non habent, interdicimus, & nos pro tenore sacrorum canonum, ne mulierem aliquam domi ascititiam habeant, excepta tamen matre, & filia, & sorore, & aliis personis, quæ omnem suspitionem effugiunt. Hactenus Imperator. Subditque subinde grauissimas pœnas in huius sanctionis uolutores & Episcopos qui huiusmodi cohabitationes dissimulauerint. Est autem in hac parte notandum relatiuum illud, Qui uxores secundum sacros canones non habent, &c. Non ad Presbyteros, Diaconos & Subdiaconos, qui nõ modo ex Græcæ Ecclesiæ canonibus, sed ex Imperatorum constitutionibus, ut in Theodosii, & Archadii, quã statim attulimus, constitutio patet, uxores habere possunt, esse referendum, sed ad reliquam cleri partem, in qua monachi utriusque sexus collocantur, ita ut ea imperialis constitutio in duas cleri partes feratur, in Presbyteros scilicet Diaconos & Subdiaconos, & rursus in eos, qui secundum sacros canones, uxores habere nequeunt. Nam quantumuis monachus iure Diuini cœlibatum seruare teneatur, nihilominus de monachorum dirimendis matrimoniis penè innumerabiles (ut postea lib. 4. dicemus) diuersis temporibus facti sunt canones. Nam non debere monachos cum huiusmodi suspectis fœminis cohabitare, Synodus Ancyranã can. 19. & Chalcædonen. can. 17. & sexta in Trullo can. 44. & 47. decreuerunt. quòd etiam ex Basili Magni can. 19. 97. Græci tum in eius Epistolis decretalibus, de *ουβελιαστοις*, idest, subintroductis, extraneis aut ascititiis fœminis à clericorum cõtubernio & cohabitatione excludendis, tum in multis conciliis, tum Græcis, tum Latinis, conditi sunt canones, ex quibus, Græcos quidem Photius Constantinopolitanus Patriarcha in Nomocan. tit. 8. c. 14. Collocauit. Latini uerò, in Latinis & Occidentalibus Synodis sparsi, & i decretis Gratiani, Iuonis, & Burchardi continentur, præter multas Epistolas decretales Pontificum Romanorum, quas cum multarum Synodorum decretis, Gregorius 9. lib. 3. decretalium, sub titulis de uita & honestate clericorum, & de cohabitatione clericorum & mulierum, collocauit, quas huc asserre fuisset molestissimũ, quæ omnia cum ab eo canone. 3. Nicenæ Synodi, originem habeant, aperte ostendunt sanctos Patres eodem canon. non de quibuscunq; fœminis, sed de illis, quarum conuersatio suspecta erat, & quæ nulla lege naturæ ad clericos atinebant sermone facere.

Gratian. d.
3. & d. 32.
Iuo. lib. 6.
Burchardi. li. 6

REFELLITUR OBIECTIO QVAE ex Basilii Epistola in hanc interpretatio- nem fieri solet. Cap. 20.

VERVM huic nostrae interpretationi, Epistola Basilii ad Georgium, siue ad Gregorium ut Photius in nono canon. ti. 8. c. 14. & Theod. Balsamon. aiunt; Presbyteri, qua huius tertii Niceni canonis auctoritate praecipit illi, uxorem domo excludere, aduersari uidetur. Legi, inquit, literas tuas tolerantissimè, illudq; miratus, quod cum posses te mihi breui & facile re ipsa excusare, malis in crimine perseuerare, & longa oratione uulnus periculosum curare tentes. Nos uero Georgi, neque primi, neque extremi legem tulimus, ne mulieres cum uiris Deo dicatis, habitarent. Lege canonem in concilio Niceno, qui plane uetuit domi habere has mulieres. Celibum uero haec est gloria & splendor conuicta mulierum carere, ut iam qui castimoniam nomine profiteatur, re uero ipsa ea faciat, quae facere solent qui cum mulieribus habitant, perspicuum sit hunc decus & dignitatem uirginitatis aut castimoniam appellatione tantum collectari, ab ipsa uero inhonesta uoluptate non se temperare: eò uero magis oportuit te nostris precibus facile acquiescere, quod te eis liberatum esse omni libidine & corporis lasciuia. Nam neque te annos natum septuaginta uiuere cum uxore credo, neque quasi aliquid turpe feceris, decretum fecimus; sed quonia nos Apostolus docuit ne offensionem aut scadalo essemus fratri, scimus autem, quod a quibusdam integre fit, aliis peccandi occasione praebere solere, hac de causa praescripta sanctorum patrum secuti, iussimus, ut uxorem excluderes. Quid igitur, Chorepiscopum criminari, & ueterum similitudinem memores? Quid de nobis quereris, quasi facile calumniis aliorum excipiendis aures pate faciamus, ac non potius te ipse accusas, qui non passus fueris ab ista uxoria consuetudine auelli? Eius ergo eam domo & include in monasterium, esto illa inter uirgines, & tibi ministrent uiri, ne nomen Dei per uos blasphemetur. Quamdiu uero perstiteris in hac labe, nihil te iuuabunt ista tam multa, quae ad me scribis, quin potius usque ad extremum uitae a Sacerdotio uacabis, referesque Deo rationem uocationis tuae. Quod si ausus fueris, antequam uitam correxeris, Sacerdotio fungi, anathema eris uniuerso populo, ut qui te receperint, omni Ecclesiastica communione priuentur.

Sic Basilii, ex conuersione cuiusdam docti quidam uiri, ac alioqui non uulgari nobis amicitia, & consuetudine, praeter nationis commercium coniuncti, qui consuetudini Graecorum damnandae, totos neruos intendisse uidetur: quam Epistolam totam huc transcribere libuit, quoniam tota ei quam conseruamus, sententiae, fauere creditur. Quo tamen nihil minus unquam mihi persuaderi poterit. Primum quidem, quod in tota hac Epistola si fideliter conuertatur uxoris mentio nulla fiat, sed τὸ θυγατρὸν, idest,

muliercule, ex earum forte numero, quas & Antiocheni, & concilium Nicenum οὐρανόθεν appellat, idest, quas non quasi uxores aut concubinas, sed specie quadam pietatis & protectionis, uiri Ecclesiastici domi retinebant; Quod aperte ostenditur, dum ad canonem in concilio Niceno factum Georgius remittitur; Lege, inquit, canonem in concilio Niceno qui plane uetuit domi habere has mulieres &c. Vnde recte sic colligemus. Haec mulier quam Basilii τὸ θυγατρὸν uocat, erat ex eodem genere, quo ille, quae in concilio Niceni 3. canone prohibentur. Erat igitur ex eis, quas οὐρανόθεν, idest, subintroductas aut extraneas uocabant, non ergo erat uxor, aut soror, aut mater, aut auia, aut amita, aut matertera, sed suspectae consuetudinis mulier. Deinde, quod eam quam Basilii mulierculam appellat, uxor non esset, ut isti conuerterunt, fortasse ad suam sententiam nobis obstruendam, aperte mihi eiusdem Epistolae uerba ob oculos ponere uidentur, cum & uxoris Georgii meminerit. Excusabat. n. se Georgius quod iam effectus etatis uir, liber esset omni corporis lasciuia & libidine, atque ad eum sibi cohabitaticem mulierem, quasi ei, in quo suspitio locum non haberet, permittendam, cui Basilii non modo concedit, quod se credi, Georgius etatis iure postulabat, idest, nihil sibi cum ea femina lasciuia intercessisse, sed praeterea addit, se propter eandem rationem persuasum habere, neque cum uxore adhuc nuptialibus deliciis hominem septuaginta interdere. Eò, inquit, magis oportuit te nostris precibus facile acquiescere, quod te ais liberatum omni libidine, & corporis lasciuia, nam neque te annos natum septuaginta libidinosè & incontinenter uiuere credo &c. Tantum ergo abest ut hac Epistola Basilii, horum sententia statuatur, ut potius persunderetur, cum haud obscure insinuet, Georgium, uxorem habere, nec illius amplexibus, alio quam senectutis incommodo arceri.

Tertio, eam quam Georgius domi habebat feminam uxorem non esse, id ipsum nomen, quo a Basilio uocatur, aperte demonstrat. Cum. n. nonnunquam uxor θυγατρὸν, ἡ ἀγαθή, παράκλησις, ἡ ὑποκατάστατος frequentissime uero θυγατρὸν uocetur, nunquam tamen τὸ θυγατρὸν a Graecis appellatur, nam τὸ θυγατρὸν diminutiuum, ut ipsi optime norunt, non θυγατρὸν sed θυγατρίδα est.

Quarto, idem profecto mihi persuadet Basilii modestia & urbanitas, quorum enim uxorem matrimonio legitimo quod uenerabiles nuptias appellat Apostolus, Georgio copulatam, appellasset mulierculam, quod nomen non nisi de infamibus & nullius momenti feminis solet efferi?

Quinto, euidentissime id ostendunt poenae, quas Basilii Georgio committuntur, quas profecto in eum, qui domi propriam retineret uxorem, praesertim tam proeunte aetate, nullo tempore constitutas uidemus. Immo uero ut antea diximus, non modo Apostolicis canonibus, sed Latinae Ecclesiae constitutionibus contrarium statutum erat, lubentur, n. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi,

Heb. 13.

Diaconi, nullo religionis praetextu uxores excludere, alioqui & fidelium comunione, & ordinis depositione multandi. Quod & lex Theodosii iunioris & Valentiniani lata, anno Christi 451. quae sub titulo, de repudiis in Codice Iustiniani ponitur, sub grauibus poenis quoque prohibuit. Id uero quam male conueniat, cum Basilii comminationibus iam audiamus. Quamdiu, inquit, praestiteris in hac labe nihil te iuuabunt ista tam multa, quae ad me scribis, usque ad extremum uitae, a sacrorum administratione uacabis, referesque Deo rationem uocationis tuae. Quod si ausus fueris antequam uitam correxeris, culpamque emendaueris, Sacerdotio fungi, anathema eris uniuerso populo, ut qui te receperint, omni Ecclesiastica communione priuentur. Enim uero qui Georgium uxoria consuetudine hac Epistola abdicari uolunt, haud multo antea, uxores conuersas a concilio Niceno, sororum nomine Episcopis Presbyteris & Diaconis concedi libenter fatebantur, immo in hoc quasi concilio Niceni interpretes Turonensis concilii. 2. can. 1. 2. & Arelaten. 2. can. 2. proferebant, quorum prior, Presbyter, Diaconus &c. Diuino munere, ordinationis benedictione percepta, uxoribus suarum pii fratres illico effici iubentur, per quam periphrasim fraternam cohabitationem intelligi uolunt; in posteriori uero, inter eas feminas, quae in contubernio sacri ordinis permittuntur, uxores quoque conuersae numerantur, Symachus etiam Romanus Pontifex, cum feminas suspectas a consortio Sacerdotum arceret, & amitas, & materteras, quas ueteres canones permittebant exclusisset, uxorem continentem non exclusit, volumus, inquit, ut Sacerdotes prohiberi debeant, ne cum mulieribus conuersentur, excepta duntaxat matre, uel sorore uel uxore, quae castè regenda est. Qui ergo fieri potuit, ut tam atroces & horrendae poenae Presbytero Georgio propter uxoris retentionem a Basilio irrogarentur, potissime cum ille fateatur, se ex constitutionibus Niceni concilii mulierem ab eo excludere? aut igitur in concilio Niceno non modo sororum nomine uxores conuersae non fuerunt indultae, sed etiam his grauibus poenis, quas Georgio Basilii minatur a sacri ordinis consortio protrusae, quod Symachus Pontifex & Arelatè. & Turonensis Synodi, quae eius Nicenae constitutionis appellatur interpretes, non permittent, aut Basilii contra Ecclesiasticam indulgentiam quae uxores conuersas cum matribus, sororibus, & amitis &c. retineri permittit, immo uero contra Ecclesiasticas, Ciuiles, & Apostolicas leges, & uxorem excludi praecipit, & quod est indignius, poenas minatur. Vnde nec haec Epistola, cum in hac parte Ecclesiasticis non modo Graecis, sed Latinis et sanctionibus aduersetur, canonibus Basilii fuisset annumeranda ut modo annumeratur, nisi canones Basilii Ecclesiasticis canonibus & Apostolicis regulis aduersentur, quod de uiro sanctissimo persuadere non poterunt. Demum eam feminam uxorem non fuisse ip-

d. 81. c. 10. lumen.

famet Sacerdotis septuagenaria aetas, ob oculos ponit. Profecto si Georgius uxorem habuit, eam non post Sacerdotium sed ante ducere oportebat, ergo senex septuagenarius non adolescentulam, quae fomentum esset senectutis, sed sibi coparem habere oportebat, nisi quis dicat, eum tunc et in illa aetate ordinatum, quod est incredibile. Neque. n. inutilis senes, sed utiles uiri, ad Presbyteratum assumebantur. Nam ea, quam Georgius in ultima senectute constitutus, adolescentulam duxisse creditur (quod id nonnunquam temerarii senes facere soleant) ex illis profecto coiectura est in annoso Presbytero, & si fecisset, ipsa eius senectus suspicionem exclusisset, cum adolescentioribus adolescentiores etiam uxores (sola uita conuersatione facta) non modo indulgerentur, sed a se abiicere prohiberentur, et certe cum iuxta horum auctorum sententiam, in concilio Niceno, nomine sororum, & in Turonensi & Arelateni, aperto nomine, sine ullo aetatis discrimine, nuptialis uita tantum excluso proposito, Presbyteris & Diaconi permittatur uxores, qui fieri potuissent, ut in Georgio sene & in uxore iam effecta, tam atroces poenae iactarentur; praesertim cum a Basilio, illis crimina obiciantur, immo cum Basilii ipse aperte fateatur se non credere, Georgium septuaginta annos natum, posse incontinenter uiuere?

At, aiunt si haec femina, uxor non esset, sed ancilla, cur iubet eam in monasterium recludi, cur in uita monasticam dicari? Deinde cur non potius dixisset Basilii, si nubere uult, trade eam uiro, aut cur si uirgo erat in tota ea Epistola, uirginem non appellat? At, haec facilius profecto diluantur, quam obiectantur. Principio enim si eam feminam uxorem non dicamus, non perinde compellimur eandem ancillam aut uirginem credere, e. g. n. femine quas concilium Nicenum, ex cuius praescripto, se omnia in hac parte agere protestatur, Basilii, οὐρανόθεν uocabant, ut antea interpretati sumus, non erant ancillae, sed pietatis imagine, asciticiae feminae, non seruitutis, sed protectionis titulo domi retentae, quas ac si essent filiae semp honorabant. Erant deinde ut ex uerbis Chrysostomi, quae antea attulimus, colligitur, plures earum perpetue continentiae aut uirginitati dicatae, atque hoc plerumque proprio arbitrio, plerumque ex eorum, qui eas domi retinebant imperio, quod scilicet earum feminarum consortio carere non uellent, plerumque demum ex locandi, eas impotentia, erant. n. potentes ad alendum, non item ad locandum. Erant praeterea huiusmodi feminae non semper uirgines, sed plerumque uiduae, uiris, fratribus, & cognatis orbatas, iubet igitur eam, immo uero non iubet, sed consulit, in monasterium recludi, quod (ut forte Georgius causatus fuerat) ea haberet perpetuae castitatis & continentiae propositum. Iubet in monasterium recludi, quia idem causatus fuerat ut est uerisimile, eadem parentibus cognatis & reliquo uita solatio destitutam, iubet in monasterium recludi, quia eiusdem perpetuo curanda & alenda, Georgius aut suscepit curam

aut suscepisse caufabatur. non uocat uirginē, quia forte uidua erat, aut fuerat olim solutioris uitae mulier, per Gregorium tamen, ut plerunq; fieri solet, ad meliorem uitae frugem conuersa, neq; uerō tantum huius modi obiectiones rem non persuadent, sed prorsus contrarium, mihi si eorum temporum, immō uerō omnium, Ecclesiasticas leges & constitutiones attendas, insinuare uidentur, reclusio enim uxorū in monasteria, apud latinam quidem Ecclesiam, ubi tamen sacri ordinis castitas magis uiget, nondum nunc uel conciliorum uel Pontificum Romanorum decretis, est introducta, licet enim multis iuribus sit constitutum, ut uerq; continentia profiteatur, & cubacula separēt, non tamen ullo iure propter ordinis susceptionē, tantum, id est, si maritus non simul cum ordinibus monachatum assumat, uxor in monasterio includitur. Apud Græcam uerō Ecclesiam, nihil de ea uxorū inclusionē legitur, præterquam quod sextæ synodi. can. 48. sancitum legimus, ut uxor Episcopi, post eius ordinationem, in monasteriū succedat, quem tamen canonem sicut nec alios quos sextæ synodi titulo legimus si non recipiant, quod si reciperent, non tamen inde confiteretur, ut uxores quoq; Presbyterorum in monasteria migraret, quia id de Episcoporum uxoribus fuisse constitutum, præsertim cum eadem sexta synodus can. 12. extortit ab Episcopis uxoribus, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, uxores cohabitare permittat, quod nimirum Episcopo, cui totius Ecclesiæ sollicitudo incumbit, non modo maior puritas, sed maior quoq; coniugalis, sollicitudinis abdicatio exigatur. Itaque hoc certum est, nūquā uxores Presbyterorum, apud Græcos præsertim eo seculo, quo uiuebat Basilius, etiam si continentia, profiterentur, in monasteria reclusas. Quæ res ut dixi aperte ostendit *τὸ γυναικῶν*, id est mulierculam, quā Gregorius retinebat inuito Basilio, non esse uxorculā ut isti cōuertunt, sed ex eis quas *γυναικῶν*, id est, extraneas abscitias aut subintroductas mulieres tunc appellabant.

Quod si auctoritate cum iis nobis est decertandum, profectō scēminam illā nō uxorē sed extraneam fuisse, ius cōmune Græcorū persuasum habet. Photius. n. Constantinopolitanus Patriarcha, in suo Nomocan. ti. 8. cap. 14. ubi Ecclesiasticas ac ciuiles constitutiones collocat, quæ subintroductas & extraneas scēminas à clericorū cōsortio prohibeant, eam Epistolā Basilii refert, De Episcopis & clericis, inquit, qui cū introductis mulieribus habitant, Syno. Nice. can. 3. Syn. Sextæ. c. 5. Syn. Nicenæ. secundæ can. 18. Basilii ex Epistola ad Gregoriū &c. Hucusq; Photius, ubi tria uidet, primā, eā Epistolā ad uxores nō pertinere, secundā, eam ad abscitias mulieres referendā, tertiā, quod tamē isti cōstantissime negāt, canon. 3. Nicen. Syn. de eisdē scēminis, non itē de uxoribus accipiendū. idē etiā Theodorus Balsamon in 3. canon. Syn. Nicenæ doctet. Nā cū dūas de nomine *γυναικῶν* retulisset opi-

d. 77. c. Epi scop. & de conuer. co n iugas. c. con iugatus.

niones, unā, q̄ essent femine, quæ cū pro legitimis uxoribus fuissent introductæ postea cū aliquibus fornicatoriæ habitabāt, alterū ac ueriores, quod essent quæcunque adscititiæ scēminæ, quæ cū exter no clerico et absq; ulla suspitione cohabitaret, pro tinus subiungit. Propterea & magnus Basilius denuntiat sacerdoti per Epistolam ad Gregoriū Presbyterum, ut ab introducta muliere separetur. Hactenus illo loco Balsamō. In eius uerō Epistola commentario, exponens Basilii mentem. Gregorius quidam Presbyter, inquit, habebat quandā mulierculā & seruitētē, quod cū sanctus intellexisset petiuit à Presbytero, ut mulierē domo sua expelleret, is uerō, ad ipsum se defendens rescripsit. Magnus quoq; Basilius rescripsit ad Presbyterū. Est autē uerō simile, Presbyterum in sua Epistola sanctū rogasse, ut literas cū lōganimitate legeret. Ad quem rescripsit. Pater, cum omni lōganimitate literas legi, &c. Hactenus Theodorus. Qui deinde multa illo cōmētario de extranearū scēminarum cohabitatione disputat, An scilicet uxora ti Sacerdotes, aut qui secū cognatas à canonibus permissas retinēt, cū eisdē, seruitrices habere permittātur &c. Cui quæstioni respōdet. Id quidē in Episcopis non licere, quod omni scēminarū contubernio sint priuati, licere tamen clericis, dum ille scēminę suspectę conuersationis non fuerint, qualis fortasse ea quam Gregorius domi retinebat, si uxorem habebat (nam sinon habebat, nullam omnino retinere poterat).

Sed dicent, Photium & Theodorum Græculos fuisse, neque illis in hac parte fidem adhibendam, quod uellent, (quod quibusdā in ore frequēs est) libidini patrocinari. Sed ego, eos uiros doctissimos & Ecclesiastici ac ciuilis iuris prudētissimos & consultissimos (quod Græcorum historię testabuntur) semper credidi. & his meritis ad patriarchalem sedē, per summas Græcorū dignitates euectos, semper legi. Deinde eos cum essent Patriarchæ & legibus Episcoporum uiuerent, quibus neque uxores habere, neque scēminas in contubernio retinere licebat, uoluisse alienæ libidini patrocinari, stultum est, uel cogitare.

Tertiō in hac parte, id est, quod liceret uxores uel continentes, uel adhuc generātes ante sacros ordines acceptas domi retinere, nulla fuit cū Romana Ecclesia controuersia, ut hoc loco ueritatē reticerēt, sed quid auctoritate Græcorū certamus, Gentianus Heruetus, Gallus, homo & pietate & Græcę linguæ, quod eius scelicissimę ueterum patrum conuersiones testantur insignis, quique & Photii Nomocan. & Balsamonis commentario in uniuersos Græcorum canones, hisce diebus conuertit, in tota illa Epistola & Theodori commentario, *γυναικῶν* nō uxorculam ut isti, contra omnium Græcorum usum, sed mulierculam uertit.

Atque huc tam longa digressione processimus, tantum, ut ostenderemus nihil Socratis Sozomeni & Calixti, quā de Paphnuntio Aegyptio nar-

lib. 5. Eccl. hist.

lib. 12. Eccl. hist. c. 34.

Can. 12. can. 13. d. 3 l. c. q̄m niam.

rant historiæ, aduersari, quominus uerissima credatur. Nam Socraticæ & Sozomenicæ historiæ, quæ à quibusdam obiciuntur, calumnias quod horum ac similitū librorum, quibus plerunq; ualidissimis ratiōibus & argumētis ab Ecclesiasticis moribus productis, cohercemus hæreticos, fidem eleuare doleamus, in secundo tomo de reā in Deū fide mea quidem sententia sufficienter elisimus. Quæ uerō à quibusdam in Paphnucii sanctitatem obiciuntur, in fine libri quarti comminuemus.

S V A D E T V R I D E M E X Ecclesiastica Socratis historia. Cap. 23.

S E D iam ultra progrediamur. Narrat Socrates, apud Thessalos eam consuetudinem obtinuisse, ut qui uxorem duxisset, antequā clericus fieret, ordine suscepto, eius consuetudine careret, aut eiiceretur Ecclesia, eumque morem optimos quosq; clericos & Episcopos, per Orientem amplexos, hanc tamen tantā castitatē, non necessitate legis, sed uolūtate seruasse. Cuius loci nō est, quod prior pars uerior sit, quā posterior, neq; est, cur dum illud recipimus hoc dicamus à Socrate confictū, q̄ scilicet dicat Photius Constantino politanus Patriarcha, non satis fuisse, in fide instructū. Nam ut ita sit, ut Photius docet, eum reā fidei institutione caruisse. id tamē in eā parte est accipiendum, q̄ fuerit Nouatianæ hæresis sectator, ad quam nihil clericorū pertinebat cœlibatus. Nā aliōqui, ei, qui in aliqua fidei parte errat, in nullo fidem adhibere, stultum est. Deinde oportet eos, qui ita sentiunt, id est, qui id à Socrate confictum persuadere conantur, Nicephorum etiā Calixtum & heresis & infidelitatis accusare, qui eandē quoq; recenset consuetudinem, ac pœnē sub eisdem uerbis, addens etiam in Oriente omnes Presbyteros, Episcopos &c. si uolunt pro arbitrio suo & nō pro aliqua legis necessitate uxorū congressum declinare, multosq; Episcopali etiam muneri fungētes, ex uxoribus, quas antea susceperant in Episcopali bus domibus filios procreasse.

I D E M E X S E X T A Synodo. Cap. 24.

S E D iam sextæ synodi decretum accedat, quod ea res extra controuersiam posita uidetur. Ea igitur cum Episcopis ab ordinationis tēpore perpetuam continentia imposuisset, de Presbyteris & Diaconis sic statuit. Quoniam in Romani ordine canōnis eē cognouimus traditam, eos qui ordinati sunt Diaconi uel Presbyteri confiteri, quod nō fuisiam copulenter uxoribus, Antiquum sequētes canōnē Apostolicę diligentię, & constitutiones sacrorū uirorū, legitimas nuptias immō ualere uolimus, nullo mō cū uxoribus suis, eorum cōnubia dissoluētes, aut priuantes eos familiaritate ad inuicē, in tēpore opportuno. Quicunq; ergo diligēs

inuētus fuerit, Subdiaconali ordinatione, aut Diaconali, aut Sacerdotali, hi nullo mō prohibētur, ad tale ascendere gradū pro uxoris suæ cohabitatione, nec et tempore ordinationis suæ profiteri castitatem cogantur, q̄ abstinere debeant à legitime uxoris suæ familiaritate. Itē oportet eos, qui altari ministrant, tempore oblationis sanctorū, continentēs esse in oibus, ut à Deo possint consequi, quæ suppliciter postulant. Si quis igit præsumpserit, cōtra Apostolicos canones, aliquos Presbyterorū aut Diaconorū priuare à contactu & communionē legitime uxoris suę, deponatur, similiter, & Presbyter aut Diaconus, qui religionis cā uxore suā expellit, excommunicetur, si uerō in hoc permāserit deponatur. Hactenus sexta synodus apud Grat. Cuius loci tā apertus est sensus, ut necesse sit eis qui contrariā sententiam tuentur, oīum eorū canōnū, quos sextæ synodi nomine legimus, auctoritate eleuare, eorumq; cōditores nunc magistros luxurię, nunc libidinis patronos cōtra oēm nominis saltē Episcopalis reuerentiā tertio quoq; uerbo uocitare, sed quibus aut quantis rationibus in secundo tomo de reā in Deū fide ad uiuum exegimus. Enim uerō Adrianus Pontifex eis tēporibus proximus, nō ueritū eos diuinos, & allegare & uocare. Nec synodus septima ad sanctorū imaginū honorē restituē dum eis ait: Sed fortasse Adrianus & patres septimæ synodi, nec Anastasiū Bibliothecariū Romanū nec Theophanē legerant, sed ad rē redeo, ea tū examinaturus, quæ in hūc canōnē profertur: Id nūc in hac parte mōnendū, tantā esse quorūdā hominū improprias animi cogitationes, & placita pro-pensionē, & procliuatē, ut earum amore, quāuis elidere nō dubitāt, quibus tamē fortasse fuisset occurrēdū, ne eorū licentia fiat ut paulatim ueterū scriptorū auctoritas corruiet. Sed de his alibi. Nūc ea dūtaxat explicemus, quæ in hūc canōnē profertur; Nā quod eius auctores propter eū appellentur à quibusdā magistri luxurię, et si ut ab his dicitur, Græci tantummodo interuenerint, nequaquā eū ea reuerentiā quę Ecclesiasticis constitutionibus, et priuararū synodorū debetur, satis mihi (nescio an aliis) coherere uidetur, præsertim cū is canōn ante quingētōs annos, in Ecclēsiasticā Ecclētia decretā, sine ullius interpretis reprehensione uerfēt. Neq; satis scio, cur ob hęc ueteris iuris Græcorū, ueterisq; consuetudinis declarationē, potius magistri luxurię uocari debeāt, quā propter eū, quę ante hunc de se ipsis cōdiderunt, quo Episcopos agendi cum uxoribus licētia à tēpore ordinationis abdicarunt magistri pudicię. Immo uerō cum omnium quarumcunq; scēminarum matrum etiam ac sororum, cum tū ante per Ecclesiasticos canones & consuetudines, eas secum habere licuisset, conuictum grauisimæ pœnis à se ablegatū uerint. Enim uerō magistri luxurię nullo pacto uocari queunt, qui sibi ipsis omnem etiam legitime uxoris concubitum amputarunt, cum ad id neq; diuino iure neq; ulla patriæ consuetudine teneantur.

In epist. ad Iustinianum

can. 12. can. 48.

immò cum & Apostolicum canonem & ueterum synodorum constitutiones, grauissimis pœnis id prohiberent. Vnde plusquã apertum est, eum canonem non ex auctoritatis libidine. (nec enim eum Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, sed Episcopi condiderunt, qui sibi ipsis omnem libidinem amputarunt) Sed aut conseruandæ patriæ consuetudinis, quã à uiris sanctissimis approbatam uiderant, quãquã sine ingenti scandalo submoueri non posse satis sciebant causa, aut aliis rationibus, quã nullo pacto libidinosæ essent, profectum. Nam Græcos & uniuersas Orientis Ecclesias, Sacerdotum & ministrorum altaris castitatem summo opere admiratos & maximis honoribus prosequutos quamuis ad eam neminem cogendum putarent, multa concilia, multæ quæ eorum temporum historiæ testantur. Quod quia his qui ullam antiquitatis retinēt memoriã certum est, testimoniis comprobare non oportet. Non satis deinde scio, cur hunc canonem à libidine profectum dicamus, potiusquã Apostolicum canonem, qui Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, uxores causa religionis dimittere prohibet, & multò minus uideo, cur non etiam, id quod antea ex Apostolicarum constitutionum libro sexto, protulimus, quo iubentur Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, eligi unius uxoris uiri, libidinosos: auctores & luxuria madidos, eodem prorsus rationis uigore habuisse dicatur. Quamquam postremum id liberrime ab ipsis donetur, creditur. n. 15. canon qui lib. 6. constitutionum Clementis modo scribitur, non ab ipso Clemente aut Apostolis conditus, sed à Nicolaitis insertus. Quod si uerum sit, perit profecto funditus eius libri auctoritas, quã tamē in tantopere asserere conantur; cum liberum sit unicuique, id posthac de quouis eius libri non satis apud omnes, ueteri memoria recepti loco dicere, præsertim cum eiusce libri instauratores, gratisimè primi omnium, eam licentiam indulerint, sed nescio cur à Nicolaitas referatur auctores, quod ab Apostolicæ doctrinæ analogia non recedit, Paulus est enim quis iubet unius uxoris uiros Episcopos Presbyteros & Diaconos eligi.

1. Thim. 3.
ad Tit. 1.

EX GREGORII PONTIFICIS MAXIMI auctoritate & præiudicio, idem demonstratur. Cap. 25.

QUOD si Græcæ Ecclesiæ in hac parte, quæ hucusquæ produximus, decreta, suspecta uideantur, non desunt, tum latinorum conciliorum, tum Romanorum Pontificum constitutiones, quæ legitimorum coniugiorum usum, Græcis Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis apertissimis & patentissimis uerbis licitum doceant, quibus profecto uelle contradicere aut in alienos sensus eorum uerba planissima uelle detorquere, nõ aliud existimo, quã hæreticis hominibus oia inuertendi occasionem præbere. Itaque Gregorius primus, cum Pelagius secundus qui eundem in Pontificali digni-

rate præcesserat, Subdiaconos, Sicilia, Ecclesiæ Romanæ more, suis uxoribus misceri prohibuisset duram eam constitutionem existimans eandem in medio substulit, statuens, ut hi, qui iam matrimonio coniuncti erant uxoribus uterentur, illi uerò, qui postea ad ordinem Subdiaconatus ascenderent, seruandæ castitatis uotum emitteret. Anterior enim, inquit, omnium Ecclesiarum Subdiaconi Sicilia prohibiti fuerant, ut more Romanæ Ecclesiæ, suis uxoribus nullatenus miscerentur, quod mihi durum atque incompetens uideretur, ut qui usum continentia non inuenit, neque castitatem promissit compellatur à sua uxore separari, atque per hoc (quod absit) in deterius cadat. Vnde uideretur mihi ut à præsentis die, Episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere Subdiaconum præsumant, nisi qui se uicturum caste promiserit, quatenus & præterita mala, quæ proposito mentis appetita non sunt, uiolenter non exigantur, & futura mala cautè caueantur. Hactenus Gregorius. Vbi profecto cecus est qui non uidet, illicitum à Gregorio iudicari, eos Subdiaconos qui castitatem nõ nouerant, uxoribus usu abdicari, eisdemquæ ab eodem Gregorio, et cum sui ordinis functione, earundem uxoribus usum nuptialem indulgeri, præceperat namque Pelagius subdisiunctione, ut Subdiaconi, qui suo tempore uxoribus fuissent cõpupati, unum è duobus eligerent, nimirum, ut, aut ministrare nulla ratione præsumerent, aut suis uxoribus abstinerent, Hanc uerò constitutionem Gregorius corrigi, durum dicens & incompetens, ut qui usum continentia nõ inuenisset, ad castitatem cogere, indulget igitur simul cum Subdiaconali functione legitime uxoris usum. Nã si non indulget, tollit ergo ac proinde cum Pelagio consentit. Vnde querere oportet, an Siculi Diaconi, qui ante constitutionem de præstado continentia uoto, à Gregorio factã, eiusdem constitutionis uirtute, ea parte, qua Pelagii constitutionem reuocat, simul uti uxoribus cum ordinis Diaconalis officio potuerint, an non potuerint? Si potuerint, & ordinem exequi & uxoribus uti. Est igitur falsum actus coniugalis quoscumquæ; ex natura sua ordinis sacri actionibus repugnare. nihil igitur Gregorius fecit. Nam aut soli matrimonii intendebant, aut ordini soli, quod utrumque subdisiunctione Pelagius statuerat. Errat etiam Gregorius, qui incompetens iudicet & durum castitatem ab eis Diaconis exigere, præsertim cum ut isti uolunt, non minus cõlibatus sit ordini sacro annexus, quã baptismo operum carnis abdicatio, quod si sit uerum, potuit igitur Pelagius eandem castitatem et ductis uxoribus, uel uiolenter exigere. Neque uerò quicquam prodest dicere, Gregorium eorundem Subdiaconorum cum legitimis uxoribus accusare concubitus, quod dicat hoc se constituere, quatenus præterita mala, quæ proposito mentis appetita non sunt, uiolenter nõ exigantur & futura mala cautè caueantur, quasi præterita mala uocet uxoris concubitus. Nam quod id nullo pacto cogitari

d. 3. l. c. an.
se syriacum.

27. q. 2. c.
multorum.

rit Gregorius non est difficile ostendere. Enim uerò malum culpæ exigere ab eis Diaconis aut proposito mentis appeti non poterat, non ergo præterita mala uocat Gregorius peccata, quæ dum Subdiaconi uxoribus miscebantur, perpetrarent, sed mala uocat, cõlibatus, qui cum non fuisset appetitus exigere non poterat, pœnam à Pelagio infligam & reliqua omnia quæ uiolentam castitatem sequebantur incommoda, hoc enim est quod inquit, quatenus & præterita mala quæ proposito mentis appetita non sunt, uiolenter non exigantur, mala uerò quæ caute cauenda erant, uocat ea incommoda, quæ ex coniugio nuptialisque actu, sacri ordinis ministeria sequuntur. Minus etiam credendum est, Gregorium, sensisse quidem, uxorios usus Subdiaconis illicitos, sed ne illi aut ordini renunciarent, aut absorberentur tristitia, rem dissimulasse & ab inducendo cõlibatu, tunc temporis super sedisse. Primò enim aperte id euerit Gregorii ratio, quæ profecto absoluta est, dum inquit, Durum & incompetens esse &c. ut qui usum castitatis non inuenit, neque castitatem promissit, cogatur &c. Deinde haud satis intelligo, quo pacto rem diuino iuri contrariam, & quæ non modo esset peccatum, sed peccati status, quo semper esset occasio peccandi Gregorius dissimulasset, præsertim cum eius peccati correctionem ab antecessore, quo in legis diuinæ zelo non erat inferior, inchoatam ac prope perfectam uideret. Sentiebat igitur Gregorius, Subdiaconatus ministerio, uxoris legitime usum, non ex legis diuinæ præscripto, sed humana tantum, sui præcessoris uoluntate pèdere, quam quod eisdem Subdiaconis esset iniuria corrigendam putauit, atque hic sensus, tam est legitimus, ut nullus hucusquæ de eo dubitauerit.

EX INNOCENTIO TERTIO Pontifice Max. Cap. 26.

VERVM iam ad Innocentium tertium accedo, à quo cum quæsitum fuisset an filius Græci Sacerdotis idoneus tamen & canonicè electus Episcopus Anglarensis, confirmari ab Archiepiscopo deberet Archeronensi, in hæc uerba eidem Archiepiscopo respondit. Nos igitur attendentes quod orientalis Ecclesia, uotum continentia non admisit, quoniam orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in superioribus uentur matrimonio iam contracto, mandamus, quatenus nisi pro eo, quod inter Latinos Græci huiusmodi conuersantur, consuetudo regionis non repugnet, si aliud canonicum non obsistat ad confirmationem & consecrationem eiusdem, sine dubitatione procedas. Hactenus Innocentius. In cuius uerbis expresse affirmari uides, & orientalem Ecclesiã uotum continentia non admisisse, & orientales clericos in minoribus quidem ordinibus contrahere, & in maioribus uti, iam contracto matri-

C. cum olim
de clericis
coniug.

monio. Vnde quod dicitur Pontificem illi non approbare Græcorum consuetudinem, sed potius cauere ne illi electo obstet, quod esset Sacerdote parente genitus, est prorsus & apertissimè textum & Pontificis mentem & sensum peruertere, nec satis intelligo, quo pacto tam aperta sententia obscurari possit, nisi, ea lege, qua quidam sibi aduersari aperte uident, ne aperte negent, (reuerter ut aiunt) in alienos sensus & sententias detorqueant, quod tamen, nullo esset pacto permittendum, præsertim cum maiorum sententia nostris sensibus & inuentis, ex quibus plerumque; uel fidei, uel religioni parum pietatis accrescit, aduersantur. Enim uerò si Pontifex Innocentius, data opera, rem extra controuersiam omnem ponere ac discernere uoluisset, haud scio an apertioribus uerbis fuisset usus?

At, aiunt, si Pontifex dare operam liberis Græcis Sacerdotibus iure & sine crimine licere iudicasset, nihil erat, quod eum moueret, ut caueret ne huic Græco electo & in ecclesia latina ordinando, quod esset Sacerdote genitus, impedimento esset. Sed hoc parum obstat, nam primò; Pontifex ipse hoc non dubitabat, sed Archiepiscopo querenti respondebat. Ratio uerò quæ Archiepiscopum impellebat, erat, quod Presbyterorum filios, Romanæ ecclesiæ iure, infames & ad ecclesiasticas dignitates ineptos sciebat. Vnde id quoque de Græcorum Sacerdotum filiis, aut credebatur, aut ne alii crederent, rem apertam per Pontificis responsum fieri uolebat. Erat etiam non parua dubitandi ratio, quod licet, in Græcorum ecclesiis licita esse Presbyterorum coniugio competentem haberet, nesciebat tamen an iisdem Græci Presbyteri, in urbibus & regionibus Ecclesiæ Latinæ uiuentibus, idem liceret, unde & si non dubitaret, Presbyterorum Græcorum filios in Græcis Ecclesiis & urbibus genitos, Sacerdotio ineptos non esse, merito tamen dubitare poterat, an hic de quo queritur, qui in medio Italiæ genitus fuisset, & educatus, ineptus Sacerdotio & electioni de se factæ, iudicandus esset. Neque uerò hæc tam leuis erat quæstio, ut Innocentius quoque; ipse non dubitaret de ea, nisi pro eo (inquit) quod inter Latinos Græci huiusmodi conuersantur, regionis consuetudo repugnet. Deinde quãuis Pontifex non fuisset ab aliquo de ea re quæsitus, non tamen inuissit, ut isti putant, aliquid criminis Græcorum Presbyterorum coniugio inesse, id enim propter eas rationes, quibus de Græcis & Latinis Presbyteris, eodem iudicio censendum esse alicui persuadere poterat, fecisse putandus fuisset, non item propter se, qui nihil cõperius habebat, quã eam consuetudinem Presbyterorum Græcorum, utendi legitimo matrimonio, licitam esse, susceptosque ex eo matrimonio filios, legitimos Sacerdotiorumque capaces esse. Sciebat enim multos in Ecclesiasticis historiis narrari, qui patribus Episcopis, immò auis & atauis successissent.

Neque

Neque verò illud est admittendum iudicasse quidem Pontificem natos ex prophano ac sacrilego concubitu, graecorum Presbyterorum esse quidem concubines, tamen quia Graeci licere id putabant & ita in consuetudine licet corrupta habebant, idcirco concessisse interim ut huic electo non obstaret, quod fuisset ex sacerdote genitus: Primò quidem quoniam Pontificis verba apertissimè contrarium decernunt. quæstio enim est an hic sit confirmandus, cum sit ex Sacerdotio natus, ac proinde iudicari posset infamis, cui quæstioni Pontifex respondet, Ecclesiam orientalem votum continentia non admisisse deinde, Sacerdotes apud eam uti contracto profecto si Pontifex his verbis quæstionem sibi propositam diluit, non aliud per ea significat quam hunc Sacerdotem infamem non esse, ac subinde confirmandum, reditque ratione, quod Ecclesia orientalis votum continentie non admisit, ex qua admisione illegitima censetur Presbyterorum coniugia, ut apud Latinos. Secundo, quoniam si cum eius Sacerdotis latini filio, qui contra leges Romanæ Ecclesiæ genuisset, Pontifex non dispensat nec eum, si electus fuisset, confirmasset, quo quæso pacto dispensare aut illi conuiuere credendus est, qui ultra illegitimam genituram, hæresim quoque ac pertinaciam adiunctam haberet. Si uti matrimonio contracto ante Sacerdotium, contra ius diuinum est, profecto graeci, qui pertinaciter non tantum dogmatibus, sed usui etiã tam pertinaciter adhaerunt, vel hac sola ratione non modo schismatici, sed heretici sunt putandi, quo ergo pacto Pontifex, quo neque Ecclesiasticæ disciplinæ maiori zelo, nec Ecclesiasticorum constitutionem ampliori cognitione vllus (absit iniuria) tulit, ecclesia, hæreticum hominem, aut saltem heretici & schismatici filium, & non modo illegitimo, sed hæretico & schismatico matrimonio genitum confirmari præcepisset? Aut quo pacto cum nihil vrgeret, tanto secleri conuiuisset? Quod si verò forte in graeciæ ciuitatibus, vbi minora mala prudenter eligenda fuissent, Pontifex hominem illegitimo concubitu genitum, confirmari præciperet, cur tamè in latina Ecclesia & in Italiã ipsa, vbi multi latini Sacerdotes, qui Episcopali munere fungerentur, inueniri poterant, credendus est fecisse? Profecto in latinis ciuitatibus nihil erat, cur graecæ consuetudini Pontifex condescenderet, aut (præsertim cù multi alii legitimo matrimonio geniti reperiri possent) hominem illegitimo concubitu procreatum, & iure ipso infamem, confirmari præciperet.

EX CLEMENTIS PONTIFICIS
Max. decreto. Cap. 27.

His omnibus est illustrior, Clementis tertii Roman. Pont. responsio, qua docet, quo pacto cum graeco Sacerdote, filium legitimum per negligentiam opprimentem, sit agendum.

Quæsitum est (inquit) Vtrum Sacerdotibus graecis, quibus legitimo matrimonio licet uti, poenitentia publica sit imponenda, si eam sibi postulerit pro filiis oppressis iniungi. Huic consultationi tuae, Respondeo, quod si ipsis procurantibus vel studiosè uestigantibus, reperiuntur oppressi, ab officio altaris debent perpetuo abstinere, & eis grauior quam laicis, non tamen publica, (nisi in publicum id veniat) poenitentia debet imponi. Verum si ex iniuria ipsorum mortui inueniantur, in cunis, & illud fuerit occultum, eis poenitentia pro arbitrio poenitentiarum imponatur, & in terrorem aliorum, ad tempus abstineant à celebratione missarum. Hactenus Pontifex. Vbi perspicuè vides ab eo descerni, graecis, Sacerdotibus, legitimo matrimonio & secundum Ecclesiasticas leges contracto licere uti.

Verum huius decreti variis à quibusdam dilutiones afferuntur. Prima quidem, quod Pontifex id non ex animi sententia, sed obiter & principali quæstioni respondendo, protulerit. Quæstio enim erat, non, an iure graeci Sacerdotes matrimonio uterentur, sed an pro oppressione filiorum esset eis publica imponenda poenitentia. Secunda, respondent clausulam illam fore adititiam & ab aliquo graecæ luxuriæ patrono, illic assutam. Sunt etiam qui putent paulò liberius ne dicam periculosius Romanorum Pontificum in Ecclesiasticis dogmatibus decernendis veracitatem non esse perpetuam, sed quando & Ecclesiastico sensu & à sanctis patribus accepto, in decernendo processerit, nam si quid ex priuata sententia quandoque docerit, id putant omnino reiiciendum, cuius exemplum Gelasium Pontificem proferunt, qui obijcientibus, absolutionem Petri Alexandrini Patriarchæ à suo prædecessore factam. Respondit, Petrum quidem non fuisse absolutum, aut certè si esset absolutus, non fuisse absolutionem legitimam & canonicam. Si assensus (inquit) Pontificis intexuit doceatur à quibus & vbi ille sit gestus, si uidelicet secundum Ecclesiasticam regulam sit celebratus, si à paterna traditione profectus, si maiorum more perlatus, si competenti examinatione depromptus, vbi proculdubio requirendum est, si synodali congregatione celebratus, quod in receptione damnati, & depulsionis catholici, quia noua causa est, fieri certissimum est. Hucusque Gelasius. Quibus verbis ostendit Rom. Pontificis decreta non semper habenda sacrosancta, sed cum maiorum vestigiis in hærendo procedit. Nam aliòqui, quemadmodum falli potest, potest etiam & fallere, Vnde de assensu antecessoris, qui in absolutione Petri Alexandrini fortasse fingebatur, subiungit. Si assensus Pontificis secutus est, adulationis potius fuit, quam legitimæ sanctionis. Zacharias etiam Rom. Pontifex ad Bonifacium scribens, matrimonium cuiusdam cù annuuli vidua ininitum, & uti ferebatur Gregorij, antecessoris auctoritate permissum

De panis & remis. cap. quæsitum.

In epistola.

De panis & remis. cap. quæsitum.

sum quasi legibus Ecclesiasticis aduersum, omnino collidit, & separari iubet. Absit inquit, hoc ut prædecessor noster, ita præciperet, cum nihil ab Apostolica sede dirigatur, quod contrarium esse patrum siue canonum institutis perhibeatur, ideò admonere, adhortari, increpare eos, frater ne cesses, quatenus à tali recedant matrimonio, ut non in æternum pereant. Hic etiam perspicuè Pontifex, antecessoris fictam aut veram dispensationem damnat, quod Ecclesiasticis sanctionibus ac decretis non esset conformis. Non ergo si Clemens tertius, graecis Sacerdotibus uti legitimo matrimonio licere pronunciauit, continuò, nos ad id credendè vrget, cum id Ecclesiasticis regulis & moribus iudicetur aduersum, & aliorum Pontificum decretis omnino contrarium. Nam Nicolaus primus à Bulgaris consultus. Vtrum Presbyterum habentem vxorè sustentare & honorare, an verò à se proicere deberent, contrarium prorsus decernit. Respondemus (inquit) Quoniam licet ipsi valde sint reprehensibiles, vos tamen Deum conuenit imitari, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, deiicere enim à uobis ideò non debetis, quoniam neque Iudam Dominus, cum esset falsus discipulus, à numero discipulorum eiecit verum de Presbyteris vobis qui laici estis, neque iudicandum est, neque de vita eorū quicquam inuestigandum, sed Episcoporum iudicio quicquid id est, referendum. Cui (aiunt) probabile videatur, ut Clemens tertius in graecis probaret, quod ante eum grauissimus & eruditissimus Pontifex Nicolaus primus, in Bulgaris, qui ex graecis sunt, & graecorum ritus semper tenuerunt, & vsque in hodiernum diem tenent, secutus scripturas sanctas, sanctosque patres & ecclesiæ doctores improbasset & reprehendisset?

Atque ita isti Clementis tertii decretum eludere conantur. Sed frustra mea quidem sententia & cum magno Pontificalium decretorum incommodo. Et certè hi dum Graecis Sacerdotibus contra omnium siue iuris prudentium, siue Theologorum sententiam, matrimonium eripere conantur, hæreticis hominibus, immò verò catholicis paulo, in propriis animi cogitationibus & sensibus asserendis liberioribus, vniuersas ecclesiasticas sanctiones eludendi ansam exhibent, quod an cum recta tractandi Theologiam ratione conueniat, ego modo non disputo, hoc satis scio, in Theologicis disputationibus & controuersis pertractandis, semper viris doctis & verè Theologis placuisse, eam sententiam præferre, ex qua minus ipsa Theologia & doctrina detrimentum acciperet. Nunc iam vtrum maius sit detrimentum consideramus, Sacerdotibus graecis, præsertim omnium veterum auctorum consensu suffragante, matrimonium indulgere, an tot veteres Ecclesiasticas historias, tot Pontificum & synodum graecorū & Latinorum decreta, quibus omnibus his temporibus, ad maioris momenti res summopere indi-

gemus, pessundare, aut hæreticorum hominum calumniis exponere? Nam ut priuquam singulas examinemus, quæ has omnes dilutiones incōmoda sequantur, in genere dicamus; quis non videat, eas vniuersis Ecclesiasticis decretis quoties in aliquem proferantur, posse obiici? Censebitur profecto non modò hæreticus sed catholicus, quicumque, qui proprium animi sensum Ecclesiasticis diffinitionibus coercere non velit, clausulam, quam sibi aduersari videat esse adititiam, aut Pontificem, non decernendo sed obiter tantum eam rem attigisse, aut demum eum contra Ecclesiasticas regulas pronuntiasse, quæ labes si semel christianas scholas irreperit, quantum catholica doctrinæ sit illatura detrimentum, nemo non videt.

Sed veniamus ad singula. Scio plerumque Romanos Pontifices & sacras synodos dum alia decernunt, multa obiter dicere, quibus certam fidem adhibere non cogimur, quorum hic exempla subiicere non est necessarium, at, ea non sunt erroris, aut hæreticæ doctrinæ suspicionem notata, absit, sed ex eorum numero, quæ adhuc incontrouersia versantur. Nam aliòqui, si non eas approbare, erroribus tamen conuiuere dicerentur, quod est longè absurdissimum. Nam si graeci Sacerdotes iure diuino matrimonio uti prohibentur, docere, eisdem legitimo matrimonio uti licere, quod graeci faciunt error est manifestus, conuiuet igitur Pontifex eidem errori, quod quam longè sit à Pontificali dignitate, & ab eo quem in ea omnes catholici profitemur, Sancti Spiritus concursu, & in fidei causis tractandis auxilio, facile est cognoscere. Sed quo pacto, obsecro obiter illud à Pontifice pronuntiarum potuit, cum sit totius eius quæstionis fundamentum? Quæstio erat, an graeco sacerdoti filium opprimenti, publica poenitentia imponenda esset, quod si non per legitimum matrimonium usum, sed per sacrilegam fornicationem, ut latini, illum suscepisset, quis quæso quæstionis locus relinquebatur? aut quo pacto cum tot adulteros & scortatores Sacerdotes ab Ecclesia latina late sint leges, & insistentæ poenæ de ea quæstione dubitari poterat? Ergo illic, eò quod licitum putabatur supposito, ad id de quo quæstio erat, Pontifex respondet. Erat autem quæstio. An cum homicidis præsertim voluntariis publica aut solennis poenitentia ex Ecclesiastico canone imponeretur, hoc etiam in Sacerdote filium opprimente, esset quoque obseruandum, præsertim cum culpa non esset publica. Ratio autem dubitandi erat, quod Ecclesiasticis quoque legibus & moribus cautum esset, ne clericis aut Sacerdotibus publica aut solennis poenitentia vllò pacto imponeretur, ob Sacerdotii aut ordinis clericalis reuerentiã, quod Gratianus, Iuo carnontensis, & Burcharius multis capitibus ostendunt, Profecto si Pontifex illicita graecorum Sacerdotum matrimonia putasset, nunquam sacrilegam illam fornicationem absque Ecclesiastica poenâ dimisisset,

Atque

Iuo lib. 15. decretorum. Burchar. lib. 19. Gravianus dis. 10. cap. ex panitentibus. ca. confirmat. ca. ut confiteatur. ca. hi qui altar. ca. sic ille. ca. non confidas. c. canonicis. c. illud. c. alienis dis. 82. c. Presbyter.

Atque hinc iam secunda dilationis infirmitas proditur, quo enim pacto periodus illa potuit esse ascititia, & ab aliquo corruptore addita, si ad Pontificis responsionem necessario exigebatur? Enimvero, nisi Græcis Sacerdotibus legitimo matrimonio uti licere certum supponeretur, non homicidium aut oppressionem tantummodo Pontifex puniret, sed sacrilegum etiã stuprum, per quod filios Sacerdos ille suscepisset, Ecclesiastica pœna mulctasset. Itaque Pontifex ad homicidii pœnã, cuius tantum Græcis Sacerdotes, quemadmodum, & alii quicumque coniuges, rei videbantur processurus, necesse habebat periodum illam atterere, aliòqui non rectè responsurus. Deinde quis per Deum immortalem clausulam illam, huic Pontificali decreto assueret, aut quorsum? ad fouendam (ais) Græcorum luxuriam. Sed is ne Græcus erat, an Latinus, si Græcus, qui quæso Græcus homo, & qui in hac parte Romani Pontificis iudicium contemneret, in animum inducere potuit, se hac ratione suorum Sacerdotum luxuriam propugnare? Si Latinus, quo pacto Græcorum consuetudinem latinæ Ecclesiæ contrariam, promouere sibi persuasit? aut quo pacto si hæc periodus adititia impune iudicatur, non idem de omnibus pronuntiare liceat? sed ad tertiam veniamus.

Aiunt, Romanis Pontificibus non semper adhibendam fidem, sed cum iuxta leges Ecclesiasticas, & à patribus acceptam doctrinam indecedendo procedunt. Approbo quod aiunt, Sed nego eosdem in rebus, quæ ad fidei, aut morum doctrinam pertinent, qualis erat hæc quæstio, à christianis populis consultos, aliquando posse à recto fidei & christianæ doctrinæ tramite deficere. Nam quod Gelasius, Petri Alexandrini absolutionem, Zacharias verò dispensationem, ab antecessore factam damnet. Non aliud persuadet, quam eosdè Pontifices in facto potuisse errare, quod libenter concedimus. Potest Romanus Pontifex malè dispensare aut malè aliquem ab Ecclesiasticis pœnis absolueret, fateor, at de doctrina morum aut fidei consultus, malè respondere, non potest. Nunc, quis non videt, hanc propositionem, *Græcis Sacerdotibus licet uti legitimo matrimonio* ad morum christianorum materiam pertinere? Sed ais, Nicolaus primus à Bulgaris consultus, contrarium respōdit. Resp. Nicolaus Pontifex cū quæstio ad mores pertineret, contrarium nulla ratione respondere potuit, aliòqui alter eorum errasset in morum christianorum tradenda disciplina, quod nullo pacto tolerandum est. Sed secum Pontifices nō pugnant iam paucis ostendemus. Et primum quidem non erat omnino inepta illa quorundam interpretatio, quæ à quibusdam Gratiano tribuitur, cap. Aliter dist. 31. (quãquam ego eo loco nihil ad hanc rem pertinens legerim) quod ibi Bulgari, non de quibuscumque vxoratis Sacerdotibus Pontificem consulerent, sed de his, qui facti iam Sacerdotes vxores ducerent, quod Græcis & Latini

nis Ecclesiasticis canonibus erat aduersum. Nam quod is eius quæstionis sensus legitimus videatur, responsio Pontificis insinuare videtur. Monet certè illic Pontifex eos æquo animo tolerandos, & eorum iudicium Episcopis relinquendum; porro quis dubitat Bulgarorum Episcopos, Græcis canonibus ut isti quoque consentiunt instructos, Sacerdotes legitimo matrimonio ante Sacerdotium iuito fruantes, non damnaturos, cum eorū ius canonicum aperte approbet? Itaque qui Sacerdotium correctionem Episcopis Bulgarorū iure Græcorum viuentibus permittit, aperte innuit, eosdem Sacerdotes contra idem ius Græcorum uiuere; ius autem Græcorum tantum post susceptū Sacerdotium innita matrimonia damnat, non itè Sacerdotium præcedentia.

Estque admodum verò simile Bulgarorum gētem paulò antè à paganismo ad fidem christianam cōuersam, huiusmodi, aut iuris Ecclesiastici ignorantiam, aut corruptellam inuasisse, qua eorum Sacerdotes, contra Ecclesiastica iura vxores post susceptos ordines sacros acciperent. Sed esto hæc nō sit eius quæstionis legitima interpretatio, id est Pontifex, nō de huiusmodi matrimoniis quæ Græcorum & Latinorum ius canonicum damnat, sed de eorum usu, quæ ante susceptos ordines contrahuntur, quod tamen nulla ratione probabitur, loquatur: quid? an tunc Clementi tertio dicenti, Græcis Sacerdotibus legitimo matrimonio uti licere, aduersabitur? ablit. Illic profecto Nicolaus, latinorum consuetudinem quasi Euangelio, ac moribus Apostolicis propinquiorem, Græcæ consuetudinis, quam Bulgari colebant, præfert, non tamen eam damnat, aut reprobat. Nā aliòqui Romanus Pontifex, pastor vniuersalis Ecclesiæ, integræ nationi consulenti, cur non intrepide diuini iuris veritatem proderet? illi quærebant an Presbyterum vxoratum tolerare deberēt, cur si matrimonio legitimo, id est iuxta Ecclesiasticas leges contracto, uti contra ius diuinum iudicabat, tolerandos, & Episcoporum iudicio permittendos responderet, an si quis ab eo quæreret vtrum adulteri, fures aut hæretici essent tolerandi, tolerandos responderet? Nihil in Ecclesiastico iure magis prohibitum, quàm cum adultero Sacerdote communicare, aut ab eo sacramenta suscipere, qui ergo fieri poterat ut adulteros illos Sacerdotes tolerare & ab illis diuina mysteria suscipere, præciperet? Ergo tantum abest ut Nicolaus eo loco matrimonium Græcorum improbet, ut potius illud asserat, Non enim eos in Euangelicam legem aut diuina præcepta peccare diffinit, sed esse quidem reprehensibiles, quæ loquendi ratio in Latino Pontifice, qui quantum incommoditatis matrimonium, Sacerdotio eiusque recte functioni afferat, considerabat, non animum dānandi sed reprehendendi eos, qui cœlibatam non sequerentur, arguit. Quis autem dubitat Romanos Pontifices semper Græcanicis moribus fuisse infestis-

Nomocan.
Photij viii
9. cap. 29.

Zonarij in
sa Anastasio
si Dicovi.

Zonarij in
sa Michaeli
si Theop.
si Theodo.
si matris

Zonarij.

infestissimos, non quidem quod eos omnino dānarent, quod in conciliis, quibus Latinorū & Græcorum vnio resarcita est, ostendere debuissent, vbi tamen de hac re nihil, sed quod eos non satis cum Euangelica puritate ac perfectione coherere sentirent. Quod si qui ex illis Græcis moribus fuerunt infesti, hic & Leo nonus cum primis numerandi videntur, qui seuerioribus Epistolis & rescriptis in eos seuerunt. Nam quod Nicolaus, huic Græcorum consuetudini vtendi matrimonio ante Sacerdotium contracto, aduersatus fuerit, id aperte ostendit, quod in vniuersa latina Ecclesia eiusdem consuetudinis, si qua reliqua fuerat vestigia, colliserit, de qua re acerbè ab Vdalrico Augustano Pontifice in quadam Epistola, cuius superius meminimus reprehenditur. Sed quam bene postea lib. 3. examinabimus. Denique Nicolaum non diuinæ legis necessitatem, sed Ecclesiæ latinæ consuetudinem, ad quam eos pertrahere conabatur, Bulgaros docuisse, ex eius gentis historia videri poterit. Hi enim cum antea Romano Imperio incogniti sub Anastasio Principe in Illyricum & Thraciam impressionem fecissent, easque prouincias suo Imperio subiecissent, deindeque sub Theodora Theophili Imperatoris vxore, sororis, quæ captiua Constantinopoli, christiana religione fuerat imbuta, opera atque prædicatione, rege eorum ad eadem religionem Græcorum baptizata, tandem à Græcis Imperatoribus grauissimis & funestissimis bellis attricta, ad Romanæ Ecclesiæ ritus & mores Græci nominis odio transfugerunt. Sedebat aut in Apostolica cathedra Nicolaus primus, quem in hac parte consulendum decreuerunt. Atque ita accipiendum est quod Platina inquit, Nicolaum, Bulgarorum regem, cum omni prouincia, ad fidem Christi literis & sanis admonitionibus conuertisse: non enim vel regem vel gentem tunc temporis infidelem, ad fidem conuertit, sed eos Græcicæ consuetudinis, propter eius Imperii irrecōcilabile odium perferos, & Latinos & Romanos mores pertraxit, immò id etiam Platina significare videtur, cum ait, Nicolaum ab ea gente Photinum pepulisse, cuius fraude in errorem Bulgari, dilapsi fuerant. Erant igitur antea christiani, sed fortasse hæresibus infecti, à quibus eos Nicolaus per literas, ad rectam Romanæ ecclesiæ fidem conuertit. Quàm graues verò odiorum causæ Bulgaris cum Græcis intercesserint, (vt funestissima bella omittamus) vel hinc proditur quod à Ioanne Zimisce Imperatore viginti millia in carcerem coniecta, à Basilio verò Porphyrogenito quindecim millia, oculis priuata fuerint. atque hæc similesque grauissimæ persecutiones à Græcorum consuetudine, & religione, quæ tunc paulatim inclinare incipiebat, Bulgaros ab alienare potuerunt.

Hinc iam Nicolaum cum Clemente tertio, non pugnare perspicuè deprehenditur. Nam Nicolaus matrimonia Sacerdotum non in græcis homi-

nibus reprehendit, sed à Bulgaris Romanæ Ecclesiæ mores ac christianæ viuendi rationem considerantibus propellere conatur: immò verò hinc in contrariam opinionem argumentum colligitur. Nam tantum abest, ut in Græca Ecclesia Sacerdotum matrimonia ante Sacerdotium innita damnet, ut Bulgari iuxta Romanæ Ecclesiæ consuetudinem viuere desiderantibus, tolerandos esse doceat. Neque verò quod argumentum sumat Pontifex à Iudæ malorumque toleratione, ideò eos reos peccati mortalis pronunciat, sed arguit à maiori ac si diceret. Si Deus pluit super bonos & malos, eorum iniquitates ac scelera æquo animo ferens, & Christus Iudam proditorem tolerauit, vos profecto in vestros vxoratos Sacerdotes licet quemadmodum & tota Græcia (quod id quod melius ac perfectius est, non sequantur,) sint reprehensibiles, sustinere tamen & tolerare debetis, eosque propriorum Episcoporum iudicio permittere: hoc autem dicebat ne Bulgari eosdem vxoratos Sacerdotes, qui tūm ob Græcorum mores, quos dimittere nolebant, tūm ob contemptum, qui huiusmodi vxorato Sacerdotio solet esse familiaris, aut à Sacerdotio repellerent, aut seculari potestate mulctarent. Demum Nicolaum Pontificem Constantinopolitano Imperio & Ecclesiæ, tūm ob Ignatii Patriarchæ deiectionem, tūm ob Iconoclastas Imperatores hæreticos fuisse infensum, eius epistolæ, ad Michaelem Imperatorem, ad Photium intrusum Patriarcham & reliquam Constantinopolitanam Ecclesiam satis indicant. Non ergo mirum si huic quoque Græcorum consuetudini, quæ magnopere ab Euangelici Sacerdotii perfectione recedere videtur, fuerit intentus, & eam à Bulgaris eliminare contenderit, sed de Clementis decreto satis.

EX STEPHANI PONTIFICIS Max. decreto. Cap. 28.

APERTA est deinde Stephani Pontificis de hac re sententia, dum inter orientales & Romanam Ecclesiam in colendo cœlibatu differentiã constituit. Aliter (inquit) se Orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter huius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Nam earum Sacerdotes, Diaconi aut Subdiaconi, in matrimonio copulantur, istius autem Ecclesiæ vel occidentalium, nullus Sacerdotum à Subdiacono, usque ad Episcopum, licentiam habet coniugium fortiendi, hæctenus Stephanus. Quibus uerbis nescio quid apertius possit optari, utriusque græcæ & Latinæ consuetudinem recitat, græcos Sacerdotes Diaconos & Subdiaconos in matrimonio copulari, docet, Latinos à Subdiacono ad Episcopum inclusiuè, sacro ordini initiatos non habere licentiam ducendi uxores decernit; neutramque harum consuetudinem reprobat, aut Euangelio contrariam inquit, Quo silentio (satis scio) nequaquam Ponti-

Dist. 3 r. ca.
aliter.

Pontifex vteretur, præsertim in eo tam graui dissi-
dio, quod tunc Imperio quoque per Gregorium
Tertium ad Germanos detractis, utranque Ecclē-
siam interesset. Deinde cum absolute in oriē-
talibus Ecclesiis Sacerdotes, Diaconos, & Subdia-
conos in matrimonio coniungi doceat, Latinos
verò nullam habere licentiā coniugium sortiēdi,
à contrario sensu, qui in cōmuni & familiari loquē-
di ratione, optimus arguendi locus esse solet, re-
ctè colligitur, ergo Græci licentiā habent for-
titiendi coniugia, verum nescio quo pacto ipsa Pō-
tificis verba melius, quàm ulla dialectica colle-
ctio, ad eò rem ob oculos ponit, vt de ipsa, nulli
qui pertinaciter contrarium approbare animum
non induxerit, dubitare liceat.

Sed hoc etiam Stephani decretum, qui contra-
riam sententiam sibi persuaserunt, in alienum sen-
sum detorquere moliantur, aiunt etenim, Stepha-
num non vsum matrimonii, quātumuis ante Sa-
cerdotium sacros ve ordines contracti Græcis li-
citiū esse docere, sed ipsum matrimonii contra-
ctum absque vsu tamen, quod inde probari uolūt,
quod Pontifex non dixerit, Græcos Sacerdotes,
Diaconos, aut Subdiaconos, in matrimonio, sed
matrimonio copulari, in matrimonio nāque cop-
ulari corporum vsu & coniunctionem in matri-
monio significat, matrimonio verò copulari,
rātum vinculum, quo mutuo sibi obsequio subser-
uiant coniuges, inuit. Sed hæc mirabilis subtili-
tas, facile apertissimas quasque rationes loquen-
di subuerteret. Quid enim apertius esse potest,
quàm quod et Theologi & iuris prudentes vniuer-
si hucusque intellexerunt, Stephanum, his verbis,
Græcis Sacerdotibus, Diaconis, ac Subdiaconis,
matrimonia legitima concedere, contra verò la-
tinis denegare? Quis autem dubitet si Stephanus
dixisset, Græcos in matrimonio copulari, raptu-
ros hos, copulam illam *in matrimonio*, ad animo-
rum & uoluntatum coniunctionem, qua matri-
monium contrahitur? Sed quid quod in multis co-
dicibus, non matrimonio: sed in matrimonio cop-
ulari scribitur? Itaque nihil est quod huius capi-
tis apertissimam sententiam interturbare possit,
neque huiusmodi subtilitates alidrum vergunt,
quàm vt fortasse in re minimè necessaria, hominū
parum mente ualentium oculos præstringamus,
& interim nasutis hereticis risū moueamus, quod
semper sincero ac solido Theologo fugiendū est.
Quis enim non videat matrimonia non aliorum
quàm vsus gratia contrahi? Ergo qui matrimo-
nium Sacerdotibus, Diaconis, ac Subdiaconis Græ-
cis concedit, vsu quoque eius perinde eisdem li-
cere docet. Neque enim alia ratione latinis Sa-
cerdotibus matrimonia sunt ablata, quàm quod
eisdem eorum usus sit per Concilia latina & Ro-
manorum Pontificum canones interdictus, qui-
bus igitur licet matrimonium contrahere, licet
etiam uti; nisi hi, vniuersa matrimonia ex S. Vir-
ginis & Iosephi matrimonio, quod tantum in vin-

culo uoluntatum & animorum situm erat, metiri
uelint, quod est absurdissimum.

At (aiunt) Pontifex eo capite occidentalibus
Sacerdotibus negat, contrarium eius, quod oriē-
talibus indulget, negat autem occidentalibus nō
tantum in sacris ordinibus constitutis (nam hoc
vniuersis christianis, Sacerdotibus, Diaconis, ad
Subdiaconis commune est) sed adhuc ante sacros
ordines futuris Sacerdotibus & c. matrimonia ini-
re, id igitur tantum Græcis Sacerdotibus indul-
get, non item matrimoniorum usum. Itaque cop-
ulari matrimonio contrarium eius est, quod est
non sortiri coniugium, non sortiri autem coniu-
gium, est non copulari coniugio, quod occidē-
talis Ecclesia regulariter seruat, in his qui sūt or-
dinis sacri, Ecclesia verò orientalis non ita. Sic
isti. Verum ex hac subtilissima interpretatione
nostræ sententiæ, haud inuolidum argumentū eli-
ci poterit. Nam si contrarium eius, quod est for-
titiū coniugium, quod latinis Sacerdotibus inter-
dicitur, Græcis à Pontifice donatur, licebit igitur
Græcis Sacerdotibus matrimonia sortiri, id est
futuris Sacerdotibus Diaconis, aut Subdiaconis,
licebit iniire coniugia. Iam si hæc coniugia susce-
ptis sacris ordinibus, usum non habent, nullū ergo
erit inter Græcos & Latinos Sacerdotes discrimē.
Nā quis dubitet Sacerdotibus, Diaconis, ac Sub-
diaconis casta illa matrimonia iniire licere, præ-
sertim si præcorum illorum Ecclesiasticorum tē-
porum, quibus Stephanus Ecclesiæ præsidebat, sim-
plicitatem & candorem attendamus. Nam vxor-
es tunc & sorores domi secum retinere, non tan-
tum erat permittum sed necessarium ex Apostoli-
co canone. 4. qui etiam inter latinæ Ecclesiasti-
cas leges, est receptus. d. 26. si quis docuerit, &
31. Quicumque declarando. Episcopus inquit,
aut Presbyter aut Diaconus vxorem suam prætex-
tu religionis non abiiciat. Immo verò vt superius
annotauimus latina decreta, quæ sola in sacrarū
ordinum matrimonia animaduertit, cum coitum
grauissimis pœnis interdicit, cohabitationē ta-
men non prohibent. Suntque in hanc rem ex Ec-
clesiastica historia, frequentissima exempla, sed
vnius Gregorii magni, ad ostendendam hanc vxo-
rum cohabitationem latinis etiam Sacerdotibus
licuisse, satis erit. Is igitur quarto lib. dialogo-
rum ca. 11. de Virgino Presbytero loquens sic scri-
bit. A tempore ordinationis acceptæ, Presbyte-
ram suam vt sororem diligens, sed quasi hostem
cauens ad se proprius accedere nūquam sinebat,
eamque sibimet propinquare nulla occasione per-
mittens, ab ea quasi communionem funditus fa-
miliaritatis abscederat. Habent quippe Sancti vi-
ri hoc primum, nam ut semper ab illicitis longe
sint, à se plerūque etiam licita, abscondunt, Vnde
idem uir nequaquam per eam incurreret culpam,
sibi etiam per eam ministrari recusabat, necessa-
ria. Hactenus Gregorius. Quem multis secu-
lis Syrius, qui inter Pōtifices Romanos plus om-
nibus

inibus huiusmodi matrimonia puiisse videtur, an-
tecessit, & tamen ait uxoris cohabitationem &
ministerium, Virgino licuisse, licet ille, eò quod si-
bi licebat ob peccati formidinem uti noluerit.
Quod si ita est, id est, si non modo Græcis sed La-
tinis quoque Sacerdotibus in matrimonio & or-
dine sacro esse licebat, & Stephanus eo loco in-
ter Orientales, & Occidentales Sacerdotes con-
stituit discrimen, non igitur in hoc tantum situm
erat, quod Græci quidem sortiri poterant coniu-
gium, sine vsu tamen, contra verò Latini non po-
terant, sed in hoc, quod hucusque, tūm vniuersi
iuris prudentes eius capitibus interpretes, tūm ve-
rò Theologi omnes intellexerunt, Orientalibus
quidem Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis,
matrimoniis secundum Ecclesiasticas leges con-
tractis, licere uti, contra verò Latinis prorsus
interdici.

Demum hi ingenuè fateri videntur, Apostoli-
cā sedem aliquando cum in sacris ordinibus con-
stitutis dispensare. Nam hoc meo iudicio docent,
cum aiunt, Romanam Ecclesiam cum in sacris or-
dinibus constitutis regulariter non indulgere, ut
possint sortiri coniugia, non igitur est de iure di-
uino, contracto ante sacros ordines non uti matri-
monio, nam hi Pontifici, eius diuinum dispensan-
di potestatem non dābunt.

EXSYNODI R O- manæ decreto. Cap. 29.

TALE est etiam quod in canonem 29. Ro-
manæ Synodi sub Siluestro Pontifice, com-
miniscuntur. Nam cum eo loco, Nemi-
nem à die oneris Presbyterii coniugium sumere
statuatur, vnde haud obscure uideri poterat, an-
te onus Presbyterii eo præsertim seculo, quo nō-
dum plene in hac parte inter Græcam, & Latinam
Ecclesiam, dissidium intercesserat, sumere li-
cuisse, atque proinde ea, quam antea duxerat,
posse uti, ecce per summam subtilitatem elabi ni-
tuntur, docentes ibi coniugium, non pro ma-
trimonio, id est, contractu ipso accipi, sed pro eius
usu, ac si Concilium uetaret, ne quis post susce-
ptum præbyterium, cum ea quam ante ordinem
duxerat, rem uxoriā haberet. Nam non dicit,
aiunt, Concilium nemo à die oneris presbyterii su-
mat sibi coniugem, quod erat apertissimum, sed
non sumat sibi coniugium. Nam quid opus erat
prohibere Presbyteris uxorem ducere, si in qui-
busdam prouinciis, nec lectoribus & cantoribus
quidem uxorem ducere permittitur, ut significat
canon xiiii. Concilii Calcedoniensis in hæc verba.
Quia in quibusdam prouinciis permittitur, lecto-
ribus & cantoribus vxorem ducere &c.

Igitur non in omnibus his licebat iniire matri-
monia. Atque ita hi. Nōs tamen neminem la-
tere, nobis unquam persuadebimus huiusmodi

fugium uiolentissimum esse, & parum inuen-
toribus tutum. Nam quis unquam legit coniugium
pro carnali copula, & non potius pro ipso uinculo
matrimonii vsurpari? at, aiunt in Synodo Tu-
ronensi. 2. canon duodecimò. Sic vsurpatur, dum
dicitur quosdam inhibita cōiugia repetisse, quod
nati etiam filii prodiderunt. Ego hæc uerba in Cō-
cilio Turonensi 2. non legi, sed ita esto. Profe-
ctò Synodus Turonensis secundo tempore Pēla-
gii Papæ fuit celebrata, quem multos annos Si-
ricius horum matrimoniorum in Occidentalibus
Ecclesiis euerfor præcessit, non igitur cano dicitur
quosdam inhibita coniugia repetisse, coniu-
gium pro actu atque usu matrimoniali tantum
sumitur, sed pro ipso uinculo matrimoniali, qui
à quibusdam contra canonicas leges atterabatur,
& cum separati semel essent, ad usum illiciti ma-
trimonii reuertebantur. Quod si quis omnino
contendat ibi coniugium non pro uinculo matri-
monii, sed pro eius usu sumi, quoniam ibi Episc-
opæ fit mentio, vnde uideri potest adhuc eo se-
culo Episcopos & Sacerdotes in Gallis ex coniu-
gatis assumi, nihil more, dum longe aliud esse ex
ui sermonis usque Latinæ loquendi; nobis tribuat,
sumere coniugium atque repetere coniugium. Su-
mere coniugium quis neget significare idem quod
iniire coniugium? Cum tamen repetere coniugium,
quod in Concilio Turonensi legitur, supposita
usus matrimonialis inhibitione, nō sit aliud quàm
actiōes maritales cum uxore repetere. Est autem
apertissima discriminis, utriusque locutionis ratio,
nam id sumimus, quod nondum habemus, porro
repetimus, id quod rursus iteramus. Cum igitur
coniugia illa, quæ in Concilio Turonensi repeti-
dicuntur, quæ ad uinculum attinēt, iterari nō pos-
sent, necessario cōsequitur repetitionem ad actū,
non ad uinculum referendam. Contra verò sum-
ptionem matrimonii ad uinculum, quo coniugium ac-
cipitur, cum qua postea res matrimonialis habe-
tur. Vnde ita in hac parte argumentari licebit, aut
coniugia illa Synodi Turonensis, quæ (inquam) il-
lic inhibita dicuntur, ante sacrorum ordinum ac-
sumptionē erant contracta, aut non, si erant con-
tracta, ergo ex ui sermonis, repetitio cōiugiorum
ad actum matrimonialem refertur, quoniam ma-
trimonii uinculum iterari non potest, circa ean-
dem materiam. Quod si nondum erant contra-
cta, ergo coniugium illic nō pro actu sed pro uin-
culo sumitur. Quod vero (aiunt) ociosum esse
prohibere Presbyteris, vxores ducere, quando
quidem in quibusdam prouinciis, nec lectoribus,
& cantoribus, id permittebatur. Primum. Re-
spondeo id quod Theodorus Balsamon in illa ver-
ba xiiii. canonis scribit, id factum fuisse in illis
prouinciis præter omnem rationem, cum con-
trarium præciperet Apostolicus canon 26. quem
turpe erat ignorare. Ex his, inquit, qui non du-
cta uxore ad clerum promoti sunt, iubemus, si
uelint, uxorem ducere lectores & cantores solos.

Non igitur earum provinciarum ignorantia, rem tam apertam faciebat, ut lex de non invidis post susceptos ordines sacros, coniugis, ociofa uideretur, eis præsertim temporibus, quibus tunc primum paganorum persecutione cessante, Ecclesiasticos canones, aut sepultos propalari, aut de nouo condi oportebat. Multa enim eo seculo fuisse ignorata ob prædicationis penuriam, præsertim in paulò remotioribus provinciis, testimonio nobis sunt Ecclesiastica historia.

Respondeo deinde (id quod uerius puto) in eo canone, non Presbyteris iam sacris ordinibus initiatis, legem fuisse impostam ne coniugia sumerent, id quod fortasse notum iam erat, ut isti uolunt, sed coniugiorum sumendorum statutum fuisse terminum, ut scilicet Sacerdotes, qui se continere non possent, scirent antè sacrorum ordinum initiationem tantummodò sibi uxores sumere licere; sumptis autem ordinibus, omnem sibi matrimoniorum spem omninò sublatam; atque hæc communis est eius canonis interpretatio.

EX SYNO DO QVA R T A Carthaginensi. Cap. 30.

Apud Gra. d. 84. c. cum de quorundam.

NON absurdè huc pro hac nostra sententia & illud concilii Carthaginensis quartii canon tertius produci poterit, in quo quibus clericis ab uxoribus sit abstinendum edicitur, cuius uerba ut apud Theodorum Balsamonem habentur ex Gentiani Herueti uersione, sunt nobis recitanda. Ad hæc autem, dum de aliquotum clericorum in suas uxores continentia metio fieret, placuit ut Presbyteri, Episcopi, & Diaconi, propriis terminis, etiam à suis abstineant uxoribus, quod nisi fecerint, Ecclesiastico ordine moueantur. Reliqui autem clerici ad hoc non cogantur, sed debet unusquisque Ecclesiæ consuetudinem seruare. Hactenus concilium. Vbi non absolute sed propriis terminis, idest, diffinitis temporibus, siue tempore uicis suæ Sacros homines ab uxoribus abstinere debere dicitur. Quod de coniugii ante sacros ordines initis, semper est accipiendum. Sed præstat Theodori Balsamonis interpretationem afferre, uiri, mea quidem sententia, Ecclesiasticorum canonum cultissimi, quod Zonaras aliique Græcorum historici docent, nisi maior in hac parte fides suis scriptis, quibus breuissimis scholiis, quod utinam nostri iurisperdentes imitarentur, totum ius canonicum Græcorum illustrauit, sit adhibenda. Is igitur ita in illa uerba scribit, Quomodo debent se à suis uxoribus continere, Episcopi, Presbyteri, & Diaconi tempore uicis suæ; etiam in decimotertio canone sextæ Synodi in Trullo dictum est. Præsens quoque canon dicit eos deponendos, nisi tunc se continuerint, hæc autem à reliquis clericis non

exigunt, ut qui sacramenta non contractent, sed eos iubent seruare Ecclesiæ consuetudinem. Et paulò post, Nota ergo, quòd tempore præsentis Synodi habebant Episcopi suas uxores sine præiudicio. Hactenus Balsamon. Similis est & alia concilii Carthaginensis tertii constitutio, quæ licet in communibus conciliis non extet, eam tamen Balsamon in eadem Synodo numero xxviii collocat. Aurelius Episcopus dixit. Adiectio fratres in primis uenerabiles, dum refertur de continentia quorundam clericorum erga suas uxores, præterquam lectorum, id quòd in diuersis canonibus confirmatum est, ut Hypodiaconi, & Presbyteri in propriis terminis, à coniugibus abstineant, ut sint tanquam non habentes. Quod nisi fecerint ab Ecclesiastico officio moueantur, reliqui autem clerici ad hoc non cogantur, nisi in prouecta ætate. Ab uniuersa Synodo dictum est. Quæ uestra sanctitas iussit decreuit, cum sancta sint & Deo grata confirmamus. Hucusque concilium. Theodorus autem ita in hunc canonem. Debent, inquit, ex præsentis canonè, non solum qui sacra tangunt, idest, Presbyteri, aut Episcopi, sed qui ea contractant, idest, Diaconi & Subdiaconi suæ uicis tempore continere. Ut clerici autem, qui sunt extra tribunal, à propriis uxoribus abstineant in prouecta ætate, honestum quid est. Ut hi autem puniantur à natura compulli, nõ existimo sanctorum patrù iudicii, & propterea ut est consentaneum ne canon quidem hos puniendos esse statuit. Sic in hunc locum Balsamon. Vides his omnibus locis non absolute atque simpliciter, sed in propriis terminis, sacris personis iudici præpariarum uxoribus continentiam, quod optime (mea quidem sententia) Theodorus exponit uicis suæ tempore, quanquam scio dictionem Græcam κατὰ τὴν ἰδίαν ὥρην, variè conuerti, Nam in capitulo, cum de quorundam 84. distinct. secundum priora statuta, uetus illè interpres interpretatur: alii etiam conuertunt, secundum proprias diffinitiones, alii in propriis terminis, aut secundum proprios terminos, quas acceptiones, ipsa dictionis ὥρην, varia significandi ratio, complectitur: significat enim terminum, finem, definitionem, regulam, qua humanæ actiones temperantur.

Verum quodcunque horum significatorum admittat, nihil Balsamonis interpretationem lædit, siue enim κατὰ τὴν ἰδίαν ὥρην secundum propria statuta, aut secundum proprios terminos, seu iuxta proprias diffinitiones, aut regulas cõuertas, Theodori interpretatio locum obtinebit. Definitiones proprias, terminos proprios, fines proprios, appellant patres eas hebdomades aut ea tempora, quibus iuxta Episcopale iudicium, unusquisque eorum sanctis altaribus inferuire debebat; quod apertè Sextæ Synodi Constantinopolitanae canon tertius his uerbis diffinit, Ordinationis, inquit, tempore non postuletur à Presbytero Diacono, aut Hypodiacono, ut profiteatur se à legitima cum

Budwin comm. linc. Gra.

c. quoniam 3 i. dist.

Math. 19.

cum uxore consuetudine abstenturum, ne ex eo à Deo constitutas & sua præsentia benedictas nuptias, iniuria afficere cogamur, Euangelica uoce exclamante, Quæ Deus coniungit, nõ separet. Et Apostolo dicente. Honorabiles nuptias & thorum immaculatù; & alligatus est uxori noli quærere solutionem. Simus autem sicut & qui Carthagine conuenerunt, & ministrorum grauitatis, honestatisque curam agentes dixerunt, ut Subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, & Diaconi, & Presbyteri, propriis terminis à confortibus abstineant. Oportet enim eos qui diuino altari assident, in sanctorum tractandorum tempore esse omninò continentes, ut possint id quod à Deo simpliciter petunt obtinere. Hactenus canon, ubi uerba concilii Carthaginensis secundum proprios terminos, non prolegebis Ecclesiasticis, quæ aliòquò in sacrum clerum de omnimoda suarum uxoribus abstinentia, lata essent, sed pro temporibus κατὰ τὴν ἰδίαν ὥρην τὴν ἰδίαν ὥρην, id est, secundum uices & opportuna tempora sacrificandi, ut Balsamon interpretatur, accipi diffinitum uides. Neque uerò ut hic quidam irreuerentissimè profecto & indignè immò uerò procaciter ac licentiosè, obiciunt, hic canon à luxurie patronis fuit conditus, sed à iure grauisimis, qui ex uniuersa Græcia conuenientes, cum Presbyteris, Diaconis, atque Subdiaconis uxores abiicere non permisissent, sibi prorsus eandem amplius habendi facultatem amputarunt; Nam quo pacto patroni esse poterant luxuriæ; qui de se ipsi statuebant, ut deinceps Episcoporum nullius uxore frueretur? Verum de hoc antea.

Sed obiciunt fortasse, qui contrariè sententiæ patrocinium susceperunt, canonem tertium concilii secundi Carthaginensis, in quo ad omnimodam castitatem tres gradus sacri compelluntur. Cum in præterito concilio de continentia, & castitatis moderamine tractaretur, aiunt patres, Isti tres gradus conscriptione quadam castitati per consecrationem annexi sunt, Episcopos, in quâ Presbyteros, & Diaconos ita placuit, ut qui sacramentis diuinis inferuiunt, cõtinentes in omnibus, quo possint simpliciter quòd à Domino postulant impetrare, ut quod Apostoli docuerunt exemplo, & ipsa seruaui antiquitas, nos quoque custodiamus. Hactenus canon. Cui, & sequens, idest, quartus eiusdem Concilii canon ita consonat. Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, ita ut placuit, & decet Sacrosanctos antistites aut Sacerdotes aut Leuitas, uel qui sacramentis diuinis inferuiunt, continentes esse decet in omnibus, sic eo canone. Ex quibus ita fortasse quis colliget. his duobus canonibus, qui ex secundo Concilio Carthaginensi sumuntur, omnimodus sacris ordinibus cõlibatus imponitur, Ergò & de illis prioribus, qui in posterioribus conciliis sunt conditi, idem etiam erit iudicandum. Enim uerò prior ille canon quem pro nostra sententia adduximus,

tertius alioquò concilii Carthaginensis, secundus uerò quadragesimus octauus concilii Carthaginensis Tertii, non potest, nisi in duobus, his postremis canonibus nihil cõtineri, quod illis, quos primo loco attulimus, aduersetur. Sed eius uerba huc afferre præstabit. Sic ergo in priorem ex his canonibus scribit, Hic canon, uult omnem exercere uirtutem, qui sancta mysteria contrectant, scilicet Episcopos, Sacerdotes, & Diaconos esse continentes, non per solam temperantiam, sed in omni facto & opere. Sic enim, inquit, à Deo exaudientur pro populo precantes, & reuera ostendent se ea seruare, quæ à sanctis Apostolis tradita sunt, & antiqua literis non tradita Ecclesiastica consuetudine. A feminis autem abstinere, non solum eos, qui sunt sacris initiati, sed etiam omnes fideles temporibus sanctæ participationis, etiam ab Apostolo statutum est, qui dicit probet autem seipsum homo, sic de Pane illo edat & de Calicè bibat. Et rursum. Ne defraudent se ipsos coniuges nisi forte ex consensu, quando ad sanctæ communionis preces accedere uoluerint. Hucusque Balsamon, qui Episcopos, Presbyteros, & Diaconos esse in omnibus continentes (quod eo canone præcipitur) non modò de uirtute temperantiæ, quæ circa uenereas uoluptates uersatur, sed de omni facto & opere, intelligit, aut de omnium uirtutum exercicio, non item de omnimoda ab uxoribus continentia. Immodè hanc non alio modo sacris hominibus imponi docet; quam in tertio, aut quinto Concilio Carthaginensi, quibus non absolute sed iuxta uices uniuersiusque cõlibatus imponitur. Quod non solum illis, sed omnibus Christianis hominibus commune esse, ex Apostolo præcipiente, ut tempore orationis à congressibus abstineant, demonstrat. In secundum uerò canonem, ita inquit. Præcedens canon diffinit de continentia Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum. Hic uerò specialius de temperantia & abstinentia à sceminis. Et postea cum Latinorum sententiam & interpretationem refutasset, eundem ex sextæ Synodi decimotertio canone interpretatur. Et fortasse, inquit, dicit aliquis quòd etiam qui sunt apud nos Episcopi uxores non habent. Sed hoc constitutum est à patribus sextæ Synodi dicentibus in duodecimo canone. Non repugnantibus his quæ ab Apostolis constituta sunt, hoc dicimus, sed salutis, & ad meliora progressionis populorum curam gerentes, & ne detur occasio reprehendendi Sacerdotalem constitutionem. Eadem autem Synodus in decimotertio canone, præsentem canonem interpretatur dicens. A Presbyteris, & Diaconis, & Subdiaconis ut à propriis uxoribus abstineant, exigente tempore, contrectationis sanctorum mysteriorum. Et subiungit. Quod si quis ausus fuerit,

Balsamonis diluio.

rit, Presbyteros, vel Diaconos, vel Subdiaconos legitima uxoris coniunctione, & societate priuare, deponatur. Hæc Theodorus Balsamon, allegatque subinde canonem tertium concilii Carthaginensis quinti, id est, primum ex his, quos citauimus, ex quo hunc interpretandum existimat, Nihil itaque si Theodoro fides adhibetur, hi duo canones prioribus illis aduersantur, sed hi ex illis sunt intelligendi, id est, cum in primo canone in omnibus sacri istius tres gradus continentes esse præcipiuntur, non est accipiendum, id est, per omnia aut semper, sed in uniuersum, & in omnibus rebus, ita ut non tantum rei uenere temperantia, sed totius uitæ moderatio commendetur. In secundo uero, temperantia quidem à fœminis iubeatur, at non semper, sed ut 3. & 5. Concilium Carthaginense præscripserit, & ut sexta Synodus exposuit, secundum suos terminos. Idem mihi cum Theodoro Photius in Nomocan. tit. 9. c. 22. sentire uidetur, cum omnes hos canones, qui in Synodis Carthaginensibus de continentia clericorum ab uxoribus loquuntur, in idem confundit.

Balsamonis
confutatio.

Sed ego (ut ingenuè fateor) in hac parte Theodoro Balsamoni patrocinari nequeo, neque eius sententiæ & interpretationi suffragari. Nam quod prior canon de omnimoda temperantia ab uxoribus, & non solum de generali rerum abstinentia sit accipiendus, secundus ille qui à Theodoro nescio qua ratione distinctus ponitur cum tantum sit pars eius, satis ostendit. Ab uniuersis (ait) Episcopis dictum est, omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi, uel qui sacramenta contrahant (quos Subdiaconos intelligit) pudicitia custodes, etiam ab uxoribus se abstineant, Ab omnibus dictum est, placet, ut in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deseruiunt. Hæc certe uerba non distinctum canonem ut Theodorus arbitratur, efficiunt, sed prioris illius, in quo Aurelii petitio collocatur, sunt confirmatio, itaque malè ex uno canone, duas partes habente, unam, in qua petitio, alteram in qua concilii ac patrum consensus collocatur, duos canones efficit, in quorum primo, de generali rerum abstinentia, in secundo autem de temperantia ab uxoribus ageretur, cum ut ex omnibus Latinis exemplaribus, quibus in Latinis conciliis, qualia fuerant Carthaginensia, magis quam Græcis fidendum est, ambo illi canones, unus eius secundi concilii, numero tertius reputetur, isque eorum conciliorum consuetudine, bipartitus, in priori parte Episcopi præfidentis propositionem, in secunda omnium patrum consensum continens. Atque id cum ita sit, secunda pars prioris interpretabitur, & quid in illa contineatur explicabit. Ergo cum secunda pars omnimodam temperantiam ab uxoribus, ex patrum consensu, sacris illis tribus gradibus imperet, prior non de generali illa abstinentia, & uniuersali omnium uirtutum exercitio erit accipienda, sed de eadem ab uxoribus abstinentia. Porro quod pars illa secunda (contra atque

Balsamon putat) non modò uicis uniuscuiusque tempore, sed in omni rerum conditione & euentu castitatem indicat, tum ipsa loquendi ratio, tum uerò Siricii qui eo tempore, per Epistolas, uniuersam Ecclesiam, non de una cœlibatus parte, sed integra castitate, ut postea dicemus, comonebat persuadere uidentur, Nam quòd eo seculo Siricius uixerit, tum ipse titulus, tum Imperatores, qui in titulo ponuntur, sub quibus illud concilium fuit celebratum satis demonstrat. Fuit enim Valentiniano Seniore, & Theodosio Imperatoribus, quo seculo Siricius uixisse omnes historici consentiunt.

Ergo ut hunc canonem concilii secundi Carthaginensis omnimodam castitatem sacris personis imponere conuincatur, ita eos, quos prius ex tertio & quinto attulimus, de castitate tantum, per uices seruanda esse intelligendos, ut sexta Synodus docet, non dubitamus. Ratio autem, cur cum prius in eo canone lex de uniuersali continentia fuisset condita, in tertio, & quinto fuerit ad uices ministrationis coercita, fortasse ea non fuit leuis, quòd subito uniuersos Episcopos, Presbyteros, Diaconos, atque Subdiaconos à coniugibus abdicare grauisimum, atque importabile uideretur, & factu difficillimum, immò multorum scelerum offendiculum, atque adeò potius in hac parte maturitate quadam, quam subito agendum esse uideretur, ut paulatim in Sacerdotio reliquique sacris ordinibus castitas & cœlibatus induceretur. Nam quòd neque subito apud Italiam, Galliam, & Hispaniam fuerit lex de cœlibatu recepta, Epistolæ Innocentii Pontificis, qui Siricius secutus est, immò post multa secula Nicolai primi, & illa quam superius attulimus Petri Damiani, & Valrici Episcopi Augustani satis euidenti sunt argumento. Cæpit quidem suo tempore Siricius publicis literis propter Iouiniani hæresim abstinentiam ab uxoribus inducere (aut quod magis puto) consuetudinem ueterem Romanæ Ecclesiæ ut postea dicemus, renouare, at res tanta, & tam ardua, nec tum subito fieri omnino potuit, nec fortasse hallucinabimur, si ex ea (ut fieri solet in reliquis quantumuis sanctis constitutionibus) multa ac maxima cleri scelera suborta suspicemur, cum scilicet, ab uxoribus abstracti, aut illarum clanculum, aut aliarum, cum grauisimo animarum & Ecclesiæ auctoritatis detrimento, consuetudinem quærent. Quin & Africa post Græcum Imperium, semper Græcarum consuetudinem fuit imitatrix, maximè uerò post Iustiniani tempora, qui eam à Vandalis Belisarii Patritii opera uendicauit. Vnde Theodorus Balsamon in copillatione Græcorum canonum, & Photius Constantinopolitanus Patriarcha, in eo opere quæ ex canonibus & legibus coactum Nomocanone uocauit, cum nullius occidētalis Synodi meminissent, nec rationem habuerint, oēs tamen Carthaginenses eorumque canones, quæquæ unius concilii nomine

Autem
interpretatio.

non minori auctoritate, quam Græcas, suis operibus miscuerunt, adeò ut si nunc Græco homini, Italica, Gallica, aut Hispanica concilia obijcias, nihil eis obtenturus, cum contra Carthaginenses Synodos non minori, quam Constantinopolitanas loco habeat.

EX SYNODO GENERALI Lateranensi. Cap. 31.

DE VM Synodus Lateranensis ex Græcis & Latinis, sub Innocentio III. Pontifice Maximo coacta, rem mihi prorsus extra controuersiam misisse uidetur, neque satis intelligo quo pacto eius in hac parte diffinitionem possint illo cauillo subterfugere, qui contrariam opinionem intrudere nobis moluntur.

Ergo illic, cum ad Clericorum tum Græcorum, tum Latinorum, (à concilio enim ex utraque Ecclesia coacta, omnibus prospiciebatur) honestatem & mores deuentum esset, Latinisque omnium quarumcumque fœminarum commercio penitus grauisimis adhibitis fuisset interdictum, de Græcis sic subdunt patres. Qui autem secundum regionis suæ morem, non abdicarunt copulam coniugalem, si lapsi fuerint, grauius puniantur, cum legitimo matrimonio uti possint. Quæ uerba, si quis in alienum sensum, quod in aliis que hucusque adduximus, facere nitentur, detorqueere uelit, is profectò apertissimas quasque diffinitiones non timebit, cum in sua quecumque fingere libuerit somnia, proferantur.

Sed iam quòd matrimonia ante sacros ordines inita, iure diuino, suo usu non priuentur, sed quòd eiusdem iuris permissione uirtualiter, id est, actionum ratione secum utrumque sacramentum non pugnet, satis me demonstrasse arbitror, neque hic luxuriæ Sacerdotali patrocinari cupimus, ut qui in alteram sententiam obstipito capite inclinarunt, fortasse dicent, sed soli ac syncere ueritatis studeamus. Puto enim huiusmodi fucos, quis pietatis ergò, hæreticis hominibus aliò qui in historia Ecclesiastica, & ueterum auctorum libris pertractandis non omnino inertibus ob oculos ponit Catholicus quidam nonnunquam moluntur, plus detrimenti ac damni, quam commodi Ecclesiasticis doctrinis afferre, dum potius apud eosdem contemptum, quam auctoritatem generant.

DILVVNTVR RATIONES, quæ in hanc sententiam superius factæ sunt. Cap. 32.

ATQVE ita ad eorum locorum dilutionem, qui in hanc sententiam, nobis cum oibis heret, tum Græcis, tum Latinis auctoribus communem, superius huius secundi lib. cap. 2. ab alterius opinionis patronis afferbantur, ipsæ disputationis leges accedere iubent. Haud enim sa-

tis est nostrum placitum multis ac validis rationibus confirmasse, nisi aduersis quoque faciamus satis, & omni prorsus scrupulo illud perpurgemus. Et quanquam illa omnia, siue rationes, siue testimonia facili distinctione statim eludere possumus, dicentes, ea non in quoduis Sacerdotale coniugium, sed in id quod susceptis sacris ordinibus assumitur, quod nos quoque fatemur militare, id enim in omni rerum Ecclesiasticarum memoria sanctis patribus, tanquam Euangelio contrarium, fuit semper inuisum, tamen quia illis uniuersam coniugalem societatem, siue ante eosdem sacros ordines, siue postea contractam, alterius sententiæ auctores subuertere moluntur, singula per se sunt nobis exigenda, & quantum hanc nostram sententiam lædant expendenda.

Et ut ad primam rationem, quæ ab exemplo sanctorum Episcoporum sumitur, ueniamus, qua dicitur, neminem ex iis, quos aut sanctitate, aut eruditione illustres aliquando tulit Ecclesia, res uxorias coluisse, ego profectò id nullo unquam tempore negabo, sed erat ostendendum, nullos fuisse alios, quamuis non ita insignes, qui contractis ante sacros ordines matrimoniis, uterentur, id enim nunc controuertitur. Quis non statim summa cum ratione contestetur, id quod multis lib. 1. ostendimus, Sacerdotales functiones coniugalibus delictis multum impediri, ac perinde nullo pacto Sacerdotes coniugiorum cultores, uel ad sanctarum scripturarum eruditionem, uel ad opera Christiana pastoralis præsertim officii præstanda, tam aptos, quam cœlibes esse?

Nam quòd ait Sixtus Pontifex, Postquam cepit Iesus facere & docere, omnes eius Discipulos, aut continentes, aut uirgines fuisse. Si Discipuli nomē rectè capiatur, profectò non tantum Sacerdotem Diaconum aut Subdiaconum, sed in uniuersum omnes, qui uerè animi pietate, ac ad Euangelicum perfectionis apicem ascendendi, uero cordis desiderio mundo, ac uniuersis eius deliciis uale fecerunt denotat, quamquam ampliori quoque significatione (quæ in Euangelis & actionibus Apostolicis est frequentissimum) omnes Christiani Discipuli quoque uocentur de significatione lib. primo. Ergo Discipuli Christi, id est, omnes siue Sacerdotes, siue non Sacerdotes, qui Christi disciplinam ex animo imitari cupiunt, aut uirginitatem illibatam, aut continentiam à fœminis coluerunt, ut Sixtus inquit, nihil tamen inde deriuatur, quòd imperfectionem Sacerdotum coniugia, subuertat, magis quam laicorum, in quibus et sunt multi Discipuli. Nam quod illic Pontifex Sixtus Discipulos non solos Sacerdotes uocet, eius libri de castitate, qui non ad Sacerdotem, sed ad laicum, scribitur, argumētum planè ostendit, dissuadet illic Sixtus nuptias earum tedia, laboribus ac difficultatibus ob oculos positam, nuptiæ uerò Sacerdoti, Diacono, aut Subdiacono dissuaderi nequeunt, cum hi eas contrahere nullo iure permittantur. Sed esto, tamen Sacerdotibus Diaconis, &c. loquatur, quid tum postea? an quæ quidam Christi non

Sixti locus.

Lucæ 1.

Lucæ 1.2
7.9.10.19
&c.

modò præcepta sed etiam consilia, & uitæ exemplum fuerint imitati, propterea alii minus perfecti, qui necessariorum mandatorum obedientia contenti, ad altiora anniti non possunt, sunt damnandi? absit. Ergo ut fateamur oēs Sacerdotes Christi Discipulos, id est, qui eum, eiusque uniuersam doctrinam siue in præceptis, siue in consiliis sita, sunt imitati aut uirgines, aut continentes fuisse, ita illos, non ex Evangelici Sacerdotii natura, aut necessitate, cum ante sacros ordines uxores accipere licuisset, sed ex studio perfectionis Euangelicæ, & uitæ Christi exemplum imitandi, id præstitisse, satis certi sumus.

Epiphanius duplex testimonium, tantum abest, ut nostræ sententiæ aduersetur, ut ei aperte suffragium ferat. Nam si cum uxoribus ante sacros ordines acceptis, conuiuere eisque uti, & ex illis filios suscipere, iure diuino damnaretur, quorsum illi ad uniuersam Græciæ (quod ille fatetur) fuissent tollerandi, uxori Sacerdotes etiam si nulli in uniuerso orbe reperiretur, qui sine coniugio uellet fungi Sacerdotio? is ergo dum causam, quare Sacerdotes dantes operam liberis permitterentur, eam reddit, quod non reperiretur satis ministrorum præ multitudinem hominum satis perspicue indicat, id iure diuino non damnari, quamquam illud tanquam perfectius, tum à Paulo, tum ab Ecclesiasticis canonibus postuletur. Sed apertius est quod eo loco subiungit, *cum enim à Spiritu Sancto, disposita Ecclesia quod magis decorum est semper uideris, &c.* Quid obsecro, an non hic certum est, Epiphanium magis decorum omnimodum uxorium abstinentiam appellasse. ac proinde ad ampliorem quidem perfectionem non item ad Sacerdotii necessitatem, eandem pertinere credidisse. Quin non ubique terrarum eam omnimodam continentiam uigere, inquit, sed ubi perfecte seruantur Ecclesiasticæ regulæ, quæ uerba planè indicant, id ad regulas Euangelicæ perfectionis, non item ad uitæ Christianæ necessitatem pertinere. Profecto ubi perfectum est, imperfectum quoque esse necesse est, porro perfectum & imperfectum, sola latitudine, non item genere differunt. Ergo uxoribus ante sacros ordines acceptis uti, & non uti, ambo ad Sacerdotium pertinent, sed non uti, perfectius est, uti, imperfectius. Nam si nullo pacto iure diuino liceret uti, non perfectum aut magis perfectum quod est idem, sed necessarium uocaretur. Hanc uero perfectionis regulam in Epiphanius ueræ doctrinæ is ipse Epiphanius insinuat, cum ait, sanctum Sacerdotium Christi ex uirginibus aut ex uiduis unius uxoris, aut demum ex continentibus à susceptis uxoribus constare, indicat enim non necessitatem, sed id quod est perfectius. At Epiphanius, sanctam Dei prædicationem id postulare inquit. Esto, dum sanctam Dei prædicationem, non aliud quam Euangelicam prædicationem intelligas. Euangelicam uero prædicationem, non modo præcepta sed consilia continere, qui negat est aperte hæreticus. Postulat ergo Sacerdotio sancta

Epiphanius loci.

Epiphanius.

Dei prædicatione coelibes aut continentes homines, quemadmodum postulat, ut uniuersa nostra dimittamus, patrem, matrem, uxorem, filios, agros &c. ut postulat ut uniuersa uedamus & demus pauperibus, non quidem, quod sine his salui esse non possumus, sed quod uniuersos ad Euangelicæ perfectionis fastigium ascendere cupiat. Vnde Christus adolescenti. *Si uis, inquit, perfectus esse, non item dixit, si uis saluus fieri.*

Minus nostra sententiam Eusebii Cæsariensis locus legit. Nam qua ratione sacros homines ab accepto uxoris commercio abstinere, sermonem diuinum postulare sentiat, uerbo illo *deceat* satis indicat, non ait, necessarium est, quasi à Deo præceptum, sed *deceat*. Sermo ergo diuinus ad decetiam & decorem, non item ob necessitatem abstinere sacros homines ab uxoribus docet.

Clementis Romani constitutio, nullo uisus diuine legis Imperium, sed propria ipsius, ait Petri (ut postea dicemus) uoluntate importat, qui id quod melius ac perfectius est attendentes, absolutam & perfectam castitatem, cum Sacerdotio, iam tunc sociare moliebantur, quemadmodum postea Siricius, Innocentius ac reliqui Romani Pontifices. Itaque non dicit, ad Dominica mysteria tales eligi debent &c. sed tales eligantur, ut ipsa forma loquendi, non quid ex Euangelico iure fieri esset necessarium, sed quid eorum uoluntas optimis rationibus ducta, ad maiorem Ecclesiæ decorem in hac parte statueret.

Hieronymus deinde, cum inquit, Ecclesiam Sacerdotem generantem tunc non admittit, per eum tantum Ecclesiastico loquitur, quo iam per conciliorum & Pontificum canones, alios quam coelibes ad Sacerdotium assumi non permittebatur. Atque, id est, quod inquit, *nunc* quasi prioribus temporibus, quando ut dicebat Epiphanius, non satis erat ministrorum, id licuisset. tunc uero cum satis multi, qui imperfecta castitate Sacerdotio deseruirent, inueniebantur, & quando iuris diuini licentia, per Ecclesiasticas constitutiones exoleuerat non amplius liceret. Nisi fortasse quis uelit, eum de Romana Ecclesia, in qua eo seculo (maximè opera Siricii) coniugiorum Sacerdotium usus impugnabatur, uerba facere, non item de omnibus Ecclesiis, in quarum pluribus, Orientalibus præsertim, nondum fuerat exclusus.

Chrysostronus eodè pacto est accipiendus, quo & Eusebius, Oportet inquit, omni castitate ornatum esse Sacerdotium, docet ille quod est decetius, & quod propinquius ad Euangelicam perfectionem accedit, non item quod est necessarium. & quod eo loco id sibi uelit Chrysostronus, uerba, quæ hæc immediate antecedunt clarissime ostendunt. Et non ea ratione, inquit, qua nunc in Ecclesia obseruatur. Quis putet Chrysostronum ad reliquos sanctissimos uiros, quos eo tempore Patriarchali & Episcopali dignitate insignes Græcia præcreauit, tam atrocem scelus dissimulaturus. Si id iure diuino prohibitu fuisset, præsertim eum iam

Matth. 19

Eusebii loci.

Clementis loci.

Hieronymi loci.

Chrysostroni loci.

iam Chrysostroni seculo ingens esset non modo Sacerdotum, sed etiam monachorum turba? sed quid si nullus inueniretur Sacerdos, qui absque propriæ uxoris usu ministrare nollet? an si id diuino iure non liceret, non melius esset omnino Sacerdotibus carere, quam eorum frui opera, cum tanta diuina legis iniuria? profecto si nunc nulli alii quam adulteri & concubinari Sacerdotes inueniretur multo melius illorum sacrificiis careremus quam eorum turpi Sacerdotii frueremur.

Gregorius Nisæus aliorum multo atque isti putant, ea uerba protulit, non enim de Sacerdotio, qui sacer est ordo, sed de Sacerdotio illo generali, quod omnibus christianis hominibus est commune, eo loco sermonem facit, quod ea, quæ ante illa uerba scribitur satis perspicue producit. Quo (inquit) Paulo qui te his uerbis adhortatur: Exhibe corpus tuum hostiam uiuentem, Sanctam Deo placentem, obtemperas, qui huius seculi habitum induis, qui neque mentis tuæ renouatione immutatus, neque nouam huius uitæ uiam ingressus, ueteris hominis uitæ institutum persequeris? Quomodo Dei Sacerdotio fungeris, qui ad hoc ipsum ut munus offerres uentus es? munus sanè non omnino alienum, neque suppositum ex his, quæ tibi extrinsecus eueniunt, sed re uera tuum, quod est homo tuus interior, qui tanquam agnitus innocens & perfectus esse debet ab omni macula ac à sordibus remotus. Quomodo hæc ipsa Deo offers, qui legi non obtemperas prohibenti, ne sacra impurus faciat? hæc Gregorius ex Petri Gallesini translatione, nam Græcum exemplar cum hæc scriberem habere non potui. Vbi uides nihil de uero Sacerdotio, sed tantum de Metaphorico dici, nisi quod legis meminit quæ prohibeat impurum non posse sacra facere, quam legem (ni forte Gregorius ad leges Leuitici Sacerdotii alludat, quibus non modo Spiritus, sed corporis quoque ac uestium mundities exactissime postulabatur) non alia mihi esse uidetur quam ea, qua apud Matth. Euangelicæ uitæ perfectionem sequentibus inquit, Cum offers munus tuum ante altare & recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque munus &c. & reconciliare prius fratri tuo, & tunc ueniens &c. Itaque Gregorius non de lege aliqua quæ in Euangelio de Sacerdotum coelibatu & omnimoda castitate loquitur, aut uxore uentem Sacerdotem quasi impurum reprobet, sermonem facit, sed de peccatorum impuritate, quæ nos ineptos ad hominis interni mandandum Deo sacrificium, efficit. quod, profecto satis mirari nequeo, quo pacto eos, qui alteram opinionem tuentur, si tamen Gregorium legerunt, latere poterit.

Sed iam ad Siricii & Innocentii decreta ueniamus, ex quibus nulla diuini iuris profecto necessitas, sed ut de Clementis primi decreto dicebamus, eorum tantum uoluntas Euangelicis rationibus ducta, colligitur. Nam quod loca quædam

Greg. Nisei loci.

Matth. 5.

Siricii decretum.

ex diuina scriptura ad suæ constitutionis ampliorem firmitatem, & ne in re tam ardua ab ea dissentire uideantur, illic afferant, nullo pacto eam constitutionem diuinam esse persuadeat, nisi etiam sint diuine uniuersæ leges & constitutiones, in quibus ad earum commendationem aut rationem ostendendam, eiusdem Sanctæ scripturæ loci proferuntur, quod esset absurdissimum. Probant igitur illis locis Pontifices, eam constitutionem, qua Sacerdotes uxoriati à coniugum amplexibus auocantur, maximè cum Diuina lege atque eius rationibus consentire at, non perinde esse Diuinam, nisi omnes aut ciuiles aut Ecclesiasticæ constitutiones quæ Euangelio consonant aut conformare ab auctoribus probantur diuinæ prorsus continuè ceantur, Adde quod plures ex eius locis quos Pontifices afferunt, non quod est necessarium, sed quod Euangelicæ perfectioni magis est affine, docet quosdam non ut illos ad hanc rem pertinere putent, sed ut ex illis in suam constitutionem argumenta neant, quosdam demum eo sensu moderantur, qui sibi maximè ad hanc rem pertinere uidebatur, qui tamen, absque alterius reprobatione ab aliis, à patribus fuerat usurpatus. quale est, quod Pauli locum *Unius uxoris uirum* non de eo, qui in generandi concupiscentia permanet, accipiendum uolunt, sed de eo, qui iam re uxoris prorsus uale dixerit, quem tamen sensum eius loci non esse necessarium, superius pauca insinuauimus, & postea libro quarto sumus plenius ostensuri. Locus etiam ille, qui ex. 7. cap. Epistolæ prioris ad Corinthios, ab illis profertur, quo ex Apostolica doctrina, qua coniuges orationis tempore à mutuis complexibus continere sese instruantur. Sacerdotes perpetuò ab uxoribus reuocandos rationantur, nullam diuini iuris necessitatem importat. Nam ut optima sit Sanctorum Pontificum rationatio, à maiori ad minus, qua ex laicorum hominum doctrina, qui orationis tempore ab uxorio concubitu abstinere iubentur, colligitur Episcopos, Presbyteros aut Diaconos, perpetuo sibi ab eisdem uxoribus temperaturos, profecto non alio iure, tunc Sacerdotes ad hanc perpetuam castitatem, quam laici ad temporariam illam, astringerentur. Ergo si laici diuino iure ad id non tenentur, sed tantum uel Apostolico præcepto, aut quod magis puto consilio, neque Sacerdotes quoque aut reliqui altaris ministri, iure diuino tenebuntur. Quod uero laici ad id non teneantur etiam abrogata consuetudine haud difficili rationio colligitur. Quis enim nunc laicos coniuges damnet, quod orationis publicæ aut priuatae tempore, à se mutuo non abstineant? aut quis huius constitutionis executionem ab illis in sacramentali confessione tanquam ad salutem necessariam postulat? scio à Dionysio Alexandrino & Timotheo Alexandrino item Patriarcha, de hac re in Græcorum Ecclesia conditos fuisse canones, quibus scilicet caueretur, ne orationis publicæ præsertim,

Apud Theodor. Bal. Dian. ca. 3. & Tim. re. p. 5. & 12

fertim, tempore, atque ad eodē sabbato & Dominica carnali commercio iungerentur coniuges, sicut & concilii Alibertini, ut Gratianus refert, constitutio, ut quicumque ad sacram communionem accederet tres, quinque, aut septem dies ab uxore sibi temperaret. Omnis, inquit, homo ante sacram communionem à propria uxore abstinere debet, tres, aut quinque, aut septem dies. Sed eę constitutiones nec diuinae sunt, nec aliquem, qui eisdem subiceretur, ligare potuerunt. Colligunt ergo ex Paulino loco, Pontifices se non aliud, quam quod Euangelicę perfectioni consonet, imperare, non item sentiunt id ex iuris diuini necessitate deriuari.

De cōs. di. 2
omnis homo.

Rom. 8.

Tertius tandem locus ex Epistola ad Romanos. Qui in carne sunt Deo placere non possunt, cum ab his in eo sensu, quo ab Enchiriditis & Tatiani sectatoribus, qui nuptias damnabant, accipi nequeat, oportet ut non de ea complacentia, qua omnes iusti per gratiam Deo placent, intelligatur, sed de speciali quadam, qua non tantum (ut tunc dicebamus) Deo sunt accepti, qui carnis delicias spreuerunt, sed etiam charissimi, quasi veri discipuli ac preceptorum & consiliorum sectatores. Placebunt igitur Sacerdotes coniugati Deo; non ut hi, qui patres, matres, uxores, filios &c. propter Christum dimiserunt, quod est summus perfectionis gradus, sed ut qui solis mandatis sibi satis habentes, ad Euangelicę consilia, & id quod perfectius est, aspirare non fatigant.

Innocenti
decretum.

Innocenti Epistola ad Exuperium minus, quam præcedentia, horum opinionem statuit, nā si quod eā constitutionem, diuinarum legum manifestā disciplinam vocet, eam perinde esse diuinam arguat, ut superius dicebamus, uniuersę Pontifici & synodorum sanctiones, cum nunquam absque sacrarum scripturarum testimoniis fiat, protinus essent diuinae. Vult ergo Pontifex constitutionem suam, & antecessoris Siricii, à diuina utriusque testamenti disciplina deriuari, id est esse illi consonam, non item eam esse diuinam, aut ex Euangelico iure necessariam, qui sensus tūc apertior erit, cum totam Innocenti Epistolam quis perlegerit.

Vmberti lo
cus expen
ditur.

Vmberti inueniendi Leonis, 9. ad Constantinopolitanum Imperatorem & Patriarcham, legati Epistola, nec tantę & vetustatis & auctoritatis & ut ex ea nostrę sententię quicquā detrimenti afferatur (non enim quingentos annos eius memoria excedit) nec si esset, in ea quicquā quod iure diuino constare temperantiam ab uxoribus ante ordines ductis, asseueret; scribitur. Quod enim Romanę Ecclesię consuetudinem, Græcis in hac parte moribus præferat, cum nos id nō abnuamus, nihil nobis nocet. Quis enim cœlibes Sacerdotes ac ministros sacrorum, vxoratis non existimet præferendos? Quāquā synodum Neocesariensis ad consuetudinem latinę Ecclesię, qua semel consecrati Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, & uxores proprias non repetere, & alienas nō ducere compelluntur, confirmandam, præposte-

redducere videatur, illius enim concilii can. 1. quo tantum de hac re agitur, Presbyteri non Diaconi aut Subdiaconi, sed neque quocumque tempore, sed factus iam Presbyter, i. post sacrum ordinem susceptum, uxorem ducēs ab officio deponitur, de inito autem ante ordinationem matrimonio illic uerbum nullum. Sed neque mos ille, quem in Ecclesia Græca Vmbertus accusat, nobis quicquā officit, qui etiam, si eundem cum illis tāquā ab Euangelica disciplina alienū (ut est,) fateamur, nihilominus eum ex nostra hæc & communis sententia nemo dixerit deriuari. Nobis, nō uniuersas Græcorum consuetudines, quarum cōplures ab Euangelicis regulis degenerasse fatiscimus, defendere est animus. Sed id contendimus, eam, qua ex coniugali statu, retento vxorio usu, quidam ad Sacerdotium, reliquosque sacros ordines assumuntur, cum Euangelio, diuinoque iure non pugnare, quāuis Ecclesię Romanę mos in hac parte multo sincerius cum Euangelica puritate consentiant. Morem autem eum, quo neminem nisi prius ducta uxore, ad eosdem sacros ordines ascendere sinunt, prorsus damnamus, nisi forte (quod fieri potuit) id propter conformitatem facerent, quam rationem non esse omnino inanem lib. 5. cū de cœlibatus dispensatione agamus, latius prosequemur. Cur enim eius augustissimæ olim Ecclesię mores absque magnis rationibus damnemus, cum sciamus eo etiam seculo, quo Vmbertus legatione functus est, & multo post tempore viros cruditissimos in ea floruisse? Nā quod aiunt, quidam eam consuetudinem, quemadmodum & syn. 6. 13. canonem, à libidine vel ignorantia deriuatam, uix est credibile. Nam ut, quæ multoties diximus, nunc quoque repetamus, quo pacto uel huius consuetudinis, uel 13. canonis illius causa, Episcopi Græci, libidinis & luxurię accusari possunt, qui sibi ipsis non modò omnem licentiam uxores uel ante, uel post, matrimonium acceptas habendi, eisque utendi amputarunt, sed etiam omne genus sceminarum, quantumcunque sanguine coniunctarum, multis (quos antea protulimus canonibus à se grauissimis adhibitis pœnis expulerunt, libidine profecto non ad alteri, sed ad sibi carnis delicias suggerendas, omnes mortales permouentur. Ergo hi, qui à se omnem licentiam non modò utendi coniugali sceminarum consuetudine, sed omni quaricumque cognatarum etiam contubernio, quas tamen latini canones non prohibent, ablegarunt, indignè, & contra omnem rationem (quod quidam tamē absque ulla reuerentia faciunt, libidinis insimulantur. Dicant mihi qui, uel huius consuetudinis, quam Vmbertus insimulat, uel 13. canonis 6. syn. Gratia Græcos Episcopos, & Patriarchas luxurię, & libidinis accusant, à quibus nam synodi celebrentur? nonne ab Episcopis? quis neget? Ergo si Episcopi sibi omnem luxurię occasionem, eedit legibus, ac adhibitis pœnis, ablegarunt Presby-

damnatum

Mos grauium nō dmissendū sacros ordines, Calio

Presbyteris autem Diaconis, & Subdiaconis, acceptis ante sacros ordines uxoribus utendi iuxta veterem patriam consuetudinem licentiam indulerunt, non ex luxuria, & libidine, sed ex aliqua rationabili causa, quæ pro temporis conditione æqua uisa est, id fecisse sunt credendi. Quod uerò sibi in uniuersum, vxoris immoderata & sceminarum conuersationes, Græci Episcopi licentiā abdicarint, aperte 12. & 18. canon. sextę synodi, quantum isti maxime libidinosam putant, demonstrat, ubi grauissimis pœnis ab omni sceminarum cohabitatione relegantur, quos canones antea, cum de sexta synodo ageremus, attulimus. Immoderata uerò & de hac re (tanta est apud Græcos Episcopalis puritatis cura) multæ rigidęque Patriarcharum suggestiones, editæ sunt Imperiales constitutiones, quas apud nos, cum tamen maxime cum Episcopali dignitate conueniant, seruari non uidemus. Extat enim de hac re Iustiniani Augusti nouella constitutio numero. 123. c. 15. quæ Episcopis omnem cohabitandi cum sceminis quantum vis fuerint uxores facultatem, addita depositionis pœna, prorsus amputat.

Ignorantiam uerò in canonibus Græcis interpretandis, Græcis uelle impingere (prorsus est irrationabile) nisi illis in nostris ac latinis canonibus exponendis maior quam nobis fides sit adhibenda. Versio eius canonis lib. 6. Apostolicarum constitutionum ex quo & libidinosum illum 13. canon. sextę synodi & hanc consuetudinem non ad admittendi ad sacros ordines nisi coniuges fluxisse suspicantur, illis non erat necessaria. Clemens Apostolicarum constitutionum coaceruator, quāuis Romanus, nihil latinè, sed uniuersa Græcè edidit. Videant ergo, qui docent Græcos ex praua uersione eius canonis, libidinosam illam consuetudinem usurpasse, quantæ eorundem Græcorum subsanationi, Ecclesię Romanę doctrinam exponant. Nos in libris vel canonibus Græcis intelligendis uersione indigemus, & quæ est conuertentium uel contentio, uel philantia, uix de eorum germano sensu, quantumuis Græcè docti, sumus scire, illi contra, cum in nostris intelligendis interprete egeant, in suis. nulla conuersione uel interprete indigent. Atque id eo tempore, quo ea consuetudo inualescere cepit, quod ante Vmberti legationem fieri oportuit, maxime est uerum, eo enim seculo non corrupta ac mixta lingua Græca, ut nuuc sub Turcarum Imperio, Græci loquebantur, sed uera ac germana, & quæ Clementis & posteriorum patrum tempore fuerat in usu, immoderata uerò ut Franciscus Philephus in quadam Epistola testatur, adhuc eo seculo, quo Græcus Imperator Regi Turcarum isoliciter celsit apud aliquantam auctoritatis viros, Athica lingua utebatur. Cum reliqui communi, non corrupta, sed Græca uterentur. Itaque ex eius canonis praua conuersione (quod quidam aiunt) ut illam constitutionem qua cœlibes ordinari prohiberentur,

inducerent Græci Episcopi, fieri nullo modo potuit. Ergo non prauæ conuersionis causa, qua opus non erat Græcis, sed aut quod ea constitutio totidem uerbis apud Clementem haberetur, quemadmodum & multa alia partim friuola, partim cōmuni Ecclesiasticę doctrinę contraria, quæ nobis illis libris, ante penè mille annos suppressis, & ab Ecclesia exclusis græcè & latinè, hisce diebus, non cum paruo hæreticorum commodo obiecta sunt, eam suis sacris ministris Presbyteris, indixerunt, aut dissensionis & scandali quod ex cœlibibus & non cœlibibus Sacerdotibus oriri poterat, rationem habuerunt, quæ causa eam summo pere commendabilem reddere poterit, tantum abest, ut ob eam Græci Episcopi luxurię & libidinis sint accusandi. Enimuero ieiunare, nudis pedibus incedere, hoc autē illo uiliori habitu corpus operire, nō modò nō est damnabile, sed summum in Euangelicis hominibus perfectionis indicium. At fieri potest, ut qui toti præest communitati, alicuius aut aliquorum in hac parte singularitate, uidens toti communitati detrimentum charitatis impendere, rectè uniuersos ad mediocrem quādam & communem minusque perfectā uiuendi rationem exacta & rigida illa penitus exclusa, sine peccato, immoderata cum laude reuocet, non quod omnino uelim, aut Græcos aut eam consuetudinem (quam tantum apud solum Vmbertum legi) excusare, sed quod sentiam, semperque mihi persuaserint afflictis non esse dandam afflictionem, neque calamos quassatos, ac penè iam multis captiuitatibus & afflictionibus, (& quod summum est) maxima uerbi Dei penuria contractos, non confringendos, neque ligna, sola qualiscunque, quæ in illa dira seruitute haberi potest, fidei scintilla fumigantia, extinguenda. Quantum enim Euangelicę charitati emolumentum afferri putandum est, cum eosdem contra veterum mores, tertio quoque uerbo hæreticos appellamus? præstaret eorum imperfectiones, nos qui spiritualiores sumus, mutua charitate (quæ non nisi ab apertissimas hæreses scindi debet) tolerare, & iuxta Apostolicum præceptum infirmos in fide assumere, & placidè docere, quam hisce suarum consuetudinum & legum criminationibus plerūque absque ratione, eosdem nunc blasphemus, nunc luxuriosos, nunc impios, nulla lacesiti iniuria tertio quoque uerbo uocitare. Quod si Vmbertus & quisquā alius ueteri memoria, cum eis iniuriis & contumeliis agendum putarunt, non ob id, apud me sanè summam laudem reportabunt, qui potius desiderassem, eam Ecclesiam olim (quod negare nō possumus, cum summa quadam utriusque sapientię eruditione, tum uerò sanctitate, illustrissimam, in sui perniciem & ruinam, & non in paruum totius orbis christiani, in tanta rerum christianarum angustia detrimentum, a nobis alienatam, quod nunquam satis sumus deploraturi placidè reuocari, quam

Syn. 6. c. 2.

Rom. 14.

quam odio maledictis plerumque inanibus ac nullius momenti exacerbari, Græci sanè quicquid quidam fabulentur, & absque ulla consideratione ac iudicio scripserint, aut cum catholica Romana Ecclesia in essentialibus fidei partibus & usitatorum sacramentorum pro maiori parte, post Florentinam Synodum per omnia consentiant, adeo ut confessio nem sacramentalem, summo cum Ecclesiasticorum canonum rigore frequentent, quod ego Venetiis, ubi tamen ad hoc nullus eos coegit, frequentissimè deprehendi, aut si quidam qui illud concilium non receperunt, in aliquibus dissentiant, maior est in factionis nomine, quam in re differentia, ut in articulo de purgatorio & Spiritus Sancti, in quorum priori non purgatorium, sed ignem tantum negant, quod ea apologia, quam in eadè Synodo ediderunt satis aperte docet, in secundo verò ut doctissimè Bessarion Constantinopolitanus Patriarcha, & deinde Cardinalis Nicenus, in ea Synodo multis indicat, nobiscum veteres eorum patres, immò verò non multum à nostra memoria dissiati consentiunt. Nam quod quidam aiunt, eos in execrationem latinorum, qui in azimis conficimus, altaria, ubi aliquis nostrum celebravit abluere, vel mera est impostura, maximè post Florentinam Synodum, vel hoc non ab omnibus, sed ab hæreticis, qui inter illos nunc, cum nulla eos poena afficere per tyranicam seruitutè datur, maximo numero uersabuntur fieri est credendum. Ego sanè & cum illis multoties congressus, & cum uiris doctissimis, qui per omnem penè Græciam peregrinati sunt, hanc rem conferens, nihil tale deprehendi. Ergò Græci aut solo schismate à nobis dissecantur, aut si hæresibus differunt, eæ non sunt tot, neque adeo atroces (de Constantinopolitanis loquor) Nam Alexandrini post Dioscorum hæreticum grauissimis erroribus sordent, ut placidis disputationibus ad Christi causas reuocari non possent. Sed ut ad Clementis constitutionem reuertamur, Qui fieri potuit, ut illa exigendi matrimonii ante sacros ordines consuetudo, ab ea dimanauerit, aut canon ille, 13. sextæ Synodi cum patroni isti luxuriæ & libidinosi Patriarchæ, canonum, qui sextæ Synodi impinguntur architecti, uniuersum illum constitutionum Apostolorum librum, secundo statim canone, tanquam à recta fide & Ecclesiastica traditione alienum, damnatum uniuersis christianis eius lectione interdictis, ab Ecclesia expulerint? Has aiunt, constitutiones tanquam ab hæreticis corruptas & uiciatas, ad christiani gregis edificationem ac securitatem, utiliter reiecerimus, hæreticæ falsitatis fœtus, nequam immiscentes & germanè ac integrè Apostolorum doctrinæ inferentes. Quis iam per Deum immortalè, canonem, 6. Synod. 13. aut hanc quam his patribus intrudunt, consuetudinem, ex Clementis libris de constitutionibus Apostolicis excepta dicat, qui initio statim ipsorum canonum, qui ab his auctoribus, quibus has libidines impin-

Com. 2. Syn. 6.

guant, quoque sunt conditi, eosdem libros quasi hæreticorum fœtus damnari uideat? Iam nisi qui eas constitutiones in latinum sermonem conuerterunt, infideliter interpretum officio functi fuerint. Nobis enim num græcum exemplar quod cum latina versione conferamus, non suppetit, profecto in ea siue Apostolica constitutione, siue potius, constitutionis Paulinæ interpretatione, ego nihil uideo, quod ei consuetudini, qua ante sacros ordines coniugium exigitur, ansam exhibuerit. Episcopum, inquit, & Presbyterum, ac Diaconum diximus unius uxoris debere constitui, siue uiuat eorum uxores siue decesserint. Non licere iis si post ordinationem sine uxore fuerint, ad nuptias transire, vel si uxores habeant, cum aliis coniungi, sed contentos esse, ea quam habentes ad ordinationes uenerunt. ministros quoque, cantores, lectores, ostiarios, unius uxoris uiros esse iubemus. Si ante nuptias ad clerum uenerunt, concedimus eis, ut uxores ducere possint. Si quid hoc expectent, ne si peccauerint, poena afficiantur. Hætenus Clemens, Qua constitutione & nos antea uti sumus, tum ad probandum Presbyteris, Diaconis, ac Subdiaconis, post sacros ordines acceptos, ad coniugia non licere descendere, tum ad demonstrandum, uxoribus ante eos sacros ordines, ductis, seclusa Ecclesiastica constitutione, maritos Sacerdotes uti posse. Sed cum quem illa explicat, id est, oportere sacros hos ministros, Presbyteros, Diaconos, &c. esse unius, siue defunctæ siue uiuentis uxoris uiros, coniugali usu cum uiuentem non excluso, esse eundem cum Paulino, postea cum hæreticorum rationes collidemus, perspicue sumus ostensuri.

Lib. 6. an. 1. post. 1. p. 107.

Ergo ut quæ profusius fortasse diximus, in epilogum redigamus, fatemur, Romanæ Ecclesiæ consuetudinem (quod Umberto Cenomanus contendit) fore multò græca perfectiorem, fatemur, deinde multas irreplisse eam Ecclesiam, alienas fortasse ab Euangelica disciplina consuetudines, quibus eam (si tamen ita est) hanc, qua ante sacros ordines coniugia postulantur, adnumerare nihil moror. Non tamen ex his ullo pacto colligitur, eam constitutionem & morem, quo aliquibus ex causis, coniuges retento usu matrimonii ad sacros ordines euehuntur, Euangelio esse, aut uero tempore fuisse contrariam.

Lib. 4.

Atque ita iam tandem ad rationes, quæ vel à Sacerdotii in communi uel ab Euangelici Sacerdotii natura, lib. primo ducebantur, ueniamus, quibus omnibus breuiter respondemus, eas non necessitatem, sed decentiam & Sacerdotii uel in communi, uel Euangelici, decorem indicere, ostendunt certe quod sit optimum & perfectum, non item quod necessarium & eidem Sacerdotio uel sacro ministerio intrinsecum. Nam quod nostra sententia, qua docuimus coniugio cum post sacros ordines initorum usum cum eorundem sacrorum ordinum functionibus pugnare, in nos re-

Rationes i natura Eui gelice legi ducta.

quæta, quod matrimonii actiones eorum eorum, quæ antea celebrantur, tam impediunt Sacerdotale ministerium, quam eorum, quæ antea fuerant contracta, ex his, quæ eo loco diximus, facile soluitur. Non sumitur in hac parte repugnantia ex sola actionum coniugium & Sacerdotium natura, sed ex Sacerdotii sacri ministerii dignitate. Qui enim ex coniugali statu ad sacrum ordinem ascendit, nullam matrimonio iniuriam irrogat, immò illud sanctificat; uxor autem quæ diuino iure ac naturali in eius uiri corpore ius obtinebat, iure suo ob aliorum, quibus ministrandi gratia Sacerdos, Diaconus, &c. ordinatur, commoda, priuari non debet. Contra infamiam contumelia sit sacris ordinibus, cum iam Sacer homo ad communes carnis passionibus & actionibus descendit, sed de hac re, non nihil antea.

QUANDO PRIMVM IN LATINA Ecclesia non uti uxoribus, etiam ante ordinationem acceptis, constitutum fuerit, & quis fuerit eius constitutionis auctor. Cap. 33.

NUNC iam ratione sua iure suo postulare uideatur, ut qui uxoribus ante sacros ordines acceptis, post consecrationem, Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ac Subdiaconis, solo Ecclesiastico iure, non item diuino, uti non licere, abundè (ut ego quidem cogito) demonstrauimus: quo tempore, et à quo ea constitutio, in Romanam aut latinam Ecclesiam peruenerit, consequenter explicemus, quæquam id iam ex variis, tum conciliorum sanctionibus, tum Romanorum Pontificum decretis, quæ uariis locis antea produximus, haud ignotum esse existimo, sed paulò amplius in hac disputatione, propter nostræ memoriæ hæreticos immorari, non erit ociosum, nec sua fruge destitutum.

Ergò qui nostræ, præcedentiq; memoria, uel hæretici uel catholici libris editis de Sacerdotum ab uxoribus temperantia, & huius generis, sacroq; cœlibatu tractarunt, uarios eius auctores in Ecclesia latina prodiderunt, nunc enim in concilia, nunc in uariis seculorum Romanos Pontifices, nunc demum in ipsos Ecclesiasticos mores, qui æquam cum legibus habent obligandi uirtutem, eundem retulerunt.

Qui in concilia cœlibatum referunt, multa pro sua sententia possent adducere. Nam ut omittamus græcas illas synodos Neocesariensem & Antycranam, quæ pro hac re allegari solent, (cum tamen prius de iam ordinatis Presbyteris ut antea diximus, posterior de Diaconis post ordinationem ad coniugia descendentibus loquatur) aperta est concilii Illibertani synodo Nicenæ proximi, sub Syluestro Pontifice sententia, in quo Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi ab uxoribus abstinere præcipiuntur. Placuit (inquit) in totum pro-

Can. 33.

hibere Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ac Subdiaconis, positus in ministerio, abstinere se à coniugibus suis, & non generare filios. Quod quicumque fecerit, ab honore clericatus exterminetur. Hætenus synodus, Hoc idem mihi Tellenfè concilium in Epistola ad Siricium Pontificem decreuisse uidetur, quæuis ea tota in laudem castitatis absque Sacerdotalis temperantia ab uxoribus, mentione, expendatur, præposterè enim Patres Pontifici respondere uiderentur, nisi de Sacerdotali castitate, de qua ad eos scripserat, loquerentur.

Idem sub eodem Pontifice synodus Carthageniensis, statuit. Cum in præterito (aiunt Patres) de continentie & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres consecratione quadam castitatis, per consecrationes annexi sunt. Episcopos, inquam, Presbyteros & Diaconos ita placuit, ut cœdecet, sacrosanctos antistites & Dei Sacerdotes, nec non & Leuitas, uel qui sacramentis inferuiunt, continentes esse in omnibus, quod possint, simpliciter quod à Deo postulant impetrare, ut quod Apostoli docuerunt & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab uniuersis Episcopis dictum est, Omnibus placet ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, uel qui sacramenta continent pudicitie custodes etiam ab uxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est, Placet, ut ab omnibus, in omnibus pudicitia custodiatur.

Tolletana prima synodus sub Honorio & Arcadio, paulò ante Wisigothorum aduentum, placuit, inquit, ut Diacones, si uel integri uel casti sint, & continentes, etiam si uxores habeant, in ministerio constituantur; ita tamen ut si qui etiam ante interdictum quò per priores ante nos Episcopos constitutum est, incontinenter cum uxoribus uixerint, Presbyterii honore non cumulentur. Si quis uero Episcopus ex Presbyteris, ante interdictum, filios suos susceperit, de Presbytero ad Episcopum non admittatur. In qua parte, quæquam Diaconi, & Presbyteri, ab uxoribus sibi temperare non omnino aperte iubentur: sit tamen perspicua mentio interdicti usus coniugalis ab Episcopis prioribus facti. Agathense in prouincia Narbonensi concilium Sixto tertio Pontifice maximo sub ann. 442. Placuit ait, ut si Presbyteri uel Diaconi coniugati ad thorum uxoribus suarum redire uoluerint, Pape Innocentij ordinatio uel Syricij Episcopi auctoritas, quæ est his canonibus inserta seruetur. Quod si ad aliquos formula illa Ecclesiasticæ uitæ pariter & disciplinæ, quæ à Syricio Episcopo ad prouincias committitur, non probabitur peruenisse, eis ignorantia uenia remittitur, ita ut de cætero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos in quibus inuenti fuerint, sic retineant, ut ad potiora eis non liceat ascendere. Quibus in beneficio esse debet, quod locum ipsum, quem retinent non amittunt. Si autem fuisse formam uiuendi missam à Sancto Syricio deteguntur, neque statim cupiditates libidinis

Can. 1.

Can. 9.

dinis abiectis, illi sunt modis omnibus summouendi, eò quòd post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem hucusque Synodus Agathensis.

can. 23.
can. 24.
Araticanum autem sub Leone primo & Theodosio iuniore, de Diaconis, sic statuit, si quis post acceptam benedictionem leuiticam cū uxore sua incontinentens inueniatur, ab officio abiiciatur, confirmatur etiam in eo concilio, Faurinensis Synodus canon. septimus in quo paulò ante ita statutum fuerat. Hi autem qui contra interdictum sunt ordinati, uel in ministerio genuerunt filios, ne ad maiores gradus ordinum permittantur. ascendere Synodi decreuit auctoritas.

Diss. 28. ca.
24. h. 1. ca.
Citat & Gratianus ex concilio Arelatensi, illud. Præterea placuit, ut deinceps non ordinentur Diaconi coniugati nisi prius conuersionis proposito professi fuerint castitatem.

Synodus Turonensis prima circa tempora Leonis primi, vel Hilarii Pontificis, postea quam canone primo Sacerdotes, & ministros (quos ego Diaconos, & Hypodiatonos accipio) multis curationibus, tum sanctis scripturis fuerat adhortatus ad temperantiam & continentiam ab uxoribus, ita secundo canone subiungit. Et licet à patribus nostris è commissa auctoritate, id fuerit constitutum, ut quicumque Sacerdos uel leuita, filiorum procreationi operam dare fuisset conuictus à communione Dominica abstineret. Nos tamen huic distractioni moderationem adhibentes & iusta constitutione molientes id. decreuimus, ut Sacerdos uel leuita coniugali concupiscentia inherens, uel à filiorum procreatione non desinens, ad altioris gradum non ascendat, neque sacrificia Deo offerre uel plebi ministrare præsumat, sufficiat iis tantum quòd à communione non efficiantur alieni.

Gerundense sub Theodorico primo Gothorum rege. De conuersatione uitæ ait id statuere placuit à Pontifice usque ad Subdiaconatum post suscepti honoris officium. Si quis ex coniugatis fuerit ordinatus, ut semper alterius fratris utatur auxilio, cuius testimonio uita eius debeat clarior apparere.

can. 1.
Toletanum secundum, sub Ioanne secundo Pontifice maximo, & Amalarico Visigothorum rege, cum eos qui à parentibus infantia tempore, ad clericatus officium, uel monachalem uitam offerrebantur, statuisset, decimo octauo ætatis anno, coram Episcopo rogandos, an uitam conjugalem magis quam castitatem desiderarent, & castitatem eligentes, per suos ordinis gradus absque ulla ulteriori nuptiarum spe ad honores Ecclesiasticos prouehendos. His autem subdit, quibus uoluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaferit, concessam ab Apostolo licentiam auferre non possumus, ita ut cum prouecta ætate in coniugio positi renuncianturos se pari consensu, operibus carnis sponderint, ad sacros gradus aspirent.

can. 2.
Aurelianense. 3. sub Vigilio Romano Pontifice, & Childeberto, circa annum Christi. 540. statuiimus (inquit) ut nullus clericorum à Subdiacono, & supra, quos uxores in proposito suo accipere inhietur, propriæ (si forte iam habeat) uxori misceatur. Quod si fecerit, laica communionem contentus, iuxta priorum canonum statuta ab officio deponatur. Quem si sciens Episcopus suus in hac uilitate permissionis uiuentem, ad officium postea admitterit, & ipse Episcopus ad agenda pœnitentiam, tribus mensibus à suo officio sequestratus.

Aruernense autem in Gallis etiam circa eadem tempora celebratum. Cum presbyteri, inquit, atque Diaconi sublimis dignitatis, apice prærogentur, actibusque omnino seculi renuntient, & ad sacrum ministerium electi repudient, & quisquis est Presbyter atque Diaconus diuino munere benedictione percepta, uxoris suæ frater illico efficiatur, ex coniuge. Attamen quosdam reperimus ardore libidinis inflammatos abiecto militiæ cingulo uomitum pristinum & inhibita prorsus coniugia repetisse, atque incesti quodammodo crimine, clarum decus Sacerdotii uiolasse, quod nati etiam filii, prodiderunt. Quod quisquis fecisse cognoscitur omni imperpetuum, quam admisso iam crimine perdidit, dignitate priuetur.

can. 12.
Synodus Aurelianensis quarta sub Pelagio Pontifice & Childeberto, primo eodem tempore, quo duæ præcedentes, ut Sacerdotes ait, sine Diaconi cum coniugibus suis non habeant commune lectum nec cellulam ne propter suspicionem carnalis consortii religio maculetur; Quod qui fecerint iuxta prædictos canones ab officio degradentur.

can. 17.
can. 20.
Synodus Turonica secunda sub eodem Pontifice, & Rege, de Archipresbyteris, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, sic decreuit. Archipresbyteri uero Decani, & Diaconi, & Subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspicionem tenentur à populo, quòd cum coniugibus maneant. Pro qua re hoc placuit obseruare, ut quotiescunque Archipresbyter seu in uico manserit, seu ad uillam suam ambulauerit, unus lectorum canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella, ubi ille iacet lectum habeat pro testimonio. Septem tamen, inter Subdiaconos, & lectores uel laicos habeat concessos, qui uicissim septimanas cum illo facere omnino procurent, & qui defecerit sustigetur. Et si in hoc Presbyter negligens inuentus fuerit, quod non hoc sic implere contendant, triginta diebus communione priuetur, donec pœnitentiam agat, & sic reuertatur ad gratiam. Reliqui Presbyteri Diaconi, & Subdiaconi Vicani, hoc studeant, ut mancipiola sua ibi maneant, ubi uxores suæ illi tamen solitarii in cella iaceant & orent & dormiant. Et paucis interpositis. Nam si inuentus fuerit Presbyter cum sua presbytera, aut Diaconus cum sua Diaconissa, annum

annum integrum excommunicatus habeatur, & depositus ab omni officio clericali inter laicos se obseruare cognoscat, quo tamen permisso, inter lectores in psalterium choro colligatur. Illi uero Archipresbyteri, qui talem cautellam super iuniores suos habere noluerint, & non eos habuerint studio distingui, ab Episcopo suo in ciuitate retrudantur in cella, illique mense integro panem cum aqua manducant, pœnitentiam agant, pro sibi credito clero, quia nulli clericorum iuxta sententiam canonum cum coniuge sua manere permittitur. Hactenus Synodus. Turonica.

**Presbytero
u. h. 1. ca.**

Damnatque deinde hæresim Presbyterorum, quam ego quòd eo canone de ministrorum continentia ab uxoribus loquatur, aliam intelligere non possum, quam eam, quam nunc nostri hæretici impudicissime docent, Ecclesiasticis præceptis, quibus clerus à coniugiis aut coniugiorum usu arcetur, non esse parendum.

Sic autem habent uerba Concilii. Et quia hæresis Presbyterorum, à quodam Presbytero primum surrexit, etiam quòd nullus potuit estimare, quòd auderet ille, qui corpus Domini consecrat talia perpetrare, nisi tempore nouissimo pro peccatis nostris ista surrexerunt; si illi Diaconi omnium sententia Episcoporum damnati & hæretici reputati, ac si tales Diaconi illi subiaceant maledictioni, quos patrum statuta pro hac causa damnarunt, quid illi in Felices Presbyteris, qui talis sunt peccato subiecti, ut alios trahant in præceptum secum, qui eos tali ordine uiuere cernunt? & qui deberent esse forma præcepti, ipsi inueniantur in uina peccati? Rectius est, ut caput morbidum, si curari non potest, amputetur, quam pro eodem inficiatur. Talis ergo Sacerdos & postea non debet à populo uenerari, sed renui, qui non formam disciplinæ, sed uicii docet, dum seipsum non corrigit.

can. 4.

Aurelianense Concilium, quinto eodem fere seculo. Si quis, inquit, clericus post acceptam benedictionem, cuiuslibet loci uel ordinis, ad conjugalem thorum iam sibi illicitum, denuo redire præsumserit, usque in diem uitæ, ab honore accepti ordinis sicut habent antiquorum patrum canones, ab officio deponatur, ei tantummodo communione concessa. Quo loco aduertendum esse puto, non Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, sed uniuersum clerum, etiam in minoribus ordinibus constitutum, eo seculo apud Gallos, suscepto ordine à nuptiarum usu Ecclesiasticis constitutionibus auocari. Hoc enim quòd dicitur, si quis clericus post acceptam benedictionem cuiuslibet ordinis uel loci, &c. ut uideant hæretici, eo seculo non Romanorum Pontificum tyrannide, sed Ecclesiarum consensu, arctiorem esse multò, in clero, castitatis custodiam.

Concilium Toletanum tertium sub Pelagio

can. 5.
secundo, & Recharedo Rege Catholico, in Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, ex Arrianorum hæresi ad fidem orthodoxam conuersos sic pronunciat, Compertum est à Sancto Concilio, Episcopos Presbyteros, & Diaconos uenientes ex hæresi carnali adhuc desiderio uxoribus copulari, Ne ergo de cætero hoc fiat, præcipitur, quòd & prioribus canonibus continetur, ut non liceat eis uiuere libidinosam facietate. Sed manere inter eos conjugalem legem, communem utilitatem habeant, & non sub uno conclauis maneant, Vel certè si suffragatur uirtus, in alia domo suam uxorem faciat habitare, ut castitas apud Deum, & apud homines habeat testimonium bonum. Si qui uero post hanc conventionem obscenè cum uxore elegerit uiuere, ut nec lector habeatur.

Qui uero semper sub canone Ecclesiastico iacuerint, si contra veterum imperata, cellulis mulierum, quæ infamie suspicionem possunt generare, consortium habuerint, illi canonicè quidem distringantur, mulieres uero ab Episcopis uenundentur, & pretium ipsum pauperibus erogetur. Hactenus Synodus.

**Antonijs in
itinerario.**

can. 11.
Concilium Matisconense primum apud Matisconam Gallia Cisalpina urbem non longe à Ticino sub eodem Pontifice Pelagio coactum. Episcopi, inquit, Presbyteri uel uniuersi honoratiores clerici, cum sublimi dignitate apice sublimantur actibus omnino renuntient seculi, & sacro electi ministerio, repudient carnale consortium ac permissionis pristinae contubernio, permutent grauitatis affectu, & quisquis ille est, diuini muneris benedictione percepta, uxori suæ pius illico frater, efficiatur ex coniuge. Eos uero, quos reperimus ardore libidinum inflammatos, abiecto religionis cingulo ad uomitum pristinum inhibita rursus repetisse, atque incesti quodammodo crimine clarum decus Sacerdotii uiolasse, quòd nati etiam filii prodiderunt, quòd qui fecisse cognoscitur omni imperpetuum, quam admisso iam crimine perdidit, dignitate priuabitur. Hucusque Matisconensis Synodus.

Antifiodorensis uero sub Pontifice Deo dedit, circa annum Domini 614. In Gallia item, Antefidori (quæ urbs iuxta sequanam sita est) celebrata, Quòd si Presbyter, ait (quòd nefas est) aut Diaconus, aut Subdiaconus, post acceptam benedictionem infantes procreauerit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter, hoc Episcopo aut Archidiacono, non intimauerit, integro anno non communicet, subindeque sequenti canone. Non licet Presbytero in uno lecto, post acceptam benedictionem cum Presbytera dormire, nec in peccato miscere, nec Diacono, nec Subdiacono.

can. 10.

Concilium Toletanum octauum sub Martino Primo Pontifice, & Reciflundo Rege, circa an-

can. 4.

no Domini 653. distinctis canonibus Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum incontinentiam corrigit. De Episcopis itaque primo loco sic decernit. Quantæ congressiones, euentu obuius sese nobis intulit Pontificalis culminis lapsus, quem ante flere, quam disponere; cōpuli, ex ordine sumus. Nam dum secundum carnis assumptæ mysterium, Ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere Christus, merito in membris eius intentio Episcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimioribus celsitudine ordinis, regunt & disponunt subiectas multitudines plebium. Vnde quantò ipsi frequentium sunt ductores, tantò meritorum lumine debent præfulgere. Quapropter omnes Episcopi, inter cætera virtutum ornamenta, nitore carnis debent propensius enitere; vt ex hoc audientes mundiciam appetant, ex quo doctoris immundicia non detegitur, adeò vt si deinceps Episcopi detecti, fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet fœminis, pollui, ac familiariter peculiaritate versari, nouerint se irreuocabili sententia patrum vlcisci, idest, & loci & ordinis dignitate priuari. Hactenus de Episcopis. De Presbyteris verò & Diaconis, ita. Quintæ actionis impulsu peruenit, ad totius Concilii auditum, quosdam Sacerdotes & ministros, obliuiscetes, maiorum ac veterum constitutorum, aut à vxorum, aut quarumcunq; fœminarum immunda societate; & execrabili contagione deturpari, & pessima cordis obstinatione, tam sacriliteris, quam patrum regulis obuiantes, nec leui quidem respiramine contemplantis, quòd scriptum est. Sancti estote quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus. Et illud Apostolicum. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, idest, fornicatione & immundiciam, concupiscentiam malam, & auaritiam, quibus quantò est pertinacior uis in malis, tanto austerioribus conuenit obuiare decretis.

Propter quod flagitii dedecus, specialiter hoc à sacro concilio diffinitur, vt omnes Episcopi id ipsum in suis querere sollicitè curèt. Et cum hoc verissimè reperire potuerint, omnes placita cautione taliter distringant, ut nunquam ulterius tam abominanda committant. Mulieres verò seu liberae sint, seu ancillæ, tam turpiter sociatæ, ita omnimodè separentur, vt certè vendantur, ut ulterius ad confocios sui criminis, reuertendi omnem habeant aditum denegatum. Illiverò si omninò coerceri nequiverint, vsque ad exitum vitæ suæ monasteriis deputati, disciplinis monasticis maneant omninò subiecti. Hucusque de Presbyteris, & Diaconis. De Subdiaconis, in hunc modum, Sextæ discussionis obiectu quorundam malè sibi cōsciorum patuit denotatum elogium. Nam reiatu est nobis quosdam Subdiaconos, posteaquam ad sacri ordinis peruenerint gradum, non solum car-

nis immundicia sordidari, cum scriptum sit, Mundamini, qui fertis uasa Domini, sed etiam (quod dictum quoque nefas est) nouis uxoribus copulari, asserentes hoc istud sibi licere, quia benedictionem à Pontifice se nesciunt percepisse. Proinde omni excusationum discisso velamine, id præcipimus obseruari, cum iidem Subdiaconi ordinantur, cum uasis ministerii benedictio eis ab Episcopo detur, sicut in quibusdam Ecclesiis uetustas tradidit antiqua, & sacra dignoscitur consuetudo subsistere, prolata omni penitus ab eisdem sordè mulierum, ac familiaritate remota. Quòd si hoc uulnere deinceps fuerint sauciati, mox erunt sub pœnitentiæ oneribus, usque ad extremum uitæ monasteriis religandi.

Synodus Moguntinensis sub Arnulpho Imperatore & Adriano III. circa anno Christi 888. canones duos Synodi Neocæsariensis secundi, quorum priori Presbyter, qui matrimonium contraxerit gradu deicitur, secundò uerò Episcopi, Presbyteri, Diaconi atque Subdiaconi à propriis uxoribus ante sacros ordines acceptis, sibi temperare, præcipiuntur, confirmat & restituit.

Huc demum, Concilii Lateranensis, cui interfuere præter Pontificem Innocentium III. Patriarcha Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus inuersaque Ecclesiæ Orientalis Episcopi, decretum de reformatione clericorum, insinuare quoque uidetur. Dum enim omnem eorum incontinentiam grauib; pœnis coercerent, haud dubium, & eam quæ est cum uxoribus, iam per ordinum sacrorum acceptionem, sibi factis illicitis. Ut clericorum mores, inquit, & actus in melius reformatur, continenter & castè uiuere studeant uniuersi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis uicio præcauentes, maximè illo propter quod uenit ira de cœlo in filios disidentie, quatenus in conspectu Dei omnipotentis, puro corde ac mundo corpore ualeant ministrare. Ne uerò facilitas ueniæ incentiuum tribuat delinquendi, statuimus ut qui deprehensi fuerint incontinentiæ uicio laborare, prout magis aut minus peccauerint, secundum canonicas sanctiones, quas efficacius præcipimus obseruari, ut quos diuinus timor à malo non reuocat, à peccato cohibeat. Si quis igitur hac de causa suspensus, diuina celebrare præsumperit, non solum Ecclesiasticis beneficiis spoliatur, uerum etiam pro hac duplici culpa perpetuo deponatur. Prælati uerò, qui tales præsumperint in suis iniquitatibus sustinere, maximè obtentu pecuniæ, simili subiaceant ultioni. Hucusque Concilium.

His igitur Synodorum statutis, quæ in diuersis Ecclesiæ Latinæ partibus sunt condita, continentia ab uxoribus, in uniuersam Latinam Ecclesiam induci potuit, præsertim cum eorum

rum temporum tanta esset obseruantia, ut non modo generalium Conciliorum sanctionibus sese ligari Christiani crederent, sed prouinciales quoque constitutiones quantumuis alienarum prouinciarum tanquam leges exciperent, hoc apud se statuentes. Christum nunc in hac, nunc in illa Synodo, quæ uniuerso Ecclesiastico corpori conuenirent, per patres sancire. Quod profectò non modò in Latinis Ecclesiasticarum constitutionum coaceruatoribus, Iuone, Burchardo, Gratiano, Isidoro, Beda, Rabano, & Theodoro, qui absque ullo auctoritatis discrimine, tam ex uniuersalibus, quam ex prouincialibus Synodis sua decreta congesserunt, sed etiam in Græcis Photio (inquàm) & Theodoro Balsamone facile est aduertere, his enim tantè auctoritatis est An-cyrana aut Neocæsariensis Synodus, immò & Basilii Dionysii, aut Timothei Epistola, quam Nicenæ Synodi canones, cum omnes præsertim in his, quæ ad mores pertinebant (nam de rebus in quibus fides consistit uniuersalium Synodorum longè alia est ratio) in Christi nomine congregatas, atque adeò Spiritui sancto afflatas certissime crederent, sacros canones vocabant ueteres, non eos tantum quos generales Synodi quæ & pauca numerò extiterunt, & paucissimos ediderunt, aut Romani Pontifices condiderant, sed eos etiam, qui à prouincialibus conciliis fuerant deriuati, quibus non minus se quam illis cōstrin-gi persuasum habebant.

Hac consona sanctis patribus diffinitione sancimus ait, Gregorius, vt qui sacris obedire canonibus nescit, nec sacris ministrare altaribus, nec communionem capere sit dignus. Synodus etiam Chalcedonensis, Sanctis patribus in uuaquaque Synodo vsque prolatas regulas, tenere statuimus. Suntque alia pleraque multa in eandem sententiam, quæ absque ullo discrimine Conciliorum omnium, siue generalium, siue prouincialium obseruantiam, eque omnibus Christianis impendere manifestè testentur.

Non quòd credant unius prouinciæ Præsulem aut Episcopos in omnes alias ius obtinere, absit, sed tum per totius Ecclesiæ consensum, tum uerò per priscorum Romanorum Pontificum robur, quod illis impertiebant. Neque ego in citandis conciliis à ueteribus ullam profectò uniuersalium, & prouincialium uidi fieri differentiam, quanquam quidam hodie, in Gratiani decretis unicuique canoni non ampliorem quam habebat auctor, auctoritatem putent tribuendam, qua ratione, neque libris pandectarum, legum vigorem tribuere deberent, quòd earum quinquaginta libri, non ab Imperatoribus, sed à iurisconsultis Hermogeniano. Paulo, Ulpiano, Caio, Venulcio, Iuliano, Africano, Neratio, Sceuola, Papiniano, Celso, Proculo, Pomponio, Callystrato, Iaboleno, Modestino, Marcello, Marciano &c. Fuerint conditi. Nam si il-

lis in unum corpus redactis, Iustinianus Imperator legum vigorem sua auctoritate donauit, idem etiam & Romani Pontifices iam olim fecisse sunt credendi, dum generalium & prouincialium Conciliorum canones & statuta absque ullo auctoritatis discrimine in unum Gratiani volumen redactos, publicis scholis legendos tradiderunt, & dum multò etiam, ante Gratiani tempora eorum in decernendis causis, utuntur testimonio. Sed de hac alibi, plura disceptamus.

Q V I R O M A N I P O N T I F I C E S acceptarum ante ordines sacros uxoribus, sacris hominibus induxerint cœlibatum. Cap. 34.

N V N C ad Romanorum Pontificum constitutiones, quas in hac parte condiderunt peruenio. Clemens igitur primus eorum qui post Petrum, integram officii pastoralis curam susceperunt, vt ueriori sententia comprobatur, & ipse in suis Epistolis & recognitionibus multis locis perspicue sacri cœlibatus meminit. In Epistola secunda ad Iacobum fratrem Domini. Ad Dominica inquit, ministeria (aut ministerio vt habet alia lectio) tales eligantur, qui ante ordinationem suam coniuges suas non nouerint. Quòd si post ordinationem ministro altaris contigerit proprium inuadere cubile vxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, quæ ad Dominici corporis portatione (aut ut alii legunt portationem) accedat nec aquam Sacerdotibus porrigat ad manus, sed ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vrceum siue Calicem ad altare non suggerat. Hucusque Clemens.

Quidam hic legendum putant, qui ante ordinationem coniuges suas nouerint, vt Vmber-tus Cenomanus, in libro contra Nicetam Pectorem: quòd fortassè tantam ab vxoribus temperantiam ab hominibus promouendis postulare, res uideretur difficilis ac penè impossibilis. Licet enim in Ecclesiastica historia nonnullos legamus tantæ temperantiæ uiros, ut omninò ab vxoribus sese continuerint, neque eas ex uirginibus mulieres rediderint. Ex hoc tamen generale regulam uelle statuere, omninò uidebatur ratione alienum, quare non eos, qui uxores suas non nouerint, idest, qui ante ordinationem uirgines seruauerint, sed qui eas tantum ante ordinationem nouerint, legendum existimant.

Quæ sententia & si mihi non omninò non displiceat, nullò tamen pacto eorum temporum uirginitatis, & castitatis studium consideranti, uidetur necessaria, nam cum tot essent eo Apostolico seculo, qui uxores habentes essent tan-

Can. 5.

Can. 6.

Greg. Epif. 7 ad Ioan. lib 2.

De uita & honestate

29. q. 1. c. a. sanctis.

Prouincialium Synodorum canones aut alij quicunque in corpore in-uis contenti quæ auctori-tati habeat.

Apud Fr. Torvii. lib. de 6. Syni

1. Chr. 7.

quàm non habentes, iuxta Apostolicum præceptum, non uideretur omninò impossibile multos reperire qui nunquam ad uxorum thorum accessissent, sed cum uterque sensus, quantum vxorium usum ante ordinationem attinet, nobis applaudat, nihil opus huic loco immorari, illud est certissimè, in eo de quo contendimus, idest quòd post ordinationem ad uxores ministri non accedunt, nullam esse lectionis discordiam. Quod si græci quidam ut Nicetas Abbas ex ea lectione qua legitur. *Qui ante ordinationem, uxores suas noverint* intulerunt, admittendas ad sacros ordines, prius debere uxoribus copulari, id profectò illi absque vlla ratione, immò stultissimè collegerunt. Nam coitus ut cum sacris ordinibus aut eorum executione nullam haberet repugnantiam, nullam tamen habet necessariam connexionem, ut necessarium foret sacris ordinibus initiandum, prius rem vxoriam facere. Habent ergò hunc sensum ea verba, *Qui ante ordinationem suam suas uxores cognouerunt*, idest qui si unquam uxores suas cognouerunt, eas, non post, sed ante ordinationem suam &c.

apud fratre
Terran.

Dist. 31. ca.
M. Misivi.

de conf. dis.
subanno.

Tribuuntur hæc eadem verba à Gratiano Lucio Pontifici & martyri, qui annum domini, 252. sedis Apostolicæ moderamini præfuit, quàmquam in eius Epistolis non legantur, quòd fieri potuisse superius hac ratione persuasimus, quòd nihil cum ratione repugnaret posteriorem Pontificem, & antiquitatis obseruatorem, Clementis, cum Romani item Pontificis ac martyris, tum Petri & Pauli discipuli in rebus Ecclesiasticis componendis verba usurpare, quòd in multis etiam conciliis frequenter factum uidemus. Qui etiam Lucius non aliòrum mihi loqui videtur dum in prima Epistola Episcopis præcipit, ut secum testes Sacerdotes, & Diaconos habeant. Hortamur vos fratres, inquit, sicut in Ecclesia Sancta constitutum habemus, ut testes uobiscum Sacerdotes, & Diaconos habeatis. & licet conscientia sufficere possit propria, tamen propter maleuolos iuxta Apostolum: testimonium vos oportet habere bonum, ab his qui foris sunt. Quoniam in hac Sancta Synodo constitutum habemus, ut duo Presbyteri uel tres Diaconi in omni loco Episcopum non deserant, propter testimonium Ecclesiasticum. Ego certè in hac parte testes, non alios quàm testes pudicitiae, quemadmodum & in plerisque multis Synodis constitutum uidemus intelligo, testes autem pudicitiae, Presbyteri aut Diaconi cum uxorii thori libero usu nequaquam conuenire possunt.

Dist. 31. ca.
aliter.

Refert quoque Gratianus ex Stephano primo Pontifice, itidem martyre, illud quòd superius adduximus. Aliter se orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter huius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ; nam illarum Sacerdotes, Diaconi aut Subdiaconi matrimonio copulantur, istius autem Ecclesiæ nullus Sacerdotum à Subdiacono usque ad

Episcopum licentiam habet coniugium fortendi. Quibus uerbis, quanquam Pontifex de uxorum usu nihil statuat, planè tamen indicat, iam ante sua tempora de eadem re aliquid statutum. Scio hunc locum, non Stephano primo, sed secundo, aut fortè tertio à quibusdam nuncupari, quòd quemadmodum non damno, ita nullo argumento aut probabili rationi niti non dubito.

Siricius sub ann. Domini. 389. iis omnibus apertius multò ac seuerius, aut, quòd fortasse eius seculi mores iam iam à rigore christianæ disciplinae declinantes, id postularent, aut quòd ob Ioviniani, qui eo seculo uixit, impudicam hæresim castitatis ac uirginitatis studium obtorpuisset, Sacerdotalis continentiae legem renouasse, & restituisse uidetur. Ad Himerium Tarraconensem in hunc modum scribens, Veniamus ad sacratissimas ordines clericorum, quos in uenerandæ religionis iniuriam, ita per uestras prouincias calcatos atque confusos, charitate tua instruente reperimus, ut Hieremiæ nobis uoce dicendum sit. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarum.* & flebo populum meum huc, die ac nocte. Si ergo beatus Propheta ad lugendam populi peccata, non sibi ait, lachrymas posse sufficere, quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare, quibus præcipue secundum beatum Paulum, instantia quotidiana, & sollicitudo omnium Ecclesiarum incumbit. *Quis enim infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non uxor? Plurimos enim Sacerdotes Christi, atque Leuitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de coniugiis propriis, quàm etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac percriptione defendere, quia in ueteri testamento Sacerdotibus & ministris, generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc quisquis ille est sector libidinum, præceptorque uiciorum, si æstimat quòd in lege Moysi, passim sacris ordinibus à Deo nostro laxata sunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committentur Sancta Sanctorum, præmonet dicens, *Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus uester? cur etiam procul à suis domibus, anno uicis suæ in templo habitare iussi sunt Sacerdotes? Hac uidelicet ratione, ne uel cū uxoribus possent carnale exercere commercium, ut conscientie integritate fulgentis acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam expleto deseruionis suæ tempore, vxorius usus successione causa fuerat relaxatus, quia non ex alia nisi ex tribu leui, quiscum ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti. Vnde & Dominus cum suo nos illustrasset aduentu, in Euangelio protestatur, quia legem uenerit implere, non soluere. Et ideo Ecclesiam cuius sponus est, forma præ filiis hominum speciosus, castitatis uoluit splendore radiare, ut in die iudicii cum rursus aduenierit,**

Hier. 9.

1. Cor. 11.

Leuit. 20.

1. Cor. 7.

Tit. 1.

1. Tim. 3.
ad Tit. 1.

sine macula eam possit (sicut per Apostolum suum instituit, reperire.) Quarum sanctionum Sacerdotes omnes atque Leuitæ insolubili lege constringimur, ut à die ordinationis sobrietati ac pudicitiae & corda nostra mancipemus & corpora; dummodo per omnia Deo nostro, in his quæ quotidiè offerimus sacrificiis, placeamus. Qui autè in carne sunt (dicente electionis uase) Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in uobis. Et ubi poterit nisi in corporibus (sicut legimus) Sanctus Dei spiritus habitare? Et quia aliquanti de quibus loquimur, ut tua sanctitas retulit, ignorantia lapsos se esse desinent, his hac conditione, misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento in hoc quòd detecti sunt, quandiu uixerint, officio perseuerent, si tamen postea continentes se studuerint exhibere, hi uerò qui illiciti priuilegii excusatione nituntur, & sibi asserunt hoc ueteri lege concessum, nouerint se ab omni Ecclesiastica honore, quo indignè usi sunt Apostolicæ sedis auctoritate deiectos, nec unquam posse ueneranda atrectare mysteria, quibus seipsum, dum obscenis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla presentia, cauere nos præmonet in futurum, si quilibet Episcopus Presbyter atque Diaconus, quòd non optamus, deinceps talis fuerit inuentus, iam nunc sibi omnem per nos indulgentiam aditum, intelligat obseratum, quia serò necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum non senserunt medicinam. Hucusque Siricius ad Himerium, qui etià ad patres Tellenfis, Concilii in hunc modum scribit. Præterea quòd dignum & pudicium & honestum est suademus, ut Sacerdotes & Leuitæ cum uxoribus suis non coeant, quia in ministerio diuino, quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios namque, sic Paulus scribit, dicens. Abstinetes uos, ut uacatis orationi. Si ergo laicis abstinentia imperatur, ut possint deprecantes audiri, quanto magis Sacerdos utique omni momento paratus esse debet per mundiciæ puritatem securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Quia si contaminatus est carnali concupiscentia, quid faciet? excusabit se? quo pudore, quæ mente usurpabit? Quæ conscientia? quo merito hic exaudiri se credit, cum dictum sit, omnia munda mundis? Coquinatis autem, & infidelibus nihil mundum? Quæ de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quòd potest etiam iure gentilitas accusare. Sed forte licere hoc credit, quia scriptum est, *unius uxoris uirum.* Non permanenti aut non permanenti (ut habet alia lectio) in concupiscentia generandi, dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admittit, qui ait, *Vellem autem omnes homines esse sicuti & ego.* Et apertius declarat dicens. *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem, iam non estis in carne, sed in spiritu. Hactenus ad Tellenfes Patres Siricius. Quæ autem in*

hæc duo sancta decreta ab hæreticis, summa proccacitate coniciantur, postea uidebimus. Nunc ad alios Ecclesiæ Romanos Pontifices progrediamur.

Innocentius itaque primus, qui eodem tempore, uno tantum interiecto Anastasio, post Siricium Apostolicæ sedi præfedit, cum fortè iam Siricii decretis contemptis, Sacerdotes, & reliqui sacri gradus uetita per leges Ecclesiasticas coniugia repeterent, ad Vitricium, siue Victorinum, ut Gratianus legit, aut quòd Robertus Cenalis Episcopus Arboricensis, ex Rothomagensium præsulum Cathalogo magis probat Vitricium, scribens, Præterea ait, quòd dignum & pudicum et honestum est, tenere Ecclesia omninò debet, ut Sacerdotes & Leuitæ cum uxoribus non misceantur, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dominus Deus uester. Nā si prius temporibus de templo Dei Sacerdotes annuicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus nec domum suam omninò tangebant, quibus utique propter sobolis successione uxoris usus fuerat præceptus, quanto magis, hi Sacerdotes uel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debeant, quibus uel Sacerdotium uel ministerium sine successione, est nec præterit dies qua uel à sacrificiis diuinis, uel à baptismatis officio uacent? Nam si beatus Apostolus Paulus ad Corinthios scripsit, dicens. Abstinetes uos ad tempus, ut uacatis orationi, & hoc utique laicis præcepit, multò magis Sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi iuge officium est. Semper debent ab huiusmodi consortio abstinere.

lib. de cali.

Leuit. 2. &
20.

Quòd si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare usurpabit? aut qua conscientia, quo merito exaudiri se credit, cum dictum sit? Omnia munda mundis, coquinatis & infidelibus nihil mundum? Sed forte licere hoc credit, quia scriptum est unius uxoris uirum. Non permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter futuram continentiam. Neque enim integros corpore non admittit, qui ait, *Vellem autem omnes esse sicut ego.* Quòd apertius declarat dicens. *Qui autem, in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem, iam non estis in carne sed in spiritu. Hactenus Innocentius. Ad Vitricium.*

Scribit etiam idem Pontifex ad Maximum & Seuerum, Brutiorum Episcopos, quorum Ecclesiæ incontinentes Presbyteri fortasse seruiebant in hunc modum. Ecclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita Sacerdoti, quia ne sciri hæc à Pontifice satis est indecorum, maxime cum à laicis religiosi uiris, & sciatur, & custodienda esse ducatur. Nuper quidem Maximilianus (aut ut Gratianus legit) Maximinus filius noster agens in rebus huiusmodi qualem detulerit nobis querelam, libelli eius series annexa

d. 31. c. Ma
ximinus.

declarat, qui zelo fidei atque disciplina ductus non patitur Ecclesiam pollui ab indignis Presbyteris, quos in Presbyterio filios asserit, procreasse. Et ideo fratres libelli huius, qui subiectus est tenore respecto, eos qui talia perpetrasse dicuntur, debetis in medio collocare, discussisque obiectionibus, quæ ipsis Presbyteris impinguntur, si conuinci potuerint, à Sacerdotali remoueantur officio, quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt, atque alieni efficiantur, qui viuendo illicitè, polluerunt, Haftenus Innocentius.

Leo Primus circa anno Domini 445. huc etiam spectare videtur, cum Anastasio Episcopo Thessalonicensi scribens, cuius ciuitatis antistites Apostolica sedis & Romanæ Ecclesiæ morem ut idem ibi inquit, sunt secuti, de Episcoporum ac reliqui clericorum electione præcepta tradens, ita decernit. In ciuitatibus, quarum rectores obierint de substitutis Episcopis hæc forma seruetur, ut is qui ordinandus est, etiam si bonæ vitæ testimonio fulciatur, non laicus, non Neophytus, nec secundæ coniugis sit maritus, aut qui uel unam quidem habeat, uel habuerit, sed nec qui sibi uiduam copularit, Sacerdotum enim, tam excellens est electio, ut hæc quæ in aliis Ecclesiæ membris, non uocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentia puritatem, nec Subdiaconibus quidem, carnale conubiū conceditur, ut & qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares, Quod si in hoc ordine, qui quartus à capite est, dignum est custodiri, quanto magis in primo aut secundo uel tertio seruandum est? ne aut Leuitico ministerio aut Presbyterali honore, aut Episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur, qui se à uoluptate uxoria nec dum frenasse detegitur. Ita Leo. Scribit & idem ad Rusticum Narbonensem Episcopum de ea re querentem, in hæc uerba lex continentia eadè est ministris altaris, quæ Episcopis atque Presbyteris, qui cum essent laici siue lectores, licitè & uxores ducere & filios procreare potuerunt, sed cum ad prædictos peruenerint gradus, cepit eis non licere quod licuit. Unde ut de carnale fiat, spirituale coniugium, oportet eas nec dimittere uxores, & quasi non habeant, sic habere, quo salua sit charitas coniugiorum, & cessent opera nuptiarum. Quæ uerba ad suadendum quoque sacris hominibus post ordines susceptos ad matrimonia descendere non licere, præcedenti libro attulimus. Vtrūque enim aperte prohibent. Pelagius uel primus uel secundus (non enim quis fuerit satis constat) ut Gratianus, inquit, in Epistola Cethegum Patricium, non modò uxoris usu Episcopos, reliquumque sacrum clerum abdicasse, sed nec eos, qui adhuc uiuentes secumque commorantes uxores habebant, ad eisdem sacros ordines admisisse videtur.

De Syracusanæ urbis inquit, antistite, Optaueramus in ipso initio, gloriæ vestre desideriis obedire, nisi nos multiplex ratio, ipsius non paucis temporibus ordinatione differre Sacerdotii coegisset, ob hoc autem, quod uel personæ qualitas (sicut uos melius nostis) aut superstes uxor aut filii, per quos Ecclesiastica solet periclitari substantia, nostros animos diutius ab eius ordinatione suspenderet, quantum ad cautellam humanam pertinet, integro penè anno distulimus opinantes, quòd Syracusanorum in melius prouenire posset electio.

Haftenus Pelagius. Docet quæ deinde de hac re fuisse Imperialem constitutionem, de qua postea, quanquam hic, Episcopum uxorem & filios habentem ab electione, non tam carnalis consuetudinis, quæ iam fortè per præcedentes sacros ordines fuerat exclusa, remoueri crediderim, quam ob auaritiæ suspicionem, per quam non rectè Ecclesiasticis bonis usus esse credebatur. Vterque tamen sensus locum habet, cum utraque malè cum Sacerdotalibus functionibus cohereat.

Innocentius secundus sub anno Domini 1143. De Subdiaconis, qui quòd is ordo inter omnes sacros inferior uideretur, atque adeò illi iniciati fortasse sibi licere uti matrimoniis contractis, aut illa de nouo contrahere, iam tunc Ecclesiastica disciplina labescente sibi persuasissent, ita apud Gratianum & Iuonem carnotensem pronunciat. Decernimus ut, qui in ordine Subdiaconatus & supra, uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque Ecclesiastico beneficio careant, cum enim ipsi templum & uasa Domini & sacrarium Spiritus Sancti debeant esse, & dici, indignum est, eos cubiculis & immundiciis deseruire. Nicolaum primum, Legem etiam de abiiciendis uxoribus, quas fortasse, suo seculo sacri ordinis homines, ad usus nuptiales exercendos, antiqua disciplina flascen te petebant, tulisse, ex Epistola Sancti Valerici Episcopi Augustani clarè colligimus, Nam quorsum eundem eo loco de ea re carperet, nisi eos, qui in priscorum canonum iniuriam uxoribus utebantur, Sanctus Pontifex ab eorum commercio auocasset? Verum id ipsius Valerici uerba apertius ostendunt. Cum tua ò pater & domine decreta, super clericorum continentiam nuper mihi transmissa, &c. Et postea, cesset ergo Sanctitas tua cogere, quos tantum deberet admonere. Coegerat ergo per aliquod statutum aut præceptum Nicolaus, homines in sacris ordinibus constitutos, ab uxoribus antea acceptis abstinere.

Alexander tertius ad quosdam Episcopos scribens, de uniuerso clero, siue in sacris, siue in minoribus ordinibus constituto, sic statuit. Si qui clericorum infra Subdiaconatum acceperint uxores, ipsos ad relinquenda Ecclesiastica beneficia, & retinendas uxores Ecclesiastica districtione compellatis. Sed si in Subdiaconatu & aliis superioribus ordinibus uxores accepisse noscuntur, eas uxores dimittere, & penitentiam agere de commissis per suspensionis

d. 28. c. 4
Syracusan

De cler. cõ-
ng. c. sanè.

28. d. c. d.
cernimus.
Iuon. lib. 8.
de lib. Eccl.

de cler. m
ing. c. spq.

suspensionis & excommunicationis penam, compellere procuretis, quem canonem, & si superius ad suadendum nemini post acceptos sacros ordines, posse ad coniugia descendere attulimus, quoniam tamen omnium quarumcūque foeminarum congressum prohibet, huc etiam adduci non incongruum iudicamus. Is etiam ad quendam alium Episcopum sic scribit, Prouideas attentius, ne deinceps clericus coniugatus ad Ecclesiastica beneficia, uel sacros ordines, aut ad administrationes Ecclesiasticas admittatur, nisi fortè castitatem uoueret perpetuam, & qui unquam virginem habuisset uxorem: Multa sunt demum, tum à veteribus, tum à posterioris memoriæ Pontificibus, diuersis temporibus, prout Ecclesiasticæ disciplinæ postulabat necessitas, in hac parte decreta, quæ omnia varia quidem uerborum forma, sed eadem sententia, sacros homines, omne congressum uxorum, quantumcūque prius legitime acceptarum, declinare compellant, quorum multa Grægorius nonus, titulus de uita & honestate clericorum, de cohabitatione clericorum & mulierum, & de clericis coniugatis lib. 3. decretalium aggesit. Sed hæc nobis sufficiant, ad probandum Romanorum Pontificum constitutionibus, eam Sacerdotalis castitatis rationem, quæ ab uxoribus abstinet, in Latina Ecclesiæ populos ac gentes potuisse transire.

ECCLESIASTICA CONSVETVDINE continetiam à propriis uxoribus ante ordines acceptis potuisse Sacerdotibus & ministris imponi, Cap. 35.

DE tertio demum huius sacrae continentia fonte, ex quo potuit deriuari, iuxta quorundam Theologorum sententiam, nunc agamus, tanto breuiores futuri, quam in duobus præcedentibus capitibus, quanto ex iis quæ iam attulimus, eum sublescere iudicamus. Is autem erat Ecclesiastica consuetudo, quæ non minorè in obligando uirtutem, quam conciliorum decreta, & Romanorum Pontificum rescripta in hac parte obtinere potuit, immò multò maiorem, cum consuetudo absque lege per se ualeat obligare, lex autem, nisi moribus utentium approbetur, nihil uigoris obtinet. Ergo semper ab Apostolicis seculis, in Ecclesia Latina præsertim, in qua eorundem Apostolorum, non modò fides, sed mores sincerius permanserunt, eam continentia coniugalis rationem in usu fuisse, facile est, ex his quæ superius adduximus, uel Pontificum, uel Conciliorum decretis, comprobare. Enim uero in his oēs potius antiquam consuetudinem à corruptelis, quæ eam inuaserant, purgare uidentur, quam nouam aliquam legem condere. In primis enim patres Synodi Carthaginensis, hoc aperte docere uidentur illis uerbis. *Vt quod Apostoli docuerunt & ipsa seruaui antiquitas, nos quoque custodiamus.* Toletana etiam prima Synodus

interdicti cuiusdam per præcedentes Episcopos positi meminit. Ex quo non obscure colligitur, ante ea tempora fuisse iam usum continendi ab uxoribus. Idem in primæ Turonensis Synodi testimonio licet aduerte. Et licet, inquit, à patribus nostris è commissa auctoritate id fuerit constitutum, ut quicumque Sacerdos uel Leuita filiorum procreationi operam dare fuerit conuictus, à communione Dominica abstineret &c. Hoc idem in Toletana. 2. Aurelianensè 3. 4. & 5. ac reliquis ferè omnibus Synodis cernere licet. Omnes enim (cum tamen illorum quædam Siricium Pontificem præcesserint) aut Ecclesiasticæ consuetudinis aut prioris statuti meminerunt, ut in adductis superius testimoniiis facile est uidere.

Iam Romani Pontifices, qui Siricium sunt secuti, licet eundem in hac lege de coniugali continentia ferenda, imitari uideri potuissent, & nulli Ecclesiastici consuetudini niti, eos tamen, qui eum ætate præcesserunt, ex eius constitutione putare metiendos absurdum uidetur. Erat igitur iam Ecclesiasticis moribus in Ecclesia Latina præsertim obtentum, ut sacri homines à propriis uxoribus abstinerent, aliò qui cum de hac re nullum esset diuinum præceptum, quorsum tam uigili cura, eosdem ab uxoribus earumque carnali consuetudine auocassent Pontifices? idemque de conciliis iudicare licet, quorum multa Siricium tempore antecesserunt. Immò uero non modò in Ecclesia Latina uel Occidentali, sed in Orientali etiam, eam abstinentiam ab uxoribus consuetudinem inualuisse, quousque per Christianæ uitæ socordiam & negligentiam, mores ab Apostolis traditi flaccescere ceperunt. Testis est Socratis in Ecclesiastica historia, dum ait, Apud Thessalos, eos qui acceptis ante clericatum uxoribus uterentur, continuo ordinibus abdicari, in Oriente uero præclaros quosque sacros viros, licet non aliquo diuino præcepto, propria tamen uoluntatis arbitrio, sibi ab uxoribus temperare. Sed eius uerba, huc afferre præstat. Noui, inquit, ego & alium morè in Thessalia. Si quis clericus factus, cum uxore, quam ante clericatum legitime duxit, dormierit, abdicatur: Cum omnes qui præclari sunt in Oriente, etiam Episcopi, non necessitate legis, sed si uoluerint, hoc faciunt, quod etià penè sub eisdem uerbis Nicephorus Calixtus recenset. Huc etiam pertinere uidetur & historia Paphnutii, quam ex eodem Socrate, & Nicephoro præcedenti libro attulimus, in ea enim aperte ostenditur. Iam Nicenæ Synodi seculo, tantum huiusmodi continentia coniugalis inualuisse usum, ut uniuersi patres, qui in eadem Synodo conuenerunt, fere uno animo, eandem continentiam cunctis sacris hominibus, nisi Paphnutius obstisset, lege lata indicare uoluerint. Quin etiam eandem consuetudinem uniuersæ Ecclesiæ communè fuisse suo tempore, Epiphanius in epithome uerè doctrinæ, Mihi perspicuis uerbis testari uidetur. Sanctum Sacerdotium, inquit, ex uirginibus quidem, ut

lib. 5. cor.

Socr. lib. 1.
c. 1. Niceph.
lib. 8. c. 19.

vt plurimum procedens, si uerò nō ex uirginibus, aut ex solitariam vitam agentibus. Atque hanc eandem consuetudinem fortasse scribens contra Catharos. Sanctam Dei prædicationem non in pte uocare iudicabitur, Nam cum nullum de hac re Diuinum præceptum status Euangelici Sacerdotes acceperint, restat ut Sanctam Dei prædicationem, non aliud quàm antiquas & ab Apostolis acceptas consuetudines intelligamus. Reuera inquit, non suscipit Sancta Dei prædicatione post Christi aduentum, qui à nuptiis, mortua eorum uxore, secundis nuptiis iuncti sunt, propter excellentem Sacerdotii honorem ac dignitatem. Et hæc certè Sancta Ecclesia cum securitate obseruat. Sed & adhuc uiuentem & liberos gignentem non suscipit, sed eum qui se ab vna continuit aut in uiditate uixit, Diaconum, Presbyterum, & Hypodiamonem, maximè ubi sinceri sunt canones Ecclesiastici. Et demum ut Sixtus Pontifex & martyr inquit, Postquam Iesus cepit facere & docere, omnes eius Discipuli, aut continentes fuisse inueniuntur, aut uirgines. Et reuera omnes quot quot ab initio emergentis Ecclesiæ, in vniuerso christiano clero, illustres, uel doctrina, uel sanctitate extiterunt, quod satis multis locis prodit Ecclesiastica historia, etsi coniugalibus uinculis essent constricti, prorsus ab earum usu, se se continuerunt, quod cum non semper fieret, ex Ecclesiastico canone, aut ex Diuino præcepto, aliunde quàm ab Ecclesiastica consuetudine prouenire, cogitari non potest.

CONSVETVDINEM ABSTINENDI ab vxoribus ante ordinationem acceptis. Quem latini Sacerdotes & ministri colunt, neque ex conciliis, neque ex Pontificibus, neque ex Ecclesiastica consuetudine, sed ex Apostolica constitutione descendisse. Cap. 36.

QUANTUM autem omnes hæc sententia, mihi suis rationibus niti videantur, & quæcunque illarum, satis huius continentendi ab vxoribus, de quo loquimur, usum ab hæreticorum calumniis vendicet. Nos tamen eum (vt iam quid nobis in hac parte videatur declarare incipiamus) neque à conciliis, neque à Romanis Pontificibus, neque ab Ecclesiasticis moribus, sed ab ipsa Apostolica traditione deriuatum putamus. Nam præter hoc (quod præcedentibus tribus capitibus censemus compertissimum) quod tùm Synodi, tùm Romani Pontifices, tùm loci, quos pro Ecclesiastica consuetudine comprobanda superius attulimus, potius pœnas in præuaricatores statuere, quam legem aliquam nouam cõdere videntur, id mihi profectò apertè satis secundè Synodi Carthaginensis canon à nobis superius multoties, recitatus demonstrare videtur. *Vt quod Apostoli, inquit, docuerunt & ipsa seruaui antiquitas, nos quoque custodiamus &c.* subditurque statim.

Ab vniuersis Episcopis dictum est. Omnibus placeat, vt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, & qui sacramenta contrectant, pudicitia custodes, etiã ab vxoribus se abstineant, idem etiam euidenter satis mihi Clemens Romanus, Epistola illa secunda ad Iacobum ostendere videtur. Nam cum initio statim eius Epistolæ, se nō aliud quàm, id quod ab Apostolo Petro accepisset, in ea Epistola tradere testentur, & postea eos tantum ad Dominica mysteria assumendos dicat, qui ante ordinationem uxores cognouissent; statuta pœna, vt qui postea cognouissent, ordine pellerentur &c. dubitari non potest, Clementem non ex propria uoluntatis arbitrio, sed Apostolica traditione, eam legem tulisse. Verum hanc rem paulò curiosius urgere oportet. Epistolæ Clementis initium ita habet. Quoniam sicut à beato Petro Apostolo accepimus, omnium Apostolorum patre qui clauis regni celorum accepit, qualiter tenere debemus de sacramentis, quæ geruntur in Sanctis, te ex ordine nos decet instruere. Hactenus Clemens. Subindeque cum aliquot Petri constitutiones, quæ ad corporis & sanguinis dominici ministerium attinebant, recensuisset, vt quod Presbyteri, Diaconi, & Hipodiamoni reliquias fragmentorum religiosè conseruarent, quod pallas, cathedras, candelabra, & uela si uelutate assumerentur igni traderent, & cineres eorum in baptisterio conicerent. Quod nemo per ignorantia palla mortuum obuolueret. Quod sordidas pallas Diaconi cum humilibus ministris abluerent. Quod neque excõmunicato neque laico de fragmentis oblationum poneretur ad mensam, continuo de electione Presbyterorum & reliquorum ministrorum agens, Ad Dominica, subdit, mysteria, tales eligantur ministri, qui ante ordinationem suam coniuges suas non nouerint (aut ut habet alia lectio, & nos superius interpretati sumus) nouerint. Quod si post ordinationem ministro altaris contigerit, proprium inuadere cubile vxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, neque ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad Dominici corporis portionem accedat, neque aquam Sacerdotibus porrigat ad manus, sed ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, urceum tamen, aut calicem ad altare non suggerat, Hactenus Clemens. Qui cum subinde quasdam aliàs constitutiones posuisset, doctrinamque Sacerdotibus, & reliquisque fidelibus tradidisset, ita Epistolam claudit. Hæc præcepta à Sancto Petro Apostolo accepi, & tibi frater charissimè insinuare curauit, ut seruari omnia præcipias sine macula. Si quis autè audierit te, utilis erit minister Iesu Christi, qui autem non audierit te, immò loquentem Dominum per te, ipse sibi damnationem accipit Hucusque Clemens. ex cuius uerbis (sat scio) nemo tam effrons est futurus, qui hanc de qua loquimur continentie coniugalibus formam; inter Apostolicas

stolicas constitutiones Petri numerandã esse ambigat, nisi & reliquas, quæ illic collocantur: esse Petri constitutiones, quis neget. Sed huic nostre sententia, si quoque loci, quos præcedenti capite de Ecclesiastica consuetudine attulimus, ingens robur conciliant, cum nunquam eiusdem Ecclesiasticæ consuetudinis originem indicent, omnes enim quantacunque sint antiquitate, adhuc prioribus seculis eam obtinuisse significant, quod nimirum ea viros Apostolicos & primos illos Euangelicos ministros habuerit auctores.

SIRICIVM REFORMASSE, NON instituisse hanc consuetudinem. Cap. 37.

VND E aperta est nostrorum hæreticorum impudentia, immò uerò ignorantia, qui hanc sacrorum hominum temperantia ab uxoriis congressibus, immò uerò integrum eorum cœlibatum, Siricio Romano Pontifici, tanquam auctori acceptum referunt, multa in uirum Sanctissimum pro hæretica procacitate male dicta congerentes, hoc enim esse falsum, ex sacrorum Synodorum & Pontificum decretis quæ adduximus, quorum multa multis annis Siricium præcesserunt, ex Ecclesiastica etiam consuetudine, quæ iam ante illum obtinuerat, non modò in occidentali, sed orientali Ecclesia, satis comperit existimo, sed hoc, quod nunc satis perspicue demonstrauimus, id est eam ex Apostolica traditione constare, eorum mendacium (sat scio) ineluctabili uirtute reuincit, Reformat ergò & restituit Sanctus Pontifex sacrorum hominum continentiam ab vxoribus, quàm antea nō modò Apostolica traditione, sed multorum etiam Synodorum ac Pontificum decretis susceperant, adhibet pœnas, quas vel antea Ecclesiastici canones sanxerant, vel ipse, pastoralis prouidentia de nouo in eius uoluntate inferendas decreuerat, non item primitus legem de seruanda continentia constituit, ut hæretici uolunt. Quod quàm facile eius Epistolis, earumque loquendi forma sit ostendere, iam nunc uideamus. Et primum id perspicuis uerbis ostendit exordium Epistolæ primæ quæ est ad Himerium Tarraconensem Episcopum, in qua prouincia forte iam tunc temporis, in hac parte Ecclesiastica disciplina defecerat. Directa inquit, ad decessorem nostrum Sanctæ recordationis Damasum fraternitatis tuæ relatio, iam me in sedem ipsius constitutum, quia sic Dominus ordinauit, inuenit. Quam cum in conuentu fratrum sollicitius legeremus, tanta inuenimus, quæ reprehensione & correctione sunt digna, quanta optaremus laudanda cognoscere. Et quia nos erat in eius labores curasque succedere, cui per Dei gratiam successimus in honore, factò ut oportebat prius, meæ prouisionis iudicio, ad singula prout Dominus aspirare dignatus est, consultationi tuæ responsum competens non nega-

mus, quia officii nostri consideratione, non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior christianæ religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium, qui grauatur, quinimò hæc portat in nobis Beatus Petrus, qui nos in omnibus (ut confidimus.) administrationibus protegit & tuetur, Hucusque exordium, subindeque, Ea quæ in ea prouincia emendari Himerii relatione cognouerat esse necessarium, per capita digerit, & postea septimo capite. Veniamus, ait nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in uenerandæ religionis iniuriam, ita per uestras prouincias calcatos atque confusos, charitate tua insinuante, reperimus, ut Hieremia nobis dicendum sit uocibus, Quis dabit capiti meo aqua, aut oculis meis fontem lachrymarum, & flebo populum hunc die ac nocte? Si ergo Beatus Propheta ad laudandam populi peccata, non sibi ait, lachrymas posse sufficere, quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum, qui in nostro sunt corpore compellimur facinora deplorare, quibus præcipue secundum Beatum Paulum instantia quotidiana & solitudo omnium Ecclesiarum indefinenter incumbit? Sic in ea Epistola Siricius, ex quibus uerbis, quis obsecro inter hæreticos tam cæcus, qui eundem Pontificem, non constitutionem nouam aliquam condere, sed Ecclesiasticas leges, & ab Apostolis acceptas, à corruptelis, quæ in ea prouincia subintrarant, asserere? Nam quorsum Himerius, inter illa alia quæ sedis Apostolicæ auctoritate emendari cupiebat, congressus sacrorum hominum cum vxoribus enumerasset, si nulla erat ante lex quæ illis congressibus uiolaretur? aut quorsum eos congressus facinora deploranda appellasset si nondum fuerat illucisus; de seruanda continentia traditum præceptum, aut si illis Ecclesiasticis moribus ab Apostolis traditi non peruerterentur? Enim uerò reliqua uniuersa quæ illic corrigi Siricius, apertè Ecclesiasticis moribus erant contraria, vt quod Arriani rebaptizarentur, quod tradendi baptismi tempora non obseruarentur, quod sacrificiis, & cultui idolorum inseruirent. Quod desponsata puella, aliis uiris plerumque traderentur, Quod pœnitentes tanquam sues ad voluptabra reuertentes, militie cingulum nouas voluptates & coniugia repeterent, Quod monachi & sanctimoniales abiecto sanctitatis proposito liberè filios procreauerint, Quod digami & qui iam fuissent sortiti numerosa coniugia ordinarerentur &c. Ergò & non continendi ab vxoribus abusus, iam tunc Siricii tempore, cum eisdem Ecclesiasticis moribus & legibus pugnabat. Atque idem etiam ex Epistola ad Tellenis synodi Episcopos, posse colligi, eius, in eodem loco uerba quoque perspicue ostendunt. Tollatur inquit hoc opprobrium quod potest iure etiam gentilitas accusare. Quare obsecro uocasset opprobrium, nisi id per Ecclesiasticos mores & decreta damnaretur? Ego Siricius non ut hæretici apertè mentiuntur, sacri

celibatus fuit institutor sed reformator & restitutor, idemque iudicium de Innocentio primo, qui post Anastasium, secutus est Siricius, qui etiam in hac parte ab hereticis accusari solet, haberi volo. Nam si Siricius, qui eius aetatem praecessit instituenti celibatus non fuit auctor, multo minus innocenti. Cur autem Siricius potiusquam Damasus aliique Romani Pontifices aetate antiquiores, primus iam penè obsolescentem celibatum restituerit, duas ego puto fuisse causas, priorè quòd fuerit ab Himerio prouocatus, deinde quòd eo seculo Iouiniani, quem ipse Epistola secunda condemnat, & tanquam haeticum, ab Ecclesiastico corpore abscindit, impudicum dogma inrudesceret; quare sollicitum pastorem eo seculo, potius quam alio aliquo praecedenti, in tutanda castitate uigilare oportebat.

Neque satis profectò mirari queo, cui potius haetici hoc genus continentiae in Siricius Pontificem, quam in omnium Christianarum prouinciarum, latinarum praesertim, consensum reiecerint. Cum enim omnes per Hispanias, Gallias, Italiam, Germaniam, & Africam, diuersis temporibus celebratae Synodi, illud grauisimae poenis adhibitae, omnibus sacris hominibus indixerint, immò cum praeter duo, aut tria ex iis, quae superius attulimus Synodorum decreta; Siricii aut Innocentii non meminerint, sed sua sponte potiusquam alterius arbitrio de hac re pronuntiare uideantur. Esto igitur abstinenti ab uxoribus ante sacros ordines acceptis usus non esset Apostolica constitutio (quod tamen apud me certissimum est) adhuc tamen, non in singularem aliquem Pontificem, sed in omnium latinarum prouinciarum Synodos, idest in uniuersae Ecclesiae consensum oportebat referre, quarum singulae licet totam Ecclesiam latinam obligare non potuissent, poterat tamen, unaqueque suam gentem obstringere, & simul omnes, omnes simul prouincias.

QVAE POENAE TRANSGRESSORIBUS eius consuetudinis olim praescriptae essent. Cap. 38.

NVNC ad poenas quae transgressoribus huius continentiae, per Ecclesiasticos canones inflectebantur peruenio, earum enim consideratio & expensio utilis erit in hac parte, cum ex earum rigore quanti eius custodia apud veteres fieret, facile sit colligere ex quo deinde non obsecure deducitur, eam, non ab Episcoporum Pontificum aut Ecclesiarum arbitrio, sed ab Apostolica traditione deriuatam. Quorsum enim tam graues poenae pro re nouitia, & quam ipsi propriae uoluntatis arbitrio imperassent, praesertim cum eos quoque puniant: ad quos Siricii Et Innocentii edictum nondum peruenerat? Ergo si eorum Pontificum & Synodorum decreta, quae superius

attulimus, ad memoriam reuocemus; varia diuersis temporibus & prouinciis: inueniemus in huius sacrae continentiae uoluntate, excogitata supplicia, quod fortasse (ut fieri solet) unum tempus, aut una prouincia quam altera grauiori animaduersione, pro maiori aut minori Ecclesiastica disciplinae inclinatione indigeret. Habetur deinde in eisdem magna ratio ignorantiae, nam cum aut Christianorum morum corruptione, aut incuria Pastorum, aut Pontificum Romanorum silentio, praua de cognoscendis uxoribus, post sacros ordines acceptis consuetudine inualescente, ingens Ecclesiasticorum canonum ignorantia, clerum oppressisset, condonandum erat illis aliquid, qui non malo animo, sed inscitia deliquerant. Sic, qui Siricius & Innocentius (qui huius sacrae continentiae fuerunt restitutores) edicta nondum accepissent, cum in eo gradu, quo ad uxores accesserunt, ministrare permittantur, ad altiorum tamen prohibentur ascendere, quod concilium Toletanum primum in Diaconis, Agathense, Thuronicum primum, Et Siricius Pontifex ad Himerium scribens, in uniuerso sacro clero constituerunt. Quemadmodum autem in his, qui ignorantia peccabant, puniendis, sacri patres uidebantur clementia, ita in illis, qui malitia ac animi prauitate deliquerant, rigorem exercebant, ordinariis poenis, extraordinarias & grauiiores quam Ecclesiasticae regulae postularent, addentes. Sic Turonica Secunda Synodus ultra depositionem, quae ordinaria erat huius criminis poena, ut statim dicemus, annum integrum excommunicari iubet. Sic Toletana septima, uiros quidem sacros canonicè distingui, idest deponi, mulieres uero ad quas accessissent, siue uxores essent, siue concubinae, uenudari, sic Toletana octaua canonicè districtos Presbyteros, & Diaconos, idest, canonicis poenis punitos, in monasteriis usque ad extremum uitae recludi, monastica disciplina erudiendos, mulieres uero uenudari praecipit. Atque has extraordinarias poenas appellare libet, quòd essent mitiores, aut seueriores quam Ecclesiasticae regulae siue canones praescriberent, Erat autem ordinaria poena depositio ab ordine clericali, & ab omni honore, qui ei ordini erat solitus exhiberi, & demum ad statum laicalem reductio, ita ut neque uilius ordinis munus exequerentur, neque clericali honore & libertate gauderent, quod ex concilio Illiberitano, Arausicano, Aurelianensi, tertio, Aruernensi, Aurelianensi quarto, Turonico secundo, Aurelianensi quinto, Toletano 3. Matiscenensi primo, Toletano octauo, deinde ex Epistola Innocentii Primi ad Maximum & Seuerum & decretis Innocentii secundi, Alexandri tertii, & Innocentii tertii expressis uerbis colligitur. Atque hanc poenam non tam patrum Ecclesiasticorum arbitrio, quam Apostolica institutione emeruisse, in illa Clementis primi Romani Pontificis Epistola secunda, in qua ad Iacobum fratrem

Domini

Innocent. 3. de uita & honest. clericorum. ca. ut clericorum.

Domini scribens, Petri constitutiones memoriae retulit, facile uideri potest, illic enim qui post sacros ordines ad uxores accesserint, ab omni prorsus sacro ministerio deponuntur, & penè ad laicum statum reducuntur, Quod si post ordinationem, inquit, ministro altaris contigerit, proprium inuadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus, holocausti oblationem suscipiat, nec ad Dominicæ corporis portionem accedat, nec aquam Sacerdotibus porrigat ad manus, sed ostia forissecus claudat, minora gerat officia, uicium siue calicem ad altare non suggerat. quibus uerbis non aliud significat, quam omnimodam depositionem, non modo à sacrorum, sed diuinorum quoque ordinum executione & ministerio, Ad quam Petri constitutionem Concilium Aurelianense quartum, alluisse uidetur, dum huiusmodi sacrae continentiae uoluntate, ab ordinum officio deponi iubet, iuxta priscos canones, & Concilium Aurelianense quintum, iuxta patrum antiquorum canones. Erat autem haec iusta poena, ut qui sacros ordines, impudicè uiuendo, deturpauerant minorum quoque honoribus priuarentur, & qui sacrum statum uitae infamia & turpitudine affecerant, ad merè laicum statum reuocarentur. Neque uero eo seculo lego, post huiusmodi uxoris congressus iam ordinis officio & honore priuatos, sacros homines praesertim qui ante ordinationem non uouissent castitatem (de quibus lib. 4. multa dicemus) ab uxoribus abstrahi, sed tantum Sacerdotali ministerio & honore sublati, liberum illis tanquam laicis permittebatur coniugium, quod in illis, siue Conciliorum, siue Pontificum decretis, quae superius produximus, facile est cernere. Nam quòd in concilio Toletano 3. mulieres uenudari permittuntur, & uiros in monasterio recludi, hoc non de uxoribus accipiendum iudico, sed de adulteris & fornicariis foeminis. Qui uero, inquit, semper sub canone Ecclesiastico iacuerint, si contra ueterum imperata, cellulis mulierum, quae infamiae suspitionem possunt generare confortium habuerint, illi canonicè quidem distringantur, mulieres uero ab Episcopis uenudentur, & pretium ipsum pauperibus erogetur. Cellulas profectò, non quasunque foeminarum domus, sed meretricum & scortorum fornices, quae in lupanaribus exadificari solent, significant. Atque hac eadem ratione Concilii Toletani Octauum decretum interpretandum credo, quo etiam huiusmodi foeminae uenudari & clerici in monasterio, monastica disciplina erudiendi recludi iubentur. Quòd autem eo canone, de uxoribus, & quibuscumque foeminis patres loquantur, non obstat, nam licet omnem foeminarum carnalem congressum dampnent, quasi Ecclesiasticis canonibus aduersum, eum tamen Concilii Toletani uestigia imitantes, per uenditionem foeminarum & inclusionem in mona-

sterio puniunt, quicumque his fiebat foeminis, quae eos uinculo matrimonii non attingebant, nisi quòd mihi plus probatur, id quòd paulò ante dicebamus; hanc & similes seueras poenas, non iuxta Ecclesiasticos canones, sed pro rerum conditione & oportunitate, quòd ita scilicet necessitas postularerit fuisse institutas, quòd & in reliquorum peccatorum punitione, non modo in Ecclesiastica, sed ciuili quoque republica fieri uidemus. Erat ergo ordinis depositio & honoris clericalis amissio ordinaria poena; sed extraordinaria, aliquando etiam separatio, reclusio in monasterio, excommunicatio &c. nisi quis dicere uelit, duo illa Toletana Consilia, communium Ecclesiasticorum canonum rigorem transgressa, & in coniugibus continere nollentibus neque continentiam professis, separandis non rectè fecisse quae cum neque sint uniuersalia, neque sit fidei, aut morum in uniuersali materia, sed tantum singulare factum, dicere non erit magnum piaculum, de quo tamen statim pauca. Hinc nunc haeticorum nostrae memoriae infamia, apertissime proditur, qua Siricius et Innocentius Pontifices miris blasphemis contra omnem saltem ueteris memoriae reuerentiam, inaccessunt, quòd sacros homines cum uxoribus post ordinationem congregientes, ordinis ministerio & honore priuauerint. Enim uero Sancti Pontifices non nouas poenas & Ecclesiasticis hominibus inauilitas excogitarunt, sed eas, quas à Petro Apostolorum Principe institutas, ad sua usque tempora, diuersis Synodis & prouinciis in huius sacrae continentiae uoluntate usurpari uidebant. Immo uero multo illis mitiores, nam cum penè uniuersa concilia, eos ab omni ordinis clericalis ministerio & honore deponant, & quaedam nunc eosdè à communionem fidelium integrum annum repellant, nunc uero (quòd erat longè acerbissimum) separatos monasteriis includant, & uxores uenudari iubeant, Siricius tamen canonum ignorantia clericos non deponit, sed tantum ad ulteriores gradus ascendere non permittit, eos uero, qui sibi hoc in Euangelico statu, licere contra ueterum Patrum statuta, quòd nunc haetici quoque docent, pertinaciter astruebant, ordinis tantum depositione castigat, quem non modò uerbis, sed genere quoque supplicii, secutus est per omnia Innocentius. Non ergo Siricius & Innocentius, ceterique Romani Pontifices, qui eos sunt in hac parte secuti, quibus omnium seuerissimè haetici insultant, sed totius Ecclesiae Latinae, Hispaniae, Galliae, Germaniae, Italiae, Africae, &c. Concilia. Praeterea Clemens Apostolorum Petri, & Pauli, charissimus Discipulus, immò ipsi Petrus & Paulus, qui has poenas continentiae sacrae, uoluntate infligerunt, fuissent maledictis & blasphemis incessendi. Nam quòd quidam eorum, Siricii & Innocentii, reliquorumque Pontificum, qui sacrum celibatum non instituerunt, sed tantum, aut restituerunt, iam collabentem, aut conserua-

Petrus Martyr. li. de castibatu.

runt,

runt, edicta tyrannica & crudelia uocent, quod usum matrimonii in sacris hominibus appellent obscenas cupiditates, ne à suis moribus recedere uideantur, hoc faciunt; hi enim sunt, qui tunc strenuè se deceptasse putant, cum plusquam obscena quadam maledicendi libidine, cuiuscunque gradus & ordinis homines, siue uiuos, siue mortuos, siue nostrè, siue alterius memoriæ disteris & scurrilibus maledictis conspuearunt. Certè sancti Pontifices, non usum matrimonii cuiuscunque obscenas cupiditates appellat: tametsi suapte natura quantūcunque honesti uirorum & sceminarum congressus ad sacra pertractanda (quod libro primo satis ostendimus) homines obscenos & imundos reddant, sed eum usum coniugii appellant obscenum, qui iam ipsa sacrorum ordinū suspitione non licet: in qua tamen parte, sicubi alibi stultissimè insaniunt aduersarii, nullo enim alio frequentiori argumento, sacrum cœlibatum demoliri se magis credunt, quam quod matrimonium res sit de felicitate, & à Deo commendata, quasi nos id negemus, sed omnibus omnia licere: erat arte omnia demonstrandum. Itaque Siricii reliquorumque Pontificum de hac re edicta, neque tyrannica neque crudelia erant, sed tūc à totius lateñe Ecclesiæ Synodis, tūc ab Apostolica institutione deriuata, immò non tantum pertinaces illos & iurè hæreticos, Sacerdotes Diaconos, aut Subdiaconos, qui sibi uxoris contra Ecclesiasticas constitutiones, & ueteris Ecclesiæ mores, ab Apostolis deriuatas, uti licere pertinaciter cōtendebant ordinum & hominum clericorum priuatione (quæ ut diximus) pœna erat ordinaria, punire, citra ullius tyrannidis suspitionem poterant, sed reliquis, quæ per leges ciuiles & canonicas in hæreticos decernuntur supplicis multare. Sed quid obsecro obtinisset, quo minus citra ullā tyrannidem, uxorum quoque præter depositionē, & honoris clericalis priuationem, commercio & contubernio priuasset, cū concilia Toletana hoc fecisse ut ante exposuimus, deprehendantur? quæ tamè cum non amplius, quam vnus gentis patres continerēt, innouandi Ecclesiasticas pœnas, præferim quæ in matrimonium aut eius usum (quod Romano tantum Pontifici & uniuersalibus Synodis competit) statuuntur, facultate carebant. Certè quemadmodum (ut postea libro 4. dicemus) hi qui facta castitatis professione, sacros ordines susceperant, si postea ad congressus scemineos regrederentur, ab sceminis quantūcunque matrimonio coniunctis separabantur, ita ut nulla illis fieret iniuria, qui scientes Ecclesiasticos canones post susceptos ordines uxorum congressiones dare, ac proinde interpretatiuè professi castitatem, ad uxorios usus reuenterentur. Quin si rectè res expendatur, pro uolatis per uxorios congressus sacris ordinibus, nullam hi Pontifices pœnam infligunt, sed tantum continentie uolatores, ad eū statum, in quo solum uxoris, uti per Ecclesi-

sticos canones licebat, id est ad laicum, à quo ad sacros ordines ascenderant, reducunt, quo nihil potest esse clementius. Nam quis neget huiusmodi homines, si non contra Diaconi leges, contra Ecclesiasticos saltem canones deliquisse? sed quæ ab hæreticis in Siricii & Innocentii edicta proferrantur, plenius libro 4. discutiemus.

DVPLEX ESSE APOSTOLICARUM traditionum genus, diuinum unum, humanum alterum, cœlibatum aut continentiam ab uxoribus ante ordines acceptis, non ad diuinum sed ad humanū pertinere. Cap. 39.

QVARE eum nunc scrupulum eximere oportet, quo fortasse quispiam urgeri potuisset, quo nam pacto in Apostolicas traditiones, hoc Sacerdotalis continentie genus refundamus, cum tamen nullo iure diuino ad eam sacros homines coerceri multis rationibus in præcedentibus ostenderimus? Enimuerò cœlibatum post ordines sacros susceptos, non alia ratione ad ius diuinum pertinere docuimus, quam quod esset Apostolica traditio, Ergo si hoc genus continentie quò ab uxoribus sacri homines sibi temperant ad Apostolicas traditiones referendum est, perinde etiam ad ius diuinum *εὐραφον*, id est non scriptū pertinebit, quod tamen multis rationibus antea elisimus, & confutauimus.

Verum hic scrupulus facilè declinatur, si duplex Apostolicarum traditionum genus, tūc in Sancta scriptura, tūc in Sanctorum patrum monumentis, prius obseruemus.

Sunt quædam traditiones, quæ essentiali & intrinseca ratione ad Euangelicum statum pertinent, & semper omnium seculorum, & gentium Christianorum consensu, pertinere sunt crediti, quales sunt, quæ uel ad fidei doctrinam, uel ad Christianos mores necessarios, uel ad sacramentorum essentias, id est formas & materias spectant, atque ius diuinum *εὐραφον*, id est, non scriptum, ad eius quod *εὐραφον*, id est, scriptum est, differentiam dicitur: in hæc enim duo membra uniuersas Diuinas constitutiones distribui soli nostri temporis hæretici, contra totius ueteris Ecclesiæ doctrinā indocilissimè negant. Tenete inquit, Apostolus traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per Epistolam. in quæ uerba Chrysostomus, Hinc patet, ait, quod non omnia per Epistolam tradiderunt, sed multa etiam sine literis: eadem uerò, fide digna sunt, tam ista quam illa: Itaque traditionem quoquam Ecclesiæ fide dignā putamus. Traditio est nihil quæras amplius. Hæc inquit Chrysostomus, Theophilactus etiam in eadem uerba. Vel hinc etiam perspicuum est, quæ pleraque uia uoce quæ literis non mandauerint, tradiderint. Itaque Ecclesiæ traditionem ratam

centemur, hucusque Theophilactus. Atque de hoc traditionum genere, quæ ius Diuinum non scriptum complectitur, multa libro postremo, secundi tomi de recta in Deū fide comentamur, hic autem illud attigisse satis sit.

Est & aliud traditionum genus, quæ cum non Christum ipsum, sed Apostolos, Christi que Discipulos habuerint auctores, ad ius Diuinum pertinere nequeunt, atque adeò non tam traditionum quam institutionum Apostolicarum (si propriè sit loquendum) nomen merentur. Tradere enim ut Ecclesiasticus usus loquendi obtinuit, non leges à se cõditas, sed ab altero latas, exhibere, id est, non ad latorem sed promulgatorem agere, denotat. Sunt autem hæc quæ neque ad fidei, neque sacramentorum, neque motum necessitatē pertinere Christianus populus semper intellexit, licet eas opere præstare utile ac decorū iudicauerit. Atque de hac Apostolicarum institutionū specie, mihi accipiendus uidetur Apostolus, cum ad Corinthios de Sancto corporis & sanguinis Christi mysterio, scribens, postquam illis, id quod ad huius sacramenti essentia, id est, materiam & formam exposuerat, subdit, Cetera cum uenero disponam, quasi plerasque, multas, quæ licet, non ad sacramenti necessitatē, ad decorem tamen eius ministerii pertinerent, ceremonias Apostolica prouidentia constitutas superesse, denunciaret. Sed utrumque traditionum genus, apertius multò quam alicubi alibi, idem Apostolus eiusdem Epistolæ capite septimo, insinuat. Nam cum illic multa de matrimonio & eius usu, quæ Euangelica Christi prædicatione constare nõ poterant, tradidisset, ne quæcunque dicebat à Christo instituta, atque adeò æquale obstringendi uirtutem obtinere putarentur, distinctis uerbis, quæ sua, quæ uerò Christi præcepta essent, ostendit. His, inquit, qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego: sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere inuuptam, aut viro suo reconciliari. Nā ceteris ego dico, non Dominus. Si quis fratrem uxorem habet, infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem & hic consentit habitare cum illo, non dimittat illum. In quæ uerba Chrysostomus. Quandoquidem legem à Christo institutam recitaturus esset, uxorem, scilicet à viro non discedere, sine fornicatione, propterea inquit, non ego. Quæ enim superius dicta sunt. etsi non aperte, tamen hæc & sibi uidentur, hoc quidem aperte tradit. Itaque hæc particula, ego, & non ego, habet differentiam. Hucusque Chrysostomus. Quibus uerbis non aliud mihi significare uidetur, quam reliqua quidem, quæ eo capite traduntur, non Diuina esse manda-

data, sed quæ Apostolo ex decore Ecclesiastico uiderentur consilia, hoc autem, id est, absque fornicationis crimine uxorem à viro non recedere, planè esse Diuinum, sed de hoc genere traditionum, quæ aptius Apostolicas constitutiones uocabimus, pleni sunt Sacrorum auctorum libri.

Est autem ingens inter utrasque traditiones discrimen, nam ille, quas Apostoli à Christo acceptas Christianis populis tradiderunt, absque mortali scelere, uiolari nequeunt. Hæc uerò, quas Apostoli ipsi sanxerunt, non alio pacto quam Pontificum & Conciliorum præcepta, pro temporis & rerum conditione, pro materie grauitate, pro contemptu. Quemadmodum & reliqua humana præcepta mortaliter aut uenialiter obligant, item illa abrogari nequeunt, ista contra, pro temporum & rerum emergentium conditione permutari possunt, de quibus libro quinto, cum de cœlibatus dispensatione agamus, plura dicemus.

Ergo iam ex his, ad quod genus traditionum Apostolicarum, ea, qua Sacerdotes, Diaconi & Subdiaconi, a propriis uxoribus, susceptis sacris ordinibus, abstinere iubentur. Pertineat, satis patere arbitror. Nõ enim ad prius illud, quod proprius Diuinum est, sed ad secundum, quod inter humanas constitutiones censetur, est referenda, cum tamen illa altera, qua post sacros ordines ab eisdem auocantur, ad prius genus pertineat. Ratio autem utriusque, apud me eam abundè esse uidetur, quod sacros homines, neque in Latina, neque Græca Ecclesia, uilla temporum memoria usus uxoribus, post ordines susceptos, cum ordinis sacri executione legamus; cum tamen Orientales omnes Ecclesiæ eosdem, uxoribus ante ordinationem acceptis, uti permittant. Euidens profecto indicium est, illam constitutionem inter iura Diuina, hanc inter humanas constitutiones censeri. Neque enim uniuersa illa, quæ ad ius Diuinum *εὐραφον*, id est, non scriptū, pertinent, alia rone Diuina esse cõprobare solemus, quam quod uniformiter, ea, Christiani, ubique terrarum, & in omne rerum memoria, religiose obseruauerint, quemadmodum ad suadendum aliquid humanum esse, & non Diuinum satis est. Si neque ubique, neque semper ab eisdem fuerit obseruatum, ut quod uersus Orientem adoremus. quod Augustinus in Apostolicas constitutiones reicit, quod dominicis diebus non genuflectamus, quod tanquam ab Apostolis traditū prioribus illis Ecclesiæ seculis, fuit in summa religione. Verum de continentie sacrorum hominum, id est, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & Hypodiaconorum, uinculo extrinseco; id est, quod ab extrinseca uoluntate descendit. Hæc dixisse sufficiat.

c. confisusio
num. 13.
Pet. Alex.
c. 15. Basil.
in Epist. ad
Ambrosium.

FINIS LIBRI SECVNDI.

MICHAELIS MEDINAE

ORDINIS MINORVM

REGVLARIS OBSERVANTIAE,

PROVINCIAE CASTELLAE.

DE SACRORVM HOMINVM

CONTINENTIA.

Liber III.

*Nunc de tertio uinculo, quo non iam extrinseca, sed intrinseca, & propria uoluntate, sacri homines a nu-
ptiis abstrahuntur, id est de uoto, quo se ad castitatem seruandum obstringunt, hoc tertio libro dicamus: in hoc enim
explicando, & ab hereticorum calumnijs propugnando, quamuis tum nostra, tum praecedenti memoria mul-
ti catholici uiri cum ingenti fructu laborarint, non tamen nostrer labor futurus est irritus, si uel eorum senten-
tias magis explicauerimus, uel quae de hac re cogitauerimus in medium attulerimus, deinde eas rationes, & cau-
sas in medium afferemus, quae Ecclesiam ad inducendum calibatam impulerint, & quis in hac parte modus
seruatus fuerit explicabimus.*

QUANDO ET A QUIBUS SYNODIS VO-

tum castitatis Sacerdotalis inductum sacris homini-
bus fuerit.

Cap. I.



Regum ut ad primum acceda-
mus, cum uiderent Ecclesiasti-
ci patres Sacros homines, qui
ex coniugio sumebantur, nonnun-
quam ad carnis delicias, uxoriosq;
congressus post Sacrorum ordi-
num susceptionem reuerti, quod fiebat ut Sacrum
ministerium deturparetur, nullo alio efficaciori
remedio succurrendum visum est, quam si a pro-
mouendis, continentiae coniugalis uotum exige-
retur. Neque enim tutum uidebatur, absque hu-
iusmodi uinculo, & obligatione, uiris iam Sacris
uxores conuersari. Nam cum etiam acceptis ordi-
nibus, adhuc integra uiderentur iura coniugii,
praesertim cum ad continentiam nullo iure diui-
no se crederent obstringi, nullum illis, aut leuissi-
mum peccatum uidebatur, si suis uxoribus, a qui-
bus nulla noua obligatione arcebantur, adhuc
uterentur. Inducendum ergo erat aliquod uincu-
lum, quo iam amplius sibi non licere quod antea
licebat, Sacri homines intelligerent: hoc autem
non semel, neque una constitutione in cunctis
Christiani orbis prouincijs factum est, sed pro uari-
a ac diuersa rerum conditione, in diuersis Ec-
clesijs, & prouincijs emerit, cum nimirum una-
quamque iam tandem experientia comprobasset, vi-

ris Sacris uxoribus absque castitatis uinculo coha-
bitantibus, repetendi carnales congressus immin-
dere discrimen.

Prima omnium itaque Constantini Imperato-
ris, & Syluestri Pontificis tempore, Gallia, in
Concilio Arelateni secundo, quamquam Gra-
tianus tertio tribuat, hoc uinculum continentiae
Sacris hominibus induxisse uidetur, sub hac uer-
borum forma. Assumi aliquem ad Sacerdoti-
um, in coniugii uinculo constitutum, non o-
portet, nisi fuerit promissa conuersio. Et sub-
inde de Diaconis, praeterea placuit, ut deinceps
non ordinentur Diaconi coniugati, nisi qui prius
conuersionis proposito professi fuerint casti-
tatem.

Concilium Toletanum secundum sub Amala-
rico Principe Gothorum, id est paulo post Theo-
dosii iunioris tempora, uniuersa quoque Hispaniae
in hunc modum legem tulit, de his, quos uolun-
tas parentum a primis infantiae annis in cleri-
catus officio, uel monachali posuit, pariter sta-
tuimus obseruandum, ut mox cum detonsi,
uel ministerio electorum adisti fuerint, in do-
mo Ecclesiae sub Episcopali praesentia a prae-
posito sibi, debeant erudiri. At ubi aetatis octa-
uum decimum annum compleuerint, coram
totius

totius cleri plebisque conspectu, uoluntas eor-
um de expetendo coniugio, ab Episcopo praescri-
betur. Quibus si gratia Deo inspirante placuerit,
& promissione castimoniae suae absque con-
iugali necessitate responderint se seruaturos, hi-
tanquam appetitores arctissimae uiae leuissimo
domini iugo subdantur, ac primo Subdiaconatus
ministerium, probatione habita professionis suae
a uigesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter
ac inoffense uigesimo, & quintum annum
aetatis suae peregerint ad Diaconatus officium
(si scientes implere posse ab Episcopo comprobentur)
promoueri debent. Cauendum tamen est iis ne
quando sponsionis immemores ad terrenas nuptias,
aut abortiuos concubitus ultra recurrant. Quod si
forte fecerint, ut sacrilegii rei, ab Ecclesia habeantur
extranei. His autem quibus uoluntas propria
interrogationis tempore desiderium nubendi
persuaserit, concessam ab Episcopo licentiam auf-
ferre non possumus, ita ut prouecta aetatis in
coniugio positi, renunciaturos se pari consensu
operibus carnis, sponderint, ad sacros gradus
aspirent. Haec Concilium. Quibus uerbis & a
coelibibus ordinandis, uolentibus uxores ducere
uotum castitatis exigitur: a coniugatis uero, ut
nisi in prouecta aetate, & facta castitatis profes-
sione, ad sacros gradus aspirare nequeant. Arau-
sicanum Concilium sub Leone Primo Pontifice
Maximo, & Theodosio iunioris in Arausione,
Galliae Narbonensis urbe celebratum, Sedis, inquit,
aetate praeterea, ut deinceps non ordinentur
Diaconi coniugati, nisi qui prius conuersionis
proposito, professi fuerint castitatem.

Can. 22.

Can. 16.

D. 18. c. Quando.

Concilium Toletanum quartum sub Honorio
Pontifice & Sisenando Gothorum Rege. Quando
presbyteri, inquit, aut Diaconi per Parochias
constituuntur, oportet eos prius, professione
Episcopo suo facere, ut casti, & pure uiuant, sub
Dei timore, ut dum eos talis professio obligauerit,
uiae sanctae disciplinam retineant, quod de-
cretum tamen Gratianus perperam, ut pleraque
multa in quintum Concilium Toletanum reuocit.

Octauum autem sub Martino Primo Pontifice,
& Recisuntho Rege, nomine benedictionis idem
uinculum castitatis Subdiaconis iniicit. Nam cum
quidam Subdiaconi, qui ad carnis uoluptates, cum
uxoribus post susceptos ordines conuertebantur,
se excusarent, quod tempore ordinationis nul-
lam a suis Episcopis benedictionem accepissent,
atque adeo hoc illis debere reputari flagitium, ca-
uentes, ne illis ea excusatio suffragaretur in futu-
rum, ita statuerunt. Proinde omni excusationum di-
sciso uelamine, id praecipimus obseruari, cum
idem Subdiaconi ordinantur, ut cum uasis mini-
sterii, benedictio eis ab Episcopo detur, sicut qui-
busdam Ecclesijs uetustas tradit, antiqua, & sacra
dignoscitur consuetudo subitare, prolata omni

penitus ab eis, sorde ac familiaritate mulierum.
Quod si hoc uulnere deinceps fuerint sauciati,
mox erunt sub poenitentiae oneribus usque ad ex-
tremum uiae monasterijs religandi. Haec Concilium.

QVI PRIMI ROMANI PONTIFI-
ces uotum continentiae Sacerdotio sa-
croque ministerio induxe-
runt Cap. 2.

Quas Conciliorum prouincialium con-
stitutiones, Romani quoque Pontifices,
conditis canonibus, confirmasse constat.
Nam cum Pelagius secundus, Subdiaconos Sici-
liae, qui nondum usum uouendi castitatem acceperant,
post susceptos ordines a proprijs uxoribus
abstinere, paulo ante, imperasset, eius constitutio-
nem B. Gregorius, corrigens Petro Subdiacono Si-
culo in hunc modum scribit. Ante triennium, om-
nium Ecclesiarum Subdiaconi Siciliae, prohibiti
fuerant, ut more Romanae Ecclesiae suis uxoribus
nullatenus misceantur, quod mihi durum atque
incompetens uidetur, ut qui usum continentiae
non inuenit, neque castitatem promittit, compellatur
a sua uxore separari, atque per hoc (quod ab-
sit) in deterius cadat. Vnde uidetur mihi, ut a
praesenti die Episcopis omnibus, dicatur ut nul-
lum facere Subdiaconum praesumant, nisi qui se
uicturum castitatem promiserit, quatenus, & praerita
mala quae proposito mentis appetita non sunt,
uolenter non exigantur, & futura mala caueantur.
Haec Pontifex. Confirmauit, & eandem Gregorii
constitutionem iam fortasse praeuorum morum
corruptela mutantem, Alexander Tertius paulo
ante trecentos quinquaginta annos cuius de-
cretum quasi toti Ecclesiae Latinae commune,
Gregorius nonus tertio libr. decretalium, sub
titulo de clericis coniugatis inseruit. Ita itaque
ad haec Herfordiense Episcopum scribens post alia,
Prouideas, inquit, attentius, ne deinceps clericus
coniugatus ad Ecclesiastica beneficia, uel sacros
ordines, aut administrationes Ecclesiasticas
admittatur, nisi forte castitatem uouerit perpetuam,
& qui unicam uirginem habuisset uxorem,
ita Alexander. Quam constitutionem uniuersa
hodie Latina Ecclesia religiosè colit, & eam cum
Subdiaconos ordinat, quasi ordinis fundamentum
supponit, ut ex Romano Pontificali constat, in quo
Episcopus ordinans, ita promouendos ad Subdia-
conatum affatur, Fratres dilectissimi ad Sacrum
Subdiaconatus ordinem promouendi, iterum atque
iterum considerate debetis attentè, quod onus
appetit, haecenus n. liberi estis, licetque uobis
pro arbitrio ad secularia uota transire. Quod
si hunc ordinem susceperitis, amplius non licebit
proposito resilire, sed Deo, qui seruire regnare est

Lib. 1. epist. 4. 2. et. d. 3. c. Arce. vniuersum, et 28. c. nullus.

perpetuo famulari & castitatem illo adiuuante feruare oportebit; atque in Ecclesie ministerio semper esse mancipatos. Proinde dum tempus est, cogitate, & si in Sancto proposito perseuerare placet, in nomine Domini, huc accedite, quibus placet accedere. Hactenus ordinator. Qui sane cum subdiaconos ordinatos teneri ad castitatem doceat, neque tempore ordinationis eadem castitatem illis imperet, neque ab illis votum reposcat, aperte proditur, eum iam uotum castitatis supponere ex ipsa Ecclesiastica constitutione ordini Subdiaconatus adiunctum, ita ut qui eum ordinem suscipiat, re ipsa non minus quam uerbis castitatem uoueat. Exigebatur quidem prius, ut ex his, quos nunc attulimus Conciliorum & Pontificum locis proditur, uotum uerbis preconceptis & explicitis, quod fortasse tunc res esset noua, neque satis uisum iam obtenta, postea uero uerba omitti ceperunt, quod satis ad professionem uideretur ipsa ordinis sacri susceptio, cum equaliter, ut postea fortasse dicemus, res & uerba promittentes obstringant, qui enim per diem & annum integram in religione persistit, aut professorum habitum, spontaneus accepit, non minus professus censetur, quam is, qui uerbis preconceptis professionem testatus est. id autem uotum, implicitum Pontifices appellant. Immo uero non quodcumque uotum in sacri ordinis susceptione contrahitur, sed solemne, quod Bonifacius octauus in Epistola ad Biterrensem Episcopum satis claris uerbis ostendit. Quod uotum inquit, debeat dici solemne, & ad dirimendum matrimonium efficax nos consulere uoluisse. Nos igitur attendentes quod uoti solemnitas ex sola institutione Ecclesie est inuenta, matrimonium uero uinculum, ab ipso Ecclesie capite summo rerum conditore in Paradiso & in statu innocentie instituyente, unionem & insolubilitatem accepit presentis declarandum duximus, oraculo sanctionis, illud solum uotum dici debere solemne, quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit per ordinis sacri susceptionem, uel per professionem expressam uel tacitam, factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatis.

Huc etiam pertinet, quod eo seculo, quo ex coniugio ad sacros ordines assumere licuit, coniuges eorum, qui assumebantur, uoto castitatis obligari reperio, & eadem nomina cum uicis fortiri; licet Turonica Synodus secunda, uxorem Episcopi, uocet Episcopam. Episcopam inquit, Episcopam non habentem, nulla sequatur turba mulierum &c. Vocat etiam Presbyteram, Diaconissam, & Subdiaconissam. Si quis ait, inuentus fuerit Presbyter cum sua Presbytera, Diaconus, cum sua Diaconissa, aut Subdiaconus cum sua Subdiaconissa, excommunicetur &c. Synodus etiam Antifiodorensis non licet, inquit, Presbytero in uno lecto post acceptam benedictionem cum Presbytera dormire

mire, nec in peccato miscere, nec Diacono, nec Subdiacono.

Sic etiam Gregorius magnus refert, Ursinum Presbyterum post acceptum ordinem, Presbyteram suam ut sororem dilexisse, ut hostem cauisse, multa que talia in Ecclesiastica historia reperire licet. Quod autem esse uiris earum ad sacros ordines assumptis, castitatem iurarent, latissime in Ecclesiasticis Pontificum, & Conciliorum, tum prouincialium, tum uero generalium constitutionibus patet; Nam Gregorius idem, in Concilio Rom. quod sub eodem Pontifice Mauricii, & Theodo. tempore celebratum est, ducenti Presbyteram anathema dicitur. Si quis (aiunt. Patres) Presbyteram in coniugium duxerit, anathematizet.

Et Gregorius tertius in Concilio Roman. quod sub illo gestum est. e. primo & secundo, Presbyteram aut Diaconam in coniugium ducenti, omnibus in Synodo tertio respondentibus, anathema denunciavit. Adriano quodam eum Epiphania, Diacona, quam post sacramentum in Apostolica confessione praestitum, in uxorem ausu illicito habuisset, & quisquis eis in tam crudeli actum consensum praebuisset, simul anatematizatis.

Martinus etiam Pontifex huius nominis Primus, in Concilio Rom. Si qua uidua, inquit, Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi maritum accepit, nullus clericus, nulla religiosa persona cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet, morientiam tamen ei sacramenta subueniant. In Concilio etiam Aurelianensi, si se cuiquam mulier duplici coniugio, Presbyteri uel Diaconi relicta, coniuxerit, aut castitate fruatur, aut separantur, aut certe si in criminis imputatione persisterint, pari excommunicatione plestantur.

Gregorius etiam magnus ad Ioannem Episcopum Panormitanum scribens, peruenit inquit, ad nos Faustinum defensorem ultionem exercere in Petrum latorem presentium uoluisse, pro eo quod (quantum dicitur) relictam cuiusdam Diaconi tempore quo conductor fuit, marito tradiderit, sed quoniam iste coniugem Diaconi asserit non fuisse, dicens nec eam uirginem ad eum peruenisse, denique nec religiosam mutasse uestem, postquam ille in ordine sacro promotus est, adiciens etiam priusquam ad Diaconum peruenisset, & postea praua illam mulierem opinione uixisse, ideo fraternitatem tuam his hortamur assatibus, ut cum Dei, (sicut decet) timore causam hanc subtili omnino inuestigatione perquiras, & si in coniugio Diaconi, mulierem de qua agitur fuisse confiteri, supra scriptus lator, memorato defensori, & rectori patrimonii, ad vindictam modis omnibus tradatur, & cum competenti emendatione, hi qui male faciati sunt, dilungantur. Hactenus Gregorius. Alexander tertius Strigoniensi & Coloniensi Archiepiscopis scribens. Nullus inquit, coniugatorum est, ad sacros ordines promouendus nisi ab

Lib. 4. d. 10. c. 32. q. 1.

Lib. 11. d. 59. c. 28. q. 1.

Episto. 84. can. 3.

uxore continentiam proficiente fuerit absolutus. Et rursus ad eosdem. Sane ait si conjugati consenserint ordinari, uxoris uoluntas prius est requirenda. Et de Episcopis auctoritate. Apostolica prohibemus, ne uxorum presumatis in Episcopum ordinare, nisi uxor prius professsa continentiam, sacrum sibi uelamen imponat & religiosam uestem, uel vitam assumat. Sunt & alia multa Ecclesiastica decreta quae his foeminis, quae uiris sacris societate fuerant, eisdem defunctis, ad secundas nuptias carnisque delicias transire prohibeant, non alia scilicet ratione, quam quod simul cum uiris castitatem uouerent, nam alioquin iniustum ac maxime periculosum uidebatur, si uiro castitatem uouente, uxor adhuc in carnis libertate maneret; quam ob rem sacrorum hominum uideatur ad ulteriores nuptias progredi uetarentur.

QUANDO ET A QUIBUS Pontificibus coelibatus, sacris ordinibus dictus primum fuerit. Cap. 3.

ATQUE hic fuit primus ad coelibatum gradus, uiros nimirum sacros, & eorum uxores continentiae uoto, ante initiationem obstringere. Ceterum cum neque hac ratione omnino pericula uitari, aduerterent Ecclesiastici patres, uiderentque plerumque uota castitatis emissas, retenta domi uxore grauiorum scelerum causam praestare, dum non iam quocumque peccata sed sacrilegia patrabantur, omnino tollendam occasionem, & ruinae scandalum, prudenter sanxerunt. Accedebat uiolanda iam promissae castitatis periculo, uxoris quantumcunque castae & continentis & liberorum ante initiationem susceptorum, sumptus, quibus Ecclesiasticae diuitiae in pauperum subuentioem alioqui dissipandae absumebantur. Quibus duobus periculis non alio praesentiori remedio subueniendum uidebatur, quam si omnino coelibes ad Sacerdotium reliquaque sacra ministeria assumerentur. In hunc modum Leo Pontifex huius nominis primus, ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem scribens, de electione Episcopi agens, eum deligi iubet qui neque habet, immo neque habuisset uxorem, cum tamen ea Ecclesia inter Graecas Ecclesias computaretur. In ciuitatibus inquit, quarum rectores obierint, de substituendis Episcopis haec forma seruetur, ut is, qui ordinandus est, etiam si bonae uitae testimonio fulciatur, non laicus, non Neophytus, nec secundae coniugis sit maritus, aut qui uel una quidem habeat, uel habuerit; sed neque qui sibi uiduam copulauit. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut haec quae in aliis Ecclesiae membris non uocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. Idemque de reliquis ordinibus subinde uidetur decernere, Nam cum, inquit, extra clericorum

ordinem constitutis, nuptiarum societati & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectae continentiae puritatem, nec Subdiaconibus quidem carnale connubium conceditur, ut & qui habent sint tanquam non habentes, & qui non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine qui quartus a capite est, dignum est custodiri, quanto magis in primo aut secundo, uel tertio seruandum est, ne aut Leuitico ministerio aut Presbyterali honore, aut Episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur, qui se a uoluptate uxoria, necdum frenasse detegitur? Na quod his uerbis non quodcumque genus continentiae, sed illud, quem Latini uocantur coelibatum, per quem homo non modo foeminae carnali commercio non fruitur, sed neque ullum cum illa uitae contubernium per matrimonium inuit, ut nunc fit in Latina Ecclesia, Leo Pontifex postulet, satis ea uerba, quae huic posteriori canonico (nam de priori in quo de Episcopis loquitur, non est dubium) inseruit ostendunt. Ad ostendendam, inquit, perfectae continentiae puritatem, profecto quemadmodum imperfectae continentiae puritas est, ab uxoris amplexibus sibi temperare, sed interdum cum illa conuiuere, ac reliqua uitae commercia, uno excepto carnali congressu communia habere, ita perfectae continentiae puritas censenda est, cum neque ea domi retineatur, neque uiro sacro ullo coniugii uinculo sociatur. Idem etiam ostendunt & illa uerba, Et qui non habent, permaneant singulares. Nam qui non est coelebs hoc est non habens uxorem, quantumuis usum carnis cum uxore non exerceat, singularis non permanet, uere enim & hic uir & illa uxor esse dicuntur.

Quod uero eum, qui ab uxoria uoluptate non abstinet, indignum esse &c. docet, id non de uxore quam habet, sed de illa quam non habet, habere tamen potuisset, est accipiendum.

Pelagius deinde ut conuicio secundo Gregorii Magni antecessor, referente Gratiano in Epistola ad Cethegum Patrium, qui fortasse eundem Pontificem multis precibus sollicitauerat, ut quendam uxoratum uoto continentiae iam emissos, in Episcopum Syracusanum eligi permetteret, ita scribit. De Syracusana, inquit, urbis antistite, optaueramus initio, gloriae uestrae desiderii obedire, nisi nos multiplex ratio, ipsius non paucis temporibus ordinationem differre Sacerdotii coegisset, ob hoc autem, quod uel personae qualitas (sicut & uos melius nostis) uel superstes uxor aut filii, per quos Ecclesiastica solet periclitari substantia, nostros animos diutius ab eius ordinatione suspenderet, quantum ad cautelam humanam pertinet, integro penes auctorem distulimus, opinantes quod in melius Syracusanorum peruenire posset electio. Sed quia in uoluntatis suae proposito irreuocabiliter persisterunt, & nullus est alius in eadem repertus Ecclesia, nisi longioribus, adhuc

can. 4.

dist. 28.

Quare nunc in sacris ordinibus uotum castitatis explicitum non fiat.

De periculo de sacris ordinibus lib. 6.

De uoto & uot. redemp. cap. quod uotum lib. 6.

can. 13. c. 14.

can. 20.

can. 21.

temporum differretur spatium, ne paulo amplius insanirent, sicut filii vestri magnifici prætoris reificatione didicimus, inter huiusmodi ambiguitates illud consultius iudicauimus faciendum, ut congrua prouidentia, causam propter quam principalis constitutio, habentem filios & uxorem ad Episcopatus ordinem promoueri prohibet, salua dispositione concilii muniremus. Qua de re summo studio ab eodẽ Syracusanæ urbis Episcopo, priusquam à nobis in Episcopum cõtingeret ordinari, huiusmodi exegimus cautionem, per quã & suam fateretur, quantula esset præsentis temporis, habita eorum descriptione, substantiam, & nihil unquam per se aut per filios & uxorem, siue quamlibet propinquam, aut domesticam vel extraneam fortè personam de rebus audeat usurpare. Ecclesiæ, & inuierfa sui Episcopatus quesita tempore, Ecclesiæ suæ dominio sociaret, nihil ultra id quod modò descriptum est, filiis suis vel hæredibus relicturus. Hactenus Pelagius. Cuius verba tam prolixè citauimus, ut qualis huius sancti Pontificis in eos, qui nunc citra vllam veterum patrum reuerentiam, immò cum ingenti pauperum Christi incommodo, Episcoporum regios penè prouentus & thesauros, eorundem proprias esse diuitias fabulantur, animus extiterit, agnoscat. Enimverò si Syracusanus Episcopus diuitiarum, quæ illi in eodem Episcopatu prouenire poterant, dominium acquirere potuisset, nulla erat ratio, aut substantiæ quæ tunc habebatur percensendi, aut cauendi, ne quid ultra illud, quod consecrationis tempore attulisset, post eius mortem liberi aut uxor auferrent. Nam si Syracusanæ Ecclesiæ prouentus (ut isti docent) Episcopi stipendium erant, quare uxori ac liberis legitimis hæredibus, Episcopo defuncto non obuenirent? sed hæc per huius decreti tantummodò occasionem attigimus, plura de ea re aliquando dicturi, nam quæ alibi etiam per occasionem scripsimus, satis esse poterant, ad huius sententiæ iniquitatem ostendendam, si modestè ac syncerè, & nõ ex quorundam præiudicio, immò ex affectu excusandi excusationes in peccatis ab omnibus Theologis tractantur. Verũ nunc ad institutum reuertor. Ea certè Principalis constitutio cuius in hac parte Pelagius meminit, Iustiniani. A. est numero sexta, in qua post multa, quæ ad Episcopi electionem exigi, ab ordinantibus præcipit, sic statuit. Sed neque ineruditus, inquit, existens, sacrorum dogmatum, ad Episcopatum accedat, nisi aut monasticam uitã professus aut in clerico constitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non coherens, aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omninò in Deo amabilibus Episcopis requirimus, sicut etiam prius duabus nostris constitutionibus sancitum est, per quas dudum coherentes uxores non perscrutamur, omne præteritũ relinquentes. De cetero autem nulli permittentes à positione legis (huius nimirum) uxorem habenti, talem imponi ordinationem, quam legem

In eos qui ecclesiarum diuitias, et prouentus siue diuitias esse Episcoporum docent.

etiam nunc renouamus, ne fortè si præter hoc aliquid fiat, & ipse cadat Sacerdotio & ordinandum similiter excludi procuret. Hactenus Imperator constitutione quoque 123. De electione etiam Episcopi agens, sequentes, inquit, ea quæ sacris definita sunt canonibus pragmaticam legem facimus per quam sancimus, ut quoties opus fuerit ordinare Episcopum, coeant in unum clerici & primates ciuitatis, cui Episcopus ordinandus est, & propositis Euangelis de tribus personis decreta faciant, & quisque eorum iuret per sacra eloquia, idque ipsis decretis inserant, quod neque per largitionem, neque promissionem, aut amicitiam, aut gratiam, aut quancunque aliam affectionem, sed quod sciant ipsos rectè & catholicè fidei ac honestè vitæ esse, & supra trigessimum quinquagesimum annũ hos elegerint, & quod neque uxorem, neque filios, quempiam ipsorum habere sciant, aut concubinã, aut naturales liberos nouerint ipsos habuisse, aut habere &c. Habemus ergo, non modo in Ecclesia Latina, sed in Græca etiam, (nam hæc Imperiales constitutiones à Pelagio eo canone sunt receptæ & usu comprobata) cœlibes tantum posse Episcopos eligi. Quæ constitutio ad reliquos sacros ordines, Latine Ecclesiæ consuetudo detraxit, & merito mea quidem sententia. Nam si in Episcopis, quorum munus proprium, non tam est sacrificare quam paciscere, hoc Orientis & Occidentis à mille annis postulauit Ecclesiã, quare non potius ab his sit etiam exigendum, qui vel quotidie sacrificant, uel sacrificantibus ministrant? Et si æqua ratio Imperatoribus visa est ferendi leges, quibus cõiugati, ob uxorios & familiares tumultus, quos secum cõiugalis vita necessariò affert, ab Episcopali dignitate arcerentur, cur non in Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, quorum ministerium vehemētius cum mundi occupationibus pugnat, quam Episcopale ministerium, eadem militabit? Sed de hac re, cum multa prius quæ huc quoque spectabant, ex veteribus Conciliis, & Pontificum decretis attulerimus, & cum aliò qui satis sit Ecclesiasticus usus & consuetudo ad eam comprobendam (non enim nunc uxorati, nisi uxore prorsus ablegata, & in monasterio reclusa, ita ut qui habent sint verè cœlibes ordinantur) hæc dixisse sit satis.

QVAE POENA VOTIFRAGIS SACERDOTIBUS ac ministris, veteribus Ecclesiasticis canonibus indicatur.

Cap. 4.

EST autem sacrorum hominum uotum castitatis violantium poena non depositio tantum, ut eorum, qui uel susceptis sacris ordinibus ad matrimonia descendebat, de quibus superius lib. 2. uel eorũ, qui uxorios amplexus post eodẽ ordines repetebant, de quibus eodem lib. sed ultra depositionem, utriusque separatio. Sic Alexander tertius Remensi Episcopo consulenti, quid

quidnam de Diacono, qui alium Diaconum uulnerauerat, & post ordines susceptos uxorem uenerat, scribens, pronuntiat, eum ab uxore separandum. De Diacono, inquit, qui in Sabbato Sancto alium Diaconum uulnerauerat, & uxorem accepit, hoc tua prudentiæ respondemus, quod si contrito & humiliato corde ad Ecclesiã redire uoluerit, dimissa illa quã accepit, & uxore, & absolutione, obtenta iniuncta sibi poenitentia de utroque excessu, post eam peractam, dispensatiue poteris ei Diaconatus officium reddere, etsi perfectæ vitæ & cõuersationis fuerit, eum in Presbyterum ordinare. Subdiaconum autem, siue hominẽ interfecerint, siue non, matrimonium non posse contrahere, sacrorum canonum cõsuetudine demonstrat. Eiusdem est & illud ad Cenomanen. Episcopum: Exliterarum tenore accepimus, quod laicos præsentium, in Subdiaconatus officio cõstitutos, quandam sibi in coniugem copulauit, quam eundem abjurare fecisti. Super quo prudentiam tuam in Domino commendamus, mandantes quatenus si ad monasticum ordinem, transire uoluerit, & sibi post laudabilem cõuersionem ipsius, visum fuerit, eum ad maiores ordines promoueri, concedas. Quod si ad religionem se transferre noluerit, eum neque in Subdiaconatu ministrare, neque ad alteriores promittas ordines promoueri, in minoribus tamẽ ordinibus poterit ministrare. Bonifacius deinde octauus Biterensi Episcopo scribens, uotum castitatis per sacri ordinis acceptionem contractum, inter ea uota quæ solemnità uocant, quæque matrimoniũ non modò contrahendum, sed contractũ quoque dissungunt & dirimunt, enumerat. Quod uotum, inquit, debeat dici solemne, & ad dirimendum matrimonium efficac, nos consulere uoluisti. Nos igitur attendentes quod uoti solemnitas, ex sola constitutione Ecclesiæ est iniuncta, matrimonii uerò uinculum ab ipso Ecclesiæ capite rerum omnium conditore, ipsum in Paradiso & in statu innocentiæ institutẽ, vnionem & indissolubilitatem accepit, præsentis declarandum duximus oraculo sanctionis, illud solum uotum debere dici solemne, quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam, uel tacitam, factam alicui ex religionibus, per sedem Apostolicam approbatis. Hactenus Bonifacius. Ergo posteaquam sacris ordinibus initiati in ipsa ordinatione uota castitatis emittere Ecclesiastica constitutione cœperunt, idem de illis ac de reliquis religionum approbatarum, religiosi habendum est iudicium, atque ut illi matrimonia contrahentes ab uxoribus abstrahantur, ita & hi, ut postea dicemus.

Qui cle. uel nouen. c. de diacono.

Qui cle. uel nouen. c. ex literarum.

De uot. & uot. redem. c. unico. li. 6.

da, neque ad ipsos ordines ulla fuissent compulsionẽ prouecti, cum ipsis sceminis excommunicat, & anathemate percussit, quæ res separationem includebat. In Toletano quoque Concilio: hi, qui matrimonii post sacros ordines student, non modo sacris officiis abdicantur; sed apostatè iudicantur, & in monasterio donec uixerint, includuntur, quæ poena nisi facta separatione infligi nõ potuit. Sunt talia pleraque multa Ecclesiastica decreta, quæ quod ea in præcedentibus adduxerimus, consulto, breuitati consulentes ommittimus, præsertim cum in hac parte, plus ratio ipsa, quam auctoritas ualeat. Enimuerò de huiusmodi Episcopis, Presbyteris, Diaconis, atque Subdiaconis, uoto castitatis obstrictis, non alia ratione iudicandum esse in hac parte, quam de monachis reliquisque religiosi, qui uoto quoque solemnĩ obligantur ipsa ratio paritatis insinuat, ergo cũ illi de facto contrahentes; noua ac ueteri Ecclesiastica cõstitutione, separantur. Isti et eodem iure separandi sunt. Nam quod religiosus, qui uoto castitatis solemnĩ constringitur, a scemina, quam sacrilege duxit, separatur, præter multa quæ hodie in multis titulis iuris canonici continentur decreta, ueterũque Synodorum canones testantur. Si qui, inquit, Turonica Synodus secunda, in monasterio cõuersi sunt, aut conuerti uoluerint, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi nec (quod absit) uillus eorum coniugem ducere, aut extraneam mulierum familiaritatem habere. Nã sicut supradictum est, si uxorem duxerit excommunicetur, & de uxoris male sociatæ consortio etiam iudicis officio separatur. Quod si iudex ad hoc solatium dare nolluerit excommunicetur, qui infelix monachus tali coniunctione cõdatus, super cuiuscunque patrociniũ se conatus fuerit defendere, & is, qui in hac pertinacia durat, & ille, qui illũ exceperit ad defendendum, ab Ecclesiã segregetur: donec reuertatur ad septa monasterii, & indictam ab Abbate, quandiu iniunctum ei fuerit, agat poenitentiam, & post satisfactionem, reuertatur ad gratiam. Hactenus Synodus Turonica. Siricius etiam Pontifex in Epistola ad Himerium Tarraconensem Episcopum. Præterea, ait, monachorum quosdam atque monacharum abiecto proposito sanctitatis, in tantam protestaris, demersos esse lasciuia, ut prius clanculo, uelut sub monasteriorũ prætextu, illicita ac sacrilega se contagione commiscuerint, postea uerò in abruptum conscientie desperatione producti, de illicitis complexibus libere filios procrearent, quod & publicæ leges, & Ecclesiastica iura condemnant. Has ergo impudicas detestabilesque personas à monasteriorũ cõtu, Ecclesiarumque conuentibus, eliminandos esse, mandamus, quatenus reclusè in suis ergastulis, tantum facinus cõtinuamentatione descentes, purificatio possint poenitentia igne, de quoqui, ut eis uel ad mortem saltem solius misericordie intuitu, per cõmunionis gratiam possint indulgentia subuenire. Huc usque

Qui cle. uel nouen. sot. &c.

usque Siricius. Separantur itaque hodie sacris ordinibus initiati, ab vxoribus, quas susceptis ordinibus assumunt, quod uoto solemniter ad coniugia contrahenda redantur inepti, non separantur olim licet ab ordinum executione deciderent, vt lib. 2. docuimus, quod nullum uotum castitatis fecissent, non enim matrimonium cum potestate ordinis (ut in præcedentibus diximus) sed cum voto castitatis formaliter pugnat.

SACRIS HOMINIBVS COELIBATUM uiolantibus, aut castitatem non seruantibus, etiam Ecclesiasticas dignitates & beneficia adimi solita. Cap. 5.

AD E O verò veteris Ecclesie patres puritate, carnis in Ecclesiasticis hominibus exegerunt, vt non modo sacros ordines, sed neque Ecclesiastica beneficia minoribus clericis vxoratis permiserint, sed eos illis protinus cum nuptias celebrassent cadere, veteri statuto præceperint, cuius rei ex multis quæ in Græcis & latinis Conciliis continentur exemplis, pauca huc adducemus. Alexander Tertius Episcopo Verulano scribens. Vtrum clerici, inquit, infra Subdiaconatus ordinem constituti, qui continere carnis deuicti uicio, non valentes, vxores accipiunt, Ecclesiastico beneficio canonicè debeant spoliari, id volumus tenere, quod cum simul voluptatibus, & carnalibus desideriis ac Diuinis & Ecclesiasticis obsequiis uacare non ualeant, ob immundiciam suam Ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis, & Ecclesiasticis proculdubio beneficiis sunt priuandi. Hucusque Alexander.

Innocentius, deinde tertius ad Noruicensem Episcopum, Accipimus ait, quod quidam clerici tuæ diocesis, qui matrimonium contraxerunt, Ecclesiastica beneficia continere contendunt, in quorum conuersatione, cithara cum psalterio malè concordat; cum ergo uir cogitet quomodo placere possit uxori, & ideò, quæ Dei sunt minus ualeat cogitare, cum quasi diuisus in duo, plenâ sui non habeat potestatem, ut ei, à quo stipendiū recipit, plenius famuletur, mandamus quatenus huiusmodi clericos, beneficiis Ecclesiasticis quæ in tua diocesi sunt adepti, prius, præsertim cum rerum Ecclesiasticorum substantia per tales soleat deperire. Eiusdem est & illud. Eos qui sunt publicè uxorati, non admittatis de cætero, ad Ecclesiasticas dignitates, dimissis ab eis, quas non possunt sine prauo exemplo, & graui scandalo retinere. Non quidem quod hinc similibusque decretis prohibeât Romani Pontifices, aut per eos, Ecclesia, minores clericos, id est, qui in minoribus gradibus sunt constituti, vxores assumere, sed quod nolit eos Ecclesiastica beneficia, quæ rerum spiritualium sollicitudinem postulant inter carnis delicias retinere. Immo uerò neque illis clericales honores & immunitates permittunt, sed mo-

re laicorum uestigialibus ac reliquis tributis persoluedis obstringunt.

Vnde Honorius Tertius Henrico Anglorum Regi. Ex parte tua inquit, fuit propositum quod nonnulli litterati terræ & habitu & consuetudine clericali relictis, publicè ducunt vxores. Vt tamen consuetis iusticiis & obsequiis te defraudent, tonsuram resumunt abiectam. Quidam etiam accepta prima tonsura similiter contrahunt, & eandem tonsuram deferunt, ut eodem prætextu excusari ualeant à prædictis, cum, igitur redenda sunt, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo, æquanimitè duximus tolerare, ut à talibus iusticias debitas, uelut ab aliis uxoris exigas, & seruicia consueta. Haftenus Honorius. Cuius uerba ultima ostendunt apertè, ab huiusmodi clericis, ue stigalia & regia seruitia, non abiectæ tonsuræ aut uestis, sed acceptæ uxoris causa exigi, Velut Ab aliis (inquit) uxoris iusticias debitas, & seruicia exigas. Sed de sacrorum hominū cōinētia, eiusq; per diuersas Ecclesie ætates usque ad cœlibatum, progressu atque consummatione, hæc dixisse sit satis.

HOC ECCLESIASTICVM STUDIUM, exigendæ castitatis à sacris hominibus, cum sacrorum patrum doctrina multum coherere. Cap. 6.

VERVM an tantum castitatis studium in Ecclesiasticis ministris, sacris præsertim, cum patrum tum Græcorum tum Latino-rum doctrina, scriptisque conueniat, iam oportet exquirere, nam neque Romani Pontifices, neque sacra Synodi, quorum attulimus decreta, nisi eorum inhærendo uestigiis quicquam rectè decernent. Non enim quoscumque mores in Ecclesia plantandi, aut quæcumque dogmata decernendi, sed quæ cum Ecclesiastico sensu, quem in his Spiritus Sanctus simul cum summa uitæ sanctitate reposuit, conuenirent, potestatem acceperunt. Et quanquam tum primo, tum secundo libro, multa ex Sanctis patribus, Sanctisque scripturis adduximus testimonia, & adeò ad hanc rem facientia, ut quosdam, aliòquæ eruditos, & multarum disciplinarum consultos uiros, in eam sententiam impulerint, vt putares, etià propriis vxoribus ante sacros ordines acceptos continentiam, ad ius Diuinum & necessarium pertinere, Non tamen hic illis quædam alia adiungere futurum erit inutile, quibus non tantum quantum illi obtinere cõtendebant, sed hanc constitutionem Ecclesie Romanæ, & Latinæ, uel de abstinentia post susceptos ordines ab uxoribus, qui fuit primus sacrae continentie gradus, uel de inducendo Sacerdotibus Diaconis, & Subdiaconis coniugibus castitatis uota, uel tandem de assumendo tantummodò cœlibes ad eosdē sacros ordines, contra atque Græcorum Ecclesia consueuit, cum maiorum nostrorum

de clerico c. ex part.

de clerico con. ing. c. Quod 610.

de clericor. con. ing. c. di. ueris fallac. c. 10.

de clericor. c. sane.

rum doctrina atq; monumentis coherere comprobemus. Addeamus & ad idem rationes & Ecclesiastica exempla quæ idem quoq; suadeant.

Ergo ut à Dionysio Sancti Pauli Apostoli discipulo exordiamur, non ad aliud crucis impressione, quæ in consecratione fit pertinere docet, quam ut sacro ordini initiandus, uniuersas carnis concupiscentias opprimat et uirtute dati spiritus suffocet. Sic n. ille de Pontificis consecratione scribit. Cæterum Signi uitalis impressio, oium simul carnaliū desideriorū uacationē uitamq; ad Dei imitationē efficiat signat, nisi quā obtutus auertēdo, intuentes in hois Iesu sacratissimam uitam; ad crucem usq; ac mortē progressi, Diuina semper impeccantia comite, atq; irauuentes ut sui similes, imagine suæ impeccantie in crucem formata signatis. Haftenus Dionysius. Sunt ergo sacri homines ex ipsa consecratione excellenti cuidam rationi castitatis ac puritatis ad dicti, qua uniuersa carnis desideria, ad Christi imitationem, qui profectò, non modò in se, sed in matre charisq; discipulis castitatem coluit, omninò auersentur. porrò inter media cōiugia corporisq; delicias, quo pacto id fieri queat, nō satis intelligo.

De Ecclesi. his. hierarc. 6. 5.

Isa. 17.

Catech. 12.

apud Torrè. lib. de dogmaticis car. ueribus.

1. Tim. 3.

Cyrillus Alexandrinus, uir eruditissimus & in Græcia uniuersa olim celebris, exponēs illam Isaie prophetiam, Et erit in die illa radix Iesse, cōsurgēt regere gentes & c. perueniens ad illa uerba Super sedem Dauid, Et super regnum eius sedebit. Ex Dauid inquit, processit uirgo sancta, deebat sanè purissimū puritatis doctore, ex puris prodire Thalamis. Si n. qui apud Iesum Bene fungitur sacerdotio, abstinet à muliere, ipse Iesus quomodo ex uirō & muliere proditurus esset? Quam rationē & sanctus Maximus in responsis ad Thalassii quæstiones imitatus dicitur, neq; enim hucusq; cū alia eiusdem sancti patris opa uiderim, has responsiones uidere licuit, docens ea rōne Christi Sacerdotibus à carnis deliciis abstinerere debere, q; Christi sacerdotium nō secundū Aaronis, qui in lumbis Leui delitebat, sed iuxta ordinem Melchisedech, qui neq; patrem neq; matrē, neq; uxorem aut filios habuisse legitur.

Ambrosius et in commentariis Epistolæ ad Timotheum prioris, in illa uerba Diaconi sint uiri uxoris uiri. Tunc n. inquit, poterunt fieri digni Sacerdotio, & fiduciam habere apud Deū, ut sciant se posse impetrare quod postulant, si de cætero ab usu femina se cohibuerint, hæc Ambrosius. Ea uerò ratio qua ut Diaconus fieri possit sacerdos à foeminarum congressibus, temperantiā postulat. in Subdiacono ad Diaconatū, & in Presbytero ad Episcopalem dignitatem promouendis, profectò uires obtinet. Subditq; deinde, Veteribus enim id circò concessum est Leuitis aut Sacerdotibus uxore ad usum habere, quia multum tempus ocio, uacabant, à ministerio aut Sacerdotio. Multitudo enim erat Sacerdotum, & magna copia Leuitarum, & unusquisque certo tempore seruebat Diuinis ceremoniis secundū institutū Dauid. Hic, n. uiginti quatuor classes constituit Sacerdotum; ut uicibus

deseruiret: unde Abia octauā classē habuit, cuius uice Zacharias fungebatur Sacerdotio, sicut continetur in Paralipomenon, ita ut tempore quo nō illos cōtingebat deseruire altari, domorū suarū, agerent curam. At ubi tempus imminēbat ministerii, purificati aliquantis diebus, accedebant ad templū offerre Deo. Nunc aut septem Diaconos esse oportet, aliquantos Presbyteros ut bini sint per Ecclesias, & unus in ciuitate Episcopus ac per hoc oēs à cōuentu foeminae abstinerere debere, quia necesse ē eos quotidie præsto esse in Ecclesia, nec habere dilationem, ut post conuentum legitimi purificetur, sicut ueteres. Omni. n. hebdomada offerendū est, & si non quotidie peregrinis, incolis tamen, uel bis in hebdomada & nō desunt, qui pæpe quotidie baptizentur ægri. Nam ueteribus ideò concessum est, quia multo tempore in templo nō uidebantur, sed erant priuati. Si enim plebis hominibus orationis causa ad tēpus abstinerere se præcipit, ut uacet orationi, quāto magis Leuitis aut Sacerdotibus, quos die noctūq; pro plebe sibi cōmissa oportet orare? Mūdiore ergo debent esse ceteris, quia actores Dei sunt. Haftenus Ambrosius. Idem in illa uerba Sobrium, pudicum, ornatum, & c. Talē hominē, inquit, hæc custodiat, quæ enumerat bona creari dicit debere Episcopum. Hæc n. signa sunt dignitatis Episcopalis. Si autem quis potiora factatus & corpus & animam Deo dicauerit, ne se copulet matrimonio, tantò magis dignus fiet. Ideò, n. inferiorem posuit, ut de potiore nemo dubitaret.

1. Tim. 3.

Origenes præterea in Leuiticum ante omnia inquit, Sacerdos qui Diuinis altaribus assistet castitate debet accingi. Sunt & multa similia quæ in ueterum patrum monumentis facili negotio poterunt deprehendi, quæ quod ea maiori ex parte in præcedentibus produximus, huc adducere in lectoris tedium non libet. Vniuersa n. quæ primo libro & secundo, uel cū cœlibatum sacrorum ordinum aut iuri diuino cōformem esse, quod libro primo fecimus, aut ex iure diuino necessaria descendere, quod non probauimus, aut cū eundē ex Ecclesiastica lege deriuari ex nostra uel aliorum sententia docebamus, huc pertinet. Adducuntur & multi loci ex uariis auctoribus in hanc rem à multis qui nostra memoriā de cœlibatu libellos ediderunt, sed aut falsò, aut omninò præter rem, cum eorum plures de monachali aut uirginali castitate agant, cuius diuersam esse rationem, cæcus est qui non uidit. Huc eos tamen qui ad rem facere uidebantur, attulimus, reliqui, quos omittimus omninò sunt inepti, ad Sacrorum ordinum cōprobendam

continentiam. Neque enim tam locorum multitudinem quam eorum in aduersarios uigorem attendimus.

VETERIS ECCLESIAE PATRES ad suadendum cœlibatum magnis rationibus fuisse commotos.

Cap. 7.

Sed iam ad rationes quæ veterem Ecclesiam ad inducendam sacris ordinibus continentiam aut cœlibatum, præter eas, quas libro primo, tum à Sacerdotii in communi, tum verò à Sacerdotii Evangelici natura derivatas obtulimus, permoverunt, veniamus, Nam quemadmodum vel Ecclesiasticæ Synodi, vel Romani Pontifices, ex veterum Ecclesiæ Patrum doctrina, in ea lege proferenda adiguntur, ita & patres rationibus & scripturis ducuntur, quanquam non illa, quam Calvinus falso ac mendaciter, ut pleraque omnia, illis impingit, quòd, scilicet cœlibatus nota voluerint sacrum clerum à plebe discerni, quam nunquam hæreticus apud ullam vel Synodum vel Romanum Pontificem deprehendit, sed à se cõstitutam in Ecclesiasticarum constitutionum irrisionem suis hæreticis, exponit. Non enim cœlibatus dumtaxat tessera suos Sacerdotes Ecclesia à reliquis plebibus cupit distingui, sed iustitia & sanctitate, & demum si fieri posset Apostolicis moribus, in quibus (hæud dubium) corporis, & animi continentia numeratur, sed neque ob Ecclesiasticas divitias augendas, quod quidam alius ex cõstitutione Pelagii secundi, in cap. De Syracusana, dist. 28. malitiosè colligit, nam ut reliqua omittamus, advertere debuisset hæreticus, eo capitulo, non indici continentiam, quam iam dudum ille, qui promovendus erat, per sanctè juraverat, Sed eò quod uxorem licet iam continentem, & filios haberet ab Episcopatu arceri. Quæ constitutio, quam sancta fuerit, dum illa cauetur, ne Ecclesiastici Thesauri, quos in pauperum vsus insumendos Episcopi acceperunt, in filios nepotes, &c. distribuerentur, etiam hæreticis, nisi quacunque ratione Ecclesiasticas leges reprehendere pro sua procacitate, animam instituisse, satis apertum existimo. Nam si in cœlibatu, tam malè plerumque iidem thesauri dispensantur, ut in cognatorum delicias et magnifica matrimonia expendantur, quid futurum in media turba filiorum & filiarum locandarum existimas? Quæ nam obsecro: ratio tunc vel pauperum (quorum velint nolint hæretici) sunt ille Sacerdotes divitiarum vel pietatis haberetur, si nunc in ipso cœlibatu uix haberetur? Itaque stulti homines dum tantum Ecclesiasticarum consuetudinum & morum mimi esse volunt, ridiculi fiunt. Nam dicant mihi, per Deum immortalem, quis aut quantus procerus Pelagio Pontifici (nam in huius ordinis sanctissimos viros omne odium consari cupiunt) ex ea constitutione accreuit? An Episcopales Syracusanæ vrbis thesauri, ad Romanos Pontifices atinebant? Cur ergo potius ex avaritia, & augendæ Ecclesiasticæ substantiæ cupiditate, quam ex pauperum studio atque sollicitudine eam constitutionem derivatam mentiantur? Sed cur non potius

Lib. 5. in f. m. 12.

¶ uel ph. g. Muscul. in locis cõs. h. u.

Iustiniani, non latini quem Rom. Pontifex aliquis seducere potuisset, sed Græci imperatoris leges, ex quarum præscripto illic Pelagius illa omnia pronuntiat calumniantur? Verum in homine hæretico & ab ecclesiastico corpore præciso, Ecclesiasticarum constitutionum calumnia fortasse, toleranda, nihil enim ad illum attinent, at in Erasmo, quæ quidam non modo doctum sed pium esse volunt, prorsus intolerabilis, ille certè est, qui his perditis hominibus huius doctrinæ ansam exhibuit, dum in annot. Epist. 1. ad Timotheum, post graues de Sacerdotum cœlibatu querelas, ita pronuntiat. Sed etiam atque etiam vereor ne census Ecclesiastici castrent hodie clericos, verius quam pietas, dum me tuimus ne quod tenemus, intercipiatur aut certè nihil accedat. Hæc Erasmus ille pius.

¶ Erasmi

PRIMA CAUSA INDUCTI AB Ecclesia sacris hominibus cœlibatus explicatur. cap. 8.

Sed nos iam ad veras inductæ continentie & cœlibatus sacrorum hominum, causas, hæreticorum frigidis calumniis cõtemptis, & irrisis, accedamus. Quarum prima ac potissima ex Evangelici ministerii perfectione desumitur. Nam cum viderent Ecclesiastici Patres, id quod hæretici negare non poterunt, cœlibem statum & carnalium deliciarum contemptum, coniugali vita ad Ecclesiastica ministeria gerenda, multò esse aptiorem, eundem summè Evangelicis ministris convenire putauerunt. Enimverò Paulus Apostolus in Epistolis ad Timotheum, & Titum, quibus potissimè locis Episcoporum aliorumque sacrorum hominum conditiones depingit, non aliud uniuersa illa uerborum periphrasi sibi velle videtur, quam eum in sacra ministeria deligendum, qui cum optimis vitæ moribus & doctrinæ institutione, summum quandam fraternæ charitatis studium & zelum induerit. Qui (inquam) cum Paulo clamet. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vrer? Qui non in coniugalibus deliciis, sed in labore & erumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate, & præter illa quæ sunt instantia quotidiana, in solitudine omnium Ecclesiarum fraternæ charitati subseruiat. Qui & si liber sit, ex omnibus, omnium se seruum faciet, ut plures lucrifaciat. Qui fiat infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaciat, & denique omnibus omnia, ut omnes saluos faciat. Hæc verò tantam sollicitudinem & studium, quo pacto cum curæ coniugalis distractione conueniat, quis obsecro intelligat? Certè idem Apostolus clare satis inter cœlibatum, & coniugium in hac parte distinxit. Qui sine uxore, inquit, est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, qui autè cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi quomodo placeat uxori, & diuisus est, & mulier inupta & vitæ cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore &

1. Tim. 4. Titim.

1. Corin. 7.

1. Corin. 7.

1. Corin. 7.

& spiritu, quæ autem nupta est cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Status ergo conjugalis, mundi, curis & sollicitudinibus aptus, contra cœlebes, diuinarum rerum studio atque sollicitudini cõuenire decernitur. Iam an ad mundi curas, & sollicitudines, an potius ad Diuinam quandam seruitutem Christo in ecclesiastico ministerio redendam, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, ac subdiaconi, consecrentur hæretici doceant? Nam quotusquisque per Deum immortalem, ex his, qui coniugio inferuiunt uxori, liberis quantuncunque benè moratis, reliqueq; familiæ administrandæ, satis esse potuit? aut quo pacto, tum rei familiaris studio, tum uxoris ac liberorum cura districtus, ecclesiasticis commodis aut necessitatibus inferuiet, cum vix eorum, quos natura commendat, & reliquis omnibus mortalibus præferri præcipit, cura haberi queat? Profectò si vitæ coniugalis incommoda enumerentur, non modò pastoralis officio, sacroq; ministerio inepta esse iudicabimus, sed eorum philosophorum, qui nuptiis, studio sapientiæ abstinendum docuerunt, sententiam non longè à veritate esse decernemus. Recusauit Thales Milesius nuptias solo sapientiæ amore & non tantum earum, quæ vel ex morte filiorum, uel alia quacunque ex causa proueniunt incommodorum declinandorum gratia, ut Plutarchus vult, malè damnans in eodè philosopho animi paritatem. Itaq; adhortate matre, ut uxorem duceret, primò quidem nondum esse tempus dicebat, deinde uerò, iam non esse tempus. Sciebat enim uerò vir sapientissimus quam malè cum re uxoria cœlestium rerum contemplatio conueniret, quæ causa plerosque multos gentium sapientes, non modò à coniugio reuocauit, Sed in vitæ coniugalis propter eius molestias, iniurias armauit. Hinc illa Hypponaetis sententia, Duos uxoris dulcissimos dies, nuptiarum videlicet & mortis. Hinc Alexandrides nuptiarum diem multorum malorum initium appellare solebat. Hinc Simonides non aliud uxorem esse dicebat quam uiri naufragium, domus tempestatem, quietis impedimentum, uitæ captiuitatem, pœnam quotidianam, pugnam sumptuosam, bestiam contubernalem, carnem ornatam, & denique malum necessarium. Hinc Menander, Habere te uxorem, esseque patrem, O Parmeno; curas vitæ multas adiiciet: Hinc Automedontis epigramma.

Εὐλαίμων ἀρωγὸν μὲρ, ὃ μὴ λενὶ μὴ δ' ἐν ὀφείλων
 Εἶτα Δ' ὁ μὰ γῆμας, τὸ βῆτον ἦσις ἀπαις,
 Ἦν δ' ἐμανεῖς γῆμη τις, εἰ χεῖ χάριν, ἦν κατορούξῃ
 Εὐθύς τὴν γαμητὴν, ποροῖκα λαβὼν μετ' ἀλῆν,
 Ταῦτ' εἰδὼς, σοφὸς ἴδρι, λάτῃν δ' ὀπικερὸν ἔασον
 Πῶ το κενὸν ζητῆν, καὶ τίνες ἀμμοναδες.

INTER omnes sophistas Basilii testimonii acutissimus Libanius quandam effingit apud iudices se ipsum accusantem, & cur ultimo uideretur dignus supplicio proferentem causas, quòd eatenus delirasset, ut uxorem ducere sibi permisisset.

Phoroneus legum lator moriens fratri dixisse fertur, Ad summam felicitatem nihil mihi defuisset si vxor defuisset. Cicero, Romanæ certè Philosophiæ parens, rogatus à C. Hirtio, ut post Terentiæ repudium sororem eius duceret, negasse fertur, dicens non posse se vxori & philosophiæ dare operam, Diogenes illi Cynicus interroganti cuidam quâdo ducenda esset uxor, iuueni respondit nondum, seni uero nunquam, insinuans ei qui uellet philosophari à uita coniugali abstinendum. Et demum ne ex ueteris historiæ & philosophiæ latissimo campo plura in re per se euidenti & quotidiano maritorum vsu comprobata exempla proferamus, Epicurus ille illustris voluptatis assertor, sapienti viro rarius ineunda permittebat cõugia, quòd nuptiis incommodorum numerosa interseratur series, quæ hominem omni prorsus libertate priuarent. Et profectò studio sapientiæ non tantum cœlestis qualem in pastore sacro ac ministro Christus ipso Sacerdotii iure postulat, iuxta illud, Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore eius requirent ect. Sed prophaniæ quoque cum his, quæ etiam fortunatas ac quâtuor sanctas nuptias necessariò consequuntur, incommodis, non bene conuenire, cecus est qui non uidet. An non ingens ad sanctarum scripturarum culturâ & meditationem obstaculum, ea quæ in summis malis reputari solent, cum sint tamen in omni uita coniugali frequentissima, perpetua illa sollicitudo, iuges querelæ, dotis exprobratio, affinium graue supplicium, garrula uxor, importuna focrus, continua zelotypia, & plerunq; alieni thori subseffor, incertus liberorum euentus & aliarum multarum, quibus enumerandis nullæ linguæ sufficiunt malorum iliades. Agedum quo pacto Episcopus, aut Evangelicus Sacerdos, uel ministri, quos Græci Diaconos vel subdiaconos vocat, qui certè peculiari obligatione ad Evangelicam doctrinam tuendam & propagandam tenentur, chara uxore ac liberis onusti, pro Euangelio libenter occumbere poterunt, nisi prorsus sint ἀπαθεί, idest uniuersorum humanorum affectuum expertes? scio in ecclesiastica historia nonnullos legi, quibus ut pro Christo vitam morti exponerent, uxoris & liberorum amor non auocauit, at illis, qui ex cœlibatu vel statu uirginali vitam Christo impenderunt, nequaquam numero aut uirtute comparandi, immò uerò illorum coniugum in patiendo uirtus, tanquam res prodigiosa & humanæ uirtuti insolita, memoriæ ab ecclesiasticis scriptoribus proditur. Itaq; Epaminondas Thebanus interrogatus quidnam utilitatis caperet vir celebs, quod pro patria inquit, mori non dubitabit, quod ad patriam hanc nostram & Ecclesiasticam rem publicam afferre non erit præ posterum, libentius enim quantocunque Dei amore accensus, pro Ecclesiastica fide Christianaq; uita homo ad mortem usque decertabit, quam quæ uxoris quantuncunque sanctissimæ amor deliciae lachrymæ, uiduitas, & filiorum orbitas pauper-

Brison. lib. 7. c. 1. li. 7. hœcsten. in apocry. mat.

Malach. 1.

tas

tas &c. molestissimè pungant; atque hinc cum in his Ecclesiasticis seditionibus, quas hisce annis per Gallias, Angliam, & Germaniam, Diabolus excitauit, paucos ex coniugio pro Ecclesiastica doctrina legamus ad mortem usque decertasse, ex cœlibibus tamen utriusque sexus ingentes turbas occisas audiimus. Iam filiorum orbitas, quam sit plerunque parentibus acerba, immò uerò intolerabilis, etiam in rationis expertibus animantibus affectus ipse naturæ nos docet; adeò enim quandoque eosdem urget, ut omnis prorsus decori oblitus, in aliena facta & uerba detorqueat, quod non parum auctoritatis doctrine ademit, nam quo pacto reliquos christianos, quibus Christi Sacerdos instruendis præficitur, in suorum mœrore & luctu, aut in iis, quæ frequentissimè vitam humanam coniugalem præsertim, impetere solent erumnis, consolabitur, qui neque in suis tristitiæ & mœroris rationem habere sciat? Itaque Solon. Atheniensis laudatissimus legum lator cum ad Thaletem Miletum peruenisset, admiratusque esset quòd nuptias filiorumque procreationem contempsisset, Thales siluisse dicitur, interiectisq; diebus aliquot, peregrinum subornasset, ut decimo post Solonis discessum die Athenis se uenisse fateretur. Qui rogatus à Solone, nunquid noui Athenis esset, illeque à Thalete edoctus, nihil aliud respondisset, præterquam quòd adolescentis cuiusdam efferebatur funus ciuitate omni subsequente quòd eius pater virtute & admiratione, inter omnes primas obtineret, quem tunc abesse dixissent, O illum miserum Solon ait. Qui cum rursus de nomine sciscitaret, peregrinusque respõdisset, excidisse memoria, sed ob iustitiã illius in omnium ore uersatũ quæsisset rursus Solon, an eius infœlicis adolescentis parenti Soloni nomẽ esset, annuente peregrino, Solonem caput cedere cepisse filium suum obiisse ratus; Thaletemque subdidisse, Hæc me Solon à nuptiis & procreandis dehortantur, quæ te hominem fortissimum impingunt, remque totam protinus fictitiã esse prodidisse. Iudicabat nimirum Philosophus, Philosophica auctoritate indignos esse paternos euilatus & alia plerunque in uiris etiã grauissimis, indecora prorsus memoriæ signa, plurimumque auctoritatis doctrinæ detrahare. Hinc ut Strabo ex Onesicrito refert, Bragmanas Indorum Philosophos, animalibus ac uenere prorsus abstinere, quod idem de Druidibus quidam memoriæ prodiderunt. Nam Esseos Hebræorum sapientes ab omni prorsus coniugio & libidine sibi tẽperasse, tum sacri, tum prophani auctores, non pauci, memoriæ retulerunt. Quin & reges apud non paucas prouincias & respublicas, aut cœlibes eligebantur aut cui omninò, nulli forèt liberi. Traces èt Septètrionalis Europæ larissimos populos, & qui omnium maximè sapientiæ nauarent operam, magna ex parte ob eiusdem sapientiæ studium sine mulieribus vitam ductitasse, Strabo quoque ex Põssi-

contrad. by eost. ex bruf. lib. 7. ca. 22

Lib. 15. Geog.

Porphyrus. lib. de abstinent. Philo. lib. de uita contemplat. Euseb. Cæs. lib. Ecclesie hist.

donio commemorat. Certè eorum reges hi tantum deligebantur, quibus nulli essent filii, quod olim Seres Indorum beatissimi populi & alia quedam gentes facitasse, commemorant, & hodie Venetorum respublica omnium, quas ego legerim prudentissima & optimis legibus ac moribus instructa, ut non semel audiui in summos quosque magistratus magna ex parte cœlibes eligit, quòd nimirum uxoris ac liberorum cura, non modo à diligenti reipublicæ administratione uiros etiam sapientissimos ac prudentissimos auocet, sed etiã publicis thesauris insidietur.

Atque harum gentium & rerum publicarum mores, cum fortasse hæretici nostri non semel summis laudibus extulerint, in Ecclesiasticis tamen Philosophis qui sunt Presbyteri, Diaconi &c. propter Ecclesiæ inueteratum odium, easdem irrident, & abominantur; calumniantur enim Pelagii Epistolam ad Cethegum præfectum, in qua ex Imperialibus constitutionibus coniuges filios habentes ab Episcopalibus dignitatibus arceret. Atque hætenus quidem, de hac prima instituenti cœlibatus ratione, quam in nostræ memoriæ hæreticos uolentissimam esse non est dubitandũ. Nam cum illi aliòqui neque uirginitatem neque castitatem floccipendant, non audent tamen diffiteri easdem virtutes ob Euangelium cum ingenti meritò posse assumi. Quòd si assumi possunt ob Euangelium rectè administrandum, Ego quare his, qui Euangelium rectè administrandi voluntarii & non coacti ministerium susceperunt imponi non possit, non intelligo. Nam seruare cœlibatum, aut homini ob fornicationis discrimen perniciosum est, aut nullum habet periculum: si primum, nullo igitur tempore (nisi fortasse quis de omnibus tentationibus superandis reuelationem haberet) seruare cœlibatum licebit, nõ enim licet nos in eo statu reponere, in quo peccandi discrimini sumus obnoxii, etiã si certi sumus de proximorum salute per nos promouenda: sin secundum, ergo quemadmodum reliqua omnia in quibus nullum est uitæ spiritualis discrimen, etiã cum uitæ corporalis maximo incommodo, uel nobis renitentibus imperari possunt, castitas aut uita cœlebs ob Euangelium promouendum imponi poterit. Quòd si uerum est, cum uniuersi Episcopi, ac reliqui Ecclesiastici ministri, minoribus duntaxat clericis exceptis, munus habeant Euangelii propagandi & promouendi aut sacramentorum ministerio bonoque uitæ exemplo, aut prædicatione (sunt enim omnes integri christiani Sacerdotii partes) illis omnibus nõ modo cum uoluntarii huic ministerio se subdunt, sed cum inuoluntarii pertrahuntur, imponi & indici cœlibatus aut castitas poterit; quod olim nõ semel factum, postea sumus ostensuri.

Lib. 7. Geograph. Ioanes 11. ut lib. mor. gen.

In herem. huius in. ris.

d. 21. in no. no 198.

SECVNDA CAUSA, QUAE patres ad inducendum Sacerdotio sacroque ministerio cœlibatum impulerit, enarratur. Cap. 9.

DE secunda huius constitutionis causa, nunc dicamus, ea autem fuit Euangelica perfectio, quam in Episcopis & reliquis Ecclesiasticis ministris, tanquã in his, qui Ecclesiæ partem perfectiorẽ representat esse uoluerunt. Enim uerò eum Ecclesiæ statũ, perfectiorẽ, quandã uitæ Christianæ rone decebat præ se ferre, & moribus exprimeret, qui Christo & Apostolicis uiris, ordinis dignitate, & ipso Euangelico ministerio successit, hoc autem uitæ genus, esse nunc Sacerdotũ ac ministrorum ordinem, cum sit per se apertissimũ, nihil opus est adductis testimoniis cõprobare. Decebat igitur huius ordinis homines, externè salte, ad reliquorum Christianorum exemplũ, in his præsertim, quæ imitari potest humanæ uirtutis læguor, ab Ecclesia componi. Nã si illius Apostolicæ perfectionis, nullum in Ecclesiasticis moribus remaneret exemplũ, ad quod homines, quantum per uirtutis infirmitatẽ licet, uitam nostrã post Christũ exigeremus, corruisset profectò itã uniuersa Christianæ uitæ ratio & institutio, dum nihil quod imitemur, uideatur. Hanc autẽ Apostolicæ perfectionis rone, nulli neque statui, neque homini asserere, prorsus esset inane. Nã quæ obsecro uirtutis cõstantia ac firmitas esse possit, ubi nulla est eiusdem uirtutis disciplina, sed uniuersa humano arbitrio permittuntur. Oportebat igitur non libere sed necessario, si non singularibus hominibus (quanquã hoc ex concilio Toletano octauo, & Augustino olim factitatum ostendemus) statui, saltem aut Ecclesiæ parti, adiungeretur, quæ eosdẽ Apostolos ordinis dignitate & honore consequitur, nã eũ qui uoluntarius & non coactus in honore succedit, in onere quoque succedere, iustitia postulat.

COELIBATVM AD CHRISTIANÆ UITÆ PERFECTIONEM PERTINERE PROBATUR ex Mattheo. Cap. 10.

VERVM iam castitatem, & cœlibem continentiam, ad Euangelicæ uitæ perfectionẽ attinere ex duobus locis sanctæ scripturæ altero Matthei, altero Pauli, demonstramus. Non enim omnes huc adducere est necessariũ, præsertim cum multos lib. 1. in hac rem exegerimus, etsi illi Sacerdotali tantum, hic uerò de uniuersa continentia ac cœlibatu loquatur. Ergò Christus apud Mattheum, uolens ipsa difficultate coniugii, Euangelicos homines ad studiũ continentie pertrahere, posteaquã iam amplius uxoribus libellum repudiũ dare non licere respondit, cum discipuli deterriti non expedire nubere subiecissent, subiungit, Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est, sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cœlorum.

Matth. 19.

Qui potest capere capiat. Adhortatur Christus, certè his uerbis Apostolicos uiros ad castitatem amorem, tanquã ad rem quandã grandẽ, & excellentiam, ob quam si sit cum pietate coniuncta, regnũ cœlorum, nõ quocunq; pacto, sed excellenti quodã condonetur, iuxta illud, quod de iisdem Euangelicis Eunuchis, Isaias prædixit, Nõ dicat Eunuchus, Ecce ego lignũ aridum, quia hæc dicit Dominus, Eunuchis, qui custodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego uolui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo & in muris meis, locũ & nomẽ melius, à filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Enim uerò id oraculum de primi aut secundi ordinis (qui à Christo recensentur) Eunuchis, intelligi nequit, Nam his, tantum abest, ut in domo sua Dominus locum & nomẽ melius, quã reliquis filiorum genitoribus dederit, ut neque eos domum suam ingredi permiserit, iuxta illud. Non intrabit Eunuchus, attritis uel amputatis testiculis, & abscisso ueretro, Ecclesiã Domini. Sunt igitur Eunuchi isti, quibus Dominus locũ & nomẽ melius, quã iis, qui filios aut filias generant, in domo sua se daturũ pollicetur, tertii illi, qui se propter regnũ cœlorum castrauerunt, nomẽ uerò melius, & locũ meliorẽ, quid est aliud, quã in hac uita mortali diuuant, maiorẽ uitæ perfectionẽ, in futurã uerò abundantiorẽ eternæ felicitatis mensurã? Atque ita est profectò, nam Eunuchi isti, qui sunt, omnes quotquot nunc uel monachali professione uel ordini sacro addicuntur, sublimiorẽ & honoratiorẽ locũ in Ecclesia obtinẽt, & in futurã felicitatẽ ob accisam sua sponte generãdi potentia, maiorẽ gloria cumulu, quã reliquos omnes Christianos (si cetera sint paria) recepturos putamus. Verum nõ quibuscunq; Eunuchorũ generibus se nomen hoc melius, & locũ meliorem daturum Dominus pollicetur, sed iis qui sabbata & fœdus, quod cũ illo percusserunt, custodiunt, iis nimirũ, qui in mundanorũ negociorũ quiete ac ocio, professionis uotã quæ eidem Domino consecrarunt, non uolunt. Non erat olim Mosaico seculo uirginitati locũ, immò quod nõ genuissent execrabiles uulgo habebantur, non est eidẽ, ullus apud hæreticos honor, quod illis semper fuisse solenne Chrysostomus docet, ut ergò eã ab utrisque propugnet, pollicetur Dominus non in Mosaica synagoga, neque in hæreticorũ casulis, sed in domo sua, & intra muros suos, id est, intra Ecclesiã suã, se illis, & nomen & locũ melius, quã reliquis, qui matrimoniis indulgent, daturũ. Nã quod qui dã ex hæreticis hunc Isaiã locũ ad regenerationẽ Spiritus quæ gentes Euangelico tpe erãt nobilitanda, detorqueat, id profectò itã uolentũ est, ut ipsa sui recitatione aduersarios proderet uideat. Enim uerò hoc loco, sanctũ prophetã, non de uniuersis Christianis, sed de aliquibus loqui, ipsa quæ in eodẽ collocantur uerba cõuincunt. Dominus Dei eo loco certè aliud esse nõ poterit, quã sancta Dei Ecclesia, quæ ex fidelibus, quasi ex uiuis lapidibus ere-

Isa. 56.

Deu. 23.

Ita hunc locum intelligit Ambrosius lib. de Virg. & Basil. lib. de Virginit.

Lib. de Virg. e. 2.

1. Thim. 3. 1. Corin. 3.

Etia cōfurgit. Nescitis inquit, Apostolus quia templū Dei estis, & Spiritus Dei habitat in uobis? Ergo cum Dñs nō totā domum, sed locū meliorē in hac domo se huic tertio spadonū generi daturum spondeat, non de uniuersis fidelibus, sed certa eorū parte loquebatur. Deinde id ē docet comparatio, qua hi Euangelici Eunuchi cum illis, qui filios aut filias generabāt, conferuntur. Dabo, inquit, eis in domo mea & i muris meis locū & nomē melius, à filiis & filiabus **בְּנֵי וּבָנוֹת**, id est, prae filiis & filiabus, **בְּ** enim cōparationē significat: erant igitur futuri aliqui in Dei domo, qui nomē filiorum & filiarū haberent, i. qui à potestate generadi per votū non excisa, filiorū & filiarū vocarentur parentes; qui sunt oēs, quos vita coniugalis cōplectitur. Tertio id ēt ipsorū Eunuchorū uerba demonstrare uidentur. *Non dicat, inquit, Eunuchus, Ecce ego lignum aridū*: profectō si hic locus ad uniuersos Euāgelicos homines pertinet, ut hæretici uolunt, non erat cui conuenerēt Eunuchi: neq; cur eos melioris loci & nominis repromissione, Dominus cōsolaretur. Sūt igitur sancti isti Eunuchi, de quibus Isaias loquitur, ea tm̄ Ecclesiastici corporis portio, quæ uel in clero, uel in monachatu, uoto castitatis emisso cū carne luctatur. Nā quod nō quodcunq; genus continentū, sed ii tantū, qui ad castitatē seruandā professione obligātur, Eunuchi, uel ab Isaiā uel à Christo uocentur, ipsa nominis ratio sufficēter ostendit. Certē Eunuchus nō quicunq; hō, sed is, qui ad generandū est impotēs à nobis uocatur, sed neq; quocunq; pacto impotens, nō in quā, maleficio nō lāguore &c. sed cui oīdō & in perpetuū abscisa fuerit gignendi potentia: ergo Eunuchus iste methaphoricus, non ille, qui cū habeat potentiā generandi, ad tēpus tamen, quod illi uisum fuerit, Euāgelii propagadi gratia, ut hæretici docēt, à generādo abstinet, sed qui per votū, ablegata semel uoluntariē gignēdi facultate, in perpetuū euitatur. atq; id, satis hæbraica dictio denotare uidēt **כְּרִית**, n. id est, fœdus aut pactum. Non enim qui nondū castitatis uotū emiserunt, Eunuchi ex fœdere aut pacto cum Deo inito dici merentur.

Sed iam ad Matthei locū, unde sumus digressi, reuertamur. Constituit Christus triplex Eunuchorum genus: vnū quod erat à natura ad generandū ineptū: secundum quod non natura, sed ferrū exciderat: tertiu eorum, quos neq; natura, neq; ferrū, sed uoluntas castrauerat, i. potentia generadi per uotū ablegata, in perpetuū ad feminarū cōgressus ineptas reddiderat, atq; ad hoc tertiu genus Eunuchismi, qui ob regni cœlestis amorem admittitur cunctos Euāgelicos homines inuitat, etsi illius nō omnes capaces existimet, Non omnes, inquit, capiunt uerbum hoc, Qui potest capere capiat: quæ uerba qui non excellentem quandam perfectionis rationem denotare uideat, mentis est inops.

MATTHEI LOCVM, DE VOTO CASTITATIS PERPETUO À PATRIBUS ACCEPTUM. Cap. II.

NAM quod hic locus de Euangelicis hominibus, qui firma castitatis spōsione se Deo addixerunt, sit accipiendus, uniuersis priorū seculorum patres scriptis ostendūt. Tertii, inquit in hunc locum Hieronymus, Eunuchi sunt, qui cū possint esse uiri, propter Christum Eunuchi fiunt. Qui se castrauerunt, ait Chrysostomus, non membrorum abscissionem dicit, sed malarum cogitationum interēptionē: uerum utrobique implicita est necessitas quædā; una ex natura, altera ex tenaci, firmoq; proposito. Cōstituit Ambrosius in hoc loco Euāgelico, totum de uirginibus tractatū, atq; ex illo consecratas integritati puellas, q; se iā propter regnū cœlorum castrassent, nubere prohibet, qd̄ apertē ostēdit Ambrosius, non quosuis castos hōes Eunuchos esse, sed qui se perpetuo uoto castitatis obstringunt. Colligit Basilius ex hoc loco sacras uirgines, liberās esse debere ab oī sollicitudine pñtis seculi, quo possint citra distractionē Deo gratias agere secundū mētē & corpus ob spē regnū cœlorū. Euthimius Zigabenus, q; ex Origene, Basilio, Gregorio Theologo, & Chrysostomo commētaria, in quatuor Euāgelica colligit in ea Christi uerba sic scribit. Quia de cœlibatu incidit sermo, docet nūc de innuptis, & tria enumerat genera Eunuchorū, quorū primū nullā sustinet calūniā: secundū aut vituperat: tertiu uerò laudabile est, eorum uidelicet, qui seipfos castrauerunt, ut regnum cœlorū consequerentur, nō nouacula ferrea exsecantes genitalia, sed continentia insaniā concupiscētiæ amputantes, & amore uirginitatis coitus amorem enarcescere sinentes. Quorum, n. naturā manus humana transformauit, ferrumq; deprauauit, nō tantum ob seruata uirginitatem laudatur, quā hi, qui ueluti libidinis accusati ultionē susceperūt, quæ id ēt uincat, quod à ferro est auxilium. Hactenus Euthimius, Magnus Basilius libro de uirginitate, Cœterum inquit Dominus ad eos, qui in iocunditates & molestias ex nuptiis didicerant, & difficultatem soluendi uinculi ad uxores ægrē tulerāt, & non expedit matrimonium contrahere, dixerāt, Non omnes capiunt sermonem hunc, inquit, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi, qui ex utero matris sic nati sunt, qui naturæ prerogatiua, eod quod ad coitum irritat, execti, nuptias contēnunt. Et sunt Eunuchi, qui Eunuchi facti sunt ab hominibus, per doctrinam & obseruationem uirginitatem exercere peruasi, quemadmodum sanē & uirgo, quæ à patre seruatur, de qua dictum est.

Qui uerò decreuit in corde suo ut seruet uirginem suam, benē facit. Et sunt Eunuchi, qui se ipfos castrauerunt propter regnum cœlorum, qui etiam præstantiores aliis existunt, propterea quod neque ex natura uaticum, & occasionem ad temperantiam habentes, neque ab hominibus

Sum. m. 77. c. 11.

bus seruati ac detenti, ipsi seipfos propter regnum cœlorum, ad uirginitatem exercent, nuptias quidem & uitam propter has contemnentes, in totum uerò de regno congladiatorio sudore pendentes. Nam qui ex utero matris Eunuchus natus existens nullū proprium opus in uirginitatis pulchritudine ostendere potest, natura, uelut dixi, prerogatiua, & nō affectu erga uirginitatē nuptias auersatus, quæadmodum sanē & qui ab hominibus factus est, obseruatione uirginitatem exercere coactus, non proprium rectē factum, ipsam uirginitatis integritatem ostendit: sed eorum qui ipsum custodiunt ac seruant. Qui uerò seipsum castrauit, præcipuum opus per continentiam, & ad omnia exercitationem, uirginitatis pulchritudinem faciens propriis & nō alienis uirtutibus ob regnū se iactat, hactenus eo loco Basilius, ubi apertē ostendit maiorem felicitatis cumulum, eos, qui sua sponte sese Eunuchos fecerunt, id est, qui per uotum uoluntarium, generandi potentiam, quasi per gladium quendam absciderunt, manere, quā illos, qui uel naturali impotentia, uel ex hominum coercionem, idem præstiterunt. Theophilactus denique in ea uerba. Non inquit, cogit, neque nuptias destruit, sed uirginitatem præfert. Sed Matthei loco satis.

PAULI LOCVS EXPLICATUR. Cap. II.

NUNC ad Paulum præcipuū uirginalis excellentiæ assertorem, peruenio. Is igitur in Epistola priori ad Corinthios, ab eisdem, tum de coniugali, tum de uirginali & cœlibi uiuendi ratione quæsitus, prolixo sermone, quanta esset continentæ & uirginitatis excellentia demonstrat. De quibus inquit, *scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque suum uirum habeat &c.* Quæ uerba tamen in uarios sensus tum hæretici, tum catholici quidam detorsērunt, sed nos quàm breuissimē poterimus illis conuulsis, ueram Pauli mentem indagabimus.

Ergo fuerunt quidam nō modo Apostolico seculo: sed multo postea, qui ex hoc paulino loco omnem congressum feminarum quantumuis uxorū, tanquā Christianis hominibus post sumptā fidem, prorsus illicitum, omninō condemnarent. Atque hos mihi Apostolicus canon sextus damna re uidetur. Episcopus inquit, aut Presbyter propriam uxorem nequaquā sub specie religionis abiciat. Si uerò eiecerit excommunicetur, si perseuerauerit, deiciatur. De his etiam concilii Gangrensis canones, quibus congressus coniugalis asseritur, sunt accipiendi. Siquis (ait) nuptias in accusatione duxerit, & mulierem fidelem ac religiosam cum uiro suo dormiente abominandā duxerit, aut etiam accusandam, tanquā non pos-

se coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit. Et rursus, Si quis discernet Presbyterum coniugatum, tanquā occasione nuptiarum offerre non debeat, & ab eius oblatione, idē se abstinere, anathema sit. Et iterum, Siquis uirginitatem uel continentiam professus, tanquā abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc solum, quod continentæ & uirginitatis bonum sanctum propositum est, anathema sit. Et rursus, Siquis propter Dominum uirginitatem professus, in coniugio positos per arrogantiam uituperauerit, anathema sit. Et demum, Si qua mulier derelicto uiro, discedere uoluerit, soluto uinculo coniugali, nuptias condemnando anathema sit. Sunt in posterioribus conciliis, tum Græcis, tum Latinis, complures canones, quæ idem decernant, quos huc adducere foret ociosū. Ex hoc loco Encratarum, Priscillianistarum, Manicheorum, Marcionistarum, Adamianorum & Hieracitarum hæresis, quæ nuptias abominabatur, fluisse uidetur, in quā post Ecclesiastica Concilia Romanorūq; Pontifices, ingens sanctorum patrum numerus, olim editis libris, decertasse uidemus, atque adeo nos hic ab ea conuellenda, præsertim cū iā prorsus sit in inferno cum auctoribus sepulta, nobis tēperabimus. Hi ergo omnes ita ratiocinabantur, Apostolico testimonio, Bonum est homini mulierem non tangere. Ergo malum est tangere: quam argumentandi rationē, & in quibusdā Ecclesiasticis patribus, aliō qui piis simis, sed fortasse nimio castitatis zelo deceptis, posterioribus seculis reperio, in quibus numerandus uidetur beatus Anselmus Cantuariensis Episcopus, qui posteaquā, quænam fuisset Paulo Apostolo de his rebus ad Corinthios scribendi occasio, & quæ illi ab eo interrogassent, declarasset, ita subiūgit. Videamus igitur quid ad hoc Apostolus rescripserit. Sed ita continuatur litera, Sed de his de quibus scripsistis mihi, uolumus scire, quia bonum est homini mulierem non tangere. Vnde patet quia malum est tangere. Nihil enim bono contrarium nisi malum. Si autē malum est, & ignoscitur, idē cōceditur, ne malo quid deterius fiat: simulque animaduertenda est Apostoli prudentia, non dixit bonum est homini mulierem non habere, sed bonum est homini mulierem non tangere, quasi in tactu periculum sit, & quasi qui illam tetigerit non euadat. Quemadmodum enim qui ignem tetigerit statim adurit, ita uiri tactus & femine, sensit naturam suam, & diuersitatem sexus intelligit. Bonum est non tangere, sed propter fornicationem uitandam, unusquisque suam uxorem legitimam, scilicet habeat. Solus fornicationis metus facit hæc concedi, uelut si quis diffiniat, Bonum est triticeo pane uesci, & edere purissimam similam, tamen ne quis fame compulsus comedat stercus bouinum, concedo ei ut uescatur & hordeo. Non idē frumentam non habebit suam puritatem, si simus hordeo præferatur, nec dixit Propter fornicationē unus-

Epiph. An. gu. Philan. strins, &c.

quisque ducat uxorem, aliò qui hac excusatione libidini frena laxaret, vt quotiescunque vxor moritur, toties ducenda sit alia, ne fornicemur, & qui continentia promiserant, vel Diuinis auctoritatibus vxorẽ habere non possunt, viderentur ad hanc ducendam relaxari, Sed ait, Vnusquisque uxorem suam habeat, suam scilicet, quam habebat, antequam crederet. Quam bonum erat vxorem non tangere, & post fidem Christi, vt sororem tantum nosse, nõ coniugem, nisi fornicatio factum excusabilem faceret. Hactenus Anselmus. Rursusque in illa verba, Hoc autem secundum indulgentiam, non secundum Imperium Dico. Quia hoc (inquit) vobis indulgetur non præcipitur, & ideo non peccat, qui aliter agit, id est, qui non in idipsum reuertitur, immò peccat qui sic agit, sed lenius peccat, Non enim sine uitio est quòd ignoscitur, sed non præcipitur: Sed cum in dubiis constringimur, utiliter in minimis subdimur, ne in magnis peccemus. Culpa quippe esse inuitur, quòd indulgeri prohibetur. Sed que tanto citius relaxetur, quanto non per hanc illicitum quid agitur, si hoc, quod est licitum, sub moderamine non tenetur. Hæc Anselmus, qui cum primo loco absolute omnem tactum vxoris culpam fore, licet fornicatione minorem docere uideatur. Postea tamen id ad vxorios congressus, qui vitandæ fornicationis tantum causa fiunt, reflectere videtur dicens.

Tunc solum coniuges sine culpa sunt, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur. Sed tamen & alia commissio, quæ fit pro sola voluptate ueniam accipit propter nuptias. Quam sententiam ac uerba penè omnia ex Gregorii moralibus accepisse uidetur. Is enim cum semel constituta regulã ad astutias Rehemohit elidendas, ut quoties nos intra duorum peccatorum angustias coarctare contenderit, minori succumbamus (si aliter fieri non potest) maiori euitato, inter multa que ex Christiana ratione uiuendi producit exempla, hoc quoque connumerat.

Hinc etiam Paulus, cum quosdam in Ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, ut maiora declinaret dicens propter fornicationem, vnusquisque suam uxorem habeat.

Et quia tunc solum coniuges sine culpa in admittione sunt, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur, ut hoc etiam quod concesserat, sine culpa quamuis minima, nõ esse demonstraret, illico adiunxit. Hoc autem dico, secundum indulgentiam, non secundum Imperium. Non enim sine uitio est, quod ignoscitur & non præcipitur. Peccatum profecto vidit, sed quòd posset indulgeri præuidit, sed cum in dubiis constringimur utiliter minimis subdimur, ne magnis sine uenia peccemus. Hactenus Gregorius. Qui alibi, omnem uxorum tactum culpa non carere aperte diffinit. Nam cum docuisset, uiro qui uxorem cognouisset, iuxta Romanorum consuetudinem, abstinendum esse ab tem-

plorum ingressu, & lauacri purificatione utendum, protinus subdit, neque hoc dicentes culpandum putauimus esse coniugium, sed quia ipsa licita admittio coniugum sine uoluptate carnis fieri non potest, ideo à sacri loci ingressu est abstinendum, quia uoluptas ipsa sine culpa, nullatenus esse potest. Non enim de adulterio aut fornicatione, sed de legitimo matrimonio susceptus erat, qui dicebat. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Oportet itaque legitimam carnis esse copulam, ut causa prolis, non uoluptatis, & carnis commissio creandorum liberorum sit gratia, non satisfactio uitiorum. Hucusque Gregorius. Qui cum postremis uerbis congressum liberorum causa sine culpa esse fateatur, à prima illa uniuersali sententia, quem admodum & Anselmus declinare uidetur. Docuerat Sanctus Pontifex licitas etiam coniugum administrationes sine uoluptate esse non posse, porrò uoluptatem ullam non esse sine culpa ex quo colligebatur haud obscure, mea quidẽ sententia, omnem uxoris tactum carnalem esse peccatum, nunc autem eam admittionem, quæ liberorum & prolis suscipiendæ gratia fieret, carere peccato fatetur, quæ nescio (fateor) qua ratione cohæreant. Docuit & hanc posteriorem sententiam, qua ea tantum coniugalis copula à peccato immunis iudicatur, quæ causa prolis exercetur, plusquam centum annum, ante Gregorium, Fulgentius in Africa Ruspensis Episcopus, in quadam Epistola, ubi aperte docet, solum eum congressum, qui causa prolis suscipiendæ exercetur, carere peccato, reliquos omnes culpam, licet paruam ac ueniam habere adiunctam, cuius uerba, quòd sint proluxa huc afferre non libet. Paulò ante Fulgentii ætatem Augustinus lib. de bono coniugali, Coniugalis inquit, concubitus generandi gratia non habet culpam, concupiscentiæ uerò satandæ, sed tamen cum coniuge propter thori fidẽ ueniam habet culpam, sed ante hos omnes Hieronymus uehementius huic sententiæ inheffisse uidetur lib. priori aduersus Iouinianum. Si bonum est inquit, mulierem non tangere, malum est ergò tangere. Nihil enim bonum contrariũ est nisi malum, si autem malum est, & ignoscitur, ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat. Quale autem illud bonum est, quod conditione deterioris conceditur? Nunquam enim subiecisset, unusquisque suam uxorem habeat nisi præmisisset, propter fornicationem autẽ. Tolle fornicationes, & non dicet, Vnusquisque uxorem suam habeat, uelut si quis diffiniat, bonum est triticeo pane uesci & edere purissimam similam tantum nequis compulsus fame comedat sterces bubulũ, concedo ei ut uescatur & hordeo. Num idcirco frumentum non habebat puritatem suam, si fimo ordeum præferatur, bonum est illud naturaliter quòd comparisonem non habet mali, quòd prælatione alterius non obumbratur. Simulque animaduertenda est Apostoli prudentia.

Psal. 10.

In 7. cap. Epist. 1. ad Cor.

Beda lib. 1. hist. Anglo. cap. 27.

Apud Iuonem comor. 8. lib. 83.

S. Bon. Ri. cor. S. Tho. 2. 2. di. 31. 4. sen.

ELIDITVR PRAECCEDENS INTERPRETATIO. Cap. 13.

dentia, Non enim dixit, bonum est uxorem non habere, sed bonum est mulierem non tangere, quafi & in tactum periculum sit, quasi qui illam tetigerit non euadat, quæ uirorũ preciosas animas rapit. Hactenus Hieronymus. Quibus uerbis adeò inconiugales actiones rigidus mihi uidetur, ut nõ modo uitandæ fornicationis, sed absolute omnem coitum peccato obnoxium pronuntiare uideatur, Hugo et victorius tractatu 4. sen. c. 4. à Petro Lombardo pro hac sententia citatur in hæc uerba. Item hæc coniugati uicti concupiscentia utuntur inuicem ultra necessitatem liberorũ procreandi, ponã in his pro quibus quotidie dicimus dimitte nobis, debita nostra &c.

Atque hinc Ecclesiastici patres adeò tempus congregandi cum uxoribus in angustias redegerunt, vt ferè per dimidiam anni partem ad eas accedere illicitum docerent. Vnde Ambrosius, si causa, inquit, creandorum filiorum ducitur vxor, non multum tempus concessum uidetur ad usum ipsum, quia & dies festi, & dies processions, & ipsa ratio conceptus, iuxta legem cessari temporibus his, debere monstrat Gregorius magnus ad Augustinum Episcopum Anglorum scribens, Adenix, inquit, Mulieris concubitus, uir sumus accedere non debet, quoad usque quæ gignitur, ablaetetur, praua, autẽ in coniugatorũ moribus consuetudo irrepsit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire cõtemnãt, eosq; aliis mulieribus nutriendos tradant, quod uel delictum sola causa incontinentiæ uidetur inuentũ, quia dũ se cõtinere nolunt, despiciunt lactare, quos gignunt. Hæc ita que filios suos ex praua consuetudine aliis, ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus transferit, uiris suis non debent committeri, quippe cum & sine partus causa, dum in consuetis mensuris detinentur, uiris suis misceri prohibeantur, itã ut morte, lex sacra feriat, si quis uir ad mulierẽ menstruatam accedat. Hactenus Gregorius, Nicolaus etiam primus ad cõsultationes Bulgarorum respõdens, Consulitis præterea, inquit, si liceat uiro, dominico nocturno tempore uel diurno, cũ uxore sua coniungi aut dormire, quibus respõdemus. Quoniã si dominico die ab opere mũdano cessandum est, quãto magis à uoluptate carnali, & omnimoda corporis pollutione cauendũ? Sic Nicolaus. Et vt secundo lib. demonstrauius, Græcis etiã canonibus, sabbato & dominico die orationis gratia, non licebat conuenire. Proficisciebantur certè huius modi constitutiones, que coniugales congressus coercerent, ex ea persuasione, qua zelo castitatis accensi patres, omnem concubitus, qui causa suscipiendæ prolis non celebraretur, peccatũ credebãt. Quibus & priores illi scholastici auctores magna ex parte, quòd nondũ rem à patribus traditã satis discussissent, cõstanter adhærerunt, docentes aliũ ob finẽ, quàm prolis suscipiendæ gratia, ad uxorẽ accedere, nõ carere peccato, atq; adeò cõgressum fornicationis uitandæ gratia, in se uel in coniuge, cum culpa coniunctum.

VERVM nunc hanc Apostolici loci interpretationẽ, tã quã illi contrariã, siue quoad eã partẽ, que matrimonia dãnãt, quod heretici fecerunt, siue quoad eã que nõ matrimonia sed usum, id est omnẽ vxoris tactum ob adiunctam uoluptatem accusat, siue demum, quoad illam, quæ non omnem, sed eum tantũ uxoris complexũ, qui vitandæ fornicationis gratia celebretur, ex ipso Apostolico contextu sumptis rationibus collidere oportet. Nam huiusmodi sententias omnes, omnibus suis rationibus uelle profligare, non est nostri instituti, qui tantum Apostoli Pauli sensum uerum ac germanum in hac parte eruere contendimus. Qui uolet, ueteres patres qui pro nuptiarum dignitate contra Marcionem, Tatianum, Axyriũ, Encratitas, Manicheum &c. veteri memoria libros ediderunt. Tertullianum, Ireneum, Epiphaniũ, Iustinum, Clemen. Alexand. Augustinum, Ambros. &c. perlustrat, omnes enim hi alii que multi, non modò nuptias ipsas, sed earum relictum usum non modò licitum sed sanctum, tũm apertis scripturæ locis, tũm magnis rationibus contenderunt, quibus profecto non modò eos mihi damnare uidentur, qui matrimonia condemnabat: sed eorum etiam sententiam elidere, qui nullum vxoris tactum sine peccato fore, ob adiunctam concupiscentiam aut uoluptatem aserebãt. Ea uerò sententia quæ causa uitandæ fornicationis ad vxores accedere uiros prohibet, quam sit à rectã Theologiã ratione aliena, posteriores ferè omnes Theologos in 4. sen. dist. 31. qui uelit consulat, omnes enim in eius damnatione conueniunt, docentes non modò in se, sed in coniuge euitandæ scortationis & alieni cõcubitus gratia, posse alterum coniugem ad alterum accedere absque ulla culpa aut peccato, quòd nimirum matrimonium non in prolis propagationem solum, sed concupiscentiæ remedium constitutum post peccatum extiterit. Quòd autem illa altera sententia in Christianis scholis caput extulerit, duplex mihi causa fuisse uidetur, prior, ingens ille sed fortassè nimius ueterum patrum castitatis ac puritatis zelus, quo omni prorsus voluptati erant insensibilissimi, posterior, sequentium Theologorum in examinãdis patrum sententiis negligentia. Putabãt enim præmaxima in illos reuerentiã, satis esse eorum auctoritatem, ut quid uerũ, firmumq; putaretur, cũ tñ aliis foret qui contrarium probaret. Sed ad Paulũ accedamus. Enim uerò illam sententiam quæ ex hoc loco omnem matrimonii usum damnabat, eidem Paulo prorsus fere aduersam, & eiusdem capitũ multis partibus apertè conuincitur. Nam ut ab eo, quod statim illi adiungitur exordiamur, si malum est homini mulierem tangere vt hæretici docerent, quorsum statim annectit Apostolus. Vnusquisque, tamen propter fornicationẽ, suam uxorem habeat

Scots. in 4. dist. 31. q. unica. in s. Dnr. in 4. d. 31. q. 4. Ab. uiso. li. sum. c. 4. q. 2. Maior. in 4. d. 31. q.

Apud grauiadum d. 31. c. 2. uerũ. 32. moral. 4. 55. & 56.

32. q. 2. in responso ne 10. ad Aug. Episc. c. Anglo. 33. 24. & 27.

Rom. 3.

Et unaqueque suū uirū? Sancitū est profecto Apostolica regula non esse faciendā mala, ut inde veniāt bona. Non ergo si malum est mulierem tangere, et gratia fornicationis uitandæ, uxorem tangere licebit, nam minus malum, & si plerunque maioris mali collatione bonum iudicetur, est tamen simpliciter & absolutè malum. Deinde subdit Apostolus. *Vxori uir debitum reddat, et uxor uirō.* Certè malum aut peccatum quantuncūq; leue præcipi nequit, non igitur mulierem tangere peccatū est, Præterea nemo alterum ad peccandum potest cogere, aut in alterum ut peccet, potestatem exercet, uir autem non habet potestatem sui corporis, sed mulier, neque mulier sui, sed uir, ergo tangere mulierem non est per se malum. Quartū, idem Apostolus non nuptis, & uidiuis, si non se continent, nubere præcipit, aut saltem consiliū, quoniam melius sit nubere quā uiri, peccatū aut neq; præcipi neq; consiliū potest, nō ergo malum est uxore tangere. Quinto uirginem, quæ uiro nupserit non peccasse idem Apostolus docet, nuptiæ autē, si nuptia carnalis congressus, igitur, qui mulierem tangit non peccat, demum, qui matrimonio iungit uirginem suam, eodem Apostolo auctore, bene facit, & qui non iungit melius facit. Iungere autem uirginem uiro, non ob aliud fit, quā carnalis congressus gratia, ergo prorsus Apostolico sensui aduersum est docere, omni tactui mulieris inesse peccatū, atque adeo, si, qui ex hoc loco colligunt omnem carnalem actum, quod illi semper sit adiuncta uoluptas, habere aliquid culpæ prorsus ab Apostolico sensu dissentiant.

Neque uerò minus ab eo sunt alieni, qui, fornicationis uitandæ gratia, ad uxorem accedere culpam putarunt. Primò quidem quoniam malū præcipi non potest, hic autem & uir uxori, & uxor uiro debitum reddere præcipitur, nisi ex consensu abstinerint. Deinde si indulgentia ut Anselmus, Gregorius, & alii, quos attulimus, patres docent, ad uxoris congressus causa uitandæ fornicationis referretur, nihil inde haberetur, nam indulgentia siue permissio secundum eam legem, cuius est indulgentia uel permissio, nullum est peccatum, licet fortasse secundum aliam superiorem sit peccatum. Enim uerò lupanarium permissio, secundum eas leges, secundum quas lupanaria permittuntur: nullum est peccatum, & omninò iuxta legum humanarum indulgentiam, accedere ad lupanar peccatum non inducit, licet iuxta leges diuinas, secundum quas, non permittuntur, sit peccatum. Atque in hac parte grauissimè profecto decepti sunt, qui senserunt omnem permissionē peccatum habere adiunctum, putarunt enim permissionem semper esse de minori malo, cum tamen propriè permissio sit de minori bono. Immo uerò nunquam permissio est de minori malo, si enim permittitur, non est malū, nemo enim legis auctoritate peccat. Profecto si lupanaria tantum ab humanis legibus malitiā haberent, ipsamet humana

rum legum indulgentia, innoxia & absque culpa redderentur, sed nunc superiori lege Diuina nimium mala sunt, atque adeo humanarum legum permissio, & si ea reddat, secundum easdem leges, nō mala, non tamen sufficiunt, ad ea reddenda, non mala absolutè ac simpliciter. Vnde nunc, non absurdè dicimus, lupanaria tanquam minora mala prohiberi, ne uidelicet, cuncta adulteriis & stupris miscantur, quod nimirum humanæ leges earum malitiam tollere non possint, atque adeo et cū ab illis non puniuntur aut permittuntur, mala adhuc remanent. Porro si lex, quæ quippiam permittit aut indulget, superiorem uel simpliciter, uel in ea parte, non habet, ipsamet indulgentia & permissio omnem culpæ rationem tollit. Non enim Diuina legis permissione, contra Deum peccat, & certè, quod permittitur non punitur, per eum qui permittit, omni autem peccato siue mortali siue ueniali, suam pœnam, manere in confesso est. Quod igitur quis facit ex Diuina permissione, nō est peccatum. Ergo qui Diuina legis permissione, causa uitandæ fornicationis ad uxorem accedit, nullam cōtrahit uel mortalis uel uenialis culpæ rationem. Quod uerò non modo quod quis facit ex Diuina permissione, sed et ex duorū peccatorū uirgētū necessitate (quod tamen multò est grauius) nullū sit peccatū, ex eodē Gregorio, qui tamē maxime ei sententiæ, qui uirgētū causa fornicationis uitandæ ad uxorem accessisset, culpæ uenialis accusabat, comprobare licet. Is enim cum mystica illa uerba Iob. Nervi testiculorum Leuiatham perplexi sunt, interpretaretur, regulas quibus Sathanas fraudes, quibus quodidē circunuenimur, declinare doceret, ita scribit. Nervi testiculorum Leuiatham perplexi sunt, quia suggestionum illius argumenta implicatis inuentis illigantur, ut plerisque ita peccare faciant, quatenus si fortasse fuggeret peccatum appetant, hoc sine alio peccati laqueo, non euadant & culpam faciant, dum uitat, ac nequaquam se ab vna valeant soluere, nisi in alia se consentiant ligari, quod melius ostēdimus, si qua ex conuersatione hominum illigationis huius exempla proferamus. Ecce quidam dum mundi huius appetit amicitias, cui libet alteri similem sibi ducenti uitam, quod secreta illius scelera omni silentio contegat, se iureiurando constringit, sed is cui iuratum est adulterium perpetrare cognoscitur, ita ut etiam maritum adulteræ occidere conentur. Is autem qui iusiurandum præbuit ad mentem reuertitur, & diuersis hincinde cogitationibus impugnatur. Atque silere formidat, ne silendo adulteriū simul & homicidiū particeps fiat, & prodere trepidat, ne reatu se periuri obstringat. Perplexus ergo testiculorum neruis ligatus est, quia in quamlibet partem declinet, metuit, ne a transgressionis contagionis liber non sit. Alius cuncta quæ mundi sunt deserens, atq; p omnia frangere, proprias uoluptates quærens, alieno se subdere regimini

Li. 32. m.
c. 55. n. 51.
et dist. 19.
c. necni.

Malorū cō-
pulsio.

appetit, sed eum qui sibi apud Deū præesse debeat minus cauta inquisitione discernit, cui fortasse is qui sine iudicio eligitur, cum præesse iam cœperit, agere quæ Dei sunt, prohibet, & quæ mundi sunt iubet, Pensans itaque subditus, uel quæ sit culpa inobedientiæ, uel quod contagium secularis uitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat, ne aut obediens, Reum in suis præceptis deserat, aut rursus non obediens, Deum in electo priore contemnat. Alius pensare pondus Ecclesiastici honoris negligens ad locū regiminis præmissis ascendit. Sed quia omne quod hic eminet plus meroribus afficitur quā honoribus gaudet, dum tribulationibus premitur, ad memoriam culpæ reuocatur, doletq; se ad laborem cum culpa peruenisse, quamq; sit iniquū quod admisit ex ipsa fractus difficultate cognoscit. Reum igitur se cum impensis præmissis agnoscens, uult ad præ sublimitatis locū deserere, sed timens ne grauius delictum sit, suscepti gregis custodiam deliquisse, uult suscepti gregis curam gerere, sed formidat ne deterior culpa sit regimina Pastoralis gregis dimittere quā eripia possidere, per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hincinde se conspicit esse. Quippe sine reatu criminis neutrum uidet, si aut susceptus semel grex relinquitur, aut rursus Sacra actio seculariter empta tenetur. Vndique metuit, & suspectus latus omnem per timefcit, ne aut stans in empto regimine, non digno iugeat, quod non etiam deserens, emendat, aut certe regimen deserens, dum aliud flere nititur, rursus aliud de ipsa gregis destitutione committat. Est tamen quod ad destruendas Rehe-moth uersutias subtiliter fiat, dum mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omninò nullus sine peccato aditus patet, minora semper eligantur, quia qui murorum undique ambitu ne fugiat clauditur, ibi se in fugam precipitat, ubi breuior murus inuenitur. Hactenus Gregorius. Ex cuius uerbis haud obscure colligitur, eum, qui inter duo peccata, id est quæ aliò qui, ea rerum cōditione, ac circumstantia remota, peccata forent, cōstitutus, minus eligerit, nullo pacto peccaret. Aliò qui, nerui testiculorum ita essent perplexi, ut nullo pacto eos absque peccato possent euadere. Atque hoc ita esse eius quæ hic ex humanis actionibus producit exempla demonstrant. Enim uerò violare iuramentū in proximi detrimentū præstitum, nullum est peccatum. Qui etiā malè ad Ecclesiasticas dignitates ascendit, nihil peccat, si eas illis, qui per portam ingrediuntur, relinquat. Nā quod minora illa peccata, adhuc cum ad uitandum maiora eliguntur, peccata uocet Gregorius, nihil obstat, loquitur enim cōmuni modo, quo de rebus non secundū id quod nunc sunt, sed secundū id quod prius erant, loqui solemus. Sic enim non nunquam immò frequentissimè veteres patres eucharistiæ mysterium, panem, & uinum uocare solent. Et aliò qui daretur in diuina lege perplexi-

tas non tantum ex nostra culpa, sed etiam absque illa, cum casus hic de minoribus, & maioribus malis, in humanis actionibus frequenter occurrat. Adducit autem Gregorius subinde tertium exemplum ex hoc Apostolico, quem nunc interpretamur loco, docens Paulum minora cōcessisse, ut maiora uitaret, donasse inquam uisum uxoris, ne fornicatio admitteretur: Sed planè in eo illi consentire nequeo, quod vllam huic uisum quantumcunq; leuissimam culpam inesse credat. Immo uerò etiam si in superioribus exemplis, cum minora eligantur mala, uel maiora uitentur, minora electa adhuc mala remanent, hic tamen longe aliud erat habendum iudicium. Nam cum in illis exemplis fortasse non ex indulgentia, & permissione, sed ex necessitate ac rerum uirgētū circumstantia, minora mala eligantur, hic tamen propriè ex permissione, & intelligentia minora bona conceduntur, quod longe diuersum esse non est qui ambigat. deinde in illis exemplis necessitas à culpa prouenit, incautè enim iurare, & indignè accedere ad Sacerdotia, peccata fuerunt grauissima, contra uerò ad uxorem, causa fornicationis accedere, nulla ex culpa deriuatur, sed ex legis libera permissione. Paulus enim in illis non propriè auctoritatis arbitrio, leges condidit, sed diuina legis interpretem agit. Vnde eius uerba ac si à Christo prolata essent, sunt accipiendā, porro si Christus dixisset, bonum esse homini mulierem non tangere, sed ob fornicationem unumquemque suam habere &c. an esset aliquis qui ob hanc permissionem aut potius facultatem accedentes ad uxores causa uitandæ fornicationis à culpa omninò liberare non diceret? Itaque ut iam tandem finiamus, non modò qui ex diuina permissione aut indulgentia, quæ semper est de minori bono, aliquid operatur, immunis est prorsus à culpa, sed qui ex rerum conditione uirgētū minora mala eligit, præsertim cum in eam necessitatem ex propria culpa non incidit, quod etiam patres Toletani Concilii octauū apertè decreuerunt, Duo, aiunt, mala, licet omninò cautissimè sint præcauenda, tamen si periculi necessitas unū ex his perpetrare compulerit, id debemus resolue re, quod minori nexu noscitur obligare. Quid aut leuius ex his, quid ue grauius sit, puræ rationis aëu mine inuestigemus. Etenim dum peierare cōpellimur, creatorē quidē offendimus, & nos tantummodo maculamus. Cum uerò noxia promissa complemus, & Dei iussa contemnimus, & proximis impia credulitate nocemus, & nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus. Illinc enim duplici culparū gladio perimus, hinc tripliciter iugulamur. Hactenus Patres. Quorū uerba dum inuenit et in electione minorū malorum aliquod peccatū esse, ea ratione sunt accipiendā, qua interpretati sumus Gregorii uerba, quod nimirū peccata uocent, quæ aliò qui extra hanc rerū cōditionem essent peccata. Nam qui incautū iuramentū uiolat, quod est illo-

D. 13. cap.
Dno mala.

rum

rū exēplū, nulli rōne peccat. Neq; ego aliā differē-
tiam inter eā perpl exitatē, aut eligēdi minora ma-
la necessitatem, quæ à culpa propria provenit, &
eam quæ à nulla culpa deriuatur, esse existimo, ni-
si, quòd in illa peccatū est, non cū minorā eligū-
tur mala, sed cū quis in eo statu necessario eli-
gēdi minora mala se constituit, in hac verò neq;
antea, neq; postea vllum est peccatū. Atque hinc
proditur, iuris canōnici interpretes, perperā ad-
modum hæc duo capita ad mala pœnæ detorsisse,
cū plenissimè de malis culpæ loquantur. ut exē-
plis patet, nesciebant, enim quo pacto minus ma-
lum absq; culpa eligi posset. cū tamen eo tem-
poris momento, quo minus malum eligere neces-
sitas consulit, malum iam amplius non sit, sed, de
hac re alibi fortassè plura.

PONITVR SECUNDA PAVLI-
niloci interpretatio.
Cap. 14.

2. Interpret.

NVNC ad secundam eius Apostolici loci
interpretationē accedamus, ab hac, quā
nuper impugnauimus, longè diuersam,
immò in alio extremo (ita enim semper habet hæ-
reticorum ingeniu) constitutā. Illi enim veteres
hæretici ita hūc locū explicabant, vt tūm nuptias,
tūm nuptiales cōgressus, tanquā ab Euangelio
alienos, & ab hoc loco ab Apostolo prohibitos dā-
narent, hi contra, ita eū interpretantur, vt velint
omnibus hominibus esse præceptum. Vndè cūm
huius loci secundam partem, qua vitandæ forni-
cationis gratia, unumquēq; suam habere uxore,
et unamquāq; suum habere uirū indulget, præcep-
tum esse conueniant, priorem tamen illam, qua
Paulus docet bonum esse homini mulierem non
tangere; diuersa ratione interpretantur. Quidā
enim eam de quacunq; fœmina accipiendum esse
putant, sed uerbum, est, pro esset, accipiendum
autumant, ac si dicat Apostolus, bonum esset ho-
mini mulierem prorsus non contingere, si nulla
præcessisset corruptio peccati, quæ illum ad scor-
tationis adulteria reliquaue carius flagitia pelli-
ceret, verum cūm simus ad malū procliuī, & post
inductum peccatū, ipso concupiscentiæ pondere
in scelerum barathrum præcipites feramur, volo
vt vnusquisq; suam uxorem, non modò quā nunc
habet, sed quam iuxta legis Euangelicæ normā ha-
bere potest, apud se retineat, & si adhærescat, hoc
enim significat, quod in non paucis græcis ori-
ginalibus inuenitur: contra sunt alii, qui illa uerba
de aliena uxore intelligenda esse putent. Nam
quæ dictio eo loco collocatur uxore proprius
quā quamcunq; fœminam videtur denotare.
Itaq; iuxta horum sententiā, is locus sic est inter-
pretandus, bonum est homini alienā uxorem omni-
no non attingere atq; adeò ne id crimen quisquā
uestrum designet. Vnusquisque suam uxorem, &
vnaqueq; suum virum &c.

Confessio Au-
gustana, &
Philippus me-
lancton in lo-
cis Theologi-
cis, aperit do-
cent esse præ-
ceptum de u-
xore accipi-
da his, qui
non habent
domum uirgi-
nitatis, idq;
reliqui hu-
ius temporis
hæretici quo-
que unanimi-
ter sentiunt.

ELIDITVR HAEC INTER-
pretatio. Cap. 15.

VERVVM utrumq; hunc sensum longè ab
Apostolica mente recedere ex ipso Apo-
stoli contextu facillè comprobabimus. Et
vt id in quo isti conueniunt, eo loco præceptū de
habenda uxore, eaq; carnaliter cognoscenda cō-
tineri, prius demoliamur (nam alterius prioris pe-
riodi duplex sensus nihil nobis obstat) quis non
videt in toto illo capite, homines uel ad uirginita-
tem, uel ad continentiam excitari? Profecto ni-
hil magis contendit Apostolus quā uniuersos
Christianos, tūm masculos tūm fœminas reddere
cœlibes. Volo (inquit) omnes homines esse sicut
me ipsum. Nam quòd his uerbis ad cœlibatū in-
ducat, quæ illis annectuntur demonstrant, Dico
autem non nuptis, & uiduis, bonum est illis si sic
permanerint, sicut & ego, deindè non aliis nu-
ptias permittit, quām iis, qui se non continēt, nō
ergo matrimonia absolute præcipit. Quòd si non
se continent, inquit, nubant, melius est enim nube-
re quām uri. Tertio Apostolus consulit uirgini-
tatem eo loco, ergo non præcipit matrimonium,
de uirginibus inquit, præceptum domini non ha-
beo, consilium autem do, tanquā misericor-
diam consecutus à Domino vt sim fidelis. Exi-
stimo enim hoc bonum esse propter instantē ne-
cessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.
Quarto maius est uirginitatis, & uitæ cœlibis bo-
num quā matrimonii, ergo matrimonium non
potuit ab Apostolo præcipi, exclusisset enim
prorsus cœlibatum, & uirginitatem. Qui sine
uxore, inquit, est, sollicitus est quæ domini sunt, &
mulier inupta, & uirgo cogitat, quæ Domini
sunt, vt sit Sancta corpore, & spiritu, de coniu-
gatis autem. Qui autem cum uxore est, sollicitus
est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, &
diuisus est. Et de fœmina, quæ autem nupta est,
cogitat quæ sunt mundi quomodo placeat viro.
Quinto ex Apostolica sententia. Qui matrimo-
nio iungit uirginem suam bene facit, qui non iun-
git melius facit, nullum ergo, de uxore, uel viro
accipiendo prioribus illis uerbis præceptum im-
posuit. Demum, uiduam quæ per mortem à lege
viri liberatur, si in uirginitate permanerit, beatio-
rem pronuntiat, non ergo matrimonium præcep-
it. Mulier inquit, alligata est legi, quanto tempo-
re uir eius uiuit, quòd si dormierit uir eius libera-
ta est à lege, cui autem uult nubat tantum in Do-
mino, beatorum autem erit, si sic permanerit, secun-
dum meum consilium. Itaque nullibi hæretici in-
eptiatores magis delirant, quā cūm docent
matrimonia coniugūq; cōgressus imperari, cūm
contrarium prorsus toto illo septimo capite Apo-
stolus contendat, exhortari nimirum homines
ad uirginitatem & cœlibatum, contempto matri-
monio.

EX

PROPONITVR TERTIA
Paulini loci explicatio. Cap. 16.

3. interpret.

SVNT inter catholicos auctores, qui cū præ-
cedentibus, hoc loco præceptū habendi vxo-
res æquo animo donent, non tamen eum de
iis, quæ nondum erant in thalamū maritalem
ascitæ, sed de propriis quas habebā vxoribus, nec
de quibuscunq; hominibus christianis, aut tem-
poribus, sed de illis, quibus scribebat Apostolus
eiusque seculi christianis dudum, à prauis mori-
bus ad Christi fidem conuersis, intelligendum pu-
tent. Nam cūm Apostolus, non tam futuris Ec-
clesiasticis temporibus, quibus per alios Ecclesiæ
patres Spiritus Sancti magisterio subueniri pote-
rat, quā sui seculi hominibus leges tradere, eo
capite reliquisque locis moliatur, non est cur nō
dicamus, eum illic ad eorum quæstiones, quibus
pulsatus ab eisdem Corinthiis fuerat, respondere.
Fuerat autem quæsitus ut Tertullianus, Ambro-
sius, Chrysostomus, & reliqui, qui hunc locū in-
terpretantur docent, an eis iam ad Christi fidem
conuersis vxoribus in paganismo acceptis uti li-
ceret, quòd eos pseudo quidam Apostoli praua
doctrina peruertissent, docentes nuptias nuptia-
rumque vsum Euangelio repugnare. Respondit
ergo illis, cupere se quidē vnuerfos mortales
Christi fide imbutos à fœminarum consortio quā
longè se abesse, rectè tamen expensa eorum infir-
mitate, qui nuper paganismo deserto Christi fidē
fuisse amplexi, indulgere se earum, quās iam du-
xerant vxorum vsum ob vitandam fornicationem.
Hucque uolunt pertinere quod statim Apostolus
adiungit. Vxori uir debitum reddat, & uxor vi-
rò &c. quòd nimirum eorum infirmitati provide-
ret, ne pretextu religionis peiora scelera designa-
rent Corinthii. Nam quòd hi carnis illecebris ac
voluptatibus plus æquo indulgerent præcedentia
capita demonstrant, in quibus potissimè Paulus
huius generis scelerum accusat. Certè capite
quinto turpissimi incestus insimulantur à Paulo.
Omnino inquit, auditur inter uos fornicatio, &
talis fornicatio, qualis nec inter gentes ita vt ux-
orem patris sui aliquis habeat. Capite deinde sex-
to. An nescitis inquit, quòd iniqui regnum Dei
non possidebunt? Nolite errare, neque fornicari-
um, neque idolis seruientes, neque adulteri, ne-
que molles, neque masculorū concubitores, &c.
regnum Dei possidebunt. Et subinde. Nescitis
quoniam corpora uestra membra sunt Christi?
Tollens ergò membra Christi, faciam membra
meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui ad-
hæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt,
inquit, duo in carne vna. Qui autem adhæret
Domino, vnus Spiritus est, fugite fornicationem.
Omne peccatum quodcunq; fecerit homo extra
corpus est, qui autem fornicator in corpus suum
peccat, hætenus Paulus. Quibus uerbis cūm ut
Corinthios à fornicatione deterreret, subiunxit

Lib. de mo-
nq.

set, membra nostra templa esse Spiritus Sancti,
statim capite septimo subdit, De quibus aut scri-
psistis mihi, bonum est homini mulierem non tan-
gere. Vnusquisque autem ob fornicationem suā
uxorem habeat, & una quæque suum virum. Vir
uxori debitū reddat, & uxor viro. Et ne fœmi-
nilis nimia pietas dum castitati & continentiæ stu-
det, uiris ad stuprā vel adulteria occasionem dar-
ret, adiungit, Mulier sui corporis potestatem nō
habet, sed uir. similiter autem & uir sui corporis
potestatem non habet, sed mulier, Nolite frau-
dare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt
uacētis orationi, & iterum reuertimini in idip-
sū nē tēntet vos Satanas propter incontinentiam ue-
stram. Quæ omnia haud obscurè docent, Paulū
his uerbis, non omnibus christianis coniugibus,
sed Corinthiis ex praua Paganismi consuetudine
adhuc infirmis leges tradidisse. Nam, quòd pe-
culiariter Corinthii vxorum continentiam, pro-
pter suam incontinentiam iniquo animo paterentur;
ipsa Apostoli uerba ostendere uiderentur, cū
enim multæ essent de quibus rogarent Apostolū
quæstiones, de hac tamen sola eius animum ex-
plorare per Epistolam satagerunt, quod pruden-
ter satis Ambrosius adnotauit. Sensibus, inquit,
pseudo Apostolorum exagitati, qui nuptias per hy-
pocritissim, ut puriores cæteris uiderentur, paru-
pendendas docebant, hæc per Epistolam ab Apo-
stolo requirebant, quia enim non oblectabantur
hac sententia, prætermisiss cæteris, hoc solum re-
quirunt, quibus tamē respondet bonum esse qui-
dem mulierem non contingere, quanquā non
illi istud simpliciter asserant, tamen ob fornicatio-
nem vnusquisque &c.

Huius autem sententiæ idem Ambrosius mihi
fuisse uidetur, in eorum uerborum commentario,
Vnusquisque &c. Solent inquit, qui compendium
quærent, errare. Qui enim fieri possent ut hi ab
vxoribus suis se abstinerent, quos in tantis uiciis
reperit? Ideò ergò non permittit illis, ne ab licitis
se abstinentes, in concessa præsumerent, sicut
faciunt Manichei. Hætenus Ambrosius.

CONFVTATVR TERTIA IN-
terpretatio. Cap. 17.

SED neque hæc interpretatio mihi cū Apo-
stolico sensu conuenire uidetur, tūm ob vete-
rum patrum maiori ex parte consensum, qui
ea uerba, non de Corinthiis tantum, sed de chri-
stianis vnuerfis, quorumcunq; seculorum, acci-
piunt, tūm quòd eadē ratione reliquam Apostoli
doctrinam eludere possemus, dicētes non ad nos,
sed ad eius primi seculi, aut eius vrbis, prouintiæ
aut gentis, ad quam scribebat homines pertinere,
tūm demum quia nō rectè cohærere cum reliquis
eius capitis partibus uidetur. Nam quòd illic nil-
lū sit præceptum de vtendo vxoribus paganismi tē-
pore acceptis, id, quod illic Paulus adiungit, haud
obscurè

ostendit, cum enim exhortatus esset viros ut vxoribus debitum redderent, & vxores ut viris in eodem opere obsequerentur, idque nisi orationis causa aliud ex mutuo consensu statuissent, quibus verbis precepti virtute in esse videri poterat. Hoc aut subdit, Dico secundum indulgentiam, non secundum Imperium? Volo aut omnes vos homines esse sicut meipsum, in qua verba Theophilactus. Quod dixi, ne ad tempus defraudeis vos mutuo, per concessionem dixi, acquiescens imbecillitati vestra, non legem sanciens vobis secundum mandatum, quod transgredi non liceat. Deinde cur viduas Corinthias, vite coniugalis in paganismo expertas, atque adeo in eodem periculo constitutas ad coelibatum per sui imitationem prouocasset, si ratione veteris consuetudinis & incontinentie matrimoniorum usum imperabat? Verum in hoc sensu confutando plus immorari velle otiosum fortasse videbitur.

PAVLINI LOCI QUARTA interpretatio proponitur. Cap. 18.

FVERUNT & quidam ex Græcis quod Chryso- stomus & eius imitator Theophilactus memorie prodiderunt, qui hunc locum, non de omnibus christianis, sed de solis Sacerdotibus accipiendum putarent, nam cum fortasse hac ratione ad vitam coelibem & castam, iam Sacerdotibus & viris Ecclesiasticis ardentem, eosdem, patres castitatis, studiosi, cohortari vellent, aptus hic locus videbatur. deinde id de propria vxore Pauli loquutum, cum nuptie quantum vis Sanctæ, congressus carnalis gratia, celebrentur, sentire non poterant, de aliena vero idem dixisse alienum etiam ab Apostolica mente videbatur, quod tunc, non bonum, sed necessarium esse alienam mulierem non contingere, diciturus fuisset, Quod si non de propria neque de aliena muliere Paulus loquebatur, non ergo de coniugibus quibusque loqui iudicandus est, sed de his, qui vel Sacerdotio, vel ministerio nuncupati erant. quorum fuit perpetua olim consuetudo a propriis vxoribus sese continere.

PROTERITVR QUARTA interpretatio. Cap. 19.

AT vero hoc interpretamentum violentius est, quam ut nos in sui confutatione retinere possit, Nam in primis, illud quod illic statim adiungitur, vnus quisque &c. Planè id euertit; dum mulierem contingere gratia uitandæ fornicationis indulget, nisi forte quis diceret, illic non latinam consuetudinè, qua post sacros ordines obtentos, Sacerdotes & ministri ab vxoribus sibi temperant, sed Græcam, quæ gratia scortationis declinandæ ante eosdem sacros ordines, vxores, quibus postea quoque vtantur indulgent. Sed cur tunc non orationis, sed sacrificii tempore abstinere iuberet? ergo cum oratio & ieiunium ad vnuerfos, sacrificium vero offerre ad solos Sacerdotes pertineat, dubitandum non est, illic Paulum de omnibus in vnuersum hominibus christianis, non ite-

de solis Sacerdotibus fuisse locutum. Est etiam Chryso- stomi & Theophilacti ratio in hac parte optima. Nonnulli, inquit, dicunt aduersus Sacerdotes hac haberi orationem, ego autem que sequitur consideratis, non ita intelligi dicerem. Non enim in vnuerbo admonisset, si hæc ad Sacerdotes solos scriberet, dicendo bonum est homini &c. Sed dixisset, Bonum est magistro mulierem non tangere, nunc vero vnuerfaliter loquutus est, cum inquit, bonum est homini &c. non ergo Sacerdoti tantum hoc dicitur. Et iterum solutus es ab vxore, noli querere vxorem. Non inquit. Tu Sacerdos es & magister verum indifinitè, & omnino per totam Epistolam huiusmodi procedit oratio, hæc enim Chryso- stomus. Theophilactus vero, bonum, inquit, & eximia res est cuius mortalium, non soli Sacerdoti, perinde ac nonnulli male intelligunt, mulierem non attingere, sed virginem permanere.

QVINTA PAVLINI LOCI explicatio. Cap. 20.

SVNT præterea, tum ex veteribus, tum ex recentioribus, plerique, qui cum neque hoc loco damnari nuptias, neque item christianis omnibus aut Corinthiis tantum præcipi, consentiant, neque deinde de Sacerdotibus sacrisque personis tantum, Apostolum loqui, libenter fateantur, id tamen ad proprias vxores, & in coniugii potestate iam tractas detorquere moluntur, quasi hoc pacto hæreticorum uirginitati aut coelibatui detrahentium petulantia magis compscatur, Nam cum quoquo nomine eo loco Paulus vtitur, sexum nonnumquam denotet, frequentius tamen pro vxore usurpatur. Atque adeo hic erit eius loci germanus sensus, καλὸν ἀνδρὶ ἑσθλῆς γυναῖκος μὴ ἀγγιττοῦν. bonum est homini vxorem non tangere. ἢ καὶ ἄλλοις πορνείας καὶ πόρνης ἀγγιττοῦν καὶ ἑσθλῆς ἡλικίᾳ, ad- hereat καὶ ἑσθλῆς, πόρνης ἀγγιττοῦν hoc est, sed propter fornicationes vnusquisque eam que sua est, vxorem aut mulierem habeat, & unaqueque suum proprium vxorem ac si Paulus dixisset. Pulchrum est homini christiano vxorem non attingere, non contingere, aut illi adherere, sed ego ex indulgentia proprias vobis uxores, ne in scortationes & reliquas carnis libidines decidatis permitto, & illis intendendi facultatem concedo. Atque huc, in horum uerborum commentario mihi Hieronymus alludere uidetur. Bonum est inquit, homini mulierem non tangere, id est bonum fuerat illud quod vobis in primordio predicauit, hoc est, secundum coniugii usum, non tangere mulierem, sed quoniam multos incontinentes, huic doctrine scriptistis refragari, concedatur remedium, ne fornicatio moriantur. Ergo hoc Apostoli exemplo in primis uirginitas, & continentia predicatur, & si quis se incontinentem non erubuerit confiteri, in languorem incontinentiæ reclamanti non denegetur remedium nuptiarum. Quomodo si peritus medicus, inquieto ægro neganti se posse à pomis omnibus abstinere, concedat aliquantum, ne ille per-

s. interpres

Richter Smyth. l. de celib. adu. sus. Patrum martyrum

niciofa præsumat. Hæc enim Hieronymus. Is etiam libro priori in Iouinianum hæreticum non dixit, ait, propter fornicationes autem vnusquisque ducat vxorem alioqui hac excusatione libidine fræna laxasset, ut quoties vxor moritur, toties ducenda sit alia, ne fornicemur, sed vnusquisque vxorem suam habeat, suam inquit, habeat, sua vtatur quæ habebat antequam crederet, Quam bonum erat vxorem non tangere, & post fidem Christi fornicationem tantum nosse, non coniugem, nisi fornicatio tactum eius excusabilem faceret, Vxor sui corporis non habet potestatem, sed vir, & uir sui corporis non habet potestatem, sed uxor, omnis hæc quæstio de his est, qui in matrimonio sunt deprehensi, an eis liceret vxores dimittere, quod etiam Dominus in Euangelio prohibuit, Vnde & Apostolus, bonum est, aut, homini mulierem non tangere, sed quia qui semel duxit vxorem, nisi ex consensu non valet se abstinere, nec dare repudiū non peccanti, reddat coniugi debitum. sponte quippe se alligauit ut reddere cogeretur. Sed multo Hieronymo apertius Sixtus Romanus Pontifex cuius auctoritate præcedentibus vsi sumus, libro illo de castitate, hanc interpretationem sequutus uidetur, sed eius verba licet aliquanto prolixiora huc afferre præstat. Dico inquit, Apostolum in prima sua ad Corinthios prædicatione, non aliam magis quam uirginitatis & pudicitie annuntiasse doctrinam, & hoc præcipue demandasse, ut nouæ legis cultores, noui aliquid exercerent, & in Christo credentes Christi per omnia exempla sequerentur, secundum illud Petri, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Quæ causa postmodum fecit, ut Corinthiis Apostolum necesse esset consulere, dum quidam per incontinentiæ calorem, pudicitie uiderentur refragari doctrinæ. Nam ut superius dixi; si nihil aliud audierant, quid opus erat eis de re manifesta aliquid interrogare? Semper enim antea, matrimonii copulam exercere licuerat. Sed dicis cur hæc Apostolus non ante præuidit & ita doctrinæ suæ modum temperauit, ut nihil reliquisset uideretur ambiguum? Sed & si præuidit, hoc boni doctoris fuit, rem quæ infirmis debebatur, non tam ultro offerre, quam rogatum indulgere. Prudentem fuisse architectum putent, qui ad conualescentes iam ægri commodum præcipiat ei, ut ab omnibus se penitus abstinereat. & si æger ille tantæ fragilitatis noluerit habere patientiam, ut ab omni se pomorum genere abstinereat, necesse erit medico, ne infirmis grauiora præsumat eidem leuiora concedere, tamen quod suum fuerat, voluit eum perfectæ abstinentiæ securitate gaudere. Ita & beatus Apostolus pudicitie & castitatis amator, optat primum possidere omnes, quod bonum est, sed si quis reclamauerit ne illicita contingant, licita concedit, & velut inuitus indulget, sed ut eum incontinentiæ licentiam non sincera uoluntate præstitisse, manifestiore uoluntate clarescat, ipsius iam uerba ponamus. De quibus autem scripsisti mihi, bonum est homini mulierem non

tangere. Hoc primum scribendo tradit, quod iam docendo tradiderat, & puto dubium non esse idem uoluisse, quod & in prima sententia posuit, & bonum esse professus est. Sed de qua muliere illum dixisse credendum est? de aliena non puto, neque enim Corinthii tam uecordes erant, ut hoc Apostolum interrogarent, an eis aliena liceret matrimonia uiolare, quod citra ullius disciplinæ interdictum etiam ipsa natura damnabat. Hoc propter eos dixi, qui nimio ardore libidinis scripturarum ueritatem peruersa nituntur interpretatione subuertere, si ergo ratio non concedit ut de aliena dixerit, restat ut de propria dixisse credatur, quod inde etiam probatur, quod in secunda parte ait, Dico autem non nuptis & uiduis, quibus iam superius fuerat loquutus, super uacuum fuit iterare sermonem. In tertia autem de uirginibus, sed reuertor ad primam, in qua non uiduis & uirginibus, ut qui dam imperitè existimant, sed matrimonio iunctis propriè scripsisse manifestum est. Bonum est homini mulierem non ducere, quia de his, qui iam duxerant, disputabat &c. Et paulo post, deinde cum dicit, Bonum est homini mulierem suam non tangere, uideris ostendere malum esse si tangat, nihil enim bono contrarium est nisi si malum. An hoc more malum accipiendum est, quod etsi absque peccato incontinentis esse poterit, multo tamen inferiorem gradum tenet. Malum est enim cuiquam non esse, quod melius est. Et si bonum est homini susceptam in matrimonio iam sceminam, non contingere, quanto melius est omnino susceptam non esse? facilius enim quis quod non habuerit nec cogitarit, quam quod habuerit, spernet. Nemo enim iuxta ignem positus extraneus est à calore, deinde sequitur, propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat. habeat dixit, non ducat. Propter fornicationem, inquit, ostendit, quod existente necessitate, eius rei licentiam indulserit, a qua superius uoluerat abstinere. Et cum causam monstrat, propter quam a matrimonio illis haberi permiserit, uidetur ostendere, citra eam propter quam conceditur non licere, in quantum enim illud, causa interueniente concessisse dignoscitur, in tantum eadem causa vacante propter quam concessisse uisus est, denegasse censetur. Hæc enim Sixtus, in cuius uerbis illud etiam annotandum uidetur, quod non modo Hieronymi sententia imitetur, sed etiam eius uerbis utatur. Quæ ratione planè cogit, ut eum non Sixtum primum, qui sub anno Domini. 129. nec secundum qui sub anno. 267. Romanæ Ecclesiæ præfuit, & martyrio coronatus est, fuisse putet (ut quidam existimant) sed eius nominis tertium qui anno Domini. 443. post tempora Hieronymi, scilicet sub Valeriano secundo & Gêserico Vandalorum rege eandem Ecclesiâ moderatus est, Nā quod hic Sixtus, siue ut latina proferedi ratio obtinuit Sixtus eius libelli auctor fuerit, & non priores illi duo martyres, hæc cōiecturæ per suadere uidetur. Primo quidem quod eius libelli lectio tantā anti- quitatē nō redolet, imò eū eius propriis auctoribus

1. Corin. 7.

stilo ac loquedi phrasi (quod ego ex integris & accurata eius, manuscripti lectione, cum esse Tridē colligere potui) plurimū cōuenit, qđ et sagaci lectori, si quādo is liber ad manus venerit, difficile nō erit iudicare. Secūdo quōd persecutionū sui tēporis nō memineat, ut ueteres illi Pōtīfices & martyres frequēter facere solēt, immō verō p̄catissimā tēpora ac trāquilla innuere uidetur, dū, nullā in ea exhortatiōe ad castitatē à cōditione tēporis & persecutionū (quod tamē & Paulus fecit) rōnē necit. Tertio qđ Sixtus tertius paulō post Siriciū & Innocentiū Pōtīfices, qui penē iā extinctā Sacerdotū & monachorū cōtinentiā restituerūt, uixerit: unde nō leuis est cōiectura eū, quē admodū & antecessores suos, Epistolis & Pōtīficalibus eductis sui tēporis hominēs, ad castitatē cohortatū fuisse. Enim uerō post Siriciū, Anastasius tribus dūtaxat ann. Romanā Ecclesiā p̄fuit, post Anastasū Innocētius quindē ann. post Innocent. Zozimus, duos, post Zozimum Bonifacius ann. tres, post Bonifacium Celestinus anno octo, cui succedit Sixtus tertius, ita ut inter Siriciū, qui ad id ab Himerio Taracōnēsī permotus, primus inter eius seculi Pōtīfices cōtinentiā & castitati p̄cenis adhibitis inuigilare cepit, nō amplius qđ vnus & triginta ann. intercesserint: quibus profectō zelus ille castitatis deferuere nō potuit. adde qđ si rectē rē expēderis, nullū unquā seculū, quāquā uel uehemētius studio castitatis incubuit, nā p̄ter Augustini Ambros. Hiero. aliorūque multorū patrū de castitate aut uirginitate libros; penē uniuersa cōcilia, quae de castitate, siue monachali, siue Sacerdotali decernūt, eo tēporē & sub his Pōtīficibus; & quibusdā aliis qui Sixtū tertiū sequuti sūt, ut Leo primus, Hilarius, Simplicius, Felix, Gelasius &c. celebrata reperies. Fuit autē in causa Iouiniani hāeresis integritati & cōtinentiā detrāhētis. Præterea hic Pōtīfex Sixtus, qui libellū hunc de castitate scripsit, cum incōmoda nuptiarū recēset, planē Hieronymi, cuius op̄a ob recentē memoriā & in Romanā sedem studiū adhuc eius discipulis ut Platina (inquit) uiuentibus, tunc erat frequētissima, librū priorē contra Iouinianū, aliāque eius op̄a, quibus ad castitatē uitæ cōtinentiā prouocat, se legisse prodit, nā si non eisdē sēper uerbis utitur, sēper tē eisdē res toto illo tractatu uersat: Neque uideo cur is nonnulla ex Athanasii, Gregorii Nazianzeni, Gregorii Nisēni, & Chrysostomi, qui paucos ante annos libros de uirginitate ediderant, in quibus nō modō coniugiorū incōmoda & impedimēta, sed oīa ferē, quae in illo libello, quasi in epitome breui cōtinentur, disputata & ad uinū exacta reperire licet, nō excerpserit. Quod si obiicias hos potius, Sixtū imitatos, Ego quare si ita res haberet, patres illius nō meminissent, nō satis uideo: imō cur nō ingratis iudicarentur, cū oīa ab illo suffurati essent, p̄sertim cū esset Romanus Pōtīfex nō modō antiquitate, sed martyrio uenerādas. Quod si hoc in Græcis patribus (quod tamen est indignissimū) credatur fuisse possibile, profectō de Hieronymo Romano Presbytero, & Apostolicæ sedis studiose scribitur, nō in Nō-

car ille, cum eos, qđ incōmoda matrimonii tū Græci, tū Latini literis prodiderūt cōmemorat, Sixti nō meminisset? Plenius (inquit) sup̄ hac rē cōtra Heluidiū & in eo libro, quem ad Eustachiū scripsit, arbitror absolutū. Certē & Tertullianus cū adhuc esset adolescens iust in hac materia; & præceptor meus Gregorius Nazianzenus uirginitatē & nuptias differens, Græcis uerbis explicauit. Hactenus Hieronymus. Quod uerō illic ex Sixto sententias quāsdā ad rem uxoriā pertinentes alleget, nihil refert. Sixtus, n. ille, cuius eo loco Hieronymus meminit, nō Romanus Pōtīfex, sed Philosophus Pythagoreus fuit, cuius sententiarū moralium enchiridiō Sixti Philosophi nomine à beato Rhenano recognitū, & Basileę excusū uulgō circūfertur. Cuius rei uel hæc nō ratio satis esse pōt, quod eius sententias post Aristotelem & Senecā libros adducatur, præter hoc qđ in libello illo Sixti Pōtīficis illæ Sententiæ, quas Hieronymus affert, nō legūtur. Neq; uerō aliquid auctoritatis, ei libro detrahitur, si in Sixtū tertium referatur, cum is, ut Platina testatur, fuerit uir sanctissimus, & planē Apostolicæ perfectionis imitator. Nam cū fuisset à Basilio iudiciū accessitus, & à septē & quinquaginta Episcoporū cōcilio absolutus, eundē Balsum uita iam functum propriis manibus in teaminibus inuoluit, & aromatibus conditum sepulture mādauit. Fuit & idē sacratissimē uirginis addictissimus, quod magnificum illud tēplū, qđ hodie Sāctā Mariā maiore uocat, Romæ ab eo cōditum & maximis diuitiis ornatū, satis testatur. Quæ res nō leui argumētō est, eum castitatis & uirginalis pudicitiae fuisse studiosissimū. Meminit & huius Sixti aut Xisti in catalogo scriptor Ecclesiasticorū Genadius, refertq; ab eodē cōtra Nestoriū ad Orientales & Occidentales Ecclesias cōditā Epistolā, qua cōfirmaret duabus Christi manētibus naturis, vnā filii Dei credendā esse personā, quæ Epistola nunc nō extat, nā ea quæ nūc Sixti nomine habetur, tantū Balsi causā pertractat, qđ aduersus illū accusationē istituit, uti diximus, sed de Sixto satis,

REPROBATVR QVINTA interpretatio. Cap. 21.

Nunc ad eius sententiā & Pauli interpretationem reuertamur, quæ mihi profectō non ob aliā causam non probatur, quā qđ Pauli generalē sermonem in angustias absque necessitate cōtrahat. Docet, n. nō modō nomen, uerū in priore illa clausula uxorē denotare, quod nō grauātē cōcederemus, sed in secunda ē, cū subdit, Vnusquisq; aut ob fornicationē suā uxorē habeat, ita ut de solis uxoribus iam acceptis, illic sermonē fieri, non itē de ducendis credat. Videtur deinde significare, illie Paulū indulgisse quidē uxores iam acceptas, nō item accipiendi alias facultatem. Habeat (inquit) nō ducat: immō uidetur docere sola fornicationis causa uigere, licere uxoribus uti. Ostēdit, inquit, qđ existente necessitate, eius rei licentiam indulgeret: à qua si uerius uoluerat abstinere, forni-

Lib. i. ad
fius Iouin.
In fine
contra Iou.
niam.

rationis scilicet. Et cum causam mōstrat, propter quam matrimonii illis haberi permiserit, uidetur ostendere, citra eā, propter quā conceditur, nō licere, inquantū, n. illud causa interueniente cōcessisse dignoscitur, intantū eadem causa uacate, propter qđ concessisse uisus est, denegasse cēsetur. Hęc Sixtus. In quibus confutandis multū immorari nō est necessariū, nā cui placere quæso poterit, coniugii, nisi ob fornicationis necessitatem, ad alterū cōiugem accedere non licere? Non ergo prolis suscipienda gratia licebit cōgredi, quod tamen ueteres illi patres, quarū sententiā in prima interpretatione cōsultauimus in altero prorsus extremo constituti, solū in matrimonio licitū & absq; crimine putabant. Deinde quæ rō patitur, ut Paulus acceptis uirēdi, nō item nouas uxores accipiēdi facultatem indulgerit, cum subinde omnibus inuolutis, & uidiis, nubendi facultatem tribuerit?

QVIA AVCTORI IN HAC PARTE uideatur, explicatur. Cap. 22.

ITaque ut iam quæ nobis Paulina mens in hac parte fuisse uideat, itē ostēdamus, nequaquā uel prioris uel secūda periodi uerba ad uxores iā acceptas in matrimonio mihi coercenda uir, sed ad eas quoque propagāda & extēdēda, quæ nō dū cuiquā uir per nuptias obuenerāt. Neq; timēdū hic gra, quod tū magnopere ueteres formidasse uir, nē si non de iā cōiugis Paulus loqueret, de alienis potius fuisset accipiēdas. Enim uerō alienas uxores aut liberas matrimonio scēminas, nō tāgere. Christianos iā hoīes docere superflū uidebatur. Sed & ab illis se cōtinere nō tantū bonū est, sed prorsus necessariū, cū præcedēti capite adulteros & scortatores à regno Dei exclusit, deinde alienas uxores aut scēminas uitandę fornicationis ergo, indulgere, absurdū est oīnō. Nō ergo adeo necessariū erat ut ex ueteribus & recentioribus quidā putāt, nō de alienis Apostolū scēminis, sed uxoribus loqui, nos cōmonerent, cū iā hoīs Christiani mētē subire nō possent. Sed neq; necessariū erat, si Paulus de uxoribus sermonē faciat, id ad uxores quas iam habebāt, Corinthii cōtrahere, & nolle ad alias quæ matrimonio accipi poterant, extēdi, cū Paulus illic ut antea diximus, non tam Corinthiis quā uniuersis Christianis hominibus quorūcūq; seculorū leges tulerit. Nā si imperatorum & Romanorū Pōtīficum rescripta, quæ illi ad aliquas Prouincias aut Ecclesias, immō uerō ad quosdam Procōsules & Episcopos dederunt, ad uniuersum Imperiū & Ecclesiā extēdi uolunt? cur non & idem de Paulinis Epistolis, præsertim cū non tam ex temporis conditione, quā ex Euangelico instituto (ut i hac parte) docere uidetur, iudicabimus? Ego certē eo loco Paulum, non modō Corinthiis cōiugibus, sed cœlibibus quoq; nubere uolētib; immō his præcipue leges tulisse, mihi persuasi, aliō qui eius in hac partē catechesis & doctrina, cum

solis coniugibus remedium afferret; manca esset & imperfecta. Erat quæstio, quam ab Apostolo explicari cupiebant; non tantum de his, qui iam in Paganiſmo coniuges acceperant, sed etiam de omnibus, qui cœlibes permanere nollentes, ad coniugia, siue prolis suscipiendæ gratia, siue fornicationis uitandæ causa, transire moliebantur. His ergo omnibus satisfacere oportebat, atq; ita accipienda sunt, siue prioris siue secūda periodi uerba, ita ut Paulus generali sermone statuat. Bonum quidem ac pulchrum esse homini uxorem nō ducere, aut si iam habeat ab ea sese abstinere, uerum tamen se illis qui ad fornicationis crimen se propensos senserint, si coniugati fuerint uxoribus utendi, illis uerō nondum nuptias celebrauerint, eisdem accipiēdi facultatem indulgere. Certē in priori illa clausula uerbum *habeat* non modo tangere, sed capeſſere significare, ex communi linguę Græcæ usu facile est aduertere: ergo cum dicitur bonū esse homini uxorem nō ducere, aut ductam non contingere, ita ut ad iam coniuges & ad cœlibes coniugii appetentes, Apostolū sententiā extēdatur: deinde in secūda periodo, uerborum *habeat* non modo de re, quam iam possidemus, sed etiam de illa, quam possidere, acquirere, occupare, adducere, & ad nos applicare contendimus, dici, apertius esse arbitror, quā ut in eo suadendo immolari debeatis. Nam ut quæ in prophanis auctoribus in hanc partem, obseruari possent, omittamus, certē in sancta scriptura hæc significatio frequentissima est; Apud Ioan. *qui credit in filium* habet uitam æternā, Apud Iacobum etiam *qui patientia autem opus perfectum habeat*, quo loco Sanctus Apostolus nō de opere perfecto, quod iam patientia habeat, sed de eo quod paulatim in crescente perfectione sit habitura, profecto loquitur. Habeat ergo unusquisq; suam id est eam quæ uel iam illi matrimonio hæret, aut quam ducere molitur, immō uerō tantum abest, ut hæc prima huius capitis portio ad solos iam coniuges contrahi debeat, ut potius mihi in hac prima parte de cœlibibus tantum, non item de coniugibus loqui uideatur. Sed ut huius capitis uera ac sincera intelligentia magis appareat, illud in tres partes, quod ueteres quoque quanquam alia ratione fecisse legimus, diuidere oportet. Agit in prima Paulus de ratione ineundi Christiana matrimonia, carnalique usu, quæ pars solum ad cœlibes attinet. Agit in secunda de iam coniugibus & eorum domestica cohabitatione. Agit tandem in tertia de uirginibus, siue his, quibus cœlebs uiuendi ratio studio placendi Deo magis arridebat. Et in priori quidem primō omnium generali sententiā pronuntiat (id ad quod uellet in Euangelio statu uniuersos homines aspirare) omnium quidem pulcherrimum ac optimum esse, N uxorem

Verus germa
nusque uerborum Pauli
inorū.

Capitulum illud
septimū quo
p̄cto diuidē
dum.

uxorem nō ducere & cœlibē, castūq; omnino permanere. Deindeq; illis, qui ab ea perfectione descendētes, coniugiorū vinculis uellent implicari, nō modō hoc faciēdi facultatem tribuit, sed et qui bus eas, quę ex coniugali vinculo actiones deriuantur, moderari debeant, leges impertit.

Vnusquisque, inquit, *ob fornicationem suam uxorem habeat, & unaqueq; suum uirum. Vir uxori debitum reddat & uxor uiro &c.* ac si diceret, optimum quidem, erat uxoris uinculis solutum: cogitare tantū quę sunt Domini, uerū ne quis, dum legitimam uxore contemnit, in carnis libidines prolabatur, scitote uobis Christi Euangeliū uxores assumēdi ius quod natura concesserat nequaquā abstulisse, ita ut uerba illa *Propter fornicationem*, non finem ut Sixtus & Chrysostomus putarunt, sed prouidentiam potius aut peccandi prauentionē, in his, qui se continere nō posse iudicabāt, significet, Subdit deinde Apostolus matrimonii Christiani leges cū inquit, vir uxori debitū reddat & uxor uiro, ubi duę illę dictiones *ὁ φιλόμενος τὴν uxorem*, non tantū debitū carnis aut coniugalem cōgressum, sed debitā beneuolentiā & obsequiū, quibus mutuo sibi coniuges rēdere debēt, significat, atq; ita Chrysostomus, Theophilactus, Theodoritus & cæteri Gręci ex Gręcę linguę proprietate interpretantur. Et ne post celebratas nuptias, alter cōiugū aut se liberū putaret, aut castitati, altero in fornicationis periculo, constituto, studeret, aut i reliquis domesticis obsequiis redēditis, esset negligentior, protinus subdit, Mulier sui corporis potestatem nō habet, sed uir, & uir sui corporis potestatem nō habet, sed mulier, ac si diceret, exposui uobis primam coniugiorū legē, teneat scilicet, sibi mutuo cōiuges in uniuersa re domestica & cōiugali subseruire, nunc se uerore alia & quę sit prioris illius origo & radix accipitur. Mulier uiro in matrimonio iuncta, iam amplius nō libera sed uiri sui ancilla est & omni sui corporis potestate priuatur, ita ut iā nō sibi, sed uiri rebus, & quō illi placeat studere debeat. Sed neq; uir melioris est cōditionis semel ducta uxore, prorsus enim omnem libertatē amisit, adeo ut iā nō quo pacto sibi, sed uxori placeat meditari debeat. Quo et loco ne que Paulus de sola cōgrediēdi, cū alter coniugū se non uult cōtinere, necessitate loquitur, sed de uniuersa cōiugali seruitute & obsequio, ut et Chrysostomus annotauit, Uxor, inquit, sui corporis nō habet potestatem, sed serua & domina est uiri, & si debitam recusas seruitutē, Deū offendisti. Quod si dimittere uis cū uir permittat, ad breue saltē tempus, fiat, propterea debitore appellauit ut neminem sui ipsius dominū esse ostendat, sed inuicē seruos. Cū igitur ad te tentandum meretrix accesserit, dicas nō esse tuum corpus, sed uxoris. Item & uxor dicat aduersus eos, qui eius uolūt expugnare pudicitiam, Corpus meū, nō est meū sed uiri. Quod si corporis nō habet potestatem, neque uxor neque uir, multo minus pecuniarum, Audistis quę nuptię uiros habeant, & quę uiri uxores. Nam

Debitum cōiugale quid sit Paulo & Gręcis auoribus.

corpus proprium habere nō licet, longe minus pecunias. Multis igitur in locis magnam tribuit uiro prerogatiuam, In ueri testamenti inquit, Sub uiri potestate eris, & ipse tibi dominabitur. Paulus aut ita diuidit. Uiri diligite uxores, uxor autē uirū timeat, hoc aut in loco, neq; maius neq; minus est, sed una potestas. Hactenus Chrysostomus, quę in sententia pene Theophilactus scribit, Ambrosius et in eadē uerba, inuicē ait, sibi subiici illos in causa, ut quia unū corpus sunt una eorum sit & uoluntas in legē naturę. Significat ergo Paulus per debitā beneuolentiā quā sibi inuicē coniuges reddere præcipit, aut per mutuā illā corporū seruitutē, nō tā coniugalis cōgressus necessitatē, quā uniuersa uitę cōiugalis obsequiū, quo siue in carnis desiderio exfatiando, siue in reliqua domestica cōuersione sibi subuenire tenentur, quāquā scio alterā interpretationē, quā scholastici Theologi fere oēs amplexi sunt, quosdā et ex patribus auctores habere, sed ego sanctum Apostolum (qui tamen postea dicemus) tota hac prima huius capituli parte, non aliud magis contēdit, quā uniuersos siue coniuges, siue cœlibes ad carnis munditiā prouocare, nō adeo in reddēdi & exigēdi carnalis cōmmercii pceptis sollicitū putauerim, in quā rē satis suapte natura propensos homines præsertim incōtinētes & qui infirmitatis cā ad matrimonia descēderant, quibus hic loquitur cogitare poterat. Ea tñ uerba quę nunc sequuntur ad carnis cōmmercii modō, & itē ad reliquā cōiugale seruitutē, ut illa præcedētia pertinerē, crediderint. *Nolite, inquit, fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis ieiunio & orationi.* Sic enim hnt exēplaria Gręca. Et rursus reuertimini in idipsum ne tētet uos Satanas, ac si dixisset, tradidi uobis, qui relicta uita cœlibi, nuptias celebrare desideratis, quātā ex eisdē nuptiis, uobis mutuo seruiendi necessitas oritur, & quod iā amplius uestri nō sitis, nunc quo pacto in eo obsequii genere, quod in carnis actionibus, uobis mutuo debetis, uos ipsos gerere teneamini, audite. Nemo uestri temerario studio castitatis deceptus, cōiugē nolētē sese cōtinere suo iure priuēt, hæc. n. aperte fraus est, cū, n. ille alter ad cōiugiorū grauissima onera & seuerā seruitutē nō ob aliā rōnē descēderit, quā ut carnis libidinis illicitas, hac licita cōiunctione uitaret, summa illi fit iniuria cū per alterius imprudētē cōtinentiā, alter in scortationis discrimine cōstituitur. Licēbit tñ aliqñ a se, sibi mutuo tēperare cōiuges debeāt cū id uel rōnis, uel ieiunii, uel alterius spiritualis actionis rō & oportunitas postulauerit, non tñ id simpliciter, cū alterutri fuerit collibitū orare, ieiunare & c. licere dico, sed ex cōsensu, i. cū in id, utriusque, cōsentialis, tūc. n. nō erit formidādū scortationis periculū, cū ambo sibi illā cōtinentię legē indixerint. Quā uerō plerūq; Satanas specie boni, paulo in Dei uia rudiores solet decipere, post breue tēp ieiunii & orōnis, quo ut sincerius ac mūditiū est sacrificiū uestri, abstinerē a uobis mutuo, de creu-

stis,

stis ad cōgressiōnē carnis reuertimini, nō fortasse fieri poterit ut alter uerecūdia aut hypocrisis impeditus, ius carnis postulare nō audeat. Preuenite igitur uos alter alterum, solliciti mutuo, ne ob uestrā fragilitatem in Diaboli laqueos incidatis. Hic profectō proprius locus agendi de debito illo coniugali uidetur, non item superiores illi, & alioqui exhortationem & catechesim Apostolicam totam in carnalis commercii reddēdi, explicanda obligatione infumi, & nihil de reliqua coniugali seruitute differere, absurdum uidebatur: nam in secunda huius capituli parte, quā ad coniuges referri diximus, nihil de hac re inquit, sed tota in hac quæstione consumitur, quo pacto coniuges, qui in paganismo matrimonia contraxerunt, se habere debeant. Prosequitur ulterius Paulus, *Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium dico.* Scio hanc periodum, ab uniuersis fere sacris interpretibus uel Gręcis uel Latinis, qui in Paulum e commentaria ediderunt, ad immediate præcedentem referri, ita ut sit sensus. Reuertimini in idipsum &c. hoc autem non secundum imperium sed secundum indulgentiam dico, id est quod in actiones coniugales conuertimini a me quidem non præcipitur, cum omnes uelint castos esse, sed ex infirmitatis uestrę consideratione confulitur. Sed mihi rempenitus fortasse consideranti, illud semper magis arrissem ad præcedentia illa uerba. *Vnusquisque autem propter fornicationem suam uxorem habeat, & unaqueq; suum uirum &c.* ab Apostolo referri, ita ut sit sensus, unusquisque suam uxorem habeat & unaqueque suum uirum, hoc autem non secundum imperium sed secundum indulgentiam dico, more tamen Paulino: utranque clausulam per *ὁ φιλόμενος τὴν uxorem* parenthesis, leges connubiales continens, interponatur. Hoc modō unusquisque autem propter fornicationem suam uxorem habeat, & unaqueque suum uirum, (Vir uxori debitum reddat & uxorem uiro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir, & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi & reuertimini in idipsum, ne tenet uos Satanas propter incontinentiam uestram) hoc autem, id est unusquisque suam uxorem habeat, ut unaqueque suum uirum &c. nō secundum imperium, sed secundum indulgentiā dico. Est profectō in hyperbatis & longis sententiarum interpositionibus, Paulus frequentissimus, quod eius lectione cū facile obseruari possit, non est opus adductis exemplis comprobare. Docuerat Apostolus, bonum esse non ducere uxorem, indulserat incontinentibus uitandā fornicationis causa nuptias, quoniam autem nuptiarum sermo inciderat, quę essent iura cōnubiorū per parenthesis apposuit, atque postea, ne pceptū putaretur, quod dixerat unumquemq; suam uxorem habere &c. protinus legibus cōnubialibus subtexit, subdit, hoc autem non secundum imperium sed se-

cundum indulgentiam dico. Quod si quis illic nullum hyperbaton aut parenthesis esse uelit, non refragor, dum hanc periodum non tantum ad immediate præcedentem clausulam, quā præceperat in id ipsum reuerti &c. Sed ad omnes præcedētes ad illam usque, quā unumquemque propter fornicationem suam habere indulserat, referri fateatur. Habeat (inquit) unusquisque propter fornicationes, suam, & unaqueque, suam. Vir uxori debitum reddat, & uxor uiro (quoniam supple) Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir, & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum. ne tenet uos Satanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem id est totum hoc quod tunc de ineundi matrimonii facultate, tūc de mutua seruitute ac beneuolentiā, tūc de carnis cōgressiōnibus dixi, dicens, *Habeat, reddat, nolite fraudare, & reuertimini*, quę uerba uideri poterant imperium importare, non secundum imperium sed secundum indulgentiam dico. Et certē quod hæc periodus, non modo ad carnale nuptiarum exercitiū, quod oratione & ieiunio ex mutuo consensu fuerat interruptum, rursus repetendum, referatur, sed etiam ad matrimoniale contractū, qui in illa superiori clausula unusquisque &c. indulgetur, pertineat, ipsa Apostolica uerba quę sequuntur, satis clarē demonstrant. Uolo autem omnes uos homines esse sicut me ipsum, sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, unus, quidem sic, alius autem sic, Paulus profectō cœlebs erat, quod & nos libro superiori satis demonstrauius, & ex hoc loco cuncti ueteres patres compertum habuerunt, quorsum ergo cū monuisset in idipsum id est carnis actum, post ieiunium & orationem reuerti, id quę non iuxta imperium sed iuxta indulgentiam intelligi uelit, quasi rationem reddens, cupere se ait, omnes fore sicut se ipsum? Enim uerō coniuges etiam si abstinerent se, nec post orationem & ieiunium reuertentur, ad connubiales amplexus, adhuc non erant sicut Paulus intelligit, igitur Paulus cū ait. *Hoc autem non secundum imperium, sed secundum indulgentiam &c.* non de sola reuersione, sed de ipsa ineundi cōiugii facultate, per quam non erant coniuges, sicut Paulus. Quod autem ait, *Sed unusquisque, proprium donum habet &c.* idē dixit ne quis coniugium, id quod hæretici crediderunt, putaret esse peccatum, ac si apertius dixisset. Secundum indulgentiam non secundum imperium uobis nuptię, & nuptiarum usus concedi dixi, quoniam indulgentia de minori & imperfectiori bono est, ego autem uellem uniuersos homines, id quod est perfectum amplecti, id est esse cœlibes, quemadmodum ego sum, nolite tamen putare qui uxores accepistis, uos peccasse, quoniam utrunque Dei donum est, quod autē a Deo donatur malum esse nequaquam potest, sed de his uerbis, postea cū aduersario-

rum contententium castitate esse hominibus impossibile argumenta profligabimus, latius loquemur, Illud hic non est omittendum, Ioannem Leonicerum Theophilaeti interpretem non recte uerba Pauli κατὰ οὐρανὸν ἔμνην secundum consilium conuertisse, nam præter hoc quod οὐρανὸν nunquam consilium, sed concessionem, indulgentiam, & misericordiam significat, consilium de maiori bono semper est, indulgentia uero de minori, Sed ad Pauli contextum, redeo. Dico autem non nuptiis & uiduis bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego. Quod si non se continent, nubant, melius est, enim nubere quam uri. His profecto uerbis, duo Paulus perspicue indicat, prius quidem id quod superius asseruimus, totam hanc huius capituli primam partem, non ad iam coniuges, sed ad cœlibes nuptias celebrare cupientes, pertinere, alterum, se uerbum illud. Hoc autem dico non secundum imperium, sed secundum indulgentiam, ad superiores periodos, quibus facultate inuendi cœiugia, nolentibus ab uxoribus abstinere denuntiarat pertinere. Sed prius declaremus. Implicatior totius huius primæ partis sermo, quo de iure nubendi, & connubiorum legibus scripserat, fortasse uidebatur. Dixerat in ipso capituli frontispicio, bonum esse homini mulierem non tangere, deinde multa miscuerat, quo totum contextum obscuriorē redderāt, hæc igitur uerborum perplexitas, quæ ex interiecto hyperbato intercesserat, ut e medio tolleretur, sic subdit, Dico autem non nuptiis & uiduis bonum est illis si sic permanserint sicut ego, quod si non se continent &c. Hoc est quod dixi, bonum esse homini uxorem non ducere, & quod propter fornicationem, unusquisque, &c. nihil aliud est quam quod uelim exhortari cœlibes, ut quemadmodum ego feci, ut perfectius Deo inseruire queant, à ducendis uxoribus abstineant. Quod si bene propriis expensis uiribus sese à carnis actionibus non posse continere uideant, Euangelica utantur indulgentia, nubant, melius est enim nubere quam uri, non quod malum sit nubere, sed quod cadere ab Angelica illa puritate quam uirginitas conciliat, malum non culpæ sed poenæ, id est non leue detrimentum à Paulo crederetur. Sunt itaque hæc uerba non aliud quam rotius eius prioris partis peroratio & epilogus, qua Paulus quid in uoluntate illo sermone contrahere matrimonia uolentibus tradiderit, paucioribus explicat, & hæc est quod ait. dico autem quasi priora explicet. Itaque ita nostram hanc sententiam qua credimus hanc primam partem ad cœlibes ad matrimonia peruenire uolentes pertinere, comprobare licere, hæc postrema periodus totius huius prioris partis est epilogus, ergo ad quos epilogus pertinet ad eos quoque pars tota pertinebit, pertinet autem epilogus ad cœlibes, qui non se continentes, matrimonia inire uolunt tota igitur pars ad eos quoque pertinebit. Et profecto in hac prima parte non de iam coniugibus, sed de his, qui nondum erant, esse tamen uolebant, Pau-

lum sermonem facere principium secundæ partis, in qua de iam coniugibus loquitur, aperte ostendit, nam cum uita: uidorum & nuptorum, quos cœlibes intelligit, doctrinam tradidisset, confestim ad coniugatos conuersos. Iis autem, ait, qui matrimonio iuncti sunt, &c. quemadmodum enim in priori parte cum de cœlibibus uolentibus inire matrimonia, loquebatur, primo uxorem accipiendi facultatem indulgit, ac quo pacto noui coniuges sibi mutuò obsequerentur prouidit, nunc cum de coniugatis loquitur, primo omnium ne se parentur prouidet. Sed nobis nihil nunc cū hac huius capituli parte, qui tantum uirginitatis ac uita: castæ excellentiam demonstrare contendimus, atque adeò ad posterius illud, quod ex his postremis uerbis colligi dicebam reuertor, id autem erat, uerba illa, Hoc autem non dico secundum imperium, sed secundum indulgentiam non tantum ad carnalis actus repetitionem, sed ad facultatem, inuendi coniugia propter fornicationis metum, in paulo superioribus uerbis tributam esse referenda. Hoc autem facile persuadebimus, si singulas has clausulas ad memoriam reuocemus. Bonum est inquit, homini mulierem non tangere, sed unusquisque &c. Vir uxori debitum reddat &c. Vir sui corporis &c. Nolite fraudare inuicem &c. Hæc autem omnia, inquit, non secundum imperium, sed secundum indulgentiam dico. (quoniam supple) uolo, id est uellem omnes homines esse sicut me ipsum, quid autem, sic esse omnes homines sicut ipse erat intelligat, his postremis uerbis explicat. Dico autem, non nuptiis & uiduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut ego quod si non se continent, nubant &c. sicut ergo Pauli uoluntas hæc erat, ut omnes illum uita: cœlibis instituto imitarentur, ita indulgentia erat, si uerentur, nubere. Verum de huius Apostolici loci interpretatione iam satis.

COLLIGITUR EX OMNIBVS INTERPRETATIONIBVS SUPERIVS EXPLICATIS, uirginitatem aut castitatem magnopere, auctore Paulo præstare matrimonio, & ad Euangelicæ uite perfectionem pertinere. Cap. 23.

N V N C ex eo quod potissimum in disputatione versatur, uirginitatem aut cœlibe uiuendi rationem multum suapte natura præstare matrimonio colligamus, quod facile efficiemus, si uniuersas, quas retulimus interpretationes in memoriam reuocemus.

Enim uero inter primæ interpretationis auctores, quidam tantum cœlibatui deferebant, ut matrimonia cum Christiana uiuendi ratione conuenire non crederent, alii & si non matrimonia, usum tamen eorum, aut in totum periculosum dicebāt, aut magna ex parte damnabant.

Secundæ deinde expositionis auctores, & si matrimonia non se continentibus necessaria putarēt, nihilominus tamen, cœlibem & castum statum, si cui

si cui fortasse diuino numine contigerit, multo coniugali perfectiorem diffiteri non possunt.

Tertii etiam licet Corinthiis hominibus ob suam incontinentiam, suarum cœiugum usum præceptum doceant, non tamen diffitentur, incontinentia illa remota, multo cœlibem statum præstare matrimonio.

Quarti non modo nuptias inferiores cœlibatui liberè donant, sed et (quod hoc opere cōtēdimus) Saacerdotibus tanquam perfectioribus non cōuenire.

Quinta sententia, adeò supra coniugia cœlibatui extollit, adeoque matrimonio detrahit, ut mihi ob eam solam rationem displicuerit.

Iam quæ à nobis in eum locum allata sunt, eo oia contendunt, ut non solum actiones coniugales, sed ipsa matrimonia, secundum indulgentiam, tanquam minus bonum Christianis condonentur. Semper igitur fuit persuasum uirginitatem, aut liberum à coniugio uiuendi modum, matrimonio præstare. Quod adeò profecto aperte docet illo loco Apostolus ut nulla heretica uersutia sincerum eius sensum perueri aliquando posse, mihi persuaserim. Nam etsi Iouinianus nihil inter nuptias & uirginitatem aut castitatem distare doceret, quod & nostri quoque memoriæ heretici per omnes septentrionales prouincias cum ingenti Ecclesiasticæ puritatis detrimenta propagarunt, id tamen non de statu ipso cœlibe, ad quem Paulum prouocare apertissime uident, sed de personali merito loquuntur.

Aiunt, inquam castitatem aut uirginitatem cum res sit indifferens, neque cuiquam diuinius præcepta, non esse Dei cultum, neque pugnae carnis que pro illa suscipiuntur, ullam conciliare maiorem sanctitatem, At statum ipsum si cui contingat, perfectiorē esse coniugio cum Paulus id diserte doceat, inficiari nequeunt. De qua re postea cum hereticorum diluamus argumenta. Immo uero tantum abest, ut quis hunc Paulinum locum, aliorum detorqueat, ut sint, qui toto hoc capite hac præsertim prima parte, Apostolum hoc duntaxat cōtendere putent, ut statum castitatis & liberam uiuendi rationem, propositis, atque in medium adductis grauissimis coniugiorum oneribus, oibus hominibus persuadeat, in qua sententia multus est Chrysostomus lib. illo de uirginitate, sed eius uerba quod uere sint aurea non erunt importuna. Unusquisque, inquit, suam uxorem habeat. Idcirco non audebat apud ipsos initio de uirginitate differere, sed commemoratus in commemoratione nuptiarum, paulatim eos studebat à cœiugio reuocare, ac cū breuiter quædam de cōtinentia dixisset, ea nimirum pauca, longiori illi de connubio orationi permisit, Neque Corinthiorum aures grauitate admonitionis offendi passus est. Qui enim seuerioribus sensibus usquequaque textit orationem, cum molestus est auditori, rum eius animum sepe numero uehementer perturbari cogit ut qui dictorum grauitatem minimè perferat, qui uero sic eam uariat & temperat, ut grauibus rebus faciliora plura, quam molesta illa sunt cōmiscet, is & rei seueritatem subtrahit,

& reficiens auditorē ita persuadet, magisque conciliat. Quod quidem & diuus Paulus effecit. Cum, n. dixisset, bonum est homini mulierem non tangere statim ad nuptias retulit orationem, cū inquit. Unusquisque suam uxorem habeat, quod ubi in beatitudinis loco posuisset, omisit. Bonum, n. ait, est homini mulierem non tangere. De nuptiis uero & consilium dat, & statuit, & rei præterea rationem adiungit. Nam propter fornicationem, inquit, in quo uidentur quidem ratione afferre, quamobrem sint concessæ nuptiæ, sed reuera expositis cœiugii causis, continentiam clam laudando extollit, non id quidem uerbis aperiens, sed auditori cogitandum relinquens. Auditor, n. ubi coniugium à Paulo laudari intelligit, non quia perfectæ uirtutis opus sit, sed quod in ipso auditorē Paulus, non uideat inesse libidinem, ut sine nuptiis se in ipsa libidine continere non possit, pudore quodam & rubore suffusus, operam dat, ut cōtinuo uirginitatem cogit, & summam intemperantiæ uitæ infamiam. Quid uero præterea inquit, uxori uir debitum reddat, & uxor uiro, quod deinde, cū interpretaretur, explanaret aperit, adiungit. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir, similiter, Uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Que cū de nuptiis uideatur dicere, re tamen uera, tanquam hamum usitata piscatoris, circumuestiens, sic ipse in auditorium aures inserit orationem, eo consilio, ut illo ipso sermone de nuptiis eosdem à nuptiis deterreat. Nam qui illud audit, se per coniugium non in sua, sed in uxoris esse potestate, confestim operam dabit, ut ab acerbisima seruitute liberetur, uel potius id primū cauebit, ne ipsum subeat iugum seruitutis. Vbi, n. femel se potestati subiecerit, quandiu ipsi uxori uideatur, est ei necessario seruendum. Me uero non temere hoc ex Pauli sententia conicere, ex discipulis Iesu facile intelligi potest. Nam neque illi graue & molestum coniugium prius existimauerunt, quæ à Domino audierunt se in eadem necessitate conclusos in quam aliquando Corinthios Paulus adduxit. Illud enim. Qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa, facit ipsam mecharam, & hoc, Vir sui corporis potestatem non habet. Sunt inter se quidem dissimilibus, enuntiata uerbis, uerū eadem habet rationem utriusque sententiam. Siquis aut Pauli uerba diligentius consideret, tyrannidem magis augeri, intelligit, aut seruitutem fieri grauiorē. Siquidem Dominus uiri potestatem esse non uult uxorem domo expellendi. Paulus uero proprii et corporis iure adempto oem ipsius principatum dat uxori, cuius impio subiectum esse uirum magis esse uult quam puerum emptum pecunia. Seruo, n. si quando cōparata pecunia precium quanti emptus est, domino persolvere potuerit, plerumque libertatem omnino recuperare licet, at uir quauis omnium difficillimam nactus sit uxorem, seruitutem tamē perferre necesse habet, quippe qui nullam inire potest uiam, qua solutus eiusmodi dominatu liberetur. Cum igitur illud dixisset. Mulier sui corporis potestatem non habet, adiecit. Nolite fraudare uos inuicem, nisi forte ex consensu

ad tempus, vt vacetis orationi & ieiunio, & rursus reuertimini in idipsum. Equidem in tanta Pauli indulgentia, plerosque eorum, qui virginitatem e medio tollunt, hic erubescere & pudere existimo. Sed ne reueramini, neve stultè uos abiiciatis, sic enim loquitur Paulus, vt iis qui connubio iuncti sunt indulgere videatur, uerum si quis ea accuratius animaduertit, unam & eandem atque superiorem uerborum sententiam esse uideat. Quod si quis propositam remouens causam, simpliciter hæc interpretari uoluerit, non tam illa Apostoli quam connubiorum conciliatricis cuiuspiam uerba uideantur, si uerò eius mentem explicarit, his hanc etiam admonitionem Apostolicam dignitatem habere intelliget, uerum quid longiorem hunc ipsum facit sermonem? nonne satis illud fuerat cum superiori oratione rei grauitas esset exposita, finem admonendi facere? Quid enim habet amplius hoc? Nolite fraudare uos inuicem nisi forte ex consensu ad tempus, quam illud? Uxor uir debitum reddat, ut uir proprii corporis potestatem non habet? Nihil sane amplius, nisi quod illic breuius & obscurius significatum erat, hic & pluribus uerbis, & planius est explicatum, quod nimirum facit, Samuelem illum sanctum Dei uirum imitatus, quemadmodum enim is quam potuit subtilissimè apud imperitã multitudinem regni leges exposuit, non ut regem reciperent, sed ne reciperent, quippe qui rei præceptionem ita dederè uideatur, cum uerò quandam ipsius oratio inrẽmpetiue eorum hominum, cupiditatis distensionem habeat, sic Paulus etiam connubii tyrannidem continentèr inculcat, atque eo ipso sermone planius illos inde reuocare studet, cum enim dixisset, Mulier proprii corporis potestatem nõ habet, adiunxit. Nolite fraudare uos inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis ieiunio & orationi, Vides quomodo eos, qui coniugio essent coniuncti, ut nullam eius oratio suspensionem aut molestiam haberet ad cultum continentia perduxerit? Ab initio rem omninò cõmendauit, Bonum enim inquit, est homini mulierem non tangere, in hoc uerò admonitionem etiam adhibuit, cum inquit, Nolite fraudare uos inuicem nisi forte ex consensu. Sed quid est, quam ob rem statuere uolebat id tanquam monitum introduxit, non in iussu formulam redegit? Nõ enim dixit fraudate inter uos, uerum ex communi uoluntate, ut uacetis orationi: sed Nolite fraudare uos inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus: quæ hæc est leuior oratio, quæ doctoris mentem & sententiam declaras, minimè id acerbius exigit, quod ita summa Corinthiorum gratia persoluitur. Quæ ob rem fit, ut non solum auditorem cõsoletur, sed etiam breuitate orationis, rei tristitiam comprimat, & ante ad iucundiora transeat in illisq; diutius hæreat & commoretur, quam ad auditorem molestia perueniat. Hucusque Chrysostomi uerba, quæ tam prolixè citare uoluimus quod ad sen-

tentiam nostram, immò ad Pauli mentem explicandam & comprobendam nihil melius excogitare potuissimus. Vbi etiam uides id quod nos præcedenti capite astruximus, Apostolum illa prioritate, non de iam coniugatis sed de cœlibibus uerba facere, nam sicut Chrysostomus docet, nihil aliud illic continetur, quam positus in medio connubiorum incommodis, exhortatio quædam ad uitam cœlibem & matrimonio liberam, cum eos qui iam erant coniuges in secunda parte à se inuicem separari non permittat, etiam cum alter adhuc infidelitate detinetur, qui fieri potest, ut ea prima pars de his, qui in paganismo uxores iam acceperant commodè intelligat?

EXPLICATVR PAULINI LOCI
tertia pars, Cap. 24.

AD tertiam huius capituli partem iam ueniamus, nam secunda (ut diximus) in coniugum quæstionibus explicandis tota expenditur, Quæsierant ab Apostolo Corinthii, primo quidem, an hi, quos Christi fides cœlibes offenderat ad coniugia possent cõmigrare, Deinde an hi qui iam tunc coniugio erant implicati, uxores fideles aut infideles, de quibus maior erat ratio dubitandi, retinere possent, quod uidelicet pseudo Apostoli nuptias cum Euangelica uiuendi ratione non cõuenire docuissent. Tertio demum quod ex his quæstionibus sequi uidebatur, an uirginitas aut uita cœlebs ad Euangelica præcepta, quæ necessariò ad Christianã uiuendum requiruntur pertineat. Respondit iam prioribus duabus quæstionibus, nunc tandem tertiæ satisfacit, *de uirginibus inquit, præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus à Deo ut sim fidelis.* Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse, alligatus est uxor uolens querere solutionem, solutus es ab uxore, noli querere uxorem, si autem acceperis uxorem non peccasti, & si nupsit uirgo, nõ peccauit, tribulationem tamè carnis habebunt huiusmodi; Ego autem uobis parco, ita Paulus. Ex quo loco cuncti Ecclesiastici patres, uirginitatis & uitæ cœlibis excellentiam & perfectionem, qua coniugia, quantuncunque sancta ac pia superant, mira concordia colligunt. Nam præter hoc quod consiliũ semper est de bono perfectiori, ipse Paulus disertis uerbis id ostendere uideatur, Consilium, inquit, do tanquam misericordiam consequutus ut sim fidelis. In quæ uerba Basilus posteaquam utriusque testamenti in uirginitatis & cœlibatus negotio discrimen pulchre satis annotasset, & in neutro de ea præceptum contineri docuisset. Voluit, inquit, non præceptum ipsum uirginitatis rectè factũ, sed insignè animæ uirtutis studiosè ex propria ac libera potestate, id quod supra mundanũ & naturam est, à se ipsa perpetratis. Nuptiæ equidè naturæ gratia sunt, & lex præcipit quæ naturæ

naturæ cõmodũ est, at uirginitas transgressa naturam, legi non seruit, supra legem integritatis rectè factum creatori ac legislatori offerens. Ob id itaque Dominus (rursus dico) nusquam uirginitatem sancit, permisit autem, quo uelut ab incorruptibilitate ad corruptionem, præter naturam homo immodica licentia usus, coactus est, sic à corruptione ad incorruptibilitatem, naturam suam meliori naturæ proposito cogat. Et non sancit quidem inquam, neque præcipit hoc uirtutis factum, eximium quidam & supra naturam, & supra legem animæ uirtutis studiosè esse sciens. Verum ubi audiisset eum qui ad ipsum dixit, Non expedit matrimonium contrahere immensitatem uirginitatis ostendens dicit, Non omnes capiunt quæ admodum etiam diuini simus Apostolus uestigia ipsius sequens, quæ quidem necessaria sunt ad uitam in Epistolis præcipit, & Ecclesiam immò quoque præcepto uelut unum corpus, à capite neque ad summas (ut ita dixerim) unguis, ornat, de uirginibus autem nihil à seipso pronunciat, interrogatus autem immittatur Dominũ, ac dicit, De uirginibus præceptum Domini non habeo, nusquam enim inuenio neque in lege, neque in Euangelio maximam hanc animæ uirtutis studiosè possessionem Dominum præcepisse, quemadmodum Dominus interrogatus, Non omnes capiunt, qui interrogauerat respondit, nõ autè occultauit, neque magnitudinem, neque modum, quo quis uirginitatem assequi posset, sed subinferens, tres eunuchismi species ostendit. Sic & ego, præceptum Domini non habeo, tamen consiliũ do. Vbi enim supra naturam fieri solet hoc uirtutis factum, illic eiicitur omne seruire præceptum: liberum autem consilium, admonens quomodo oporteat liberum omni præcepto superiore ex propria potestate scientem, mirabiliter naturam ad incorruptibilitatem cogere tempestiue inducitur. Hæc Basilus in hunc locum, ubi non tantum uirginitatem, & uitam cõiugio liberam præstare matrimonio, sed etiam uniuersæ naturæ, uult Apostolum docuisse, iccirco non fuisse præceptum sed cõsiliũ, quod mirum in modum humanæ perfectionis gradum superaret. Chrysostomus etiam libro illo de uirginitate, in quo totum hoc ferè septimum caput interpretatur, ad hæc uerba perueniens suscepta Apostoli persona, De uirginibus inquit, haud quam ipse præcipio, sed præceptum nõ habeo quasi ita diceret, si rationibus humanis impulsus, ista cogitasset, cogitatis meis confidendum nõ esset, sed quado ita Deo uisum est, magnum id habetis pignus uestræ libertatis, mihi quidem iubendi talia facultas non est: quod si conseruum quodammodo uestrum uultis audire, do, inquit consiliũ tanquam misericordiam consequutus à Domino ut sim fidelis. Quo quidem loco Pauli artificium admirabilemque prudentiam, licet intueri, quomodo uidelicet is inter duas necessarias, eandemque inter se contrarias res deprehensus, & ita se com-

mendet, ut gratum acceptumque illi eius habeant consilium, quod eam uirtutem nõ erat assecutus, nihil de se magnificè locutus, breuiter utrumque comprobavit. Quod enim dicit, Tanquam misericordiam consecutus, quodammodo seipsum emendat, quod non autem à præclarioris uirtutis munere id faciat, rursus se extenuat, & deprimat. Non, inquit, do consilium tanquam is cui creditus sit Euangelium, tanquam qui dignus habitus sim, qui illud apud gentes prædicarem, tanquam negocium meæ præfecturæ gerens, tanquam doctor, & magister. Quid ergo? Tanquam misericordiam consecutus, ut sim fidelis. Cauete enim existimetis quod doctor sim, Dei hæc solum esse beneficia, etenim fides etiam ipsa eiusdem est Dei, in me misericordie, non enim propter dignitatem meam, inquit, fidei munere sum affectus, sed propter misericordiam, modò misericordia autem gratiæ est, non meritorum, ut nisi admodum benignus Deus fuisset, non solum Apostolus, sed nec fidelis quidem ullo modo esse possem. Vides gratum serui animum summamque summisionem, ut nihil plus sibi assumat, quam ceteri habeant, quin etiam fidem ipsam quæ ei communis erat cum Discipulis, nec sibi quidem tribuit, sed Dei benignitatis, & gratiæ acceptum refert, id ipsum hæc uerba declarans, quod idem ualeat ac si diceret, Nolite meum aspernari consilium, neque enim me Dei benignitas est aspernata, præsertim cum sit consilium, non nisi iussi uim habeat, faciendum id censeo, non uti faciatis legem fero, nõ ponere in medio, & proponere quæ unicuique conducant, præsertim cum id ipsum, quemadmodum nos in præsentia, auditorum rogatu facias, nulla lex prohibet. Hactenus Chrysostomus. Similiaque scribit in eundem locum hom. octaua de penitentia. Ambrosius quoque in libro exhortatorio ad uirgines sola, inquit, uirginitas est, quæ suaderi potest, imperari non potest, res magis uoti, quam præcepti, quod enim gratiæ est, non iubetur, sed desideratur, electionisque magis est quam seruitutis. Unde & Apostolus dicit, De uirginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino. Legerat, enim dixisse Dominum spadonibus, Quicumque studierint præcepta mea, & legerint quæ ego uolo, & amplectentur testamentum meum, dabo illis in domo mea, & in muro meo locum nominatum meliorem filiorum, & filiarum, nomen æternum dabo illis, & nõ deficient, Meliorem inquit, locum uobis dabo, spadonibus dicit, iis uidelicet, qui se resecta genitali parte absciderint ipsi sunt ergo, qui habent in cælo præmia ceteris præstantiora. Hieronymus præterea, & Iouiniani hæretici obiectionem dilluens, qui ex hoc loco (ut lib. sequenti dicemus) uirginitatem tanquam à Domino non præceptam contemnebat. Quomodo inquit, de uirginibus Apostolus dicit se non habere præceptum, & tamen dat consilium, quasi misericordiam

Cap. 41.
& 42.

Lib. de uirg.

diam consecutus à Domino, & hoc agit in omni illa disputatione ut uirginitatem præferat matrimonio, & suadere quod imperare non audet, ne iniucere uideatur laqueum & plus imponere ponderis quam potest hominum sustinere natura, ita & in Ecclesiastico ordine constituendo, quia rudis ex gentibus constituebatur Ecclesia, leuiores nuper credentibus dat præcepta ne territi ferre non possent,

ADVERSARIORVM DOCTRINA
qua non absolute sed pro istius temporis ratione Paulum, uirginitate uolunt prætulisse matrimonio proculcatur. Cap. 25.

SED quorundam aduersariorum tergiuersatio audienda est, aiunt enim Apostolum, non simpliciter commendasse uirginitatem, neque eam absolute prætulisse matrimonio, sed pro ea temporis ratione, quoniam eo tempore in omnibus locis graues erant christianorum persecutiones. Christiani erant plerique in fuga & quodammodo omnibusque bonis eueriebantur, minus aut molestum erat in persecutione, si quis solus fugeret quam si cogeret, sollicitus esse de uxore & liberis, atque ita intelligendum docent, quod Paulus subdit. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Verum hanc fugam turpissimam esse, & omnino contra mentem Apostolicam, tum ex ipso Pauli contextu, tum ex ueterum interpretatione facile demonstrabimus, nam primò, non pro temporis ratione, sed absolute Paulum uirginitatem & uitam cœlibem matrimonio prætulisse, rationes, quas idem Apostolus ibi profert aperte conuincunt. Quoniam, inquit, bonum est homini sic esse. Non dixit Paulus, bonum est nunc homini sic esse, sed absolute, bonum est homini sic esse, quemadmodum & prius dixerat, bonum est homini mulierem non tangere, aut, ut nos interpretati sumus, pulchrum est homini uxorem non ducere. Ergò non incumbentem tunc temporis, sed ipsi matrimonio ex natura sua presentem & inherentem necessitatem, id est uitæ distributionem significat, arguit enim à natura matrimonii, quod secum ingentes difficultates & curas, quas postea subiungit, adducit, non autem à temporis incommodi siue persecutionum occasione.

Reprehendit & Augustinus quorundam sententiam qui uitæ cœlibatam & uirginitatem utilem quidem ad uitæ præsentis erumnas & sollicitudines uitandas, docebant, non item ad amplius sanctitatis meritum, maioremque spiritualis perfectionis cumulum, atque huc, hæc Apostoli uerba propter instantem necessitatem detorquebant. Mirabiliter, inquit, desipiunt, qui putant huius continentiae bonum, non esse necessarium propter regnum cœlorum, sed propter præsens seculum

quod scilicet coniugia terrenis curis pluribus atque afflictioribus distenduntur, qua molestia uirgines & continententes carent quasi ob hoc tatum melius sit non coniugari ut huius temporis relaxentur angustie, non quod in futurum seculum aliquid prolit. Hanc uanam scientiam ne cordis propria uanitate pertulisse uideantur, adhibent ex Apostolo testimonium ubi ait, de uirginibus, De uirginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut fidelis essem, existimo hoc bonum esse propter præsentem necessitatem. quia bonum est homini sic esse. Ecce (inquit) ubi manifestat Apostolus, hoc propter præsentem necessitatem bonum esse, non propter futuram æternitatem, quasi præsentis necessitatis rationem haberet Apostolus, non prouidens & consulens in futurum, cum omnis eius dispensatio, non nisi ad uitam æternam uocet, præsens ergò est uitæ necessitas, sed tamen quæ aliquid bonorum impedit futurum. Quæ necessitate uita cogitur coniugalis, cogitare quæ mundi sunt, quomodo placeat uir uxori, uel uxor uiro, non quod ea separent à regno cœlorum sicut sunt peccata, quæ idem præcepto non consilio prohibentur, quia Domino præcipienti non obedire damnabile est, sed illud quod in ipso Dei regno amplius haberi posset, si amplius cogitaretur, quomodo placendum esset Deo, minus erit utique, cum hoc ipsum minus coniugii necessitate cogitatur. Et paulò post. Existimo hoc bonum esse propter præsentem necessitatem. Hoc est inquit, unde præceptum Domini non habeo, sed consiliū do, hoc est, de uirginibus existimo bonum esse propter præsentem necessitatem. Noui enim quod præsentis temporis, cui coniugia seruiunt, necessitas cogat, ut ea quæ Dei sunt, minus cogitentur, quam sufficit adipiscendæ illi gloriæ, quæ non erit omnium, quæ uis in æterna gloria ac salute manentium. Stella enim à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. Bonum ergò est homini sic esse. Ita Augustinus, eodemque pacto Chrysostomus lib. de uirginitate ea Apostoli uerba interpretatur. Non scilicet de præsentis illa persecutione neque de præsentis uitæ necessitate, sed de eo, quod supertogenio matrimonii, ad Deo seruiendum, adiunctum est impedimentum. Sed quænam hic etiam nobis necessitatem (inquit) impositam à natura ne? minimè. Primum enim si id dixisset facta illius ipsius mentione, contrarium ei quod uoluisset, efficeret. Nam qui connubio iungi uolunt, eandem seorsum deorsumque uersant, deinde nunquam ipsam instantem uocauisset, non enim nunc primum, sed iam diu hæc insita est in hominum genere libido, quæ quidem cum uolentior olim esset & planè indomita, Christi aduentu & eius uirtutis ui, quæ nobis adhibita est, domitu facilis est facta. Ergò nullus est de hac necessitate sermo, uerum alteram obscurius significat uariam atque multiplicem. Sed quæ nam est ista necessi-

necessitas? humanarum rerum, negotiorumque conuersio. Is enim est concursus curarum, ea sollicitudinum oppressio, ea uarietas casuum, ut quo cōnubio iunctus sit, uel inuitus multum sepe peccare, & errare necesse habeat. Nobis autem summa hæc uirtutis norma olim præscripta non erat, sed & ulcisci iniurias, & conuicia inconuiciatorè iactare, & facere pecuniam, & uerè iurare, & oculum pro oculo eruere, & inimicos licebat odisse, neque etiam luxuriose uiuere aut irasci, aut uxore eiecta alteram ducere erat impeditum, ac neque id solum, sed duas quoque eodem tempore habere in matrimonio lege permittebatur. Magna præterea tum harum tum aliarum rerum omnibus indulgentia tribuebatur, quæ sanè indulgentiæ uia, post Christi aduentum longè fuit angustior. Neque eo solum quod tanta hæc eorum, quæ diximus licentia quanta uerbis exprimi non potest circumsa nobis est, sed quod eam uxore, cuius uasum coactuque multa etiam sepe peccamus, uel qui uelit eiicere, adulterii condemnatur necesse est. Neque uero ob id solum eam uirtutem assequi nequimus, uerum etiam si sit uxor moribus facilibus, tamen moles curarum quæ nobis circumfunduntur propter ipsam uxorem ac liberos eius nec minimum quidem cœlum suspicere patiuntur, uandique animum quadam quasi vertiginè contorquentes, & obruentes. Quod si uir priuatorum hominum tantam atque tranquillam uitam uiuere uoluerit, nullo modo id assequi queat, cum enim uideat circum se stare liberos, & uxorem, cui multa in sumptum eroganda sint, uel inuitus dimittit ipse sese in fluctum ciuiliū negotiorum, quo ubi incederit, non dici possit, quanta illi deinde peccandi necessitas imposita sit, in iracundia, in iureiurando, in conuicio, in simulatione, multa gratiæ, multa similitatis causa faciendo. Qui autem fieri potest, ut quis ea tempestate iactatus, & in illa ipsa laudem quærès, magnas inde peccatorum sordes non contrahat? ac si quis domesticas eius res scrutatus fuerit, tum eum etiam, grauiori difficultate uxoribus causa plenum offendet, de multis enim cogitur esse sollicitus, quorum nullam sua causa curam suscipere necesse haberet, idque si modesta est uxor, & cōmodis moribus, sinuero nequam, difficilis, & molestissima fuerit, non modo, hanc ipsam rem necessitate dicemus, sed pœnam atque supplicium. Quomodo autem is tanto negotiorum oppressus pondere, grauissimis etiam uinculis catenæ ad terram assidue trahentis, & alligatis pedibus (uincula enim, uxoribus improbatem appello) quomodo inquam cœleste illud iter, quod soluto, & expedito gradu, uacuo etiam ac libero animo incedendum est, sic affectus conficere poterit. Hæc Chrysostomus. Theophilactus etiam in ea uerba, Apostoli persona sumpta. Ut sentio, inquit, à nuptiis abstineri conducit homini propter rei uxoribus difficultates atque molestias, non immunditiæ gratia, quia impurius debeat res illa haberi. Ambrosius,

Primasius, Anselmus, ac reliqui posteriores interpretes de utraque necessitate, id est de ea, quæ uasum nature adiuncta est matrimonio, & de illa, quæ à presentis uitæ incommodis proficiscitur, Apostoli uolunt intelligi, quæ snia cur mihi non probetur ex his quæ sequuntur facile erit intelligere. Enim uero Paulus cum eas sui cōsiliū rones produxerit, quæ à natura uirginitatis, & cœlibatus oriuntur, nullam tamen quæ à uitæ presentis necessitate deriuetur profert, unde eum instantem aut presentem necessitatem, non uitæ presentis, sed eam quæ ab ipsa coniugii natura descendat, intellexisse satis perspicuum est. Si acceperis, inquit, uxorem non peccasti, & si nupserit uirgo non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco. In quæ uerba Chrysostomus Alligatus, inquit, es uxori, noli querere solutionem quod non tam ualeat ad consiliū dandi rationem, quam ad proponendam difficultatem, & ad iudicandos loque os. Unde nullo te modo expedire possis. quid enim non dixit? Habes uxorem? ne dimiseris, uiuis cum illa cōiuncte? ne ab ea distraharis, sed utriusque coniunctionem uinculum appellauit, ut quatum habet res oneris demonstraret. Nam cum omnes inhiant connubio, tanquam optabili cuiquam, & expetendo bono ab his qui inter se colligati sunt, coniuges nihilo differre ostendit. Nam hic etiam altero trahente ad eius arbitrium, alterum sequi necesse est. Seditioso ite: altero, alterum cum eo interire oportet. Quid si uir (inquit) procliuior fuerit ad libidinem, ego uero continens esse uoluerò? Est omnino eius obsequendum cupiditati, etenim nisi id tuæ uoluntate feceris, te iniecta per coniugium uincula, ad eum attrahent, cumque ipso congregabunt, qui tibi initio strictus est, quod si restiteris, nodumque intercederis, non solum te non exemeris è uinculis, sed extrema supplicia subibis. Quæ enim se contra uiri uoluntatem continuerit, non ea solum premio priuatur, quod est continentia propositum, sed etiam rationem reddet eius adulterii, uel potius pœnam eius sustinebit. Quamobrem tandem? quia uirum illa impulit in illam flagitii uoraginè, quod ei legitime coniunctionis fructum denegavit. Quod si uxori, ne ad punctum quidem temporis nollente uiro facere permissum est, quæ ei uenia dabitur, quæ ipsum perpetuo priuatur eò fructu iucunditatis? sed quia inquit, hac necessitate, quid hac ui grauius possit accidere? Istud ego etiam tibi assentior, sed quid est quamobrem eam tante astringis necessitati? priusquam nuptiæ coniungerentur, non illis coniunctis hac ratione uti oportuit: quamobrem etiam Paulus post coniugii uincula, coniunctionis eius necessitatem imponens, de disiunctione loquitur. Nam cum hoc dixisset, Alligatus est uxori, noli querere solutionem, tum illud adiunxit, solutus es ab uxore, noli querere uxorem, quod iccirco fecit, ut cum quantam uim habeat coniugium, diligenter consideraris, atque per-

Paulus in locis communibus. Petrus Mar. lib. de calib. con. Smyth. 1. sod. clar. et fran. Parab. in annot. huius cap.

Lib. de S. E. uirg. ca. 13. et 14.

perspexeris, tunc facilius audias, quæ de colenda castitate dicuntur, si enim nupseris, inquit, non peccasti. illud etiam si nupserit uirgo non peccauit, haec tenet Chrysostomus. Multisq; deinde uerbis, & elegantissimis per multa eius libri capita, carnis tribulationem, quam Paulus coniugibus minitatur, non aliud esse quam incommoda matrimonii, & eius grauissima onera, quæ homini quominus Deo sese totum nuncupet, sunt impedimento, interpretatur, loquitur itaque Paulus, non de ullo temporali impedimento aut necessitate, quæ à uitæ presentis commoditate homines reuocet, sed tantum de ea quæ annexa ex natura sua matrimonio, hominem Deo seruire cupientem distinguit, atque hanc carnis tribulationem appellat.

CONFUTATUR EX ALTERA

eius capitis parte, hereticorum sententia. Cap. 26.

SECUNDA Apostolici cõsiliatio est. Hoc itaque dico, fratres. Tempus breue est, reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur, præterit enim figura huius mundi. Quibus uerbis planè Sanctus Apostolus non à temporis circumstantia, aut à uitæ presentis commo ditate, ad uitam virginalem ac cœli bem adhortatur, sed à uitæ mortalis huius breuitate, quæ rectè in animo librata, apud nos obtinere poterit, ne momentaneæ delectationis gratia, tantum bonum amittamus, ac si diceret, Nuptiæ & coniugales societas, præter hoc quod carnis tribulationem Conciliant, duntaxat presentis uitæ, quæ æternitatis comparatione, breuissima est deseruiunt, in regno enim cœlorum neque nubent, neque nubentur, sed erunt tanquam Angeli Dei, cur ergo ingentia illa uitæ conjugalis cum spiritualia comoda, tum præmia breuissimis nuptiis eis que non satis iucundis commutabimus. Et certè inquit, Apostolus, non tantum huius uitæ breuitate, sed etiã ipsa Euangelicæ uitæ ratione à matrimonio deterremini. Non enim Christianorũ uiuendi ratio eadem est, quæ & gentium, quibus quod futuræ uitæ spe destituantur, suis commodis ac mundi felicitate frui conceditur. Christiani enim ita habere debent uxores, ac si non haberent, non enim putare debent sibi yniuersas carnis delicias licere, quemadmodum, & gentes existimant, ita presentis uitæ tristitias æquo animo ferre, ac si nihil incommodi accidisse, quod nimirum iam iam imminet futuræ uitæ consolationem expectent, ita è contrario, ridentis fortunæ applausum, & felicitatem excipere, ut minimè in huiusmodi, gaudio & lætitia dissoluantur. Qui èt presentis temporis diuitias acquirant, & corruptibiles possessiones coemunt, nequaquam sua ar-

bitrari debent, cum paulo post tempore eadem sint relicturi. Demum qui quacumq; ratione hoc mundo utuntur, ita sibi ab eo temperent, ac si non uterentur, quorum omnium ratio est, quod huius mundi imago, & figura idest presentis temporis felicitas, quam mundi nomine hic intelligere credo, momentanea ac labilis sit. Quæ uerba cum præcedentibus licet de presentis seculi, usque ad iudicium postremum diem, breuitate Ambrosius intelligat, ego tamen ad huius uitæ mortalitatis breuitatem Apostolum alluisse magis mihi persuadeo. Reuocat ergo Paulus Christianos homines à carnali coniugio, ad uitæ cœlibatum, quod tempus uitæ presentis breue sit, futura verò æternum, quod uel solum eos ad rerum omnium corruptibilitatem contemptum potuisset inducere. Deinde quod ea temporis contractatio ac breuitas, nos Sancta quadam auaritia ad uitæ futuræ ingentes diuitias splendidasque coronas conquirendas instigare ac impellere debeat, iuxta illud. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nemini dantes ullam offensionem &c. Tertiò quod Christianis coniugibus, suis delitiis quemadmodum, & gentibus, quæ non nouerunt Deum, frui non liceat, sed potius habentes uxores futuri sint tanquam non habentes &c. Atque has tres rationes illis uerbis quæ nunc recitamus inuoluit, in quarum postremam, ita Tertullianus, Secularis concupiscentia causas habet, gloriam, cupiditatem, ambitionem, insufficientiam, per quas necessitatem, nubendi subruat, uidelicet cœlestia repromittens dominari in aliena familia, in alienis opibus incurrere cultum de alieno extorquere sumptu, quem non sentias cedere in te. Hæc procul à fidelibus, quibus nulla cura, tolerandæ uitæ nisi si diffidimus de promissis Dei, & cura, & prouidentia, qui lilia agrestia uestit, qui uolatilia cœli nullo ipsorum labore pascit, qui prohibet de die craftino victuque curari, respondens scire se quid cuique seruorum suorum opus sit. Non quidem moniliũ pondera, non uestium tegmina, non Gallicos vultus, non Germanicos baiulos, quæ nuptiarum gloriam accendunt, sed sufficientiam quæ modestiæ, & pudicitia apta est. Ita Tertullianus, Adhortatur, & idem ad castitatem ex eodem Apostolico loco docens præceptum illud generis humani initio promulgatum *Crescite, & multiplicamini* iam Euangelico tempore reuocatum, quod nimirum iam tempus incollecto sit, & fini mundi appropinquemus. Sed Chrysostomi aurea profecto uerba in hunc locum Apostoli, quanquam proluxa (ut consueuimus) quod semper nobis Apostolicam mentem melius omnibus attingere videatur, sunt hic præferenda. Is ergo postea quam, quæ nam foret carnis tribulatio, quam Apostolus coniugibus imminere dixerat, longa oratione docuisset. Sic subiungit, Atque illud idem adiungit Apostolus. *Tempus breue, reliquum est, sed dicet fortasse aliquis. Quid ista ad coniugium? immò verò ad ipsum maximè*

2. Corin. 6.

Lib. ad uirg.

In exhortatione ad castitatem.

Lib. de uirg. 1. 73.

pertinent.

pertinent. Si enim huius uitæ finibus terminatur matrimonium, & ubi è uita migrarint, neque nubent, neque uxorem ducent, & hoc tempus ad finem properat, & dies resurrectionis in limine adest, non est nuptiarum tempus aut copiarũ, sed inopiæ, & totius eius cogitationis ac rationis, quæ nobis illic profutura sit. Nam quemadmodum uirgo, quandiu domi est, apud matrem versatur in magna cura rerũ omnium puerilium, & arcula in cubiculo collocata, iisque ob signatis, quæ sunt ibi recondita, clauem seruat ipsa, & omnem earũ rerum potestatem habet, tantamque suscipit parua illa & uilia custodiendi curam, quantam illi habere solent, qui maximas familias administrant, cum uerò nubilis est, ac nupta, iam è paterna domo cogitur discere tum ab illa tenuitate, & humilitate liberata rerum, mancipiorumque multitudinis, uiri curam aliaque iis multò maiora suscipere necesse habet, sic nos etiam facere oportet, ut cum ad perfectam uitam, uirumque dignam perducti simus, relictis interris ludis omnino omnibus puerilibus, de cœlo, de cœlestis illius cõsuetudinibus splendore, de quæ omni gloria cogitemus, desponsi enim sumus & nos uiro, qui eo nos in se amore esse uult, ut non modò terrena, & parua hæc leuiaque relinquamus, sed è uita etiam, si opus fuerit, eius causa discedamus. Quare cum illud reliquum sit, ut eò nos venire oporteat, curarum leuitatem dimittamus: neque enim ex tenui domo migraturi in regiam, de cœlestis ac lignis, de quæ supellestili, ac reliquã domestica tenuitate laborabimus. Ne igitur nos, ne inquam, iam terrena curemus, dies enim iam nos uocat ad cœlum, quemadmodum diuvs Paulus scripsit ad Romanos. Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus, nox præcessit, dies appropinquauit. Et iterum, Tempus breue reliquum est, ut & qui habent uxores, sint tanquam non habentes. Quid igitur iis coniugio opus est, quibus frui non liceat? uel quos potius atq; affectos esse oporteat, atque eos qui coniugia non attigerunt? Quid pecunia nobis? quid possessiones opus sunt? quid quæ ad uitam pertinet, si inopportuna est, & impetius earum rerum usus? Nam si qui ad iudicium in terris sunt affuturi, ut suorum delictorũ rationem reddant sub ipsam iudicio dictam diem, omni non solum uxoris, sed cibi, & potus cura dimissa, unum illud cogitant, quomodo se tueri possint, multò magis nos, qui non ad terrenum aliud iudicium, sed ad cœleste tribunal affuturi sumus, ut singulorum, & dictorum, & factorum, & cogitationum rationem reddamus ab omni terrestrium rerũ tum letitia, tum tristitia abstinere oportet, & formidolosum illum diè modo cogitatione completi. Nam si quis, inquit, uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc, & animam suam non potest meus esse discipulus: & qui non tolli crucem suam, & uenit post me non potest

meus esse discipulus. Tu mulierum libidinis, risui, conuiuui, intemperanter indulges? at dominus adest. Tu pecuniam curas, de quæ illa sollicitus es? cœleste regnum impendet. Tu de familia, de luxuria, de aliis uoluptatibus cogitas? at præterit figura mundi huius. Quid igitur est quæ mobrem te conficias cura terrenarum rerum, quæ & inanes, neque stabiles sunt: ea negligas, quæ & sunt, & eorum est firma possessio? non est postea coniugium, non dolores: aut uoluptates, non corporum coniunctio, non pecuniarum copia, non cura possessionum, non commeatus, non uestes, non agricultura, neque nauigatio, non artes neque edificia, non opida, non domus, sed alia rerum conditio, aliud uiuendi institutum: hæc autem mox interibunt omnia, nam eam uim habet id quod dictum est. Præterit figura mundi huius. Quid igitur, tanquam omnium hic seculorũ ætates uicturi, studium omne præ nobis ferimus, cam rerum curam suscipientes, quas ante uesperum plerumque deserimus? Sic Chrysostomus.

EXPLICATUR TERTIA PAULI

ratio, ob quam uirginitatem præferendam esse matrimonio docet. Cap. 27.

SED ad tertiam ac postremam Apostoli rationem accedamus, ea autem in his uerbis continetur. *Uolo autè nos sine sollicitudine esse. Quis sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est.* Et mulier innupta, & uirgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit Sancta corpore, & spiritu: quæ autem nupta est cogitat quæ sunt mundi quomodo placeat uiro, ac si plane diceret Apostolus. Mēs mea ac animus cū uobis uitæ cœlibis, & uirginalis cõsiliũ tribuo. Non est quod de matrimonio, Christianisque nuptiis finistrè sentiam, sed quod quò liberius Deo uacatis uelim à uobis omnem sollicitudinem mundi terrenarumque curarum, quæ miris modis homines distrahant, & distraquent, excludere. Nam qui sine uxore est, unam hanc habet curam, ut Deo placeat, neque est amplius ei cõsiderandum, nisi quomodo in omnibus, quæ agit operibus, placitam Deo seruitutem exhibere possit. Qui autem uxorem habet, multam necesse est sollicitudinem rebus temporalibus imperiat, ut ea scilicet conquirat, quibus uxorem alacum liberis, partim etiam considerare sollicitè debet, quomodo uxori placeat, & satisfaciat, atque hoc pacto dum diuersis intendere animum cogitur in diuersa distrahitur, ne uiri possit uacare Domino. Mulier itidem nupta, & uirgo, hoc solum curat quomodo placeat Domino, & ut sit tã corpore quam spiritu immaculata atque perfecta in operibus bonis, cum contra ea, quæ nupta est, interim necesse habeat cogitare de rebus domesticis ac

cis ac temporalibus, quo pacto scilicet familiam gubernet, & ea quæ illi à viro commissa sunt custodiat, deinde etiam quomodo viro suo placeat, ne vllum vel odium vel iram incaute incurrat, quæ locū explicans Hieronymus, intueamur ait, curarū virginis maritiq; distantias virgo domino, maritus vxori placere desiderat, & vt vxori placeat, sollicitus est de his, quæ sunt mundi, quæ cum mundo vtiq; trāsitura sunt, Et diuisus est, in multas, scilicet sollicitudinū partes miseriarumq; distractus. Et paulo post, in ea verba Mulier inuupta, & uirgo, &c. non omnis ait inuupta, & virgo est, quæ autem virgo vtiq; & inuupta est, quanquam ob elegantiam dictionis poterit id ipsum altero verbo repetere, mulier inuupta, & virgo, vel certe definire voluisse, quid esset inuupta, id est, virgo, ne meretrices putemus inuuptas, nulli certo matrimonio copulatas. Quid ergo cogitat inuupta, & virgo? Quæ domini sunt, vt sit Sancta, & corpore & spiritu. Vt nihil aliud esset, vt nulla merces virginem amplior, sequeretur, sufficeret ei hæc sola prælatio, cogitare quæ Domini sunt. Statimq; docet quæ sit ipsa cogitatio, vt sit Sancta, & corpore & spiritu. Nonnullæ quippe sunt virgines, carne non spiritu, quarum corpus integrū est, anima corrupta, sed illa virginitas hostia Christi est, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculat. Econtrario quæ nupta est, cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat viro, sicut qui vxorē habet, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, sic nupta res mundi cogitat quomodo placeat viro, nos autem non sumus de hoc mundo, qui in maligno positus est. Hactenus Hieronymus, In commenta. autem huius loci debemus, inquit, & nos velle quod Apostolus velle se dicit, ne incontinentes, contra eius videamur facere voluntatem. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, qui aut cum vxore &c. Multum nobis expedit, sollicitudine carere mundana, ne fortè spinæ suffocent semen, & dicere incipiamus. Villam comparauit, boues emi, vxorem duxi, ad cœnam venire nō possum, & illa verba quomodo placeat uxori, Quale est vxori magis uelle placere quàm Deo? & diuisus est, quod diuisum est, unam non potest esse, quia unitas diuisionem omnino non accipit. Et rursus in illud, ut sit Sancta & corpore & spiritu, corpore ait, ab vsu coniugali, spiritu, à rerū mundanarū sollicitudine, dum tota Diuino seruitio mancipatur. Et subinde, Nuptam viro placere, ait, Apostolus, cogitando quæ mundi sunt, inuuptam verò de eo quod illi nulla cura sit seculi. Quæ ergo uirū non habet, & tamen quæ mundi sunt cogitat, cui placere desiderat? nonne incipiet illi nupta præponi, quæ cogitando mundana complacet vel marito, cum hæc nec marito, quæ nō habet, possit placere nec Deo? Chrysostomus deinde lib. de virginitate in ea verba. Volo autem uos sine sollicitudine esse, qui sine uxore est, sollicitus est de his, quæ sunt Domini, sed

L. I. aduer. Iovinia.

Cap. 64.

quomodo inquit, nos cura uacuos esse uis, si non rursus nobis iniucis sollicitudinem, quia nō est ista sollicitudo quemadmodum, etiam in angore esse Christi causa, non est angere, non quo rerum natura cōmutetur, sed eorū proposito, qui talia libenter ferunt, & rerū uim superant. Nam qui de illis rebus laborat, quibus ad exiguum tempus, aut sepe, nec ad exiguū quidem fruatur, recte is dicatur esse sollicitus, qui uerò maiores, quàm illæ sint curæ, fructus inde est percepturus, cum iis qui sine cura sunt, iure omnino numerandus est. Adde et quod tantam inter utraq; sollicitudinē interualum est interiectum, ut hæc cū illa comparata, sollicitudo putada nō sit, usq; eo, tūm expeditior, tūm facilius est. Atq; hæc omnia his, quæ dicta sunt demonstrauimus, qui sine uxore sit cum de his sollicitum esse, quæ domini sunt, qui autem sit cum uxore, de his quæ sunt mundi, At hic præterit, ille permanet. Itaque non est hoc satis ad uirginitatis dignitatem demonstrandam, quātum enim inter Deum differt, & mundum, tantum inter eas curas quæ de utroque suscipiuntur, interest. Hactenus Chrysostomus. Et rursus cum igitur utraq; conditio sollicitudinem habeat, & hæc quidem temere ac sine causa, quin etiam ea cum dolore coniuncta sit, Carnis enim inquit, Tribulationem habebunt huiusmodi, illa uerò in bonorum inexplicabilium cogitatione uersetur, quid est quod hanc potius curam, quæ tot tantisq; bonis compensatur, & est natura quàm illa facilius, non diligimus? quæ enim sollicitudine, quæ non nupsit afficitur? num pecuniæ? num seruorum? aut eorum qui domesticas res tuentur? aut agrorum? aut aliarum rerū? an cocis præest aut textoribus? aut reliquo seruitio? minime uerò, nihil eiusmodi cogitat, sed tantum id curat, quomodo animam suam instruere, quomodo sanctum illud templū exornare possit, noniam capillis intexendis auro, uel margaritis, non fractionibus, aut pigmentis, non alio incōmodorū aut nequitia genere, sed tūm corporis, tūm spiritus Sanctitate. Nupta uerò cogitat, inquit, quomodo uirō placeat, in quo sapienter admodū non est aggressus earum rerū inuestigationē, neque illud commemorauit, quàm multa in studio ineundæ à uiris gratiæ uxores, & corpore, & animo patiantur, dū illud torquent, oblinunt, aliis malis conficiunt, hunc illiberalitate complent, assentatione, simulatione, submissione, superuacaneis & in sanis curis, sed hæc omnia unius uerbi sub obscura significatione inuoluta auditori intelligēti. Ita Chrysostomus. Consultit ergo Paulus uirginalem aut cœlibem uitam, non ex temporū eorum quibus scribebat occasione, sed ex matrimonii natura, & ratione, quod homines quātumuis Christianæ perfectionis audios, mundo obstrictos, ne eam consequantur impediatur. Ut enim quis maxime diuinæ seruitutis amore teneatur, tamen eum, si coniugalibus uinculis obligetur, curam ac sollicitudinem inter Deum uxorem,

rem, liberos, resque domesticas diuiderē necessarium est. Atque hoc est quod sanctus Apostolus uirum & fœminam coniuges, diuisos appellat. Quod scilicet nō vni Deo vacare ut cœlibes possunt, sed in diuersa distrahuntur. Vbi illud non est dissimulandum, in Græcis cōdicibus diuersam aliquātō ab ea, quæ nunc in uulgari Latina uersione circumfertur, in hac última Apostoli ratione reperiri lectionem, dictio enim & diuisus est, non ad uirum uxorem habentem, ut in Latina editione sed ad fœminam refertur *μη μί πιστά υἱὸν, καὶ ἡπαγαγῆτος*, id est diuisa est mulier & uirgo, & subinde sequitur, Quæ autem sine uiro est, curat quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu, quam lectionem sequuntur Basilii lib. de uirginitate, Theophilactus & reliqui Græci; immo & ex Latinis recentiores quidam. Sed hæc lectio profecto præter hoc quod sensum Apostolicum reddit obscurior, Hieronymo lib. priori aduersus Iouinianum improbat, & tanquam prorsus ab Apostolica mente alienus reuicitur, & merito quidem, nam cum in illa priori periodo de uiro cœlibe, & uxorato Paulus loquatur, non erat quod ibi de fœmina uel cœlibe, uel nupta uerba illa interfere-ret. Est igitur sic legendum ut uerbum *μη μί πιστά* non ad sequentem periodum, sed ad antecedentem in qua de uiro agit, referatur, & postea à dictione *υἱὸν* &c. Sequens periodus inchoetur hoc modo *ὅσα ἡμεῖς ὄντες περιμένα τῆ ἀφ' ἧσ' ἔσονται ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ κυρίου, μη μί πιστά* ita ut inter has duas postremas dictiones, καὶ ἡ, suppleendum sit, & diuisus est, *μη μί πιστά* enim uerbum est tertiæ personæ singularis numeri ad utrumque genus referibile. Potest enim pro adiuncti ratione, & diuisus est, & diuisas est interpretari. Altera autem periodus, qua Paulus de fœmina loquitur sic ordinari debet *ὅσα ἡμεῖς ὄντες ἡ ἀγαπῶμεν τὸν κύριον, &c.* Mulier siue uirgo, siue inupta curat quæ sunt Domini, &c. loquitur autem Paulus de muliere inupta & uirgine ut utramque cœlibem uiuendi rationem uirginalem & uirginalem amplecteretur.

Viduas enim & uirgines ad uitam coniugio liberum, (quod toto hoc capite apertum est) Paulus pellicere conatur, quanquam scio Hieronymum aliorum illius dictionis geminationem, detorsisse, quasi Paulus excludere uoluerit meretrices inuuptas, Verum cum præter meretrices aliæ sint fœminæ inuuptæ, aut per uiros suos iam uita functos aut alia ratione uirginitate priuata, quas non minus quàm uirgines, Apostolus à matrimonio deterere cupiebat, Hieronymi interpretatio nullo modo uidetur necessaria.

EX EODEM SEPTIMO capite probatur quarto excellentia uirginitatis, & cœlibis uitæ. Cap. 28.

Q V R T V S locus quo uirginalis aut cœlibis uitæ excellentia in hoc septimo capite aduersariis demonstratur, & quo in eadem quidem sententiā omnium apertissime Paulus rem omnem decreuit, sub his uerbis collocatur. *Si quis autem turpem se uideri existimat, super uirgine sua quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod uult faciat. Non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem re habens sue uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam benefacit. Igitur qui matrimonio iungit bene facit, qui non iungit melius facit.* Hactenus Paulus. Hoc inutus fuerat superius malis quæ rationibus ostenderat ad Euangelicæ uitæ perfectionem proprius uirginitatem & cœlibem uitam quam coniugium accedere, quæ sententiæ fortasse imperfectis hominibus, & nondum satis Euangelio initiatis, durior uideri potuisset, quod probrosum apud uulgus iudicaretur uirgines nobiles domi retinere. Ergo nunc suæ libertati unquamque permittit, quod fuerit collibitum circa uirginem suam exequatur, dum tamen seruat eam, qui non elocat uirginem, sed Deo nuncupat, non modo apud Deum non iudicari turpem, sed multo melius facere eo qui elocat. Vbi non tantum, is qui proprie uirginitatis aut castitatis sacrificium facit, à paulo cōmendatur, sed quod est, multo admirabilius & uix ab hereticis nostris nisi Paulus id doceret credibile, qui alienam pudicitiam & uirginitatē Deo nuncupat. Deum immortalē, & quantas quanq; atroces nuptiatores isti Euangelici tragedias excitassent, si fortasse alicui Romano Pontifici absq; Pauli exemplo, hæc uerba elaborentur. An non statim illud obiectassent, spiritus autē manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide attendentes spiritus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocrisis loquentium mendatium & prohibentium nubere, &c? An qui alienam uirginitatem Deo nuncupat, aut cū possit, non tradit uirginem suā nuptui, non prohibet illi nubere? Sed quam uerborum strophā hic locus peruerti poterit? Enim uerò Paulus apertis uerbis concludit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam bene facit, & qui non iungit melius facit, ergo nō tantum uirginitas aut cœlibatus, proprie uoluntatis arbitrio assumptus, perfectior, nobilior, & excellentior est cōiugio, quod hucusque Paulus diffiniuit, & rationibus ab Euangelicæ uitæ natura fluentibus cōprobauit, sed etiam cū id uitæ genus aliena uoluntate suscipitur.

In quæ uerba, sanctorum patrum commentaria & unanimes in hanc sententiā interpretationem, uelle hic scribere, cum Apostoli sensus absque ullo interprete sit apertissimus, ociosum prorsus

1. Thim. 4.

prorsus arbitror, legat tamen qui uelit, Chryso-
stomi librum de uirginitate à cap. 78. usque 82.
summa cum eloquentia, & eruditione hæc uerba
interpretatur. Theophylacti tamen breuem in-
terpretationem omittere non oportet, si quis
inquit, infirmus cum sit, reuera sententiam esse
deformem censeat, filiam suam uirginem retine-
re, eamque nubilem, fiat, inquit, sic. Quomo-
do? quod animo sederit faciat, hoc est, si uelit eam
tradere marito, tradat. Non enim peccatum ad-
mittit. Verumtamen melius est uirginem serua-
re quemadmodum deinceps dicit. In eam dein-
de periodum, *Nam qui statuit in corde suo firmus,*
&c. Obserua, inquit, quomodo ex epithetis com-
mendat eum qui seruet suam uirginem, stabilem
ipsum & pulchre incedentem, cumque iudicio agen-
tem quæ agat, asseuerans. Iudicauit enim inquit,
ac decreuit in corde suo. Itaque qui nuptiæ uir-
ginem suam tradit, non stat firmus. Quod ait *non*
habens necessitatem, significat quod potestatem ha-
beat, ut det uirgini suæ maritum, neque quisquam
sit, qui cogat eum ne det. Honor itaque eius est
seruare filiam uirginem, eamque ob rem laudatur.
Bene enim, inquit, facit. Porro qui elocat nuptum
uirginem & ipse benefacit, non enim peccatum est
elocare, omne autem quod non est peccatum, bene
est. melius autem est non elocare, uirtus. n. est.
Hactenus Theophylactus.

EX EODEM PAVLINO
loco sexto excellentia uirginitatis de-
monstratur. Cap. 29.

SED ad postremum huius capituli locum per-
uenio, in quo finita disputatione uirginitatis,
ad alteram uitæ cœlibis rationem, id est, ui-
dualem Apostolus progreditur. Mulier, inquit, al-
ligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit, quod si
dormierit uir eius, liberata est à lege, cui uult nu-
bat tantum in Domino. Beatior autem erit si sic
permanerit secundum meum consilium, En hic
cum uiduæ iam per mortem lege maritali soluta,
liberam ineundi secundi matrimonii facultatem
indulget, si tamen matrimonio abstineat, eam bea-
torem pronuntiat. Quæ sententia ne ab huma-
no sensu progressa uideretur, continuo subiungit.
Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam in
quæ uerba Ambrosius. Euidenter igitur expres-
sit Apostolus quid intersit cum aliam iunctam esse
dixerit, aliam beatorem esse memorauerit. Id-
que non tam ex suo iudicio, quam diuini Spiritus
docuit infusione depromptum, ut cœlestis ista
non humana sententia uideretur. Hactenus Am-
brosius. Augustinus etiam, Satis inquit, ostendit
beatam esse in domino etiam post mortem uiri
iterum nubentem fidelem sed in eodem Do-

lib. de uirg.

lib. de sancta uirginitate

mino uiduam beatorem, hoc est, ut scriptura-
rum non tantum uerbis, sed etiam exemplis lo-
quar beatam esse Ruth sed beatorem Annam.
Quapropter hoc primum oportet ut noueris, bo-
no quod elegisti non damnari secundas nuptias,
sed inferius honorari, nam sicut bonum sanctæ uir-
ginitatis, quod elegit filia tua, non damnat unam
nuptias tuas sic nec uirginitas tua cuiusquam secun-
das. Hinc enim maxime Cataphrigrum, & No-
uacianorum hæreses tumuerunt, quas buccis so-
nantibus, non sapientibus, Tertullianus inflauit,
dum secundas nuptias tanquam illicitas maledi-
co dente concidit, ab hac sanitate doctrinæ nul-
lus indoctus, nullius docti disputatione moueatur,
nec ita extollas bonum tuum, ut quod malum est,
tanquam malum crimineris alienum, sed tanto ma-
gis gaude tuo bono, quanto magis uides, non tan-
tum illo deuitari mala, sed quædam etiam bona
superari. Mala sunt enim adulterium, uel forni-
catio. Ab his autem illicitis ualde longe est, quæ
uoti libertate se obstrinxit, & sibi etiam licita ne-
licerent, non imperio legis, sed consilio castitatis
efficit, Et bonum est pudicitia conjugalis, sed me-
lius bonum est continentia uidualis. Hoc ergo
bonum boni illius, summisione honoratur, non
illud bonum melioris huius laude damnatur. Hæc
Augustinus. Scripsit & prolixam homiliam in
hunc locum, Chrysostronus, quæ inter eius ope-
ra quarto tomo collocatur, ad quam lectorem re-
mittimus, ne quod in præcedentibus locis inter-
pretandis fortasse absque ulla necessitate feci-
mus, prolixiores æquo iudicemur.

Quæ uero Tertullianus in eundem locum tum
alibi, tum libro de monogamia commentatur,
cum omnia ad cataphrigrum hæresim pertineant
& à prioribus Ecclesiasticis patribus fuerint abun-
dè confutata, in hac parte collidere non est ne-
cessarium.

VITAM COELIBEM NON
ad maiorem fidem, & charitatem ac-
quirendam, sed etiam ad maio-
rem gloriæ cumulum com-
parandum prodesse.
Cap. 30.

VERVM hic nuptiatorum tum uete-
rum, tum recentiorum frigida calum-
nia dilluenda est, qua aiunt, probari qui-
dem his locis, quos ex Mattheo & Paulo attuli-
mus, siue uirginalem, siue cœlibem uiuendi ra-
tionem, apriorem quidem esse ad maiorem fi-
dem & charitatem comparandam, liberiusque
se in Christianæ uitæ disciplina exercendum, non
tamen sui ratione quantumcunque graues im-
petus patiantur, maiorem gloriam promereri.
Certè

Hier. lib. 1. aduer. Iouiniana. August. de peccato. mer. & re-mis. lib. 3. cap. 7. & argu. lib. de bon. coniug. & c. 8. eius dem.

Petr. mart.

Certè Iouinianus hæreticus, quod Augustinus
Hieronymusque testantur, ad nullam maiorem san-
ctitatem, aut maius gloriæ pondus acquirendum,
uirginitatem, uirorumque continentiam prodes-
se suo tempore docebat, & nostra ætate Petrus
Vermelius Martyr Florentinus libro de cœlibatu
Sacerdotum, & voto monast. aduersus Ricardum
Sinythæum Anglum, aperte docet, nullum ma-
ius præmium uirginali aut cœlibi uitæ respondere,
quam coniugibus, immò catholicorum sententiam
subsanat & illudat, qui uirginitatis aut continen-
tiæ uirtutem, matrimonio præferant, quod Pau-
lus de ea uirtute sectanda consilium dederit.

Non, inquit, ualet hæc argumentandi ratio,
consilium do, ergò in cœlo maior gloria erogan-
da est uirginibus quam coniugibus, cum non sem-
per consilium detur de meliori bono, nam depo-
nenda anima pro Christo non consilium, sed præ-
ceptum est. Porro enim eum qui animam pro Chri-
sto ponit, id est, martyrem maiore gloriam quam
uirginem de qua uirtute tantum consilium est, in
futura felicitate possidere communis Christiana
professio docet. Deinde quod illi ridiculum ui-
deatur docere, Deo magis placere consilia quæ
nostræ libertati subiecit, quam præcepta, quæ om-
nino impleri necessario postulat.

Tertio quod ex operum difficultate metiri mer-
cedem felicitatis, non minus illi quam præcedens
ridiculum uideatur, nam ut non negat difficile ui-
tæ genus, in quibusdam esse cœlibatum, haud ta-
men illum concedit Deo gratum, quemadmo-
dum, qui toto corde, tota anima, & totis uisceribus
eundem diligeret, aut qui ut mandatur ex-
tremo præcepto non concupisceret.

Quarto quod licet cœlibum uitam non diffiteatur
aliquibus laborare difficultatibus, piæ tamè
matrimonium longe maiores habere contendit,
fingitque hominem pauperem qui cum animadu-
uertat se aduri neque posse continere, ita ut pudice
casteque uiuat, uxorem ducit, liberos procreat,
dumque familiam à Deo sibi commissam alere stu-
det, plurimum diu noctuque laborat, Deumque
assidue præcatur ut suis laboribus det successum.
Is, inquit, hæc si patienter ferat, paupertatis in-
commoda, neque disciplinam eruditionemque
liberorum piæ negligat, immò curet summa
cum diligentia, ut in timore Dei educentur, pro-
culdubio negare non poteris, talem hominem &
graues & arduos labores ad honorem Dei subire.
Idemque si sua commoda spectasset & voluptates,
non duxisset uxorem, sed scortando & adul-
teria committendo naturali cupiditati satisfacis-
set, nec magno labore quantum ad victum, suffi-
ceret. Ex altera parte nunc spectemus uirginem
aut cœlibem, qui donum continentia à Deo sit
nactus, illum planè multis curis negotiorum at-
que familiarum regendæ sentiemus carere, plus-
quam oculi ac temporis ei dabitur, ut studiis Sa-

cræ Doctrinæ, sacrisque contionibus habendis
vacet, & publicis precibus, habebitque fortasse
expeditiorè mentem, ad res Euangelii tractan-
das, & licet aliquibus laboribus non careat, fa-
cilius tamen uitæ genus adeptus erit, atque do-
cendo & concionando frequentius, immò assidue
forfan utilior erit Ecclesiæ. Sed quod alterius
labores atque molestias, & quidem piæ & san-
ctas vincat, non facile dixerim. Neque dabo
maiorè huic cœlibi, quam coniugato aut fidenti
aut charitatem necessario inesse. Hactenus hæ-
reticus. Subditque subinde, piis hominibus (in-
telligit autem suos nuptiaros, quos ideò pios uocat,
quod abiecto castitatis proposito) frenali-
bidini laxauerint, id cum primis intelligendum
esse, summam difficultatem, aut laborem non in
hoc aut in illo genere uitæ ponendam esse à Chri-
stianis, sed in abnegando semetipsum, quod cum
omnibus credentibus debeat esse commune. Non
est ait, quod quisquam id magis in cœlibatu quam
in matrimonio querat. Infiniti enim reperiantur
in coniugio, qui multo plus huius mortificationis,
& abnegationis assequuntur, quam uirgines, &
qui de cœlibatu sibi uelamentissime placent. Is
igitur magis in regno Dei laborat, qui una cum
Christo magis crucifigitur mundo, quod unquam
fortitè fuerit uitæ genus.

Sic impudici isti castitatis hostes, quorum non
tam hæretica quam ridicula sententia, uobis post
hac, ex his locis quibus aduersus hos ac reliquos
hæreticos decertare solemus scriptura nimirum,
patrum testimoniis rationibusque ab Euangelica
doctrina ductis, lectore Christiano iudice, com-
minuenda & explodenda est, neque uero nobis in-
solenter absque sanguine triumphum in ea re pos-
licemus, in qua Christus uirginitatis institutor,
per patres nostros de diabolo luxuriæ patrono,
iam dudum carnis puritati uel in sacratissima eius
matre, uel in suis sponsis aut sanctis Eunuchis ob-
ganienti, incruentam uictoriam obtinuit.

Enim uero ut Augustinus Iouiniani huius im-
pudici dogmatis inuentoris coetaneus, testatur,
Nulla hæresis propter sui irrationabilitatem, ci-
tius fuit oppressa quam hæc, quæ nuptias uirgi-
nitati pares facit.

Nunquam enim ad hos, qui aliqua ratione Ec-
clesiasticæ fidei perniciosi esse poterant, sed tan-
tum ad mulierculas quasdam promissæ uirgini-
tatis pœnitentes, quas Iouinianus per secreta
colloquia, ut olim diabolus Euam decepit per-
uenire potuit. Sed ipsa Augustini uerba profe-
renda sunt.

Is ergò de Iouinianistis ita scribit. A Iouiniano
quodam monacho ista hæresis orta est, ætate
nostra, cum adhuc iuuenes essemus. Hic
omnia peccata sicut stoici paria esse dicebat,
nec posse peccare hominem lauacro regenera-
tionis accepto, nec aliquid prodesse ieiunia uel a-

lib. de hæresibus.

cibus aliquibus abstinentiam Virginitatem Mariæ destruebat, dicens eam pariendo fuisse corruptam. Virginitatem etiam sanctimonialium, & continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus cęlibem vitam, coniugiorum castorum atque fidelium meritis adequabat. ita vt quędam virgines sacrę pro uetate iam ætatis, in vrbe Roma vbi hæc docebat, eo audito, nupsisse dicatur. Hæc tamen ista hæresis oppressa & extincta est, neque vsque ad deceptionem Sacerdotum potuit peruenire, videant heretici nostri quem parentem habuerint, Nam ut ab eo se non de genere ostenderent, non hanc modo, sed omnes penè eius hæreses iam patrum auctoritate sepultas, in mundum reuocarunt & restituerunt.

EX ISAIAE LOCO DEMONSTRATUR excellentiorem gloriam vitę, continenti quam coniugali, sui ratione respondere. Cap. 31.

ERGO iam ad primum certamen peruenio, in quo ex iis ipsis locis quos adduximus nonnullisque aliis ostendendum est, non ea causa tantum qua amouet impedimenta, sed maioris quoque mercedis ratione, virginitatem aut cęlibem continentiam, matrimonio præstare, remque esse multo sanctiorem.

Matth. 18.

Et principio quidem vt Matthæi locum, nõ tantum de amotione impedimentorum, sed etiam de maioris sanctitatis perfectione, maiori que proinde mercedis cumulo necessario acciperemus, satis erat alter de Eunuchis est, Isaię locus, ad quem Christum illo loco alluisse veteres omnes Ecclesiastici patres, tum Græci, tum Latini, vt illic ostendimus consenserunt. Hæc inquit, dicit Dominus Eunuchis qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus.

Isa. 56.

Enimvero nomen melius & locus melior, non quocunque pacto, sed tanquam merces Eunuchis promittitur, mercedem autem maiorem, non nisi maiori sanctitati & merito respondere, siue ea sanctitas à maiori fide vt heretici uolunt, siue à maiori dilectione Dei & proximi vt Catholici docent, deriuetur, negari non potest. Est ergo virginitatis & castitatis maior sanctitas & vitę perfectio quam sit matrimonii. Nam cum siue propheta de hac militari nostra Ecclesia, siue de triumphanti illa loquatur, meliorem locum & nomē melius Eunuchis tribuenda denunciet, nihil aliud voluisse, potest intelligi, quam eosdem ob maiorem sanctitatem, maioremque perfectionem, eadem recepturos, nisi Deus in locis & honore tribuendo præpostere agat. Tribuit aliquando mun-

us præpostere honores. Distribuit & loca hominibus sæpè contra iustitiam, at Deus quanquam de absolutæ voluntatis potentia, quicquid velit possit agere, lege tamen ordinaria, iuxta merita tantummodo vtrumque distribuit. Non enim quicumque apud Deum honorati sunt, sed amici, iuxta illud. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Porro locum meliorem apud Isaiam maiore glorię portionem denotare; Christus apud Ioannem ostendit dum inquit, in domo patris sui mansiones multas esse; ac si multos glorię & felicitatis esse gradus in futura illa cęlesti ciuitate doceret. meliorem ergo locum Eunuchis Dominus in domo sua & intra muros suos ob sabbata sua sanctificata & fœdus obseruatum se daturum repromittens, non aliud quam maiorem glorię portionem & mercedem intelligit, & cum maior gloria, maiori ac perfectiori sanctitati respondeat, sequitur, Eunuchismum, maiorem suo opte genio quam coniugium quantumcunque sanctum obtinere sanctitatem.

Ioan. 14.

PETRI MARTYRIS FVGA proponitur, qua contendit continentiam non ob aliud esse utilem, quam quod impedimenta fidei & charitatis remoueat. Cap. 32.

CONTENDIT tamen Petrus Martyr huius loci iustum declinare, docens, illic Isaiam, non de tertio genere Eunuchorum, qui scilicet sibi per votum castitatis omnem gignendi potentiam amputauerunt, sed de primo & secundo, idest, de his, qui vel à natura, uel ab hominibus facti sunt sermonem facere, Inter umbras inquit, quæ verum Dei cultum referebant, fuit quoque ut Eunuchus in Ecclesia Israelis non haberet locum, quo significabat steriles, & infœcundos bonorum operum, Deo vehementer improbari.

Populus autem verus non solum uerbo aperto, & simplici ad benè sanctęque uiuendum incitabatur sed etiam hac pedagogia, commendatus fuit illi sanctarum actionum fructus. At hi vt erant præpostera superstitione decepti, dignè Deo viuere neglexerunt, & interim propulsatis Eunuchis carnalibus à sua Ecclesia, fecunditate liberorum mirificè sibi placebant. Quare propheta Isaias mittitur qui hanc eis falsam dementemque opinionem excutiat, ac declaret Eunuchis, & cuius hominum generi, quod videretur aliò qui iuxta cæremonias legis externas, à Deo alienò modo studiosi mandatorum Dei fuerint, locum futurum in Ecclesia & quid nõ vulgare sed præ Israelitis, licet corpore fuerit fecundissimi, qui

qui tamen obedire legi Diuinę contēnerent, quãdoquidem in Christo non est masculus, neque fœmina, neque seruus, neque liber, non est Eunuchus, neque multorum filiorum fertilis. Ita Martyr, & subinde. Sensus itaque (ait) prophetę fuit sterilitatis conditionem, non esse obfuturam, sed potius adiuncta obseruatione legis, meliorem locum habituram in Ecclesia quam illos, qui licet fecundi sint, legem pactumque Dei assidue violant.

ELIDITVR PETRI MARTYRIS interpretamentum. Cap. 33.

AT quam parum profit hereticis has latebras querere, immò quantum hæc interpretatio à prophetę spiritu sit aliena, nisi quæ in hunc locum superius scripsimus, sufficiant, non aliud quam ex eodem loco sumus prodituri. Et primò quidem hunc locum Isaię de Eunuchis Euangelicis fore intelligendum, ut patres docuerunt, ipsa Christi allusio satis ostendere videtur. Cum enim in vniuersa Euangelica doctrina, immò & uniuersa ueteri scriptura, nunquam alibi Eunuchus pro eo qui proposito castitatis seipsum addixit, usurpatum inueniatur, apertissimum indicium est, Christum, cum Eunuchismum beatificat & ad eum capescendum inuitat, ad locum illum propheticum alludere.

Deinde ubi heretici legerunt, ueterem illum populum (quamquã circa alia multa delirantem,) fecunditate liberorũ sibi placuisse, & spades nisi quantum Diuini mandati necessitas urgebat, præ se contempsisse? Ego certè liberorum procreationem Diuinę benedictionis fructum, non item, iustitię partem aliquam de qua gloriaretur, semper legi, quorsum ergo de liberis attinebat sibi placere & gloriari?

Tertiò, si de primo aut secundo genere Eunuchorũ Propheta loqueretur, quorsum illis melius nomen melioremque locum repromitteret? An non satis erat, si in Dei Ecclesia, quemadmodum & reliqui fideles æqualem locum & nomē sortirentur, cum horum duorum generum Eunuchismus, de se nihil sanctitatis aut uirtutis conciliet? ita profecto impleteretur, quod ex Euangelio proferunt in Christo Iesu non esse masculum neque feminam, neque seruum, neque liberum, neque Eunuchum, neque fecundum.

Quartò cū in hac parte Dei domus, & Dei muri, non aliud quam Ecclesiam triumphalem significet, quod aduersarii ingenue confitentur, Ecclesia uerò triumphalis, non sit aliud quam uniuersi iustiam mercede felicitatis imbuti, siet necessariò, ut Eunuchos melius nomen & meliorem locum in domo Dei recipere, non sit aliud quam in illa sancta ciuitate, idest, in illa iustorum congregatione maiorem glorię portionem obtinere, at nullus illuc absque Diuinę legis obseruatione ingredi poterit.

Ergo cum melius nomen & melior locus, obseruatum pactum, ob sabbata custodita, & ob electionem eorum quæ Dominus uolebat, Eunuchis reddantur, nullo modo propheticus locus de communi pacto, & de communibus sabbatis, idest, de communi fœdere, sed de peculiari aliquo est accipiendus. Enimvero ob communis fœderis obseruationem, non melior locus, aut melius nomen, sed tantum locus aut nomen, in sancta illa ciuitate reddetur. Quod si melius nomen aut locus, obseruatum commune fœdus aliquando reddatur, non tamen simpliciter seruantibus, sed melius seruantibus reddetur, quod de duobus coniugatis, qui se communis legis, quę Christianis omnibus imponitur, obseruantia, superent docere consueuimus.

Vni enim ob melius fœdus Domini obseruatum, melius nomen & locus quam alteri reddetur. Erat igitur Dominus, non simpliciter & absolute Eunuchis suum fœdus obseruantibus melius nomen aut meliorem locum donaturus, sed melius seruantibus, cum & reliqui, qui in domo quoque Domini erant recipiendi, commune quoque istud fœdus & legem obseruarent: An non stulta Vermelio loquendi ratio uideretur, si quis diceret, Christum redditurum maiorem glorię portionem Euangelicam legem obseruantibus, nulla ad Mosaicam, aliam uel legem facta collatione?

Ergo cum oraculum illud de Euangelicę lege sit accipiendum, quod etiam aduersarii nobiscum consentiunt, nam huc uolunt pertinere, quod ait Paulus. In Christo Iesu, neque est masculus, neque fœmina, etc. stultum quoque erit illud de communi Euangelico fœdere lege aut pacto interpretari.

Quintò, quando per prophetam Dominus Eunuchis melius nomen aut meliorem locum repromittit, aut ibi fit comparatio ad Mosaicam legem, ita ut sit sensus, se melius nomen & locum Eunuchis, & infœcundis hominibus in Euangelico statu, quam Israelitis omnibus redditurum, aut sit comparatio ad eos, qui Diuinum fœdus Euangelicum contemnebant, ita ut sit sensus in fecundos etiam homines Euangelico tempore maiorem glorię portionem, quam eos qui idem fœdus Euangelicum contemnerent, aut tertio idem Euangelicum fœdus ad seipsum confertur. Et profecto postremus hic sensus omninò absurdus est, eiusdem enim ad seipsum, nisi secundum aliquam uariationem, impossibilis est comparatio: Nam etsi, ut parum antea dicebamus, fœdus Euangelicum, nomen & locum in domo Domini tribuat, non tamen melius nomen, aut meliorem locum, nisi melius obseruatum distribuet, Secundum etiam sensum absurdum esse, quamquam eum Petrus Martyr nobis uelit obtrudere, facile probabitur, si nominis comparatiui naturam ad memoriam reuocemus. Certè utriusque comparationis extremum positum gradu participare, & rō ipsa innuat, & gramatici docent. Nam si Achilles fortior

fuit Hectore, profecto & Hectorē & Achillem fortes fuisse necessarium est, Ergo Eunuchi, quibus Dominus meliorem locum, meliusque nomen re promittit, ut cum aliquibus, qui nomē etiam & locum in domo Domini fortiantur, conferantur, est omnino necesse, qui autem fœdus Domini pactūque Evangelicum spernunt, nullo pacto, aut in domum aut in muros Domini admittuntur, est igitur hic sensus absurdus omnino, & omnino ab spiritu Dei alienus, Primus sensus deniq; quā lon ge à vero eius loci intellectu discadat, posthęc ostēdamus. Sed primū ab aduersariis rogare oportet, an steriles isti & infœcundi homines, qui viuētes in Evangelico statu, fœdusque Dei obseruantes, melius nomen melioremque locum sunt recepturi, ad vniuersos Israelitas Mōsaicūque testamenti cultores, an ad eos tantū, qui liberorum fœcunditate sibi placentes, Dei mandata contemnerent, à Domino conferantur, cū inquit, *Dabo eis locum & nomen melius à filiis & filiabus &c?* Ad vniuersos Israelitas conferri nō possunt, quoniam in illo Mōsaico statu multi fuerunt sanctitate præcipui, vt Samuel, Dauid & reliqui prophetæ. Deinde hoc nihil esset aliud quā aperte dicere, vnumquemque Evangelicę legis cultorem, immō illi etiam qui ip sis Israelitis contemptibiles, quoniam domus Dei ingressu arcerentur, uidebantur, ampliorem fœlicitatis portionem adepturum, quā vniuersos illius priscę legis cultores, quod est absurdissimū. Reliquum ergo est, vt nō ad vniuersos, sed ad eos, qui filiorum & filiarum fœcunditate sibi placētes, Diuinum fœdus implere contemnerent, atque hoc Vermelios placuit, Sic enim scribit, *Declarat Isaias Eunuchis ac & cuius hominum generi, quod vide retur aliōquī iuxta cęrimonias legis, externas à Deo alienum, modo studiosi mandatorū Dei fuerint, locum futurum in Ecclesia & quidē non vulgare sed præ Israelitis, licet corpore fuerint fœcundissimū, qui tamen obedire legi diuinę contemnerent.* Hactenus Martyr, At, qui diuinum fœdus contemnūt nullo pacto in Dei domum admittuntur, nullo igitur pacto ad hoc Israelitarum genus Eunuchi conferuntur, Oportet enim ut antea diximus, comparationis utrumque extremum posituō gradu participare, aliōquī absurda erit comparatio. Ergo si Diuini fœderis contemptores in Dei domo, neque locum, neque nomen habent, iuxta illud. Qui spernis, nonne & ipse sperneris? cū consumaueris deprædationem deprædaberis? & cū fatigatus deseris contemnere, contemneris? Eunuchi, cum illis conferri non possunt. Sexto. Cōmune fœdus & pactum, idest, communem Evangelicam legem seruare, non est homini Christiano liberum, sed necessariū prorsus neque ob eius voluntariam ac liberam electionem, quisquam melius nomen aut locum, sed absolutē, nomen tantū & locum meretur, iuxta illud. Si vis ad vitā ingredi scrua mandata. Non enim dixit, Si uis ad meliorem æternę vitę mercedem ingredi, sed ad vitam

Isa. 33.

Math. 19.

tantū; at in eo prophetico vaticinio, melius nomen & locus in domo Domini promittitur, nō ob quamcunq; causam, idest, non ob id, quod legem necessario impositam impleuerint, sed propterea quod custodierint Sabbata, & quod elegerint quæ Dominus uoluit, & demū quod tenuerint fœdus eius, non ergo hæc verba de aliquo pacto necessario, sed de voluntario ac libero aliquo, quod Dominus sibi placere consilio aliquo significauerit, sunt accipienda. Nam cū de re aliqua libera loquatur propheta, & ea ad Eunuchismum pertineat, de alia profecto intelligi nequit, quā de illa quam nomine etiam Eunuchismi Christus Matthæi, 19, Consultuit, Sunt Eunuchi &c. qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, qui potest capere capiat, ubi se velle quidem id ostendit, sed ad illud operare exhibendum neminem cogit. Neque verō inconsultē & imprudenter putet Vermelios, Christum, triplex illud genus Eunuchorum eoloco distinxisse, sed quod ad Isaias Eunuchos, qui melioris nominis & loci repromissionē habebant, Eunuchos alluderet, Nam cū Apostoli Christiani coniugii difficultate territi, dixissent, non expedire nubere, occasione oblata melioris & loci & nominis in domo Domini iam antea per prophetam promissi, quod magis ad idem impellerentur memoriam refricuit, & ne putarent Apostoli de quocunq; Eunuchismo prophetam loqui, quod nunc carnales heretici docent, triplex genus Eunuchismi distinxit, ac si apertius insinuaret, prophetā neque de primis, neque de secundis, quorum Eunuchismus tantū abest, ut laudem uel melius nomen mereatur, ut sit etiam apud nos infamis, loqui, sed de tertiis, qui Domini voluntati non modo, quæ ad necessariā mandata legesque attinet, sed quoad consilia etiam, quæ nulli necessario imponuntur obedientiam præstiterint, Nam frequenter non modo Christum optimum prophetarum interpretem, sed Apostolos etiam ad legis & prophetarum oracula, interloquēdum alluissē etiam suppresso prophetæ nomine, cū aduersarii non ignorent adductis multis exemplis, non est opus ostendere, Dicant deinde mihi Vermelios, & reliqui sanctarum scripturarum peruersores, quare cū tot hominum genera à templi ingressu cū Eunuchis arcerentur, de scorto scilicet nati &c. non illis etiam Dominus si legem Evangelicam seruauerint, & pactum suum custodierint, melius nomen, melioremque locum quā legitimo matrimonio natis, legis tamen eiusdem contemptoribus, se daturum spondet? Enimvero quemadmodum in Christo non est masculus, neque femina, non seruus, neque liber, non est Eunuchus, neque fœcundus, ita non est de scorto genitus aut legitimo matrimonio natus. Cur ergo eos reliquosque quos ueteri illo seculo templi sui ingressu arcuit, non eodem pacto consolatur? An Eunuchi precitius aliquid obtinent, quo Deus & potius eos quam reliqua illa hominum genera fu-

turo

Epif. 87. ad simplicia hæc

Isa. 56.

Dicitur

lib. 15. com. in Isaiam.

turo solatio afficiat, pelliciat? At Basilius magnus, nihil Isaias uaticinium ueritus Eunuchorū (inquit) genus, ignominiosum ac perditum, nimirum hoc, quod neque fœmineum est, neque masculum mulierum amore insanians, inuidum, uili mercede merens, iracundum, fractum, uentri seruiens, auri cupiditate insanum, durum et illaudatum, ob cœna plorans, mutabile, illiberale, omnes suscipiens, insatiabile, furiosum ac Zelotypum, & quod amplius est dicere, in ipsa statim natiuitate, ad ferrum condemnatum, Quomodo igitur horum mens recta sit, quorum etiā pedes peruersi sunt? Hi castē quidem degunt, nō ferentes mercedem, propter ferrum, amore uerō insaniant, citra fructum, propter propriam turpitudinem; hæc Eunuchorum, non solum qui Mōsaico seculo uixerunt, sed qui Evangelico uiuunt, Basilius Elogia & eximie laudes quos tamen melioris fœdis & nominis in futura fœcilitate repromissionem accipere Vermelios docet. Sed obiicit, eo Isaias loco, non tantum Eunuchos, uerum etiā alienos à republica Israelis, in domum Domini admittendos esse denūciari, fateor, sed diuerso mercedis præmio, gentibus enim quæ olim à Dei domo arcebantur, tantum letitia in orationis domo, non item melius nomen, aut locus re promittitur, quod ut apertius uideatur, totū propheticum oraculum recitare oportet, Hæc dicit Dominus inquit, custodite iudicium & facite iustitiam, quia iuxta est salus meam ueniat, & iustitia mea ut reueletur, Beatus uir, qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendet istud, custodiens sabbatum ne polluat illud, custodiens manus suas, ne faciat omne malum. Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret Domino, dicens, separatione diuider me Dominus à populo suo. Et non dicat Eunuchus, Ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis, Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego uolui, & tenuerint fœdus meum, Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. Hactenus de Eunuchis Isaias, Iam quid aduenis repromittat, accipe, & filios, inquit, aduenæ qui adherent Domino, ut colant eum, & diligant nomen eius, ut sint ei in seruos omnem custodientem sabbatum ne polluat illud & tenentem fœdus meum, adducam eos in montem Sanctum & letificabo eos in domo orationis meę, holocausta eorum & uictimę eorum placebunt mihi super altari meo &c. Admittuntur ergo gentes in Dei domum, vt Vermelios inquit, sed diuersa mercede.

Et ne putet Vermelios se noua excogitasse, cū id prophetico vaticinio, ad uere spadones & abscisos contra ueterum patrum sententiam detorquet. Hieronymi uerba in hunc locum sunt huc proferenda. Qui humiliter inquit, hunc locum intelligunt, ad profelitos ex gentibus & ve-

rē Eunuchos; referunt, quæ dicuntur, quod & aduenæ si legem Domini susceperint, & circumscindantur, & Eunuchi qualis fuit candacis ille reginar, qui etiam in itinere ociosus esse non poterat, & dum quærit interpretem lectionis, Christum reperit, quæ quærebat, non sint externi à salute Dei. Hoc autem, inquit, dicitur contra Iudeos, qui nobilitatē iactant generis, & filios Abrahę se esse dicunt, & beatos putant, qui habent semē in Sion, & domesticos in Hierusalem. Nos autem quos supra per Saliuncam & Vrticam & nouerunt & fœderis interpretati sumus in abietem & cyparissam, mirumque conuersos, eosdem nunc ad fidem Evangelii intelligimus prouocari, quod desperare non debeat si adhæserint Domino, nec se putent à Dei populo separari. Omnes enim qui in Christo baptizati sunt, Christum induerunt, non est Iudæus & ethnicus circumcisio & præputium, quibus in Deuteronomii præcipitur canticō, lætamini gētes cum populo eius, idest Dei, qui priorem habuit populum Iudeorum. Qui de Oriente & Occidente uenientes, requiescunt in sinu Abraham, Hoc est quod Ioannes Baptista dicebat, Et ne dicatis patrem habemus Abraham, dico enim uobis Potēs est Deus de lapidibus his suscitare filios Abrahę, & quomodo in procelitis non est vlla diuersitas, sed uiri & fœminæ ad salutem pariter uocantur, sic & in Eunuchis, qui se castrauerunt propter regnū cœlorum, uterque sexus accipitur, qui mortificauerunt membra sua super terram, fornicationem, immunditiam, passionem, desiderium malum, donec perueniant omnes in uirum perfectum & dicant cū Apostolo, Nos neminem nouimus secundū carnem, etsi cognouimus iuxta carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Ergo in Eunuchis nequaquam illi intelligēdi sunt, quos ardens poëta describens ait.

*Nec non infelix ferro truncata iuuentus
Atque exalta uirum.*

Sed illi de quibus. Dominus in Euangelio loquitur, Qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, quales erant & Apostoli, quibus admirabilibus & pro rei difficultate dicentibus. Quis ergo potest salus fieri? Respondit Saluator, qui potest capere capiat. Vnde & Apostolus de huiusmodi Eunuchis, idest de uirginibus præceptum Domini se non habere testatur, sed dat consilium quasi misericordiam consecutus à Domino, uolens omnes esse sicut seipsum. Tempus enim ait, in collecto est, superest ut qui habent sint tāquam non habeant. Qui enim liber uocatus est à seruitute & officio cōiugali, iste uerē seruus est Christi. Hucusque Hieronymus, Verum tanto fastidio Ecclesiastici sensus & Sanctorum patrum, hæretici tenentur, vt potius Vallesiorum qui sese excindebant insaniam, quā Hieronymi, reliquorumque ueterum interpretationem sint recepturi.

August. lib. de heret. ca. 37.

EX

EX CHRISTI VERBIS APVD
Matth. demonstratur, virginitatem & vitam continentem non modò esse laudabilem, eò quòd sit amplioris fidei & charitatis acquirendæ instrumentum, sed eò quòd maior illi gloria respondeat, Cap. 34.

SED iam ad ipsa Christi, apud Mattheum verba veniamus, docet Christus eo loco tertium illud genus Eunuchorum, propter regnum cælorum se castrasse, ergò cum cælorum regnum, in Christiano quoque coniugio possit obtineri, non de quacunque regni cælestis obtentione, Christus loquitur, sed de peculiari aliqua ratione regnum cælorum obtinendi. Nam quorsum quæso se castrèt propter regnum cælorum, quibus etiam ad illud comparandù in mediis coniugiorum deliciis proponitur uia? Quòd si non propter communem regni cælorum obtinendi rationem, sed propter peculiarem aliquam se castrant Eunuchi, ego non aliam possum intelligere, quam quòd ii per corporis & animi castitatem Deo magis; quam coniugibus placentes, ampliorem expectent felicitatis mercedem, non ergo virginalis aut cælebs vita tantum ad amouenda impedimenta profunt, vt hæretici garriunt, sed ad locupletiores gloriæ cumulum quoque comparandum.

Pet. marty. Aiunt tamen quidam regnum cælorum hoc loco non denotare cælestem felicitatem, quoniam ad regnum cælorum obtinendum, non est necessarius cælibatus, atque adeò regnum cælorum, propter quod Eunuchi tertii generis, se castrant, non est gloriæ merces, quam post huius vitæ tractum præstolamur. Quòd si dicamus castrationem ad regni cælorum consecutionem nõ requiri, per eam tamè opulentiores gloriæ mercedem comparari, obiciunt protinus maiorem aut minorem fidem & charitatem impetiri. Docent ergò, illic Christum regnum cælorum non aliud intellexisse, quam regni cælorum promotionem, augmentum, & amplificationem quam quotidie inter homines accipit, dum plures trahuntur spiritu, docentur verbo Dei, orationibus & precibus iuuantur, quibus rebus, cum cælibes expeditius uacare possint, quam coniugati, ea causa illis qui valent, & à Deo continendæ facultate sunt donati, virginitas, & cælibatus proponitur expetendus. Atque his, ac similibus succis lasciui homines, luto libidinis inhærentes, sanctæ virginitatis & continentia toties à Christo deprædicatæ, & ab Apostolis collaudatæ cælestem splendorem denigrare moliantur. Sed quam frustra iam videamus.

Et principio quidem nõ ignoro, varias huius nominis, *regnum cælorum*, à sanctis auctoribus inter interpretandum obseruatas fuisse significationes, nam ut docet Gregorius aliquando regnum cælorum præsentis temporis Ecclesia dicitur iuxta illud. Mittet filius hominis angelos suos & colligent de regno eius omnia scandala. Neque enim

in illo beatitudinis regno ubi pax summa est, inueniri scandala poterunt quæ colligantur. Vsurpatur & deinde (vt quidam uolunt) pro lege Moïca, ad quam significationem pertinere credunt, quod ad Iudæos, inquit, Christus. Auferetur à vobis regnũ cælorum & dabitur genti facienti fructum eius. Tertio pro Euangelio, idest, Evangelica prædicatione, quorsum attinere dicunt, quòd de sapienti prædicatore Christus dixit. Omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & vetera. Quarto pro Christo, ut illic, si in digito Dei eicio demonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Quintò pro vita æterna ut cum Christus ad Discipulos inquit, Nisi abundauerit Iustitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum nõ intrabitis in regnum cælorum, idest, in vitã æternam, & illud. Qui soluerit unum de mandatis istis minimis & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit & docuerit &c. capitur & aliquando ut Basilium inquit, pro cælestis felicitatis contemplatione, ut cum Christus inquit, Regnũ Dei intra uos est, & absque magno labore nonnulla aliæ fortasse obseruari possent significationes in Evangelica historia, quanquam ego (quod alios quoque negaturos nõ arbitror) potius analogia quadam ad duas has potestimas acceptiones, reliquas omnes referendas, quam diuerfas esse significationes crediderint.

Enimuerò siue militans Ecclesia, siue lex Moïca, siue Evangelica prædicatio &c. non alia ratione regnum cælorum dicuntur, quam quòd ea omnia ad regnum cælorum acquirendum sint media quædam ac instrumenta. Principaliter ergò regnũ cælorum gloriæ præmium in futura uita iustis hominibus tribuendum, significat, reliqua uerò uniuersa per quandam analogiam, & attributionem ad eam significationem, quæ scilicet sint quædam media & viæ perueniendi ad eandem felicitatem. In nomine uerò polyfimorum siue analogorum significatione dignoscenda, regula aliqua esse utendum, ne prudens & aliqua disciplinarum cognitione præditus ignorabit. Ergò & in hac parte, ut possimus huius nominis in Euangelica scriptura acceptiones dignoscere, aliqua regula utendum est, ea autem nõ alia mihi esse videtur quam ut diligenter dispiciamus, an sequentia & præcedentia cum legitima ægermana significatione conueniant, an uerò ab ea dissentiant, Nam si conueniant, in sua principali significatione usurpari; credendum sin uerò aliquid tibi collocetur, quòd à principali significatione dissentiant, non in principali, sed in ea ad quã magis pertinere uidebitur, utendũ erit eo noie, v.g. Matth. 13. cap. Regnum cælorũ simile esse dicitur, homini seminanti, cuius semen aliud secus viã, aliud in petrosa terra, aliud inter spinas, aliud super terram bonã ceciderit, Confertur et homini, qui seminavit bonum ac mundum semen in agro suo, in quo ab hostibus superfeminata fuerint zizania.

Confertur

Confertur & grano sinapis, quod & si omnium feminum sit paruissimũ, super omnia tamen holera excreuerit. Confertur & fermento, quod acceptum mulier absconderit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Confertur eodẽ loco & thesauro abscondito in agro, quem inueniens homo quidam, abiit & uenditit omnia quæ habebat, & agro comparato potitus est illo. Confertur & homini negociatori qui quærens bonas Margaritas inuenta vna prætiofa, omnibus quæcunque habebat, diuenditit, emerit illam. Confertur demum sagenæ missæ in mare & ex omnium genere piscium congreganti &c. In huius profectò capitis interpretatione, Primo omnium reuocandum erit in mentem præcipuam huius nominis significationem eam esse, qua futuram felicitatem importat, reliquas omne per analogiam tantum regni cælorum nomenclaturam participare. Dicitur autem æterna illa felicitas, regnũ cælorum, aut Dei regnum, aut quòd in ciuibus illis beatis, ac cælesti illa ciuitate, Deus proprie, exclusi uniuersis peccatoribus, regnare dicatur, aut quòd Christus cuius regnum nõ erat de hoc mundo, in eo regno regnare dicatur iuxta illud Pauli ad Corinth. Oportet illum regnare donec ponat inimicos suos &c. aut demum, quòd nos reges & Sacerdotes, qui cum illo regnemus in secula seculorum Christus per prærium redemptionis effecerit. Ergo parabola hominis seminantis, ad illam cælestis felicitatis mercedem pertinere nõ posse, inde facile colligimus, quòd in ea quædam ponantur; quæ nullo pacto cū illa conuenire possint. Cognoscimus deinde eadem ad Evangelicam prædicationem esse referendam, quòd cum rebus quæ in illa geruntur, cohærere probetur, quemadmodum enim seminis grana quædam secus viam ceciderunt, & à uolucris assumptũ est, quædam in petrosa, & nata, paulò post ob succi penuriam aruerunt; quædam inter spinas, quæ postmodum ab eisdem sunt suffocata, quædam demũ in bona ac pingui gleba, & horum quædam tricesimum, quædam sexagesimum, quædam centesimum fructum attulerunt, ita Dei uerbum Christo aut Evangelico ministro prædicante; nonnunquam nec radices quidem agit in anima, sed Diabolo suffurante euanescit, nonnunquam autem agit quidem, sed paruas & tandem præcordis duricia humore diuinæ dilectionis destitutum, marcescit, nonnunquam uerò nõ tantum in corde recipitur, sed germinat etiam, nisi rerum humanarum ac mundi curis suffocatum & oppressum putresceret, aliquando demum, in bonæ uoluntatis hominibus, & qui cordis agrum Diuini timoris uocere præpararunt, acceptus bona, meliora & optima opera parit. Sed neque diu illæ parabola. quarum altera regnum cælorum homini seminanti bonum semen super quod inimici hominis opera zizania fuerint seminata, altera uerò sagenæ missæ in mare ex omnium genere piscium congregã-

ti, quam educetes & secus littus sedentes &c. Ad præcipuam huius dictionis acceptionem pertinere possunt. Non enim illa cælesti ciuitate aut zizania, aut mali homines, qui postea sint foras eiciendi reperiri possunt, ergo quoniam in hac militari Ecclesia, Christus purum ac erroribus purgatum, Dei uerbum è sinu patris primitus detulit, quod subinde Diaboli opera per hæreticos deturpatum est, & quoniam eadem Ecclesia non ex iustis tantum & selectis hominibus, sed ex peccatoribus, quò in vnam & eandem fidem coactis, coalescit, rectè eandem ad eiusdem Ecclesiæ militaris mysterium exprimendũ pertinere dicemus. Duas autem illas, quarum vna regnum cælorum cum thesauro in agro abscondito, altera uerò cū prætiofa Margarita Confertur, quod nihil hic obstat, ad æternæ illius mercedis retributionem spectare dicemus, quoniam nihil hic ponatur, quòd eam dictionem à sua principali significatione remoueat, Analogum autem per se sumptum iuxta dialecticorum regulam, stat pro famosiori significato. Ergo nunc quærendum est, à Vermelio an in eo Domini sermone, aliquid collocetur, quod nomen *Regnum cælorum* à sua præcipua significatione reuocet? quod si nihil; ergo cum Christus inquit, tertii generis Eunuchos propter regnum cælorum se castrasse, non de Euangelico negotio vt hæretici docet, sed de æterno illo beatitudinis præmio est accipiendus.

Deinde, Christũ eo loco non tantum eos qui Euangelio promouendo prædicatione deseruire poterant, idest Apostolicos viros, sed uniuersos etiam christianos cuiuscunque ætatis, conditionis aut sexus ad tertium illud Eunuchismi genus adhortari, dum inquit, *Qui potest capere capiat*, aduersarii, quantumcunque peruicaces & proterui, inficiari non poterunt, nam aliàs, qui similes loquendi formulas ad Apostolos tantum, aut ad summum, ad illos, qui eos officio aut ministerio referunt, pertinere diceremus nullo pacto aliqua solida ratione coërceri possemus. Et aliòquid absurdum est omninò credere, Sanctas scæminas, quæ Christo non tantum animam castam, sed corpus seruauerunt, ad illam exhortationem non pertinere; has autem propter Euangelium, idest Euangelicum ministerium vt Vermelius interpretatur, sese castrasse, & non potius ob locupletiores in æterna uita, futuram mercedem, stultũ est credere. Ergo cū sit illic generalis promissio nec omnes Euangelium, idest negotium Euangelicũ possint promouere, regnum cælorum illo loco non Euangelicum negotiũ, sed cælestis beatitudinis præmium & coronam importat.

Tertio demũ, quemadmodum in feminis parabola, & vbiçunque pro Euangelico negotio regnũ cælorum accipitur, ad eã acceptionem pertinere ex adiunctis colligitur, ita dum pro æterna felicitate usurpatur. Sed hic aliquid collocatur, quòd à Christo eiusdem beatitudinis obtinendæ medium

Matth. 11.

Matth. 5.

Matth. 13.

Matth. 6.

Matth. 5.

In ap. 1. ad Cor.

cap. 15.

Luc. 2.

medium fuit constitutum, non ergo ad Euangelicum, sed ad beatitudinis præmiū pertinebit. Certè beatitudinis obtinendæ opera, quæ aut præcepto aut consilio Deo placere probantur, ex vera fide & charitate deriuata, media à Christo fuisse constituta, licet hæretici stultissimè inficiantur, docet tamen catholica Ecclesia, & multi grauissimis & doctissimis viri apertissimis scripturarum testimoniis, nostra & veteri memoria comprobarunt & nos de hac re edito libello, quem iam propediè in lucē mittere properamus, eorū in hac parte ignorantiam reuocamus. At seruare virginalem castitatem, aut à carnali commercio per assumptum spontè cœlibatū abstinere, inter vniuersa humana opera, tanto certius primatū obtinet, quāto magis abnegationi sui ipsius propriæque animæ, proprius accedit, ergo illic non Euangelicū negotiū, sed cœleste beatitudinis præmiū regnum cœlorum denotabit. Nā dicat mihi per Deum immortalē Veremelius, Si Christus diceret, Sunt quidā, qui res suas pauperibus ob regnum cœlorū distribuunt, an nō tunc Christum de cœlesti felicitate loquutū inteligeret? quod si tunc pro æterno mercedis præmio non alia ratione caperetur, quā quod illic suorū honorū distributio præcederet, cur neget illic quoque pro eodē accipi, vbi opus nō modo à Sactis & Ecclesiasticis uiris, sed à gentiū quoque sapientibus, immò à cōmuni mortaliū omnium sensu Augustius & excellentius iudicatū, reponitur? an nō est facilius, bona sua pauperibus distribuere, q̄ sese castrare, & scēminarū cōmercio in quod suscipiendæ prolis causa, natura propensū sumus, perpetuo valle dicere, immò nec experiri quidem? Et vt Vermelio libenter demus (in hac enim parte à catholica doctrina nō dissentit) maiorē gloriæ cumulum, penes maiorē fidem & charitatem mensurari, an pōt esse opus aliquod ad quod vehementius fides & charitas (extendendo charitatem ad Deū) exigatur quā vita virginalis aut cœlebs? Si maior ergo gloriæ cumulus maiori fidei & charitati respondet, ei certè fidei & charitati, quæ excellentius opus exterius profert, à toto genere, maior gloriæ cumulus, respondebit, ergo cū vehementior fides & charitas ad propriæ carnis desiderii renunciandum, quā ad cōiugia quantūcunque Sanctę gerenda, exigantur, à toto genere, vitæ virginalis aut cœlibi, maior beatitudinis merces quā coniugio respondebit. Illud autē hic in Vermelio admirandū, quod cū felicitatis mensurā penes maiorem fidem & charitatem attendi libet, consentiat, opera tamen cū reliquis hæreticis à fide & charitate deriuata, ad idē nihil velit prodesse, cū aliōqui fides & charitas bonorū operum sint radices, & radix nisi fructus ratione nihil valeat. si des enim uerò & charitas cui mercedis augmentū nuncupatur, nō habitus, sed actus esse debet, actus autē fidei & charitatis cū circa obiecta aliqua esse debeant, nō sunt aliud quā ipsa eadē obiecta in ordine ad opus exterius, mente & efficaci volun-

tate cōcepta, virginalis ergo aut cœlebs vita, animi efficaci uoluntate cōcepta, actus erit fidei & charitatis, ergo cum actus ille sit fidei & charitatis, actus uehementior multo eo, quo cōiugium quātūcunque Sanctū concipitur à toto genere ut dicitur vitæ virginalis aut cœlibi maius præmiū quā coniugio respondebit. Sed neq; nos (quod tamen Vermelius suis hæreticis mihi persuadere uelle uideatur) maiorē aut minorē beatitudinem penes cōiugium aut cœlibatū distribuere docemus, sed penes maiorē fidem & dilectionē, uerū huius maioris fidei & dilectionis, multa sunt obiecta, quæ eadē maiorem aut minorē felicitatis mercedē exterius infinuunt. Martyri profectō quā nō martyri, & uirgini quā nō uirgini, & uoluntario cœlibi, quā nō cœlibi, & demū reliquis omnibus, q̄ magis sui ipsius abnegationi appropinquant, quā non appropinquatibus, opulentiorē mercedis retributionē promittimus. Neq; tamen adeo despimus, vt dicamus oēs cœlibes, eos oēs qui sunt in uita coniugali cōstituti, sanctitate transcendere, quod tamen hæretici nostri suis persuaserūt, scimus enim inter cōiuges multos esse, qui uirgines & cœlibes superent, se tantū, hunc actū cōtinēdi se à scēminæ aut masculi cōmercio, cū actionibus cōiugalibus, cōferimus & hanc uitā per se cū illa uita per se quoq; cōparamus. Sed de Matthæi loco iam satis.

PROBATVR EX PAVLO AMPLIORē felicitatis mensurā, castitati, aut continentia quā coniugio respondere. Cap. 35.

AD Paulū iam transeo, quæ etiā nollunt maioris gloriæ, sed expeditioris vitæ gratia, aut ad uitā virginalē, aut ad continentia cœlibemque uiuendi rationem hominis hortari, quod toto scilicet illo capite septimo, nō amplioris præmii, sed tantū ad Deo uacandum, liberioris & solutioris vitæ, mentionē fecerit. Existimo inq; hoc bonū esse propter præsentem necessitatē, quæ uerba ut de uitæ coniugalis impedimentis intelligamus, nullius tamen maiori præmii, memoriam includunt, aliud enim est per cœlibē statum homines quod Deo magis uacare possint reddi liberiores, aliud uerò per eundem cœlibatū & scēminarum abstinentia, maiorē felicitatis mensurā promereri. Idēq; iudiciū de reliquis oibus Apostolicis locis, quos antea tractabimus, habēdū existimāt.

At, hæc argumentandi ratio q̄ sit inutilis, nisi tā immedicabili Ecclesiastici sensus tadio aduersarii laborarent, facile deprehenderent. Enim uerò Apostolus cū suadendę uirginitatis aut continentia, maiorē uacandi Deo libertatē, mediū assumit, alias causas propter quas idē uitę genus, christianis hominibus sit utile, nō negat. Atq; nō alio pacto mihi isti argumētari uidentur, quā si eodē Paulus aut quisquam alius Apostolorū, consulisset, vt expeditius uacaretur, Euangelio, res oēs esse dimittendas & pauperibus distribuendas, inde colligerent, eadē bonorū omnium dimissionem aut erogationē in usus pauperum, non esse æternæ vitæ,

uitæ, aut cōquirendæ, aut augendæ, meritoria, q̄ Paulus, aut ille alius Apostolus, id apertè non expressisset, sed tātū dixisset, diuitiarū curā ad Deo & Euangelico negotio uacandum, ingenti esse impedimento, & ob id impedimentū remouendū, bonū esse iuxta Christi consiliū res oēs diuitias pauperibus & egenis impendere. fingamus itaq; Paulū in rerū omnium persuadenda renūtiatione, eisdē uerbis omnino uti, quibus in consulenda virginali aut cœlibi uita uirur. Dicat ille de paupertate uoluntaria & rerū omnium abrenūtiatione, præceptū Domini non habeo, cōsiliū autē do tāquā misericordiā consequutus à Domino vt sim fidelis, existimo. n. hoc bonū esse propter instantē necessitatē, facultatibus spoliatus es aut illis cares, ne quesieris, habes, ne dimittas &c. Et rursus, Euangelicus pauper cogitat quæ Domini sunt &c. vniuersa enim, quæ illic à Paulo dicuntur nō modo uirginitati, aut continentia, sed uoluntaria quoq; paupertati cōueniunt. Nū quisquā esset adeo stupidus, vt eodē Paulus in ea bonorū erogatione, tantū maioris libertatis uacandi Deo meminisset, præmiūq; quod aliōqui huiusmodi homines manere tota sacra docet historia, silentio inuoluisset, eandē facultatū omnium renūtiationē & distributionē in pauperes: ad uitā æternam aut acquirendam aut augendam proficere renueret?

Immo uerò absque ulla exemplorū fictione id apertū est in Euangelica historia. Docet Matthæus accessisse adolescentē ad Christū, ab eoq; rogasse uitę æternę uia, cui cū Christus cōmunē illā omnibus christianis hominibus, id est præceptorū obseruantia obtulisset, dicens. Si uis ad uitā ingredi serua madata, ille que respondisset se uniuersa madata, à iuuetute sua diligenter obseruasse, cōtinuò Christū, subiunxisse si uis perfectus esse uade & uē de omnia quæ habes & da pauperibus. Perfectus profectō nemo dicitur propter solā rerum omnium abrenūtiationem, & distributionē in usus pauperum, sed propter perfectā Dei & proximi dilectionē, immò uerò tātū abest, ut rerum omnium abrenūtiatio perfectionem Euangelicā inducat, ut ea si charitate, quæ est uinculum christianæ perfectionis, destituatur, nihil ad spiritalem iustitiā proficit. Si distribuero inquit, Apostolus in cibos pauperum oēs facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeā; charitatem autē non habuero, nihil mihi prodest. Est ergo qui rebus omnibus renūtiat in hunc sensum, perfectus; nō quod ea renūtiatio iam eūdem perfectum reddiderit, sed q̄ illum in cōgruo ad pfectionē acquirendā statu cōstituerit. Qui. n. diuitiarū sollicitudine distringit, ad Euangelicā perfectionē quodāmodo ineptus iudicatur, dū multa eiusdē acquirendę ac grauissima habet impedimēta, atq; ita profectō Theologi docent uiros religiosos ac scēminas, qui in institutis monachalibus ab Ecclesia cōprobatis, sese per uoluntaria paupertatis, obediētia & castitatis, Deo nūcuparūt, nōdū esse perfectos, sed esse in sta-

tu siue schola perfectionis acquirendæ quoniā mundi sollicitudine ablegata, Deo ac proximi necessitatibus, uacandis ampliorē habeat facultatē, quod id ipsum Paulus de uita uirginali aut cœlibi in his locis, quos attulimus, docet; consulit. n. uirginalē ac matrimonio liberā uitā, vt et aduersarii cōsentiant, q̄ per illā magis quā per cōiugalē, Euangelico negotio propagādo, & proximorū saluti promouendæ uacare liceat. Sed non propterea q̄ illa à Xpo consulta rerū oium in pauperes distributio, perfectū hominem faciat, id est remotis mudi impedimentis, in statu perfectionis acquirendę reponat, facultatemq; liberius Euangelio uacandi tribuat, ad uitā æternā quoq; nō proderit? Profectō, per eadē illā rerū oium abdicatōne, quæ Deo melius uacandi libertatē conciliat; thesaurū et in cœlo parari, eodē loco Christus apertè docet. Si uis inquit, perfectus esse, uade & uēde oia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurū in cœlo, & ueni & sequere me. Et rursus eodē loco, quærētibus Apostolis quod nā illis ob facultates oēs dimissas, futurū esset præmiū. Amen, inquit, dico uobis, q̄ uos q̄ secuti estis me in regeneratiōe, cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et uos super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus Israël, & omnis qui reliquerit domū, uel frēs, aut sororēs, aut patrē, aut matrē, aut uxorē, aut filios, aut agros, propter nomē meū centuplum accipiet & uitā æternā possidebit. In extremo et iudicio æterna beatitudinis merces, ob bona pauperibus tributa, redditur, Venite inquit, benedicti patris mei possidete paratū uobis regnū à cōstitutione mundi. Esuriuū. n. & dedistis mihi māducare, sitiui & dedistis mihi bibere: hospes erā & collegistis me. Nudus erā, & cooperuistis me &c. imò uerò calix aquæ frigidæ propter Christum pauperibus tributus, non perdit mercedem suam.

Ergo si rerū oium abdicatio, & in pauperes distributio: à Christo ad acquirendā perfectionē iuueni, illo loco cōsulta, dū inquit, si uis perfectus esse &c. Nō impedit quominus eadem ad uitę æternæ ampliorē mercedē comparandam proficiat, quare quæso uirginitas aut uita cœlebs à Paulo ad eadē uitæ perfectionē consulta, ad eundē quoq; locupletiore gloriam cumulū prodesse nō poterit? Certè quemadmodū Paulus horū sentētia, uirginitatē & continentia ad liberius inseruendū Euangelio cōsultuit, ita quoque Christus apud Marcū bonorum omnium renūtiationē. Amē inquit, dico uobis. Nemo est q̄ reliquerit domū, aut fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut filios aut agros, ppter me. *Et propter Euangelium* qui nō accipiat centies tantum, nunc & in tpe hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cū persecutionibus, & in seculo futuro uitā æternā. Ergo quemadmodū bonorū renūtiatio ultra eā utilitatē quam propagādo Euangelio & utilitati proximorū promouendæ cōciliat, æternæ quoq; uitæ per se mercedē habet, & promerendæ, uel amplificandæ beatitudini

Matth. 25.

Matth. 19

Colof. 3.

itudini prodest, ita quoque virginitas & continentia à Paulo consultata eò quòd sit Euangelico negotio utilis, meriti rationem non perdit.

Sed cur aiunt, Paulus meriti non meminit? Sed cur obsecro meminisset, cum res esset apud omnes eius seculi christianos tum ex comune Ecclesiastica persuasione, tum ex Christi Euangelio certissima? Enimvero quemadmodum sui abnegationi cœlestis illa beatitudo respondet, ita per illud opus quod homo magis sese abnegat ac propriè uoluntati, & desiderio renunciat, magis eadè augebitur, ergo si nullum est in uniuersis operibus humanis, in quo magis propria hominis abnegatio resplendeat, quam in castitate aut uita uirginali, ut antea docuimus, nõ erat Apostolo de eisdè uirtutibus differenti, necessarium ostendere, per illas homines ad ampliores gloriæ coronas peruenire. Inter christianorum certamina inquit, Augusti libro de agon. christia, Bella castitatis sunt duriora. Chrysostronius huius rei silentium in Corinthiorum genium cum quibus Paulus agebat qui potius terrenis quam cœlestibus premiis allicerentur, reiecit, sed eius de hac re libro de cast. uerba et si aliquantulum proluxa audire oportet, is. itaque in ea Pauli uerba. *Alligatus est uoxi non li querere &c.* Quid ais inquit, me ad pugnam Demonum, inuitas? non enim est nobis colluctatio cum sanguine & carne, ut contra naturæ furem resistam, adhortaris? suades ut carne & sanguine coagmentatus, eadem assequar que mentis efficiunt incorporeæ, & nunc terrestrium meministi bonorum, ut affirmes nos expertes coniugii, nullam molestiam habituros? Sed quæ mobrem illud non dixit, Virgo si nupsit, non illa quidem peccauit, sed ipsa se uirginitatis corona priuauit, nempe magnis muneribus, & inexplicabilibus? quid uerò bona non exposuit ea quæ certamine cōfecto ipsis sunt reseruata? quomodo sponso obuia prodeunt, quomodo fulgētē gestabant lampades, quò gloriosè admodum fidentesq; una cū rege sponso in thalamū introeant, quò ad regiū solium accedētes oium maximè fulgeāt? At de illis nec uerbū quidem fecit, passim uerò meminit uacuitatis molestiarū, quas uita hæc habet. *Existimo hoc bonum esse & omiſſa causa futurorū bonorum, Propter instantem inquit, necessitatem.* Deinde iterum inquit, *Si nupsit uirgo non peccauit, ac cœlestibus muneribus, quibus eā priuauerat silentio præteritis, Tribulationem carnis inquit, habebunt huiusmodi.* Neque uerò hæc tenus id facit, sed usq; ad finē perducit orationis, Neq; rem et suadet proposita spe futurorum bonorum, sed iterum ad eadē rem refugit causam. *Tempus inquit, breue est,* atque eius loco sermonis; Volo ut splēdore uester in cœlo luceat, & uti magis eluceatis, quam qui conubio iuncti fuerint rursus terrena cōmemorat, Volo, inquit, uos sine sollicitudine esse, nec uerò id solum hoc loco facit, sed de tolerantia differens,

hanc ipsam inuit cōsiliū dandi uia. Si inquit, esuriet inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū. da illi, ac tantā rē imperans naturæq; necessitati uim iubes afferri, & ita intollerabilem rogū sustinere, in his quæ de præmiis dicuntur, & cœlū & cœlestiū bona silentio tranſiens, mercedem desinit eius incommodo, qui intulit iniuriam: Ita enim inquit, carbonēs ignis congerēs super caput eius. Quid autem hac cohortandi ratione usus est? non incitia, neque quòd ignoraret, quomodo auditor allici, aut persuaderi deberet, sed quòd omnium maxime hanc ipsam uirtutem, persuadendi inquam, facultatem, assecutus esset. Vnde id apparet? ex his quæ ab eo dicta sunt, quomodo? quæ uerò id ratione? ad Corinthios loquebatur (Primum enim dicemus de his quæ de uirginitate deseruit) ad Corinthios, inquam, loquebatur, apud quos se nihil scire iudicauit, præter Christum & eum crucifixum, quibus cum agere, tanquam cum his qui rebus cœlestibus dediti essent, minime potuit: ac quod hærerent in corpore & in cura terrenarum rerum essent defixi, hæc etiam tunc illis adhibuit, ad quos cum illa mitteret sic est locutus. Lac uobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis, et secundum hominem ambulatis. Iccirco terrenarum rerum cōmemoratione, & eorum quæ sub oculis & sensu cadunt, eos & uirginitatem cohortatur, & à coniugio, deterret. Præclare enim intelligebat, humiles humique stratos, & adhuc in terra defixos, sic terrestribus rebus erigi facilius & adduci posse. Qui enim cedo, plerique eorum, qui rudi adhuc, tardoque admodum sunt ingenio, tam in minimis quam in maximis rebus audacter per Deum iurant ac per iurant, in capite uerò liberorum, nec iurare quidem audent, & quidem multo maius illud per iurium, multo maior periurii pœna, sed tamen hoc iurciurando magis quam illo commouentur, ut uerò inopi subueniant homines, non tam cœlestis regni pollicitationibus (quanquam illis uocibus eorum aures assidue personant) quam si aliqua uel liberorum, uel eorum ipsorum uita utilitatis spes proponitur. tum itaque eiusmodi misericordiam largè impertiunt homines, cum ex diuturno aliquo morbo conualuerunt, cum periculum effugerint, cum potentiam ac principatum aliquem consecuti fuerint: & omnino maximam hominum partem iis, quæ antè pedes sunt magis moueri reperias. in secundis enim rebus magis hæc mouent in aduersis uerò plus terroris est quòd propria sunt sensui. Iccirco & ad Corinthios ita locutus est, & Romanos, cōmemoratione præsentium rerum, ad tolerantiam erudiuit, nam qui imbecillo est animo, iniuriam acceperit, non tam facile iracundiæ dolorem deponit, cum de regno audierit, aut cum maximorum spem bonorum incidērit, quam eius spe supplicii, qui iniuriam fecerit.

Itaque

Itaque cum uellet fibras memoriæ iniuriarum extirpare, & omnino libidinem puniendi eum, qui lesisset exhaurire, illud elegit, quod adhibitum ad consolandum eum, qui accepisset iniuriam, magis accommodatum est, non adimit illa spem mercedis in cœlo constitutæ, sed tantum ipsam interea quoquomodo potest in sapientiæ uiam deducere, & ei gratiæ fores patefacere studet, nam uirtutis principia difficillima illa quidem, progressio uerò ad uirtutem non ita laboriosa est. At non id fecit Dominus noster Iesus Christus, neque cum de uirginitate, neq; cum de tolerantia disseruit. Sed in illis quidem cœlestis regni meminit, Sunt, inquit, Eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnū cœlorum, Cum uerò ad preces pro inimicis faciendas cohortatur, neq; de incommodo, eorum qui leserunt mentionem facit, neq; cadētium carbonū, sed illis omnibus omnibus, quæ in eam oratione conueniunt, quæ ad parui, & angusti animi calamitososq; homines habeatur, maioribus eos ipse præmiis inuitat. Quibus nam? Ut sitis, inquit, similes patris uestri qui est in cœlis. Vide quantum præmiū proponatur. Horum enim auditores fuerunt Petrus, Iacobus, Ioannes, & reliquorum Apostolorū chorus, quam obrem cœlestibus eos premiis inuitat, quod Paulus etiam ipse fecisset, si ei cum huiusmodi hominibus fuisset negotium, quod autē ad Corinthios rudiores loqueretur, ipsis fructus laborum iam nunc repræsentat, quoad colendam uirtutem alacriores ueniant. Iccirco Indaros etiā promissis, regni cœlestis omnibus, terrenis bonis alliciebat Deus, pro malis uerò actionibus, non æternum ignem, sed præsentis eis calamitates minabatur, famem, pestilentiam, morbos, feruitutē, bella, & alia eius generis. His enim, homines qui magis hærent in corpore, magis commouentur, quæ uerò neque uidentur, neque adsunt illis, mouentur minus, quam obrem Paulus etiam diutius in his moratur quæ maximè eorū tarditatem mouere possunt. Adde, quòd ille ostendere uoluit ex aliis bonis, quædam ut assequamur, multis nos in uita laboribus exerceri, fructum autem omnem in futurum tempus reseruari, uirginitatem uerò dum colitur, non leuia nobis præmia tribuere, quæ tot tantisque nos laboribus ac molestiis liberet. Accedit eò, quòd tertium quoddam comprobari uult, quid nam, id est? Uirginitatem non ex earum rerum haberi numero, quas adipisci non possumus, sed ex illis esse, quæ maximam habent facultatem. Id autē facit cum multis partibus plures inesse docet in coniugio difficultates, tanquam si diceret: Grauis tibi uidetur huius rei cultus & laboriosus, Ego uerò uirginitatem propterea colendam sentio, quòd tantam ea facultatem habet, ut multo minus quam coniugium negotio nobis exhibeat.

Quòd uerò uestri misereor, inquit, & molestia liberos esse, uolo, iccirco uti coniugio abstineatis, uobis auctor sum. Ita Chrysostronius. Subindeq; per multa capita conugalibus uita molestias enume-

rat. Ergò habent hæretici tum à Chrysostrono, tum à nobis abundantissimam suæ calumniæ dilutionē, immò non unam sed multas, neque à nobis pro temporis necessitatis cogitatas, sed ante multa secula ad eorum apertam cōfusionem à ueteribus Ecclesiæ patribus memoriæ proditas. uerum ad alia scripturæ loca progredior.

DEMONSTRATUR EX EUANGELICA parabola de seminis multiplici prouentu, uirginitatem, aut castimoniam uitæ genus, sui ratione abundantiorē accipere gloriæ cumulum. Cap. 36.

CHRISTVS in prima illa, capitis. 13. parabola; in qua nobis seminis Euangelici differentiam proponit; eā partem quæ in terra bona occiderat, non eundem fructum attulisset docet, sed triplicem, pro triplici terræ bonitatis discrimine; quemadmodum enim, quædam est terra bona simpliciter & positio gradu, quædam melior, quædam optima, ita eius seminis, quod nõ in petrosa, nec secus uiam, nec inter spinas, sed in terra bona fuerit seminatum; triplex est improuentu differentia, nam quædam trigecuplum, quædam pro maiori fecunditate sexagecuplum, quædam demum centuplum attulit. Iam has prouentus differentias cum multo ueteres uariè interpretentur, eorū tamē pars multo maxima ad triplicem rationem continentia referunt, ita ut trigecuplus fructus coniugio, sexagecuplus uiduali cōtinentiæ, centucuplus uel libatæ uirginitati respondeat. Alii quoniā martyriū res est augustissima, & quæ reliqua humana opera superare uideatur, cētucuplū fructū illi detulerunt, sexagecuplum, uirginali, continentia, trigecuplum coniugio. Omnes tamen siue uirginitati, siue uiduali cōtinentiæ ampliorē gloriæ fructum, quam coniugio nuncuparunt. Quod dicit, ait Augustinus, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigecimum, ceteris uero martyrum propter sanctitatem uite, uel contemptum mortis, sexagesimum, uirginum propter ocium interius, quia non pugnant contra cōsuetudinem carnis. Solet enim ocium cōcedi sexagenariis post militiam uel post actiones publicas. Tricesimum coniugatorū, quia hæc est ætas præliantium. Ipsi enim habent acriorem conflictum, ne libidinibus superentur. Hæcenus eo loco Augustinus. Idem etiam libro de sancta uirginitate, de Christianæ uirginis modestia atque animi submissione agēs. Proinde inquit, quid dicemus? Est ne aliquid quod uirgo Dei ueraciter cogitet, unde se fideli mulieri, non tantum uiduali uerum et coniugata præferre non audeat? Non ergò reprobam dico; nam quis nesciat obedientē mulierem inobedienti uirgini præponendam? Sed cum ambæ sint obedientes præceptis Dei ita ne trepidabit, sanctam uirginitatem etiam castis nuptiis, & continentiam præferre conubio? fructum centenum prætere tricenarium? P Immo

cap. 49.

Expende hæc uerba.

libro 1. 99. Euang. c. 9.

Cap. 44.

Immò verò non dubitet hanc rem illi præponere, hic tamè, vel hæc virgo obediens & Deum timès, illi, vel illi mulieri obediens & Deum timens, ante ferre non audeat, aliò qui non erit humilis, & Deus superbis resistit. Et subinde ad eandè Evangelicam parabolam regressus, de excellentia virginis agens, hoc inquit, tam magnum est, ut eum fructum centenum quidam intelligant, perhibet enim præclarissimum testimonium Ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est; quo loco martyres, & quo defunctæ sanctæ moniales ad altaris sacramenta recitentur, Sed quicquid significet fecunditatis illa diuersitas, qui hæc melius quàm nos intelligunt, siue virginalis vita in centeno fructu sit. In sexageno vidualis, in triceno autem coniugalis, siue centena fertilitas martyrio potius imputetur, sexagena continentia, & tricena conubio; siue virginitas accedente martyrio centena fructum impleat, sola verò in sexageno sit. Coniugati autem tricenum ferentes, ad sexagenam perueniunt, siue quod probabilius mihi videtur, quoniam diuinæ gratiæ multa sunt munera, est aliud alio maius ac melius, vnde dicit Apostolus, Aemulamini dona meliora, intelligendum est plura esse, quàm vt in tres differentias distribui possint. Primò ne continetiam vidualem, aut in nullo fructu constituamus, aut ad coniugalis pudicitia meritum deponamus, aut virginalis gloriam coequemus; aut coronam martyrii vel in habitu animi etiam si desit tentationis examen, vel in ipsa passionis experientia constitutum cuiuslibet illarum trium, castitati sine vilo incremento fertilitatis accedere existimemus. Deinde vbi ponimus, quod multi ac multè ita custodiunt continetiam virginalis, ut tamen non faciant, quæ Dominus ait, si uis esse perfectus vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & ueni & sequere me, nec audent eorum cohabitationi sociari, in quibus nemo dicit ali quid proprium, sed sunt eis omnia communia? Nihil ne putamus fructificationis accedere virginibus Dei cum hoc faciunt? Multa ergò sunt & aliis alia clariora ac superiora, singulis singula. Et aliquando alter fructuosus est donis paucioribus, sed potioribus, Alter inferioribus, sed pluribus. Et quemadmodum inter se, vel coequentur, vel distinguantur, in accipiendis æternis honoribus, quis hominum audeat iudicare, dum tamen constet & multa esse ista diuersa & non ad præfens tempus, sed in æternum prodesse meliora? Sed Dominum tres arbitror voluisse fructificationis commemorare differentias, cæteras intelligentibus, reliquisse. Nam & alius Euangelista solum commemorauit centuplum. Nunquid idè putandus est & alia duo, vel improbasse, vel ignorasse, ac non potius intelligenda reliquisse? Sed ut dicere cœperam siue centenus fructus, sit Deo deuota virginitas, siue alio aliquo modo vel quæ commemorauimus, vel quem, non commemorauimus; sit illa virginitatis intelligenda distantia; nemo ta-

men quantum puto, ausus fuerit virginitatem præferre martyrio, ac nemo dubitauerit, hoc donum occultum esse, si examinatrix desit tentatio. Hucusq; Augustinus. Vbi etiam eorum quaedam sophisticas & inanès ratiunculas diluit, quibus nonnulli eorum nobis insullissimè obstrepunt dum clamant nos docere in uniuersum, omnes cœlibes aut virgines ampliore beatitudinis portionem in futura vita recepturos quàm coniuges, quod nunquàm nobis venit in mentem. Scimus enim multos in cōiugio constitutos, multarum uirginum & cœlibum præmia superare, uerum hoc non est ratione coniugii, sed quòd ut ait Augustinus, pluribus, licet minoribus meritis abundant. Et aliquando, inquit, alter fructuosus est donis paucioribus, sed potioribus, alter vero inferioribus sed pluribus, Primò intelligit de uirginibus aut cœlibibus, Secūdū, de cōiugibus. In eundem sensum eadem uerba interpretatur Theophylactus, etsi non quoscunque uirgines aut cœlibes, sed quos Græci uocant *ἀσπυγας*, id est, seculæ pietatem sub uita monasticæ disciplina exercitentes ad centecuplum fructum pertinere uelint, *ἀσπυγας* autem, ut ex Basilio, Nazianzeno, Machariono, Dorotheo, Nilo, & reliquis uitæ monasticæ institutoribus patet, non quodcunque exercitium est, sed quod sub disciplina monastica uoto castitatis &c. Deo nuncupato fiat. Sic autem habet Theophylacti uerba. Non æqualem fructum ferunt omnes, qui semen suscipiunt, sed alius quidem cœtuplum, fortè paupertatè perfectâ habens & summâ *ἀσπυγας*, id est, monasticū exercitium, alius autè sexagesimum, ut cœnobita fortè monachus, & adhuc operans, alius uerò trigecuplum, ut qui honestas nuptias delegit & uirtutem pro uirili amplexatur, quæ autè sit differentia inter actiuos & contemplatiuos monachos, hic nunc exponere non est necessarium, nisi quod hoc loco Theophylactus, eos qui summam habent ascetism eos intelligere magis uideatur, quos Græci anachoretas uocant, inter quos & cœnobitas, quodnâ inter sit discrimen, docet Abbas Piamon apud Cassianum, Eandem deniq; interpretatione comprobant, posteriores Matthæi interpretes, Beda, Rabanus, Anselmus &c.

EX LIBRO APOCALYPSIS, VIRGINITATEM; aut continentiam maiorem beatitudinis portionem accipere, demonstratur. Cap. 37.

VENIO IÀ ad Ioan. Apocalypsim, in qua maxime oium cœlibatus præcipue uerò uirginalis excellentia cõprobari uidetur. Et uidi, inquit, & ecce Agnus stabat supra montem Sion & cum illo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, et nomen patris eius, scriptū in frõnibus suis. Et audiui uocè de cælo tanquam uocem aquarum multarum, & tanquam uocem tonitruu magni, & uocem quam audiui, sicut citharedorum citarizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticū nouū, ante sedem & ante

Collat.

Cap. 14

lib. de uirg. 62. 27. & 38. 29.

& ante quatuor animalia & seniores, & nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, Virgines enim sunt, hi sequuntur. Agnum quocunque ierit. Hi empti sunt primitiæ Deo & Agno, & in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Hactenus præculum. Quis autem adeò procax qui huic loco resistere audeat, nisi fortè totam Apocalypsim damnando? Hic certè adeò apertè virginalis uitæ excellentia proponitur, ut non modo coniugibus sed uniuersis quoque beatis præponatur. Nam quæ hæc centum quadraginta quatuor millia, non ad quodcunque genus beatorum, sed ad uirgines pertinet, ipsemet literæ contextus indicat. Hi sunt inquit, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, Et ne heretici nostri ad suos coniugatos qui adulteriis aut fornicationibus non sunt polluti, id uolenter detorquerent, protinus subditur, *Virgines enim sunt*. Hi autem uirgines cantant, quasi canticum nouum, quod nemo potest dicere nisi illa eadem centum quadraginta quatuor milia, & primitiæ Deo & Agno de terra emuntur, per quæ supra reliquos beatos excellentia virginalis ostenditur, quam eandem & illa uerba insinuant, *Hi sequuntur Agnum quocunque ierit*, quasi significet Ioannes reliqua oia beatorum agmina, hac sequendi Agnum quocunque ierit libertate destituit. Neque hic ridicula eorum tergiuersatio prodest, quia Tyconium hereticorum imitantes, uolunt sanctum Apostolum, non de carne uirginibus, sed de his qui spiritu uirgines sunt, id est, uniuersis Christianis, quos Paulus ait se Christo despondisse, tanquam uirginem castam, sermonem facere, nam cum nemo ad cœlestè illam, nisi hac uirginitate præditus ciuitatem pertineat, nec illuc possit ingredi, hæc tamen centum quadraginta quatuor milia, non sunt omnes beati, sed eorum pars quædâ, qui empti sunt, primitiæ Deo & Agno à reliquis omnibus prorsus distincti. Quod autem ait, hos de terra primitias Deo & Agno emptos, haud illud intelligit quod quidam etiam putarunt, hunc locum de primis illis Christianis, qui Euangelicæ prædicationis initio, cœlum occuparunt, esse accipiendum. Nam multi illorum, non fuerunt uirgines, sed cum mulieribus coinquinati sunt. Super est igitur, id quod tum ipso literæ rigore, tum sanctorum patrum unanimitate consensu necessarium est fateri, hunc locum de carnis incorruptione quam uirginitatem uocamus esse accipiendum. Hi enim sunt qui canticum nouum, quod nemo alius potest dicere canunt, dum præcunctis fidelibus peculiari felicitatis portione de carnis integritate letantur. Pergite, inquit Augustinus, uirgines admonès, Sancti Dei pueri & puellæ, mares ac femine, cœli bes & innuptæ, pergite perseueranter in sinè. Laudate Dominum dulcius, quem cogitatis uerius. Sperate felicius cui seruitis instantius. Amate ardentius, cui placetis attentius, lumbis accinctis &

De lib. 2. in Apocal. 6. 14. 1. Cor. 12.

lucernis ardentibus expectate dominum quando ueniat à nuptiis. Vos affertis ad nuptias agni canticum nouum, quod cantabitis in citharis uestris, utique tale quale nemo potest dicere, nisi vos. sic. n. vos uidit in Apocalypsi quidam præ cæteris dilectus Agno, qui discumbere super pectus erat solitatus, ipse vos uidit duodecies duodena millia sanctarum citharedorum illibatæ uirginitatis in corpore, inuolatæ ueritatis in corde, sequimini Agnum quia Agni caro utiq; uirgo, sequimini eum uirginitate cordis & carnis quocunque ierit. Quid est. n. sequi, nisi imitari? quia Christus pro nobis passus est, uobis relinquens exemplum ut sequamini uestigia eius. Hactenus Augustinus. Ita hunc locum intellexit Cyprianus lib. de hab. uirginum. Ita eundem, uniuersi quos nunc habemus, siue ueteres, siue recentiores interpretes. catholici. Primasius, Ansbertus, Beda, Rabanus, Ricardus, Victorius, Nicolaus Lyran. &c. Intellexerunt, planè docetes, in eo, uirginalis integritatis denotari peculiarem quandam felicitatis mensuram. Nam ut nos quoque aliquid in eandè Ioannis uisionem commentemur. Quid aliud mons Sion eo loco significet, quàm Ecclesiam illam triumphalem, & quæ in monte illo excelso cœlorum constituta, iam hostium impetus non formidat? Enim uerò Sion Hierusalem pars erat, non quæcunque, sed in summo urbis fastigio ad culmine exædificata, arcis fortissimæ uicem gerens, hostes à muris arceret, & in qua totum urbis robur situm esset; Hierusalem autem nomine, sanctam Ecclesiã denotari, planius est. quàm ut hic multis locis adductis oporteat demonstrari, nam ut reliqua quæ in ueteri testamento fortassè mystica ratione, de ter restri illa Hierusalem sanctæ Ecclesiæ typo scribuntur omittam, apertè idem Ioannes in eodè quoque Apocalypsis libro, nomine Hierusalè hanc fidelium multitudinè, accipit, Et ciuitatem, inquit, Sanctam Hierusalem nouam uidi descendentè de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam uiro suo &c. Enim uerò terrena illa ciuitas in tribu Benjamin constituta, iam cum hæc Ioannes scriberet sub Domitiano Cæsare in Pathmos insula relegatus per Romanos Imperatores Titum & Vespasianum diruta fuerat, atque adeò de ea loqui non poterat. Apertum etiam est illud Apostoli Pauli ad Galath. Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. quòd autem eã sursum existere dicat, per Synedochem loquitur, una enim eademque sancta Ecclesia ut libro septimo, *De relecta in Deum fide* probauimus secundum diuersas sui partes, in cælo & in terra esse dicitur. Quòd si Hierusalem uniuersam Ecclesiam, siue in cœlis, siue in terris adhuc constitutam significat, quid aliud erit Sion, quàm huius sanctæ ciuitatis specula, & fortissimum propugnaculum, quod non tantum hostium formidine sit liberū, iuxta illud. Et absterget Deus oëm lactymã ab oculis eorū, & mors ultra non erit, neque luctus ne-

Explicatur ab auctore Apocalypsis locus.

Galath.

que clamor, neq; dolor erit ultra, sed à reliqua vi-
 be per sanctorum, & angelorum auxilia eorum impet-
 us & aggresiones propulset? Certè in vrbe ar-
 ce rex solet habitare, in sancta autem illa trium-
 phali Ecclesia regem cœlorum Deum, nō tantum
 communi ratione qua vbiq; est, sed per facialem
 visionem se beatis ostendere cuncti fatemur. Quis
 verò Agnus sit quem vidit Ioannes, ut ait Ansber-
 tus vir meo quidem iudicio, non modo antiquita-
 te, sed eruditione venerandus, exponi necesse nō
 est, sed dici opus est, ipse utique est, qui in vespera
 diei pro salute mundi immolatus est de quo à no-
 bis præ amoris magnitudine, Ioannis voce sepiissi-
 mē dicitur. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit pecca-
 ta mundi, & de quo alibi scriptum est, oblatum est,
 quia ipse voluit. Ergo Agnum stare supra montē
 Sion, non est aliud quam Christum, summa esse, su-
 pra omnes eius sanctę ciuitatis incolas, siue homi-
 nes, siue angelos, beatitudine præditum, illis, qui
 ei non modo per communium legum obedientiā,
 sed per carnis quoq; munditiā placere contendunt,
 habitum adiuuantis ostendere, quem etiam
 & Stephano dum lapidibus quateretur ostendit,
 non quod iam sanctę virgines carnis infirmitate li-
 beræ in illa cœlesti ciuitate auxilio egeant, sed q̄
 olim cum diabolicis tentationibus quaterentur,
 per Diuinam virtutem & auxilium de hoste trium-
 phauerint, nam quod Christus in summo æternę
 illius felicitatis fastigio fuerit, iuxta carnis quoq;
 naturā collocatus, Paulus in Epistola ad Hebręos
 eleganter ostēdit. Qui cum sit inquit, splendor glo-
 rię & figura substantię eius, portansq; omnia ver-
 bo virtutis suę, purgationem peccatorum faciēs,
 sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tãtò me-
 lior angelis effectus quantò præ illis differentius
 nomen hæreditauit. Et rursus. Ad quem autē an-
 gelorum dixit aliquando, sede à dextris meis, quo
 adusq; ponam inimicos tuos scabellum pedum tuo-
 rum? Centum quadraginta quatuor milia habentes
 nomen eius, & nomen patris eius, totū nume-
 rum virginem denotat, qui ingens est in Ecclesia
 Catholica, quorum numerorum mysteria, diuersa
 ratione patres exponunt. Qui autem significantur
 per hunc numerum sacratum inquit, Ansbertus,
 nisi vt ex consequētib; agnoscimus carne & ani-
 ma virgines Christi? qui videlicet numerus tan-
 quam finitus pro infinito debet intelligi, & sacra-
 tus, secreti significatione mysterii.

Centenarius enim numerus, in Diuina scriptura
 semper perfectus ostenditur, vnde & à Salvatore
 in Euangelio de iactis seminibus dicitur, Aliud ce-
 cidit in terram bonam & ortum fecit fructū centu-
 plum, quod scilicet iuxta paternam traditionē ad
 virginum pertinere probatur professionem, Rur-
 sumq; Pharissais parabolam proponens ait. Quis
 ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdis-
 rit unam ex illis, non ne dimittit nonaginta nouē
 in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec in-
 ueniat? Et illud Saluatoris quoq; dictum, Omnis

qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut
 patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter
 nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æter-
 nam possidebit. Quadragenarius verò numerus,
 quāquam multis Diuini coattestātibus oraculis
 probetur perfectus, in eo tamen nobis maximē cō-
 mendatur, quo uel de chalogi mandata, per qua-
 tuor libros sancti Euangelii ducta, adimplentur,
 uel quo Dominus noster quadraginta diebus ieiunū
 peregrisse cognoscitur. Quaternarius uerò si-
 ue propter quatuor paradisi flumina, quatuorq;ue
 Euangelia Christi, seu propter quatuor notissimas
 mundi partes, quatuorq; principales uirtutes, ma-
 nifeste perfectus habetur. Sed & millenarius, in ip-
 sa sacra scriptura uere perfectus habetur, quia ap-
 pellatione eiusdem, uniuersitas designatur, unde
 scriptum est, uerbi quod mandauit in mille gene-
 rationes. Cum enim nequaquam credendum est,
 quod ad centum generationes mundum extendatur,
 quid aliud mille generationibus nisi genera-
 tionum uniuersitas designatur? hinc est quod præ-
 sens tempus à passione Domini, usque ad finem se-
 culi, millenario annorum numero in hac Apocalypsi
 designatur, cum per Ioannē de sanctis dicitur.
 Et uixerunt & regnauerunt cum Christo mille
 annis. Sciendum etiam q̄ hic numerus ex alia ra-
 tione inuenitur perfectus, nam propter rōnē con-
 quaternantem trinitatis, siue tres per quatuor, siue
 quatuor per tria ducamus, ad duodenarium perue-
 nimus, quo scilicet penē nullus in numeris sacra-
 tionum inuenitur. Siue autem ter duodenos per qua-
 tuor, siue quater decies dipondius per tria ducamus,
 centum quadraginta quatuor perficimus. Siue
 ergo isto, siue illo modo, hic numerus quia per-
 fectus ostenditur tanquam finitus pro infinito ac-
 cipi debet. Hactenus Ansbertus. Similiaq; Prima-
 sius Beda & ceteri, posteriores interpretes de his
 numeris memorię prodiderunt. Hæc autem centū
 quadraginta quatuor millia, id est, uirginum uni-
 uersitas cum Agno stante super montē Sion, esse
 dicuntur, quod et si ad summam illam Christi glo-
 riam non pertingunt, qui in propria carne de ho-
 ste triumpharunt, proximē tamen omnium eiusdē
 glorię magnitudine ad Christum accedunt. Habent
 autem uirgines nomen Agni, ac nomen patris
 eius scriptum in frontibus, quod Dei ac Christi
 iugi meditatione occupentur, iuxta illud Apo-
 stoli. Qui sine uxore est, cogitat quę Domini sunt,
 ut sit sancta & corpore & spiritu. Sequitur in Apo-
 calypsi. *Et audiui uocem de celo tanquam uocem a-*
quarum multarum, & tanquam uocem tonitruu magni,
& uocem quam audiui, sicut citarizantium in citib; suis.
 Quæ uerba licet, quidam ad uirginum, qui in
 hac Ecclesia militari per monasteria saluantur,
 ab ipsa ferē Christi prædicatione, Ecclesiasticas
 laudes detorquere uelint, ego tamen de illo san-
 ctarum uirginum, inter omnes beatos peculiari tri-
 pudio, quo propter singularem de hoste triumphū,
 exultant, intelligi malo. Cur enim non peculiari-
 ri in

Mar. 1.
 Franc. Torr. lib. 2. de dogma. caract.
 Cor. 12.
 Cor. 7.

lib. 6. in A. poca.

Ioan. 1.

Isa. 53.

Act. 7.

Heb. 1.

Heb. 1.

Luca. 8.

Luc. 15.

ri in beata illa ciuitate lætitia afficiantur, qui non
 mundo & fatana communi humani generis hoste
 sed propria carne superata, triumphum egerunt?
 aut cur Deo & Agno peculiare laudes nō soluāt,
 qui non proprię fragilitatis uirtute, sed Dei auxi-
 lio, qui diaboli tentationes in uirginibus superat
 ad tantam gloriam peruenerunt? Erat uox illa tan-
 quam uox aquarum multarum, quia ex diuersis na-
 tionibus & populis uirginales istę turbę coguntur,
 aquę enim multę populi multi. Erat & tanquā uox
 tonitruu magni, quoniam ut inquit, Ansbertus, ex
 uirginibus ipsis, futuri examinis, multi prædicator-
 es existunt, qui uoce sua, dum in uita præsentia age-
 rent. Populum Christianum terrerunt. Cantant
 quasi canticū nouum ante sedem, & ante quatuor
 animalia, & seriores, quoniam soli Christo quatuor
 Euangelistis, & utriusq;ue populi primoribus, Apo-
 stolis & Patriarchis, in gloria cedunt, excepta san-
 cta uirgine Dei genetrice Maria, quæ singularis
 partus priuilegio cunctos exsuperat. Enim uerò sa-
 cratissimi Martyres, multi, uirgines extiterunt, &
 ipsa uirginitas non aliud quam prolixum martyriū
 reputatur. Aut canunt ante thronum, ut indicent
 maximē acquiescere Deum in uirginibus propter
 uacuitatem sollicitudinis mundanę & carnalis.
 Canere etiam corā quatuor animalibus, & uiginti
 quatuor senioribus, significare potest, eos fuisse
 dum agerent in hac uita mortali, ad cogitandū &
 operandū, quę Dei sunt, quę continentur in Euan-
 gelio à duodecim Apostolis prædicato & conten-
 to in ueteri testamento Hebręis dato, quorū prin-
 cipes fuerunt, duodecim Patriarchę, & quatuor
 Euangelistis scripto, quorum Symbola erant illa
 quatuor animalia quę Ioannes uidit in circuitu
 throni, plena oculis ante & retro, quod significa-
 bat, ut Dionysius Areopagites docet multam illu-
 minationem, quam in oculos mentis, obedienter,
 celeriter, purē & sine passione ad scribendū Euan-
 gelium acceperunt, sicut oculus corporis magna
 celeritate, & sine ulla resistentia & passione lumē
 admittit. Canticum autem propterea nouum dicitur,
 q̄ ad nouam Euangelicam legem hæc uirtus, per-
 tineat, Vetus canticū erat ut ait Beda. Beatus
 qui habet sedem in Sion, & domesticos in Hieru-
 salem, Nouum uerò, Lætare sterilib; quæ non parit.
 Et nemo potest dicere canticum, nisi illa centum
 quadraginta quatuor millia, licet reliqui beati pos-
 sint audire & illo recreari, quia per charitatē, quæ
 nec in patria excidit, de uirginum singulari gloria
 lætantur, quamuis ad illud singulare præmiū, quod
 uirginitati respondet, non possint aflurgere, semel
 enim amissa uirginitas reparari non potest. Se-
 quuntur Agnum quocūque ierit, quia quemadmo-
 dum in uita mortali Christum per omnia suę uitę
 studia, etiam per carnis munditiā ad quam non
 tenebantur, sunt imitati, ita in illa cœlesti patria,
 cum illo familiariter cōuersantur. Decet enim ue-
 rō Dei iusticiam, ut qui nō tantum mente sed cor-
 pore etiam sancti esse uoluerunt, & qui ut illi iugi

meditatione adhærent, carnis impetus, & assul-
 tus sustinuerunt, Christo familiariter cæteris om-
 nibus conuersentur. Sequuntur quidem coniuges
 Christum in hac uita mortali, sed nō usque ad hor-
 ribilem illam carnis pugnam, quam etiam Paulus
 Rom. 7.
 formidabat, non ergo illi in Patria suauis illa ac fa-
 miliaris Christi Agni immaculati conuersatio de-
 lebitur. Est autem hic (ut puto) sumpta metapho-
 ra à principum familiaribus, quemadmodum enim,
 cum cuiuspiam maximam cum Rege familiaritatē
 insinuas uolumus, dicimus uulgariter, Regem,
 nec passum quidem absque illo agere, sed semper
 eum habere comitem quocūque profectus fuerit,
 ita hic, sanctus Apostolus, uirginum cum Christo
 in illo felicitatis regno ostendere uolens, eos di-
 cit sequi Agnum quocūque ierit. Neque uerò se-
 quitur, unūquemq; uirginem reliquos omnes, Apo-
 stolos etiam beatitudinis præmio superare, absit.
 Nam & Regum aulis multi sunt, qui honore, diui-
 tiis, genere &c. eos superent, qui Regis perpetuo
 commercio familiarissimē fruuntur. Verū de hoc
 postea. Emuntur deniq; hi, ex omnibus primitiæ
 Deo & Agno, quoniam ut Beda inquit, de sancto
 & immaculato Ecclesię grege, quasi sanctiores pu-
 rioresque hostiæ, pro uoluntatis suę meritis à Spi-
 ritu Sancto eliguntur, quos Apostolus de eis præ-
 ceptū Domini non habens, obsecrat ut exhibeant
 corpora sua hostiam uiuam, sanctā Deo placētē.
 I Cor 7.
 Rom. 3.

EXCELLENTIOREM GLORIAM
 cœlibibus, quam coniugibus deberi, de-
 monstratur ex patribus Eccle-
 siasticis. Cap. 38.

Comprobauimus hucusq; apertis sanctę scri-
 pturę locis, Uirginitatis ac cœlibis uitę supra
 uitam coniugalem excellentiā, non modo quoad
 Apostolicorum temporū necessitatem, aut quę ad
 liberiores, aut uitę secularis aut ciuilis, impedi-
 mēta remouenda, ut hæretici garrunt, sed etiam
 quoad maius uitę meritum & excellentius glorię
 præmium. Nam iam hoc idem ex sanctis patribus,
 ueteribusque Ecclesiasticis auctoribus, oportet
 demonstrare, qui profectō, & sanctarum scri-
 pturarū sunt optimi interpretes, & ueteris in hac
 parte Ecclesiasticę sententię testes locupletissimi,
 quāquam hic non separatē ut antea fecimus,
 eam excellentiam quæ à remotione mundanorum
 impedimentorum, & eam quæ à maioris glorię
 discrimine colligitur, ne lectorem immoremur,
 pertractare intendimus, sed potius eorundem pa-
 trum in uniuersum, siue de hac, siue de illa iuxta
 temporum rationem & ordinem, in unum locum
 congerere. Cum enim ad utramque excellentiam
 comprobandam, multa ac apertissima uetustatis
 loca, produxerimus, Lector, quæ ad unam, &
 quæ ad aliam excellentiæ rationem demonstran-
 dam

dam pertineant, facile per seipsum videre poterit, & nos etiam inter scribendum annotabimus.

Et principio quidem ut primo omnium ab Ecclesiasticis diffinitionibus communique Ecclesie sensu exordiamur, aduersarii negare non poterunt, se dum nuptias uirginitati ac castitati siue vitæ cœlibi pares esse pronuntiant, in Iouiniano hæretico sub Damaso Põtificæ ab uniuersa Ecclesia anathe ma accepisse, quanquam ille quidē, his nostris nuptiatoribus prudentior extiterit, dum ne id ob propria carnis libidinem facere videretur, à nuptiis abstinuit. Non sanè ipse (de eo loquens ait Augustinus) vel habebat, vel habere uolebat uxorem, *quòd non propter aliquod apud Deum maius meritum, in regno vitæ perpetua futurum, sed propter præsentem prodesse necessitatem, ne homo conjugales patiatur molestias, disputabat.* Ex nostris hæreticis, nullus tam astutus & sagax qui saltem ut nobis imponeret, ueneri renuntiauerit, & quāquam illi magnificè de cœlibatu propter Euangelium subeundo, & de uirginitate eiusdē Euangelii gratia conseruanda scribant & loquantur, nullus tamē (quod sciamus) hucusque cœlibatum aut uirginalem vitam coluit, neq; illi quidem qui id vitæ genus Deo antea per solennem professionem obtulerant, sed tanquam equi & muli à minimo vsque ad maximū luxuriæ student, qua una re se quo Spiritu cœlibatui & uirginitati detrahant, satis produnt, nempe luxuriæ, & ut sacrilegas nuptias, quas semel contraxerunt, defendant. Quare, diaboli sortem, nūc quā Iouiniani tempore infeliciorē crediderim, qui nec unum ex his quos illi suo nouo Euangelio cõsecrauit, inuenerit, qui eius gratia ad hominum saltem concussionem à uenere abstineat. Et fortasse inter hos nouos Apostolos, nullus est qui donum uel uirginitatis, uel continentie accepit, cū tamen potestatem illis Christus dederit corrigendi Ecclesiam, renouandi Euangelium per totū orbem &c. Sed mirum profectò est hoc genus Charismatis nullum in sancta ista Ecclesia accepisse, cū tamen Christi dona non nisi Ecclesie tribuantur, & Ecclesiam absque uirginibus, quæadmodū & absque coniugatis, existere, absurdum uideatur, Virginitas enim uerò, non est ex his donis quæ cum Apostolico tempore euangerunt, ut donum linguarum sanitatum &c. sed ex his, quæ ad Ecclesie ueræ ornamentum, usque ad mundi finem perdurabunt, quare si diuinemur nostros istos Euangelicos potius ad satanæ Ecclesiam, quā ad Christi, totius puritatis amatorem pertinere, non multum ab errabimus. Certè in Ecclesia Christi, semper uirginitatem & continentiam non tantum in pretio, ut apud minus salaces hereticos nunc esse ab eisdē fingitur, sed in usu quoque frequentissimo fuisse, Ecclesiasticæ historiæ docent, & sanctorum patrum, quæ subinde adducemus monumenta testantur. Contra in satanæ Ecclesia nisi cū se ad Christi Ecclesiam pertinere simulare uolunt, nunquā habet honorem, unde candidiores aut stultiores

lib. de here.

Hæretici non sibi ad Ecclesiam non perueniunt.

hæretici, quiq; minus rapidam uulpem sub pectore celabant, ad quos hi nostri pertinere uidentur, statim uirginitatis apertum bellū indicebant. Sic immundi & stupidi Gnostici uirginitatem deridebant, sic Hebionitæ uirginitatem & continentiam interdixerunt, Sic alii hæretici uniuersi etiam linguatenus, & fortasse externo corporis habitu eandem ne à Christi Ecclesia alieni uiderentur, ad facietatem vsque deprædicarunt, intus tamen pleni erant omni turpitudine & luxuria, nam quanto primis illis Ecclesiasticis temporibus, opprobrio Christi Ecclesie hæretici extiterint, dum per sacrilegas missiones, & clancularias libidines, etiam Ethnicis hominibus horribiles uidebantur, Iustinus Martyr, Tertullianus, Clemens Alexand. &c. eius temporis scriptores non satis deplorant. Quòd si quis Gnosticos, Hebionitas, Carpocratianos, Adamitas, & reliquas uetustatis absurdas pestes, eosque qui nunc in cathedra satanæ Philosophatur, reliquis illis uirginitatis & castitatis simul toribus, immò Iouiniano ipso, prudentiores & cordatiores crediderit, quòd cū se extra Christi Ecclesiam constitutos uideant, nihilque proinde, sibi profuturam uirginitatem aut continentiam putent, genio potius indulgere malint, quā cum propria carne ac membris, frustra prælia committere, nihil moror, fortasse enim, quid de eorum uirginitate ieiunius &c. Chrysostronus scripserit, legerunt. O miseram inquit, uestram conditionem atque egentium statu miseriorem. Nam etsi gentes grauius apud inferos gehenæ manent supplicia, tamen certè dum uiuunt, coniugii & pecuniæ ceterarūque rerum, quæ in uita iucunditatem habent, uoluptatem percipiunt; uos uerò tormētis & cruciatibus utrobique affecti, & præsentis uoluntarii, & mortui inuiti sempiternam pœnam sustinetis, ac gentibus quidem pro ieiunio & uirginitate, neque mercedem dederit quisquam, neque eisdem supplicium constituetur, uos autem pro quibus innumerabilibus laudibus celebratum iri sperauistis, pro eisdem extremas pœnas persoluistis, idque cū aliis responsum feretis à Domino, quòd ieiunium uirginitatemque seruastis, discedite à me in igne paratum diabolo & angelis eius, & post non nulla. Hæreticorum inquit, continentia omni est libidine flagitiosior. Non ergò imprudenter sed prudentissimè hæretici nostri faciunt, dum continentiam, uirginitatem, cœlibatum, uotis monasticis, ieiunio &c. prorsus tanquam quæ nihil commodi illis sint allatura, contemptis ut uerū huius seculi filii, comedunt & bibunt, nubunt, & nuptui tradunt, quousque eos aduentus iudicis occupet. Itaq; Telense Concilium sub Siricio Pontifice coactū, non modò Iouinianum, sed nostros hæreticos quoque aperto in hac parte anathemate percutit, immò eorum mores & uerba apprimè exprimit.

Agrestis inquit, ululatus est, nullam uirginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem reseruare, promiscuè omnia uelle confundere diuerforū gradus

Pide Chri. de uirg. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

Cap. 6.

gradus abrogare meritorum, & paupertatē quādam cœlestium remunerationum inducere quasi Christo una sit Palma, quam tribuit, ac non plurimi abundant tituli premiorum. Simulant se isti condonare coniugio. Sed quæ potest laus esse coniugii, si nulla uirginitatis est gloria? Neque uerò nos negamus Sanctificatum à Christo esse coniugium, Diuina uoce dicente; Erunt ambo in una carne & in uno Spiritu, sed prius est, quòd nati sumus, quā quòd effecti, multoque præstatius Diuini operis mysterium, quā humane fragilitatis remedium. Iure laudatur bona uxor, sed melius pia uirgo præfertur, dicente Apostolo; Qui matrimonio iungit, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Hæc enim cogitat, quæ Dei sunt, illa quæ mundi. Illa coniugalibus uinculis colligata est, hæc libera uinculorum. Illa sub lege, ista sub gratia. Bonum coniugium, quo est inuenta posteritas successione humane, sed melior uirginitas, per quam regni cœlestis hæreditas acquisita, & cœlestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per uirginem salus euenit. Denique speciale sibi donū uirginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, atque in se representauit, quod elegit in matre. De uirginitate autem ita scribunt. Quid autem? Etiam uirginitatis adtexamus præconia, cū in Euangelio, post uirginis celeberrimum partum Anna uirgine subrogetur, quæ uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua, & hæc uidua erat annorum. 84. quæ non discedebat de templo, ieiunius & obsecrationibus seruientis die ac nocte. Meritò ab illis uirginitas despicitur, quæ solet obseruare ieiunia, quibus se dolent isti aliquo tempore esse maceratos, & propriam ulciscuntur iniuriam, quod ieiunius quoque coniugii, usuque luxuriæ, laborem abstinentiæ propulsare desiderant. Qui nihil rectius faciunt, quā quòd ipsi se suo ore condemnent? Sed ad patres uenio inter quos primò omnium Clemens Romanus Pontifex libr. 2. Apostolicarum constitutionum, eas non inter seculares, sed inter Ecclesiasticas, post Episcopum, Presbyterum, & Diaconum collocat, non quidem ordine, nam uirgines, ut idem testatur, non ordinabantur, sed solo vitæ merito ac perfectione, quasi scilicet totius christiani gregis potissimam portionem, easque templi Dei, idest Ecclesie turibulum & incensum, quòd in odorem suauitatis Christo offeratur, appellat. Vidua, inquit, & orphani in figuram altaris existimentur à uobis, uirgines in figuram turibuli & incensi honorentur. An erit obsecro hæreticus ad eòdē prociac, qui huiusmodi encomium Clementem, siue auctores earum constitutionum Apostolicos uiros tributuros matrimonio putet?

Ignatius Antiochen. Ioannis Apostoli discipulus in Epistola ad Philadelphien. Virgines, inquit, subditæ sint Christo in incorruptione, non excrantes nuptias, sed meliora diligentes, non in crimi-

natione contagij sed propter legis meditationem. Hactenus Ignatius.

Tertullianus in extollenda uirginitate & uita à carnis deliciis libera, ad eòdē multus est, ut integros eius libros ferè omnes, oporteret transcribere, si omnes eius de hac re sententias huc uellemus adducere, legat qui uollet libros eius duos ad uxorem, de monogamia unum, de exhortatione ad castitatem alterum, libros etiam de uirginitate uel landis, de habitu muliebri, de cultu fœminarum, in Marcionem, in Valentinum &c. quibus omnibus nihil frequentius agit quā uita castæ aut uirginalis laudes agere. Neque hic hæreticis nostris prodest causari eum in quibusdam horum librorum cataphrygem agere, quæ hæresis secundas nuptias damnabat. Nam licet assertio, quā amplexus fuerat, esset hæretica, rationes tamen quibus illam demonstrare nitentur, à catholica & cõmuni Ecclesiastica doctrina sumebantur, quod & reliquis hominibus, qui catholica doctrina desciunt, est cum illo commune. Sed ex multis eius scriptis, unum aut alterū locum decerpere non erit onerosum. Is ergo ad quendam, qui forte ad secundas nuptias post uxorem defunctam transire moliebat. Non dubito, inquit, frater, te post uxorem in pace præmissam, ad compositionem animi conuersum, de exitu singularitatis cogitare, & utique consilium dirigere. Quāquam & huiusmodi cū fide sua colloqui debeat unusquisque, eiuusque vires consulere, tamen quoniam in ista specie carnis necessitas cogitatum mouet, quærere apud eandem conscientiam, quæ fidei resistit, opus est fidei extrinsecus consilium, tanquam ad uotatum aduersus carnis necessitatem. Quæ quidem necessitas circūscribi potest, si uoluntas potius Dei, quā indulgentia consideretur. Nemo indulgentiam audendo promeretur, sed uoluntati obsequendo. Voluntas Dei est sanctificatio nostra, uult enim imaginem suam nos, etiam similitudinem fieri, ut simus Sancti, sicuti & ipse Sanctus est, inquit. Id bonum, sanctificationem dico, in species distribuit complures, ut in aliqua earum deprehendatur. Prima species est uirginitas à natiuitate. Secunda uirginitas (ut ex arbitrio suo uiua maneat) idest à lauacro aque, aut in matrimonio purificat ex compacto, aut in uirginitate perseverat ex arbitrio. Tertius gradus superest monogamia, cū post matrimonium unū interceptum exinde sexui renuntiat. Prima foelicitas, prima uirginitas est, non nosse à quo postea optabis liberari in totum. Secundæ uirginitatis est contemnerè uim, quā optimè noris. Reliqua species hactenus nubendi post matrimonium morte disiunctam, præter uirtutes, etiam modestiæ laus est, hactenus Tertullianus illo loco. lib. etiam, 5. aduersus Marcionem de Epistola ad Thessalonicenses, agens, exponens illa Pauli uerba. Hæc est uoluntas Dei, sanctificatio nostra, Quam autem sanctitatem nostram uoluntatem Dei dicat, ex contrariis,

In exhorta. ad cast.

1. Thef. 4.

Gen. 1.

1. Corint. 7.

Ibidem.

Luc. 2.

cap. 30.

lib. 8. c. 30.

riis, quæ prohibet agnosceres, Abstineret inquit, à stupro, non à matrimonio. Scire unūquemq; suū uas in honore tractare. Quomodo? dum non in libidine, qua gentes. Libido autem nec apud gētes matrimonio ascribitur, sed extraordinariis & non naturalibus & portentuosis; luxuria est turpitudini quoq; & immunditiæ contraria, quæ non matrimonium excludat, sed libidinem, quæ uas non strum in honore matrimonii tractet. *Hunc autem locum, salua alterius, id est, plenioris sanctitatis pralatione, tractauerim: continentiam, & uirginitatem nuptiis anteponeus.* Hactenus Tertullianus, ubi non tantum uirginitatem & quemcunque etiam cælibatum matrimonio præponit, sed pleniorē quoque sanctitatem uocat.

Gregorius Nazian. in oratione quadam exponens illa uerba Matth. 19. licet ne homini ex quacunque causa &c. Expedi inquit, uxorem ducere, & ego suspicio; honorabiles enim nuptiæ & cubile impollutum, expedit autem moderatis. & non infatigabilibus, quique carnem plusquam oportet honorare uolunt, quandoquidem hoc solum nuptiæ & coniugium, desideriumque successionis liberorum. Bonæ sunt nuptiæ, quoniam multos Deo offerunt acceptos: cum autem materiam inflant, & spinas subiiciunt, & tãquam malitiæ uia esse inuenitur, tunc & ego dicam, nequaquam expedit uxorem ducere. Sed quaquam dicere habeo quod uirginitate sint sublimiores, nihil enim magnum quid esset uirginitas, si non pulchro pulchrius foret, nolite agere ferre, quæ iugo subditæ estis. Oportet Deo obedire magis quam hominibus. attamen uirgines & nuptæ inter uos colligimini, unūq; sitis in Domino ac mutuo uobis ornamento, non esset cælebs nisi & nuptiæ. Vnde enim in uitam hanc ingressa est uirgo. & nequaquam coniugium pudicum nisi & uirginem fructificaret Deo & uitæ. Honora & tu matrem tuam ex qua genitus est; honora & tu eam quæ ex matre est & matrem. Nam licet mater non sit Christi tamen sponsa existit. Pulchritudo manifesta aut celatur, aut occulta ad eam cernitur; omnis gloriæ filia regis intrinsecus simbria ornata aurea & circumamicta, siue actionibus, siue contemplationibus. Quæ igitur sub iugo est, aliqua in parte Christi sit. At uirgo tota Christi, & illa quidem non irretitur à mundo, hæc autem nullatenus sit mundi: etenim quod pars est coniugata, id totum est uirginis. Eligisti Angelorum cõsortium cum innuptis constituta, in carnem ne elabare, non rursus ad materiam feraris, ne materię nubas. Et post pauca; exponens illa uerba non omnes capiunt &c. Videte, inquit, rei sublimitatem, indeprehensibilem, ferè inuenietis, quomodo enim non melius carne est, non generare carnem, id quod à carne genitum est? quomodo non Angelicum, carni alligatum, non secundum carnem uiuere, sed natura esse sublimiorem? caro mancipat mundo, cogitatio uerò ad Deum eleuat; caro degrauiat, cogi-

tatio pœnas adhibet, caro ligat, sed desiderium dissoluit. Hæc Theologus. Compluraque alia in eadem sententiam, idem etiam in monodia in uita Basilii. de Basilii inquit, castitate. habeo tantum dicere quod eam usque ad extremum diligentissime seruauerit, integer enim corpore, & omnis expertus libidinis perpetuo permansit, cum nulla magis uirtus Angelis cælestibus equiparari possit, quam etsi quidam matrimonio inferiorem putarunt, quod humanum genus ex ea deficere uideatur, magnopere tamen errarunt. Nec Deus ipse, nisi Discipulis suis, & se planè sequentibus, tradere uoluisset exemplum, uirgo ex uirgine natus per mansisset. hæc illic, quæ planè nostri temporis hæreticos iugulant.

Basilii magnus. Theologi & coetaneus & socius, libr. de uirginitate. Porro, inquit, cum etiam in reliquis omnibus magna quadam ac præfulgida res, uirginitas cognoscatur, insuper & regenerationis, & incorruptibilis uitæ, iam hinc semen quoddam purum ostendit. Si enim in resurrectione, neque uxores ducunt, neque nubunt, sed sunt uelut Angeli, & sicut filii Dei, certè qui uirginitatem exercent, Angeli sunt incorruptibilibus carnibus hominum uitam circumeuntes, & Angeli non ignobiles quidam, sed etiam ualde clari ac illustres, nam cum illi sine carnibus in cælo integritatem & loco & natura inuolabili apud uniuersorum Regem Deum custodiant, hi in terra carnis uoluptatibus infestati, & tentationibus Diaboli expositi, integritatem Angelis æqualem, per uirtutem maiori cum admiratione, conditori custodiunt. Vbi etiam maxime uirginum pulchritudinem quis admirari potest, quod femineo corpore circūdatæ, accedentem quidem ex hoc anime formam per exercitationem repellunt, æquales uerò uiris, (sicut sanè æquales etiam anima factæ sunt) per uirtutem apparent, quemadmodum illi per exercitationem ex uiris, ad Angelorum ordinem transeunt, sic etiam hæc, per æqualem exercitationem, ex mulieribus ad eadem cum ipsis dignitatem transgressæ, ut in præsentia uita, masculis quidem anima pares, uerum femineis corporis amictu, ad æqualitatem claudicantes, in futuro seculo æquales per omnia ob uirtutem, iis qui Angeli facti sunt, etiam ipsæ comperiantur. Si enim quando æquales Angelis declarantur, neque uxores ducunt, neque nubunt, profectò quæ in præsentia uita hoc per exercitationem cõsecutæ sunt, hinc iam Angelis æquales se ipsas omnibus declararunt, femineæ quidem ac masculi proprietates corporum ad coitum, per uirtutem excidententes, ludis uerò animis in terra cum hominibus uiuentes. Et paulò post. Uirginitas enim uitam nostram ex corruptione ad incorruptibilitatem perducit. Primi enim ex modicis, uelut dixi, seminibus, per mutuas nuptias, totam terram humanis foetibus conseminarunt; uirginitas uera, ea quæ per omnem terram, per nuptiarum uoluptatem conseminata

ta est, in cælorum horrea colligit ac conuehit. hanc enim seminatorum ad incorruptibilitatem collectionem innuens Dominus dixit, Leuate oculos uestros & uidete quod regiones iam albæ sunt ad messem. Cum enim uniuersa iam inhabitabilis terra, de cætero habitabilis fiat, multam iam hominum spicam & foetibus turgentem per omnem regionem Dominus noster cõspicatus, collectionis harum spicarum, deinceps tempus esse decreuit. Quapropter uirginitas secundum naturam gnata, quemadmodum ad præsentis uitæ ratione, per nuptiarum uoluptatē, semina humanæ foeturæ iacta sunt, sic etiam ad uitam quæ illic est semina uitæ nostræ per integritatē iam hic præiici, studet per se ipsum pura integritatis semina ad incorruptibilem uitam agricolæ parare, detinens quidem contra instando ualida incorruptibilitatis manu, femineorum corporum naturalem ad mascula cõplicationem, rigida uerò potentia, *pulchritudinem suam illustriorem regenerationis seculo parans.* Præoccuparunt itaque per uirtutis rectè factum uirgines, id quod in regeneratione, per resurrectionis corporum mutationem, ipsis potentia Dei acquirendum erat, iam hinc uelut angeli, neque uxores ducentes, neque nubentes immo etiam anime uirtute & corporis integritate angelis æquales existentes. Et quod semen incorruptæ uitæ uirginitatem ipsam, quod ex terra ad cælum mirabiliter mittitur Dominus noster esse uoluit, dum corpora nostra integritatis pulchritudinem, per uirginum integritatem iam exercere uoluit, manifestum ex eo est, quod cum in omnibus legi paruerit, solas nuptias repudiavit. Et iterum post pauca. Si uerò non ascitantur, & in Paradiso & in illa uita ipsum Adam considerauerimus, reperies ipsum Paradiso quidem non opus habuisse ut cognosceret uxorem suam, uerum post transgressionem & mortem atque lapsum è Paradiso, tunc uxorem cognouisse, quo naturæ de cætero mortalitatem, per filiorum successionem solaretur. cui è contra uirgo, eum, qui in Paradisum ducit secuta, cum illo incorrupta in Paradiso iam deliciatur, uita quidem extra Paradisum maledictione, quæ dicit, In moeroribus paries filios &c. Nō potens autem intelligere illic, quomodo agnouit Adam uxorem suam: hæc enim dum in Paradiso ipse esset, sed iam eiecto ipso hoc dictum est. sic eo loco Basilii. Idem etiam eiusdem libri initio. Magna inquit, reuera res est uirginitas, incorruptibili Deo (ut in summa comprehendam) hominem assimilans, non autem à corporibus ad animas hæc ipsa procedit, sed animæ incorporeæ præcipue existens, per huius Deo gratam uirginitatem corpora incorrupta conseruat. hæc illic. Verum omnia quæ illo libro dicit de uirginitatis excellentia, huc uelle producere, fuisset molestissimum, Docet & idem id quod & nunc attingit uirginitatem Dei similitudinem in nobis renouare, quæ effectum profectò matrimonio ille non tribueret. Si igitur, inquit,

per puritatem ab affectibus imaginem Dei rursus recipimus, similitudo uerò ad Deum perpetuitatem uitæ nobis largitur, omnibus aliis neglectis; huc studium conuertamus, ut à nullo affectu ac uitio anima nostra unquam superetur, sed mens nostra inflexibilis & inseparabilis in tētationū insultibus maneat, quo diuinæ beatitudinis participes fiamus. Huius porro studii adiutrix est uirginitas, his qui secundum rationem hoc donum prosequuntur: nō enim in sola abstinentia à procreandis pueris uirginitatis donum acquiritur, sed uniuersa uita ac uictus & mores uirginitatem agere debent, ita ut per omnia studia eius qui uxorem non habet; incorruptam integritatem ostendant.

Magnus Athanasius Alexandrinus. Patriarcha libr. de uirginitate, eas laudes uirginitati & cælibi continentia tribuit, quæ nullo pacto coniugio tribui possunt, unde non est dubium eandem uirginalem aut cælibem uitam prætulisse matrimonio. Magna uirtus inquit, continentia, magna gloria castitas, magna sunt uirginitatis præconia. O uirginitas diuinitatis incomprehensibilis, o uirginitas corona immarcescibilis, o uirginitas templum Dei, & Sancti Spiritus domicilium. o uirginitas Margarita pretiosa apud multos latens, à paucis uerò uix inuenitur. o continentia amica Dei, & apud Sanctos laudata, o continentia uulgo inuisa sed iis, qui te digni sunt, nota, o continentia mortem & inferos effugiens, & immortalitati adherens. o continentia gaudium Prophetarum, Apostolorum gloria, o continentia Angelorum uita, & Sanctorum hominum corona, beatus qui te tenet, beatus qui per patientiam tibi constanter adheret, *quoniam postquam paululum laborauerit, multa recipiet munera in te.* Hactenus eo loco Athanasius. In Epistola uerò ad Ammura monachum, quæ inter græcorum Epistolas decretales collocatur, Cum duæ inquit, sint uitæ in uita, una quidem moderatior & uita magis conueniens dico matrimonium, alia autem Angelica, & qua excellentior esse non potest uirginitas. Siquis quidem mundanum matrimonium scilicet elegerit, reprehensione quidem uacabit, sed non tot dona accipiet; accipiet enim nam & ipsum fert fructum trigessimum. Siquis autem castam & supra mundanam amplexus fuerit, etiam si primo aspera & ardua uia est, habet tamen dona admirabiliora, perfectum enim fructum centesimum produxit. Hactenus Athanasius.

Gregorius Nisenus Basilii frater & Hieronymi præceptor uirginitatis & continentia supra nuptias, excellentiam libro integro demonstrauit, quem de uirginitate uocari uoluit, unde peculiare locos ex eius libris huc adduci otiosum existimo. Cælius Cyprianus Carthaginiensis Episcopus, & sub Valeriano & Gallieno Christi martyr tot in hanc rem uniuersis suis scriptis resperit, uel iustum uolumen conficere, si omnia essent huc perducenda. Is igitur libr. de habitu uirginum, dum utriusque seculi Mosaici & Euangelici discrimen

men annotaret, eum iam, inquit, refertus est orbis & mundus impletus, qui capere continentiam possunt, spadonum more uiuentes, castrantur ad regnum, nec hoc iubet Dominus, sed hortatur, nec iugum necessitatis imponit, quando maneat voluntatis arbitrium liberum, sed cum habitatio nes multas apud patrem suum *melioris habitaculi hospitia demonstrat, habitacula ista meliora uos petitis* (loquitur autem ad uirgines) carnis desideria castrantes, *maioris gratia premium in caelestibus obtinetis*. Et post pauca, cum demonstrasset uirginitatem Dei imaginem per peccatum perditam, conciliare, *Quae inquit, uos o bone uirgines, obseruare, diligere, & implere debetis, quae Deo & Christo uacantes, ad Dominum cui uos dicastis, Et maiori & meliori parte praeceditis*. Eiusdem libri quoque initio, Nunc nobis, inquit, ad uirgines sermo est, *quarum, quod sublimior gloria, & maior cura est, flos est ille Ecclesiasticae germinis decus atque ornamentum gratiae specialis, lata indoles, laudis, & honoris opus integrum atque incorruptum* *Dei mago respondens ad Sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi*. Gaudet per illas atque in illis largiter Ecclesiae matris gloriosa fecunditas, quae tunc plus copiosa uirginitas numerosa addit, tanto gaudium matris augetur. In eodem libro paulo ante ea uerba quae ex illo primo loco citauimus uirgines alloquens, Arcta inquit & angusta est uia quae ducit ad uitam, durus & arduus est limes, qui tendit ad gloriam, per hanc uitae limitem martyres pergunt, eunt uirgines, iusti qui que gradiuntur. lata & spaciofa itinera uitate, lethales illic illecebrae & mortiferae uoluptates, illic Diabolus blanditur ut fallat, aridet ut noceat, illic ut occidat, primus enim centenarius martyrum fructus est, *secundus sexagenarius uerter est, & paulo inferius, Seruate inquit, uirgines, seruate quod esse cupitis, seruate quod eritis, Magna uos merces, magnet, premium grande uirtutis, munus maximum castitatis*. Idem libr. tertio ad Quirinum, complures tum ex ueteri, tum ex nouo testamento locos congerit, quibus reliquis uita christiana generibus, uirginitatem & continentiam excellentiorem comprobet, quae huc afferre tediousum foret. Idem libr. de bono patientiae, uirginitas, inquit, & continentia, extra ius omne sunt, nihil ad uirginitatem de matrimoniorum legibus pertinet, altitudine sua transcendit omnes, si uia praua hominum leges causa supergredi conantur, uirginitas aequat se Angelis, si uero exquiramus etiam excidit, dum in carne luctata uictoriam & contra naturam refert, quam non habent Angeli. Uirginitas quid aliud est, quam futurae uitae gloriosa meditatio? Uirginitas neuter est sexus. Uirginitas est perseverans infantia. Uirginitas est uoluptatum triumphus. Uirginitas filios non habet, sed quod plus est filiorum contemptum habet, non habet fecunditatem, sed non habet orbitatem, felix quod est extra partus, dolorem, felicitior

quod est extra funerum filiorum calamitatem. Uirginitas quid aliud est quam soluta libertas, matrimonium non habet, Dominum habet, uirginitas affectionibus omnibus soluta est, non matrimoniis est dicata, non seculo, non liberis, persecutione non potest timere, dum illam de securitate potest prouocare. Libr. demum de singularitate clericorum. Uirginitas ait, se sola contenta, cupidine domat, mentemque rectificat, concupiscentiam subigit, desideria ardoris extinguit, artus debilitat, corpus ancillat, & ita carnalia crucifigit, ut tam masculus quam foemina uideatur in conuersatione mentiri, dum illos utriusque sexus operatione abscondit, aut neutrum faciens de duobus, tertiam formam conferre gloriatur, ambobus, aut ante resurrectionem, resurrectionis imaginem, ad instar Angelorum meditari noscatur. Quod promittens Dominus futurum. Qui digni inquit, habentur seculi illius neque nubent, neque nubentur, neque enim morientur, nam sunt similes Angelis Dei qui resurrectionis filii sunt.

Chrysostomus, praeter aureum illum de uirginitate librum, quae totum huic rei dicasse, ex multis quos attulimus locis plane uideri potest, in reliquis suis scriptis in eadem sententia est frequentissimus, & primo omnium homil. decima octaua in Genesim, in illa uerba *Adam autem cognouit Euan uxorem suam, considera, inquit, quando hoc factum sit. Post inobedientiam, post Paradisi amissionem, tunc primus usus rei uenerae cepit. Ante inobedientiam enim Angelicam imitabantur vitam, & nullus de re uenerae sermo erat, vel quo pacto, cum neque corporalibus, necessitatibus obnoxii fuerint? Itaque ab initio uirginitatis palmam principatus accepit, sed postquam per desidiam, peccatum intrauit, & aditus patefactus est, his qui peccati sunt, & illa quidem auolauit, utpote ab his, qui indigni tantae uirtutis magnitudine facti erant, subintravit autem rei uenerae lex. Cogita igitur dilecte, quanta uirginitatis dignitas, quanta sublimis & magna possessio, & quae supra humanam naturam, & quae opus habeat manu superna, quandoquidem, qui uirginitatem alacriter arripiunt in corpore ea agunt, quae in corporearum sunt uirtutum. Et post pauca cum ex questione illa Pharisaica, de muliere quae septem fratribus nupsisset, probasset uirginitatem in terris, illius status felicitatem praecipue, subiungit. Vidisti quomodo in terra ambulantes, & corpore circumdati, Angelicam vitam imitantur qui Christi amore uirginitatis sortem acceperunt. *Nam quanto haec maior est & sublimior, tanto maiores sunt & corona & retributiones, & repromissa bona eorum, qui cum hac se in alijs bonis operibus exercent.**

Idem homil. prima in ps. quinquagesimum. Tria inquit, sunt, uirginitas, nuptiae, & fornicatio, nuptiae, mediae, fornicatio deorsum, uirginitas sursum. Uirginitas nanque coronam habet, nuptiae laudem mediocrem, fornicatio poenam atque

atque iudicium. Coronam hoc loco Chrysostomus peculiarem gloriae mercedem, quae uirginibus fuerat a Christo proposita intelligit, quemadmodum & in ps. nonagesimum quintum, uirginitas inquit, citra controuersiam accipit coronam. vtra uirginitas quae est propositi, an quae est necessitatis? &c. Idem in sermone. *Quod regulares foeminae uiris non cohabitent*. Uirginitatis, quae fortasse eo tempore uirginum prauis moribus, suo honore ceciderat, casum deplorans, Heu me o anima, inquit, ita & ego nunc cum propheta tempestiue dico, & semel & iterum ac sapius, Heu me o anima, quale negotium, & quanta refertum sermocinatione, uirgo iniuria est affecta, uelut, quod eam a nuptiis coerebat, sublatum est, & ab impudentissimis porcis dilaceratum. Sancta Sanctorum conculcata sunt, honesta & reuerentiae plena, prophana & omnibus peruia, quae honestior nuptiis adeo deducta est & humiliata ut nuptias magis dicere beatas liceat. *Semper quidem uirginitas cum coniugio comparata, primas partes tenit, & omnem dignitatem*. Idem homil. uigesima septima, ex his quas in varia Matthaei loca edidit, Primus inquit, gradus castitatis est sincera uirginitas, Secundus autem fidele coniugium, homilia demum quadragesima nona in uigesimum quintum caput genese, explicans illa uerba Beatae uirginis ad Angelum *Quomodo fecit istud &c.* Sane propter hoc erit (inquit uirginem alloquens) quoniam uirum non cognoscis, nam si cognosceres uirum, non fuisses habita digna, ut huic ministerio seruires, atque adeo quod incredula est, per hoc crede, non quia malum nuptiae, sed quia melior uirginitas.

Augustinus, etsi ex eo, cum scripturae loca interpretabamur, multa ex eius scriptis in hanc sententiam produxerimus, frequentissimus est in hac parte, nec absque ingenti lectoris tedio, huc uersa afferri possent. Is itaque libro de Sancta uirginitate in Iouinianum, qui uirginitatem, aut celibem continentiam ob huius uita commoditatem tantum, a Christo consultam mentiebatur, quemque ut antea diximus in hac parte quemadmodum & in alijs compluribus, haeretici nostri imitantur, inuectus ita scribit, Quid tergiuersaris impia cecitas? quid tergiuersaris? quid serenitati ueritatis nebulas tuae peruersitatis offundis? quid in tanta scripturarum luce, tenebras unde insidieris, inquiris? quid temporalem tantummodo utilitatem promittis continentibus Sanctis? nomen aeternum dabo eis (ait Isaias) quid ab omni concubitu immunis & eo quae ipso, quo hinc sese abstinere, ea quae sunt Domini cogitantes, quomodo placeant, Domine, ad terrenam commoditatem referre coronas? Et post pauca, quid quaris amplius? quid dicis amplius? aeternum hoc nomen quicquid illud est, spadonibus Dei, quod utique gloriam quandam propriam excellentemque significat, non erit commune cum multis, quauis

in eodem regno, & in eadem domo constitutus, subinde cum eorum obiectionem, qua ex Evangelica parabola de denario diurno omnibus equaliter distributo, contendeant omnium gloriam aequalem futuram, dissoluisse, eumque ad gloriae resurrectionis mortuorum retulisset, subdit. Hic est ille denarius, merces omnium, stella tamen a stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. Haec sunt merita diuersa Sanctorum. Si enim caelum significaretur in illo denario, nonne in caelo esse omnibus est commune sideribus, & tamen alia est gloria solis, alia lunae, alia stellarum? Si denarius ille pro sanitate corporis poneretur, nonne cum recte ualeamus, omnibus membris communis est sanitas, & ipsa si usque in mortem permaneat, pariter & aequaliter omnibus inest? Et tamen posuit Deus membra, singulum quoque eorum in corpore prout uoluit, ut nec totum sit oculus, nec totum auditus, nec totum odoratus, & quicquid est aliud, habet suam proprietatem quam aequaliter habeat, cum omnibus sanitates, ita quia ipsa uita aeterna pariter erit omnibus sanctis aequalis, denarius omnibus attributus est, quia uero in ipsa uita aeterna distincte fulgebunt luminaria meritorum, multae sunt mansiones apud patrem, ac per hoc in denario quidem non impari, non uicet alius prolixius, in multis autem mansionibus honoratur alio clarus, hucusque illo loco Augustinus. Libro quoque de Ecclesiasticis dogmatibus siue ille, siue Genadius, Bone sunt, inquit, nuptiae, sed causa filiorum compensandae, fornicationis obtemptu, melior est continentia, sed non sibi sufficit ad beatitudinem, si pro solo amore pudicitiae retinetur, sed si & cum affectu causa uacandi Domino eligatur, alioquin diuortium magis coniugi uidebitur esse, quam appetitio castitatis. Uirginitas utroque bono praecelsior est, quia & naturam uincit & pugnam, naturam, corporis integritate, pugnam, pace castimoniam, quae pro solo amore pudicitiae in pace est. Sed in Augustini sententiis allegandis nolo esse molestus. Satis est eum inter haereticos, Iouinianum numerasse, quod nuptias aequauerit matrimonio. Si quis plures eius locos in hac parte desiderat, legat libros de Sancta uirginitate, de bono uiduitatis, de uirginitate & sobrietate, exortationem eius ad sacras uirgines, de voto continentiae, de nuptiis & concupiscentia, de adulterinis coniugijs, de bono coniugali, de continetia &c. quibus, ut haesim Iouiniani tum primum emergentem, supprimeat, de uirginitatis & continentiae excellentia frequentissime disputat.

Hieronymus tantum uirginitati tribuit, ut ab haereticis nostris in hac parte suspectus iudicetur, edidit ille de uirginitatis excellentia elegantissimum librum in Iouinianum qui nuptias uirginitati aequabat, & in eius prolem haereticos nostros in quorum infantiam fortissime retundit, adeo ut statim ea haeresis ut Augustinus testatur, suppressa fuerit

fuerit, edidit & librum alterum de virginitatis laude, de seruanda virginitate, ad Demetriadem, de seruanda viduitate ad Saluanam, & alterum eiusdem argumenti ad Furiam, de instituenda virgine sacra, ad Eustochium, de vitando virgini suspecto contubernio, & multa alia in quibus, præter ea, quæ inter interpretandum scripturas frequentissimè disputat, in asserendo continentia & virginitate totus esse videtur.

Eadem mihi ratione. Cum Ambrosio agendum videtur, non enim eius peculiaris aliquos locos huc afferre libet, quod in tantam huiusmodi sententiarum frequentia superfluum omnino videatur, nec ad aduersarios reuincendos ullo modo necessarium. Scripsit tres de uirginibus elegantissimos libros ad Marcellinam sororem, quorum priori præsertim hoc potissimum agit, ut virginitatem non modo matrimonio præstare, sed esse Angelicæ naturæ parem omnino persuadere molliatur. Scripsit & librum alterum exhortatoriū ad sacras virgines in quo idem quoque demonstrare conatur. Edidit & librum de bono viduitatis, in quo multa de continentia & castitatis proposito eiusque præmio, elegantissimè disputat. Eiusdem penè est argumenti liber de institutione virginis ad Eusebiam, in quo de professione virginū differit. Ad idem pertinet liber ad virginem corruptam, in quo eius lapsum & coronæ iacturam amarissimè deplorat, quasi quæ singularam illam & excellentem gloriæ mercedem, quæ illi per Christum decreta fuerat per suprà, amisserit. Scripsit & in corruptorem cuiusdam sacre virginis duram obiurgationem, & ad virginem quoque corruptam exhortatiunculam, quibus omnibus nihil agit frequentius, quam virginitatis & continentia præmia, peculiareque gloriæ coronas amissas deplorare.

Iunilius Africanus in illa verba *Genesis Crescite & multiplicamini*, Non sunt inquit, damnandæ nuptiæ quas ad propagationem generis humani, terramque replendam superna gratia benedictionis instituit, sed magis honoranda maiorique est digna benedictione virginitas, quæ postquam impleta est terra hominibus, casta mente simul & corpore, Agnum quocumque irerit, idest Dominum Iesum in cælestibus sequi & canticum nouum quod nemo alius potest ei cantare desiderat. Deus namque ac Dominus noster qui in primordio mundi nascens femina ex viri latere formauit, ut mutua illorum coniunctione terram esse implendam doceret, ipse in fine seculi assumpsit virum de carne virginis omnis contagionis expertem & tota plenitudine Diuinitatis perfectum, ut virginitatis se gloriam potius quam nuptias diligere probaret. hæc Iunilius.

Beda Anglosaxo. Mosaiici tabernaculi constructionem exponens, Quomodo inquit, inter præcipua Christi & Ecclesie membra eximium sacra virginitas locum tenet aptè post uariatam decus

continuarum, post ciliciorum munimina Sanctorum, post rubricatas arietum pelles adhuc additur. Et super hoc rursum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus. Hyacinthus namque, cælestis est coloris, pellis uero mortui animantis pars, & indicium est, Et quid per pelles hyacinthinas, nisi uirtus exprimitur illorum, qui mortificatis ad purum cunctis concupiscentiæ carnalis illecebris, cælestem quodammodo, in terris uitam gerunt atque inter homines positi Angelicam magis puritatem imittantur? Et hoc quod tempore futuræ immortalitatis, cunctis promittitur electis, quia non nubant, neque ducant uxores, sed sint æquales Angelis Dei, ipsi adhuc mortali carne retenti, præuenire satagunt. Vnde merito tam magnæ uirtutis, permagnum restat præmium, quia attestatè Prophetæ. Hæc dicit Dominus Eunuchis. Qui custodierint sabbata mea & elegerint, quæ ego uolui & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis, locum & nomen melius à filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non auferetur, de quo uidelicet loco, ac nomine, & Euangelista Ioannes, qui erat unus ex ipsis refert audisse se cantantes eos canticum nouum ante sedem Dei, quod nemo alius poterat, statimque adiungit. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, uirgines enim sunt. hi sunt qui sequuntur Agnum quocumque abierit. Merito ergo pelles hyacinthinae supremum in domo Dei locum tenent, colorque cælestis proximam cælo sedem sortitus est, ut chori uirginales, & animi & corporis speciali uicinia Agnum secuturi & hymnorum ei laudes designentur, cantaturi. Et paulò post. Martyr inquit, in tormentis positus nihil aliud toto animo intendit, quam ut omnia quæ sunt in hoc mundo, & ipsum simul mundum citius relinquat, atque absolutus doloribus cunctis ad uidendum mundi conditorem, & ea quæ ultra mundum sunt, gaudia possidenda perueniat. Et cælibes dum communem generis humani legem, qua dictum est. *Crescite & multiplicamini & replete terram*, intuitu maioris præmii transcendunt, iure uelut altiore cæteris fidelibus immò ipso mundo sedè sibi eligunt, si quæ socialiter in Ecclesia uiuunt ut socialem Ecclesie conuersationem *honore meriti sublimioris antecedant*, Vnde de talibus rectè scribit Ioannes, Qui empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno rectè tales latino sermone uel uirgines quasi uirtute insignes, uel cælibes quasi cælo beati cognominantur, idest cæli ciuium in terra uitam imitantes. hæc tenus Beda.

Ioanes Cassianus Chrysofostomo cœtaneus sexta collatione, in qua de spiritu fornicationis disputat. Itaque, tantum quantum sublime celestique est præmium castitatis, tanto grauioribus, aduersariorum insidiis laescit. & idcirco propensius nobis est non solum continentia corporis, uerum etiam contritio cordis assiduis orationum gemitibus adhibenda, ut Clibanus carnis nostræ, quem

quem rex Babylonius incentiuis suggestionum carnalium, succendere non desistit, descendente in corda nostra rore sancti Spiritus extinguatur.

Ephren Syrus Ecclesie ediffenæ Diaconus sub Valentiniano, & Valente Imperatoribus, vir singularis eruditionis ac pietatis præter multa quæ omnibus suis scriptis de cœlibatus continentia, aut uirginitatis excellentia reserpsit sermone peculiari de uirginitatis custodia, De uirginitate, inquit, & sanctificatione animæ, Paulus Apostolus, & consiliarius optimus, nos admonet omnes, uirginitatisque gradum cunctis humanis meritis arbitratur excellere, ac superiorem mundo esse, qui enim uxorem habet, inquit, hanc habet curam, quomodo placeat uxori. Qui uero uirginitate perdurat hæc habet curam, quomodo placeat Domino. Cura illa ducit ad pœnam, hæc autem ducit ad uitam, beatus qui sollicitè curat placere Domino corpusque suum integrum immaculatumque seruare ut templum sanctum & immaculatum Christi regis nostri esse mereatur. Templum Dei spontè factus est homo. Tibi ergo ipse dic, noctuque uigilanter attende, ne corrumpatur templum, quod pro arbitrio uoluntatis tuæ cõdidisti. hæc, Ephren, multa; alia ad uirginitatis excellentiam pertinentia, quæ ob sui prolixitatem omittimus.

Fulgentius Episcopus Ruspensis paulo post Ambrosii tempora in Epistola ad probam uirginem multa de uirginitatis & uitæ cœlibis excellentia eruditissimè disputat inter cetera; dū quo pacto Ecclesia dicatur uirgo exponit. In ceteris inquit, fidelibus mēbris, quæ in Deū secundū fidei catholicæ regulam recte credunt, & pudicitiam coniugalem uidualē uē custodiunt, quæ scilicet neque actualis fornicationis colluione reserpsa, & ab omni stupro manent infidelitatis immunia, spiritali tantum uirginitate potitur Ecclesia. In his uero membris, in quibus sic fidem custodit rectam, ut etiam carnem ab omni concubitu reseruet intacta, quanto plenior habet uirginitatem, tanto plenius & perfectius eiusdem uirginitatis possidet nomen. In illa quippe nihil minus habet ad uitam, amplius aliquid acquirit ad gloriam. Quia sicut Paulus ait, Alia est gloria solis & alia gloria Lunæ, & alia gloria stellarum. Stella enim à Stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. Et subinde, cum Isaia de spadonibus, & Apocalypsis de centum quadraginta quatuor milibus, in hanc rē pertractasset, subiungit, Claret inter ceteras Ecclesie donationes illius præcipuum munus spiritalis esse charismatis, ubi uirtus ipsa integritatis perfectio meretur uocabulo cenferi uirtutis. Quamuis enim sit prophetia secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præ est in sollicitudine, hæc dona diuersa, propriis inueniuntur appellari nominibus, integritas autem carnis, Deo fideliter consecrata, & in cordis uirginitate, Deo iuuante &

protegente seruata, idcirco propriè uirginitas dicitur ut ibi perfectio ueræ uirtutis inesse monstratur. Melior est igitur cæteris actualibus bonis, intemerata sanctitas uirginalis, quæ Diuini gratia muneris, uirtute uidetur, originem uocabuli trahere, ut ex ipso nomine, semper ammoueri cognoscatur. Et post pauca. Cum nuptias quoque ab Apostolo commendari ut quæ suam quoque sanctitatem habeant docuisset, subdit, Verumtamen inquit, utriusque rei congrua discretionem momenta pensantes, tantum dicimus à sanctis nuptiis, ubi nubunt, qui se continere non possunt, sanctam uirginitatem, merito potiori distare, quantum distant à bonis meliora, ab humilibus celsa, à terrenis cœlestia, à beatis beatiora, à sanctis sanctiora, à mundis mundiora à mortali connubio, immortale connubium, à carne Spiritus, à infirmitate uirtus, à foetu transititiæ permansuri germinis fructus, à tribulatione securitas, à perturbatione tranquillitas, à bono quod cum angustia momentaneum, melius quod est cum lætitia sempiternum. Nec dubitamus dicere tantum à sancta uirginitate carnis & spiritus fidelium conjugatorum, licet à Deo concessum, infirmæ mortalisque carnis huius distare concubitus, quantum similitudo peccatorum ab imitatione discernitur Angelorum. In uno quippe ad terram spiritus terrena carnis uoluptate deprimitur, in altero autem, terrena cœlesti delectatione spiritus ad cœlestem subleuatur, ad placendum quippe carnali coniugio, sæpe mundana mentem cura sollicitat, ad placendum uero spiritali connubio mens dulcedini cœlestis cogitationis intenta, corpus suum spiritali pinguefcens delectatione castigat. Hactenus eo loco Fulgentius. In eandemque sententiam ferè totam illam Epistolam scribit. Idem in Epistola ad Galam uiduam, cum multum coniugalem uitam colaudasset. Attamen, inquit, à muliere nupta, mulier innupta, & uirgo non parua gradus dignitate discernitur, quandoquidem, nupta cogitationis mundanis tenetur obstricta. Mulier autem innupta & uirgo carnalibus tribulationibus non subiicitur, qui à carnalis matrimonii uinculo non tentatur, ubi certior est corporalis atque spiritalis continentie libertas, quia nulla est ex cõiugali seruitute necessitas, utrumque igitur donum est, & cõiugalis pudicitia, & cõtinētia uidualis. vnusquisque propriū habet donum ex Deo, & illud quidē quantum in se est, laudabile, quia bonum, hoc autē laudabilius quia melius. Coniugali namque seruitute, turpitudine vincitur fornicationis, uiduali uero libertate crescit dignitas castitatis. Illic fides consulit infirmitati, ne cadat in uitium, hic se fidelis animus ad uirtutis extendit augmentum. De coniugatis. n. dicitur, Propter fornicationem autem vnusquisque suam uxorem, & una quæque suum uirum habeat. De uirga uero dicitur, beatorum erit si sic permanserit, beata ergo quæ in licitum concubitus turpitudinis, horrore non appetit, sed beatorum quæ licitū

Q maior

maiori puritatis amore contemnit. beata quæ ligata viro sic viuit, vt soli viro carnis suæ debitum reddat, sed beator quæ soluta sic permanet, innupta ne debeat. Proinde in quod ex coniugata facta es vidua, donum Dei auctum tibi magis existima, non ablatum, neque enim te deseruit, qui tibi sequendam viam vitæ melioris ostendit. Gradibus te voluit Dominus ad meliora transcendere, ut primitus coniugata cum vno viro fideliter viueres, quo postmodum sine difficultate, absque viro vidua permaneres. Hæc fulgentius, multaque huius generis, tum in his Epistolis, tum in aliis in hanc sententiam memoriæ retulit. Et ne demum lectorem defatigemus, vniuersi posteriores Ecclesiastici auctores semper docuerunt, vitam cœlibem, siue quam uidualem, siue quam continentiam, siue quam uirginalem appellarunt, multis sanctitatis & gloriæ gradibus coniugio præstare. Sic Rabanus, sic Hugo Victorius, sic Bernardus, sic Ricardus Victorius, sic Lombardus, & qui ulla sanctitatis & eruditionis opinione post hos, quos commemorauimus, floruerunt, quorum testimonia profecto non negligeremus, nisi sciremus aduersarios, qui tantum ueteris Ecclesiæ monumenta in aliquo pretio habent, eorum auctoritate parum permonendos. Nam scholasticos auctores, quorum tamen non parua ratio habenda est. Alexandro, Bonauen. Thom. Scot. Ricar. Ocham &c. Semper primas detulisse uitæ cœlibi, cum eorum scripta omnibus sint familiaria, non est opus adductis testimoniis ostendere. Fuit etiam uirginitas (quod testatur Ecclesiastica historia) à ueteribus illis patribus frequentissimè sanctis puellis, quæ ad Christi fidem conuertebantur consultata, quasi quæ excellentius præmium, in futura felicitate fortiretur. Sic Urbanum primum Pont. Maxi. Ciciliam nobilissimam Romanam uirginem, eiusque sponsum Valerianum ut in perpetua castitate perdurarent permonuit, sic alii multi multas alias tum uirgines tum uiduas ad perpetuam castitatis amorem suis monitis pertraxerunt.

Nec tantum ab hominibus sed ab Angelis eam quoque consultam, sanctorum uirorum, ac foeminarum, historiæ memoriæ prodiderunt. Narrat Ado Vienenfis, sanctissimas uirgines Balbinam, Quirini martyris filiam, & Victoriam ab Angelis monitas, ut in perpetua uirginitate permanerent, neque proinde ab ea unquam nobilissimorum procorum ambitione potuisse auocari. Victoria, inquit, Eugenio Pagano uiro desponsata, rogante Tito Aurelio, qui sponsam Anatholiam, uirginem habebat ad suadendam eam ut ei nuberet perrexit, cui & dixit, Audi me domina soror Anatholia & ego Christiana sum, & noui quia Deus nuptias non condemnat Prophetæ & Patriarchæ cōiuges habuerunt, & posteritas eorum à Deo benedicta est, nunc ergo audi me & accipe uirum, qui te non prodat, quod sis Christiana, sed per maritalem copulam fiat ut ipse Christianis consentiat.

Hæc dicenti Victoria. Virgo Anatholia respondit. O Victoria Vince diabolum & esto uera Victoria. Tunc quando tota terra uacua erat, dixit Deus, Crescite & multiplicamini & replete terram, nunc plena terra postquam filius Dei. de cœlo descendit, quotidie clamat. Crescite in fide multiplicamini in charitate replete cœlos, appropinquat regnum cœlorum. Iterum inter alia sancta Anatholia intulit. Ego die qua expleui pretium ornamentorum meorum in pauperes Christi, uidi per uisum iuuenem aureo diademate splendidum in uestibus purpureis atque gemmatis, qui grata facie, læto uultu me inspiciens ait, *O uirginitas que non in operibus tenebrarum sed semper in lumina uersaris.* Hæc ego audiens, euigilauit & cœpi flere, & proiciens me in pauimento rogauit Dominum, ut is, qui mihi loquebatur dulcissimos sermones, iterum prosequeretur, sic mihi oranti & prostratæ idem qui ante loquebatur talia mihi subsequitur. Uirginitas purpura regalis, quæ qui induit reliquis sit eminentior, Uirginitas gemma est prætiosa. Uirginitas thesaurus est Regis immensus. Huic fures insidias tendunt, hanc tu euigilans sollicitè custodi, quantunque tempus habere cognoscis, instantius custodi ne perdas. De Balbina uero. Romæ inquit, S. Balbinæ martyris, qui beatus martyr tollens boiam decollo Alexandri Papæ secundum iussuonem eius cum pergeret, ut collo filie suæ strumam habentis imponeret. Ecce subito puer cum facula apparuit, quem constat Angelum Dei fuisse, & uenit ad Puellam dicens. Salua esto, & in uirginitate tua permansere, & ego te faciam uidere sponsum tuum, qui pro amore tuo sanguinem suum fudit. Perueniens igitur pater ut perficeret, quod de boia ei iussu fuerat, uidit subito filiam suam sanam, quæ postmodum assumpto Alexandro baptizata est. Hactenus Ado. Aliud ergo veterum patrum, qui Ecclesiastica fidei in illa prima Christianæ religionis messe proprias animas ingenti cum uitæ sanctitate obtulerunt, aliud nostrorum hæreticorum est consilium, aliud Angelorum, aliud item dæmonum, qui nunc per novos istos sardanapalas uirginitatem & castitatem impudenter oppugnat.

HÆRETICORVM NOSTRI temporis calumniæ in patres, proponuntur. Cap. 39.

VERVM Hæretici nostri cum se videant, aperta sanctorum patrum diffinitione proscindi, ad eas quæ sibi semper sunt familiares, calumnias, confugiunt. Causantur itaque, patrum in hac parte iudicio non multum esse tribuendum, quod Christi & Pauli locos de Eunuchis & uirginibus non satis intellexerint. Deinde quod à scripturis sacris ad homines prouocare, non uideatur hominis Christiani, quoniam hoc sit iniuriam spiritui sancto facere.

Nam

Nam fides, ex auditu, auditus autem per uerbum Dei, non ex patribus, & ad Corinthios, Vt fides inquit, uestra non sit in sapientia hominum sed in uirtute Dei. Et ad Timothæum. Omnis, inquit, scriptura Diuinitus inspirata utilis est ad docendum &c. Arbitrantur itaque aduersarii, tanto in pretio uirginitatem aut cœlibatum apud patres fuisse, primo quidem quod Christi aut Apostoli uerbis, quæ ab eis dem additæ sunt moderationes, non satis animaduertent. Nam tamen Christi, ad tertium illud Eunuchismi genus fuerit adhortatus, & Paulus multa de uirginitate tradiderit, patres tamen cogitare oportebat quo pacto essent intelligenda. Nam Paulus quidem, aiunt ut de eo prius loquamur, modestissime cautissimeque scripsit, bonum est inquit, homini mulierem non attingere, sed addit exceptionem. Attamen ad uitandam scortationem quisque suam habeat, & quæque suum. Postea coniugibus suadet, ut orationis causa ad tempus se cubent, interim tamen adiuncto temperamento, rursus ad illud ipsum conuenite, ne tentet uos Satanas propter intemperantiam uestram. Ait præterea. Velim omnes esse ut ego sum temperat tamè sermonem. Quis que donum suum habet à Deo, alius sic, alius autè sic. Porro uirginibus & uiduis, inquit, Dico bonum est si sic permanserint, sed statim addit cautionem. Qui non continent, nubant, & melius est nubere quam uri. Solutus es ab uxore, noli querere uxorem. Subiicit. Si nupserit uirgo non peccauit. Postremo. Vellem, inquit, uos esse sine solitudine. Sed adhibet rursus cautionem. Nolo ut bis laqueum iniicere. Si patres has cautiones uisissent, non ita incitassent homines ad cœlibatum. Christus etiam cum dixisset, esse qui se castrarent, quo latius propagarent regnum cœlorum, statim addit exceptionem. Non omnes capiunt uerbum hoc, quasi diceret, id non omnibus conuenire. Si patres ita fuissent locuti, & temperamenta orationis non reticuisissent, nunquam secuta fuissent ea mala in cœlibatu, quæ nos uidimus.

Secunda causa ob quam tantum cœlibatui ac uirginitati tributum est à patribus, & à ueteri illa Ecclesia est, ut docent aduersarii, quod illis temporibus Christiana religio graui laboraret infamia, cum enim horis ante lucanis & in tenebris metu principum, ad hymnos & synaxes conueniret populus cœpit suspicari, illos uti inter se promiscuo concubitu, & nefaria libidine, auctor est Iustinus Martyr in secunda apologia, atque de hac infamia ueteres multa tradiderunt. Immo Iustinus ait, iuuenem quendam Alexandrinum huius suspitionis delendæ causa egisse cum chirurgo, ut ab eo seceretur, ille respondit non licere sine arbitrio magistratus aut præsidis. At ille noluit. Hoc autem iuuenis fecit, ut populus intelligeret Christianos, quid uis potius cogitare quam libidines. Atque ea gratia magnum numerum alebant uirginum & cœlibum.

Tertiam causam proferunt quod bona pars eorum qui accesserunt ad Christum erat Ethnicorum. At illi maxime suspiciebant semper uirginitatem, & cœlibatum. Pontificem enim maximum, oportuit unius uxoris maritum esse, & flaminicam uniuiram Sacerdos ceteris abdicabat se cōiugio &c. Hæc, aiunt, omnia à nullo exemplo diuinarum legum profecta sunt. Nihil enim est huiusmodi in sacris litteris ueteris testamenti. Erant autem hæc omnia in usu apud Ethnicos & ab illis traducta sunt ad Christianos. Ita aduersarii, quæ tamen falsissima eë, & calumniæ plena, facile demonstrabimus.

PROFERUNTUR HÆRETICORUM rationes superius factæ.

Cap. 40.

ET primò quidem, quod aiunt patres non satis aduertisse uel Christi uel Pauli temperamenta, quæ cœlibatus consilio & exhortationi addiderunt, planè eorum prodit ignorantiam, ut potè qui patres ueteremque doctrinam, cuius sunt egregii irrisores, non legerint, nisi malitiosus quod certius est sentire, hos malitiosè hanc calumniam ueteribus catholicis auctoribus intorsisse, quorum doctrinam stultis suis plebibus contemptibilem redderent. Enim uero ueteres Christiani scriptores, qui inter catholicos nostra memoria numerantur, cum ad uirginitatis uitæque continentis studium, Christianas plebes frequentissimè suis scriptis excitarent, & adhortarentur, perpetuo tamen, carnis absque Dei auxilio, insuperabiles pugnas, ob oculos posuerunt. Consuluerunt quidem omnibus à uitâ sibi temperaret, sed si quis rectè expensa infirmitate sua, ad uitam uxoriæ progrediretur, non dånarunt, sciebant. n. scriptum, Vnusquisque propter fornicationem suam uxorem habeat, & unaqueque suum, & iterum, quod si non continent nubant. melius est enim nubere quam uri. Et iterum, si nupserit uirgo non peccauit. Et demum, Honorabile connubium, & thorus immaculatus. Atque id cum ex ipso iis locis quos antea ex iisdem patribus adduximus, sit perspicuum, non opus est eorum scripta hic iterum euoluere. Scio tamen quod horum calumnia contendat.

Volunt enim, idè patres, ueteresque Ecclesiasticos auctores. Ea temperamenta quæ uel à Christo uel ab Apostolo adiciuntur, non satis expendisse, quod non docuerint, quocumque tempore, & quocumque uitæ genere assumpto, si quis quâ stimulis libidinis uratur, licere illi ad coniugia descendere. Nam iuxta horum sententiam, non modo ad liberos hoies, quos laicos appellamus, sed ad monachos etiam, ac Deo deuotas sacrasque uirgines, ea temperamenta pertinent, quod nimirum paulus omnibus loquatur, absque ullo discrimine. Sed quantum huiusmodi, annosæ iam ac putridæ ratiunculæ momentum habeant, libro sequenti, cum

Q 2 argumenta

Petr. mart. cō. Smyth.

1. Cor. 7.

Heb. 13.

argumenta eorum dissoluemus, fumus ostensuri.

Quod autem secundo loco docent Christianos illos primos, tantopere virginitatem suspexisse, quod gentiles eos per nocturnas ac clauularias coitiones promiscua uenere uti calumniarentur, quod Iustinus, Tertullianus, Arnobius, Lactantius, ac reliqui veteres annotarunt, quis tam stupidus, qui non videat esse ridiculum & stultitia plenum? Nam ut reliqua omittamus, quis nesciat eo potius pacto auctam iri suspicionem, apud Ethnicos, cum greges inuictarum puellarum ac virorum viderent. Profecto ut ea suspitione liberarentur, nullum erat presentius remedium, quam si aut hi, aut ille coniuges fierent, sibi quae unusquisque alterius Zelotypia & prouidentia operanda turpitudinis impedimentum iniiceret. Nam & nunc cum meretrices ad coniugia progrediuntur, commendari solent, ut quae iam omnem turpitudinem cum ipsa uita libertate profecerint. Immo uero nihil gentilium falsam suspicionem, uehementius, eo seculo promouisse satis mihi persuadeo, quam quod tot utriusque sexus coelibes nocturnis horis collectarum agendarum, & Christi laudandi, (ut Plinius iunior, in Epistola ad Traianum) gratia conuenirent. Quid enim homines, qui praeter hoc quod continentiae ac uirginitatis uirtutes ignorarent, & proinde irriderent, Christiana religione nihil turpius sibi persuaserant, aliud de maximis illis coelibum uirorum & foeminarum turbis, suspicarentur, quam meras libidines, & secreta quaedam luxuriae mysteria? Nam quod partus editi id non proderet, nihil eos in hac parte excusabat. Scimus enim eosdem sanctos uiros ac foeminas non modo promiscuae ueneris, sed infanticidii quoque fuisse accusatus, quod Gnosticos, qui Christiani etiam censentur fecisse, Iustinus & Epiphanius scribunt. Non ergo uitandae infamiae causa, ut haeretici mentiuntur, magnum illum numerum uirginum ac coelibum, Christiani ueteres alebant, sed quod spe amplioris mercedis a Christo & a Paulo promissae, Per infamiam & bonam famam, omnes, quas Christiana religio & fides liberos occupauerat, ad uirginitatem aut coelibatum quasi ad Angelicam uitae genus certatim confluerent. Et alioqui indignissime & ut plane decet, haereticos ac uere religionis desertores, de primis illis Ecclesiae patribus aduersarii sentiunt, qui enim fieri poterat, ut hi & Ethnicorum hominum infamiam pertimescerent, atque eius infamiae propulsandae gratia, tot coelibes utriusque sexus ad castitatem cogere (hoc enim mihi significare uidentur, cum aiunt. *Atque ea gratia magnum numerum alebant uirginum ac coelibum.* quasi equorum aut caprarum gregem, in aliquem usum educari dicerent) qui cum certo uitae dispendio Christum Christianosque mores publice profiterentur? Quasi uero castitatem aut uirginitatem seruare, non esset aliud quam staterem Caesari soluere, aut detonderi, quod Paulus uitandi scandali gra-

Pet. mari.

tia olim Hierosolymis fecit.

Enim uero etiam magnum illum uirorum & foeminarum coelibum numerum ad infamiae qua laborabant, propulsationem, aliis Christianis tunc uideretur necessarium, nullus tamen tam uecors, & mentis inops, qui absque maioris caelestis praemii promissione, certissimaque spe, carnis illud accerrimum praedium, ad cuius uictoriam, ieiunia, inediae, uitae rigor indefessus &c. requiruntur assumere uellet. Quorsum enim id facerent, cum equali, ut aduersarii docent, praemio, & per medias uitae conjugalis delicias, posset regnum caelorum obtinere.

Quod si uelint, ad id uitae genus tunc temporis ob totius communitatis, conseruationem, Christianas uirgines & uiros coelibes, potuisse compelli, cur non uolunt nunc Sacerdotes, pro totius Ecclesiastici Sacerdotii, commodo, quod maximum esse toto hoc opere contendimus, ad castitatem, praesertim quam illi spontaneo uoto Deo consecrarunt, cogi posse? idemque de monachis & sacerdotibus uirginibus iudicium esto. Sed ubi obsecro fuit erat illa apud aduersarios caelestis, libertas Evangelica, si tunc maximum illum uirginum numerum ad amplectendam uirginitatem compulsum doceant, non ergo necessitate compulsi, sed sponte ad uitam coelibem tam uirgines quam continentia conuolabant, quod si sponte, non ergo temere, sed maioris mercedis praemio ad eam alliciebantur. Nemo enim temere, cum omnium molestissimo & periculosissimo hoste perpetuum certamen inuit. Nemo illas, quae ad carnem demandam afflictiones requiruntur, temere assumit.

Deinde quid isti respondebunt de his, quos cum Christi fides iam coniuges occupasset, carnis statim actionibus sibi temperasse, historiae Ecclesiasticae frequentissime narrant? Nam hos aut uitandae infamiae gratia, aut ob uitae conjugalis distractionem, a uenere abstinuissent, cum tibi mutuo, etiam post oblatam Deo castitatem, conuenerent, stultum est sentire. Abstinebant igitur a carnis deliciis quas alioqui per matrimonium sanctificari certum habebant, ob ampliore mercedem, maioremque gloriae cumulum, quem uel a Christo, uel a Paulo reliquisque uiris Apostolicis castitati repromissam cognouerant.

Tertia aduersariorum causa, in qua aiunt, ideo tunc temporis uitam uirginalem, siue coelibem in prelio apud ueteres Christianos extitisset, quod gentiles magnopere id uitae institutum ac genus admirari solerent, nemo est, qui solutissimo risu non excipiat, & tantam hominum impudentiam non stupeat.

Qui enim fieri potuit ut gentiles uitae uirginalis aut coelibis institutum admirarentur, cum nihil magis per rerum publicarum, leges prohiberetur, immo cum nihil peius audirent, quam hi qui coelibatum colerent? Nam ut multa alia in hac parte omittamus, Profecto Plato sub

finem

finem dialogi sexti de legibus, eos qui annis trigintaquinque transactis, in sua ciuitate, coniuges non haberent, neque habere uellent, pecuniis & honoribus multari constituit. Apud Lacedaemos etiam, ut in uita eius Plutarchus testis est. Lycurgus coelibibus grauissimam ignominiam inuit. Arcebat, inquit, in gymniciis ludis a spectaculo, per hyemem uero principes iubebant eos in orbem nudos in forum circuire. Ita uero circumeuntes, canebant in se compositum carmen quoddam, quo significabatur, eos iure pati, quoniam legibus non parerent. Honore autem & obsequio quo a iuuenibus afficiebantur seniores, priuabantur. Quamobrem dictum illud in Dercylidam refutauit nemo, tamen probatus ille dux extitisset. Superuenienti enim sibi quidam ex iuuentute Subsellium haud cesit, inquit. *Neque enim mihi tu qui cederet, genuisti.* Haec tamen Plutarchus. Erat igitur infame apud gentes uitae coelibis genus, & eorum plane, qui praepulsanimitate, uxoris & liberorum curam, cum publico ciuitatis detrimento contemnerent. Iam Romanarum tabularum ea lex erat. *Censores in ciuitate Coelibes esse prohibent.* Quo etiam spectat illa Metellae censoris oratio de ducendis uxoribus apud Gellium. Est demum legis Papiae, siue Poppeae, siue Pompeiae frequens in iure mentio, quam de integro sanxit Octauius Augustus, apud Suetonium. cap. 34.

Cicer. l. 3. de legibus. l. 1. c. 6. d. 2. ca. Quedam uero leges. lib. pen. de imp. lib. ult. de in fr. pen. coelib. c. lib. 16. c. 10

l. 2. ff. de his qui nunt. lib. se excus. c. in ff. de excusat. tuto. uel cura. in prin.

Quo agitur de legibus ab Augusto quibusdam retractatis & aliis quibusdam sancitis, Inscribebaturque ea lex hoc nouo titulo. *De maritandis ordinibus*, id est ut singuli ciues Romani, quotacunque classis essent (non soli apud Gellium dicti proletarii) cuiuscunque forent ordinis, Equestris, Plebeii, Senatorii, cogere se maritare. Scribit Dion Cassius libro 56. orationem quam contra Coelibes Augustus ad Populum habuit. Quod si recte expendatur, huius legis causa non alia fuisse uidebitur, quam quod coelibatus apud gentes infamiae uitae genus haberetur, ut quod licentiosum, & in omne uitium solutum putaretur. Vnde non modo legibus, & poenis ab eo ciues auocabantur, sed praemiis quoque alliciebantur, tam enim praemiis quam poenis Augustus omnes ad matrimonia capeffenda uocauit, fuitque unum inter alia praemium nouorum coniugum a publicis muniis per triennium uacatio. Concedebant praeterea Romani principes omnibus coniugibus siue uiris, siue foeminis ius liberorum, quod pro maiorum filiorum numero maius erat, & ad maiores immunitates extendebatur. Hinc saepe legimus in iure ciuili, *Ius trium, ius quattuor, ius quinque liberorum*. Praerebus omnibus curabant illi ciuitatem implere, quod non modo decorum, & utile sed necessarium iudicabant. Durauit autem huius legis obseruantia per totum Romanorum Imperatorum infidelium imperium, usque ad Constantini tempora, qui primus ut memoriae pro-

didit Eusebius Caesariensis, eam legem tanquam iniquam, & Evangelicae doctrinae contrariam prorsus abrogauit. Veteres inquit, leges priuant orbos liberis, eorum successione, qui liberos gignunt, de lege Papiae loquitur, aequitate maxima Constantinus Imperator iniquissimam legem correxit, & abrogauit, usus hac ratione sequenti per infirmitatem naturae priuatos suo magno liberorum gignendorum desiderio, miserari magis quam multari conuenit, at rei melioris amatorem, non quidem punire, sed admirari maxime dignum est. Ergo poena sterilitatis, coelibatui, uel orbitati non debet irrogari, & pudicitiam seu uirginitatem professus castae uitae se dedicauit. is profecto rei maioris, atque potioris cupidus amator uerissime dicitur. Honorandus igitur praemio, neque poenam meruit, qui nihil deliquit. In eadem lege infirmam tres eiusdem Constantini magni filii Constantinus, Constantius, & Constans, patrem sunt imitari, legemque tulerunt omnino contrariam anno Domini 340. Statim scilicet a primo mortis paterna anno, quae libro Iustiniani Codicis 8. Tit. 58. collocatur, de infirmam poenis coelibatus, & orbitatus. Non ergo gentes coelibatum ut haeretici mentiuntur in admiratione habuerunt. Sed potius tanquam licentiosum uiuendi genus poenis, & infamia prosecuti sunt, ab eoque ciues suos tum minis, tum praemiis auocarunt. Erat apud eos coelibatus non uirtus, sed summum uitium, fastidientes enim onera matrimonii, potius hoc uitae genus iugo seruitutis liberum, quam conjugalis uitae fastidia eligebant. Vnde legibus, & praemiis ad eandem uitam erant compellendi. atque haec erat unica causa ob quam (quod Suetonius scribit) lex illa Papiae de maritandis ordinibus, in omnem soluta ciuitati licentiam fuit semper ingratisima, & toties repetenda, quod scilicet, turbae liberius, & solutius uitae genus magis placeret, matrimoniaque fastidiret. Neque enim, gentium coelibatus castitatem, aut continentiam habebat annexam, ut Christianus, sed uagam quandam, & promiscuam libidinem, quae praeter hoc quod bonos mores ciuitatis corrumpebat, incredibili a publicis magistratibus dolore excipiebatur, quod Dion Cassius in oratione, quam de hac re Augustus ad populum habuit, manifeste prodit. Recte ergo Chrysostomus uirginitatem propriam esse Christianorum uirtutem scribit, Inter Graecos, inquit. Sanè quidam licet pauci, ita philosophati fuerunt, ut opum essent contemptores, & iram uicerunt, uirginalis autem flos, nullo modo apud illos floruit, in qua semper conuenerunt nobis primam dignitatem, ingenue factentes, rem supra naturam esse, & non humanam, & ea propter omnibus gentibus admirationi fuimus. Haec tamen Chrysostomus. Vocat autem Graecos, Gentiles quemadmodum,

lib. 4. de uis consi.

in ser. quod regulares foeminae uiris cohabitent.

Rom. 1.

& reliqui Christiani scriptores, sic enim Theodorus Cyrensis libros de affectionibus Græcorum, idest, gentilium scripsit, & Paulus nullam inquit esse distinctionem iudæi & Græci, idest, gentilis. Quod autem aiunt apud Romanos in honore fuisse vestales virgines, & virgines Iunonis Achaicæ & Dianæ Scythicæ &c. Sacerdotem maximum fuisse vnius vxoris maritum Sacerdotem ce- reris abdicasse se coniugio, & Hierophâtem Atheniensium euitari solitum esse. Non ad admirationem cœlibatus, sed ad Sacerdotii reuerentiam pertinebat, quod vt libro primò ostendimus sola etiam duce natura aded est cum corporis & animi puritate coniunctum, vt omnes gentes vbicunque terrarum nunquam vnum ab altero separauerint, apud nos autem neque nunc, neque veteri illo Ecclesiæ tempore vlla virgo Sacerdotium gesit atque aded non ad gentium imitationem, sed ad Christi consilium virginitatem colebant. Et vt inter viros, eos qui Sacerdotio initiabantur, gentiles in colendo cœlibatu imitatas fuisse, hæretici nostri comprobassent, in laicis profecto, qui tamen in virginitatis aut continentiae virtute colenda vt hæretici ingenuè confitentur, frequentissimi erant, nullam gentiliū imitationē causari possunt, quorum enim penè totus Christianus populus (quod tunc fieri solitum erat) in colendo cœlibatu gentiles & Ethnicos populos inter quos uiuebat, imitaretur, cum non omnes Sacerdotium gererent? Verum ad hæc apertissima mendacia confugere. solene fidei desertoribus, qui noctes diesq; intenta cogitatione meditantur, quid tandem, etiã cum Christi & sanctorum apertissima iniuria in suorū criminum defensionem producant. Nam quid per Deum immortalem magis iniurium, sanctissimis illis virginibus & cœlibibus, quos quasi pulcherrimos flores primo illo vere tulit Ecclesia, esse potest, quam nō modo ab illis egregias illas coronas, quas ob triumphatam propriam carnem à Christo susceperunt, violenter auferre, sed eorum aut virginitatem aut continentiam ad ethnicas & prophanas gētilium populorū consuetudines referre?

P A T R V M I V D I C I O I N
Christianis controuersis discernendis ac-
quiescendum esse. Cap. 41.

Q V O D autem primo loco docebant, patribus, veteribusque Theologis in extollenda virginitatis & cœlibatus excellentia non esse acquiescendum, quod scilicet ab scripturis ad homines prouocare sit inferre iniuriam spiritui sancto ad eandem planè Cynicam procacitatem pertinet, nam etsi libenter eis tribuamus, cum sanctarum scripturarum iniuria, nulli mortaliū quantumque sancto aut docto fore assentiendum, quod tunc iniuria irrogetur spiritui sancto, quid tūm erit, vbi non modo scriptura non cōtradicit sed tam apertè, quam superius. ex Matthæo,

Paulo & Ioanne &c. ostendimus assentitur?

In hac profecto parte sancti viri eodem spiritu ducti quo canonicarum scripturarum auctores nō aliud docent, quam quod canonicis & sanctis scripturis apertè conuincitur, non aliud docent, quam quod ab Ecclesiæ exordio, Ecclesiasticus usus, & viuendi ratio comprobauit. Quod si scripturas in hac parte hæretici nolūt apertè sed obscurè loqui, quod saltem nobis concedere tenentur, vtros obsecro in earum interpretatiōe maior fidei erit adhibenda, Luthero, Philippo, Zuinglio, Buccero, Brētio, Caluino, Petro Martyri &c. hominibus neque doctis, neque sanctis, an Clementi, Iustino, Ireneo, Basilio, Gregoriis, Ambrosio, Hieronymo, Augustino & cœteris huius ordinis. cum eruditissimis, tūm sanctissimis uiris, qui easdem scripturas ex perpetuo Ecclesiastico usu interpretantur & exponunt? At sancti patres inter se aliquando dissentiant, at & hæretici quoque nostri, non in parui momenti rebus, ut patres, sed in rebus maximis digladiantur, cur ergo patribus & sanctioribus & doctioribus & antiquioribus non magis fidem præstabimus? Quin in hac parte patres nunquam sibi sunt aduersari, sed perpetua constantia, cum ipso Ecclesiastico usu, & consensu, statū cœlibatus & virginitatis coniugali statu perfectiorē docuerunt, quod eorum opera & scripta testantur, nisi quod hi patrem fortasse appellant, Iouinianum, qui contra omnes Ecclesiasticos patres cœlibatum æquauit matrimonio. Quod si patrum vniformem consensum nolint aduersarii fidei regulam esse, eosdē saltem tanquam testes antiquitatis producimus, in qua parte, etiam hæretici nobis suffragantur. Et aliōqui, profecto durū & intollerabile prorsus est, hominibus herenatis, Ecclesiastica antiquitate contempta, in qua tot viri sancti floruerunt, cuiusque, nunc saltem patres testes proferunt, fidem uelle præstari sed quantum ad fidei dogmata comprobanda, ualeat patrum uniformis consensus, in secundo tomo de *recta in Deum fide* quem iam adere properamus, latissime ostendimus. Ergo non ut hæretici mentiuntur, à scripturis ad homines prouocamus, sed Ecclesiæ patres, quorum egregia sanctitas & eruditio iam nobis comperta est, eius sensus quem ex Christi & Apostolorum doctrina catholica Ecclesia à sui initio collegit, testes producimus.

S V A D E T V R R A T I O N I -
bus Theologicis cœlibem vitam præstare matrimonio. Cap. 42.

P O S T R E M O tandem ad rationes, quæ cœlibatus siue uirginitatis excellentiam demonstrant, nunc ueniamus, sic enim habent Ecclesiastica dogmata ut non modò scripturis sanctorumque patrum auctoritate consent, sed cum ipsa quoque ratione consentiant, contra hæreti-

ca,

ca non tantum cum scripturis & patribus, sed cum ipsa quoque ratione pugnent.

Ergo prima catholice sententiæ in hac parte ratio est, opera quæ à consilio deriuantur, maiorem perfectionē includunt, quam quæ à præcepto proficiuntur, at virginitas & cœlibatus à consilio descendunt, ergo maiorem habent perfectionem, quam castitas coniugalis, quæ à præcepto descendit. Enimuerò præceptum coniugibus, ne alteri quam proprio coniugi miscantur, Consilium autem Christi & Pauli, omnimodam propter Regnū cœlorum cœlibus castrationem præscribit. Quod verò opera quæ à consilio oriuntur, sint his perfectiora, quæ tamen à præcepto descendunt, quod in maiori assumebantur, hinc probare solemus, quod consilia semper sint de perfectiori ac meliori re, nam si bonū est intra limites matrimonii à carnis illecebris sibi temperare, melius ac perfectius est, omninò abstinere. Si bonum est, suis rebus contentū esse neque aliena furari, melius erit, sua omnia pauperibus elargiri, si bonum est non inferre alicui iniuriam, ergo melius eam patienter ferendo, non uindictari &c. Quod etsi Aristoteles ac reliqui prophani Philosophi qui virtutes ex mediocritatibus metiebantur, non omninò concederent, aduersarii tamen, qui utcumque Christiani sunt, & sciunt huiusmodi virtutū excessus à Christo commendari, necessario concedent; nemo profecto dicet, ex his qui Christiano nomine censentur omninò à scemina sese continere, aut sua omnia in usus pauperum impendere, inferenti aliam, alteram maxillam feriendam præbere, inimicos nō tūm nō persequi, sed beneficiis prosequi, &c. bona non esse, quod si bona sunt, sunt igitur meliora quam suam tamen cognoscere, non furari, non se vindicare &c. quæ intra præcepti tantum iustitiam & obligationem collocantur, nam equalia esse nequaquam dicemus. Profecto Aristoteles aut omninò tantum à mediocritate recedentia damnaret, aut si bona fateretur equalia non diceret, impossibile enim est, quæ non equalem gradum bonitatis participant, equalia censeri.

D I L V I T V R V E R M E L I I
obiectio. Cap. 43.

A T obicit Petrus Martyr, dari quædam præcepta, quorum impletio maiorem habeat tūm perfectionem, tūm gloriæ mercedē, quam consilia. De ponendo, inquit, iuxta pro Christo præceptum est Christi, iuxta illud. Qui amat animam suam, perdet eam, quod cum ita sit, demus Martyrem, qui pro Christo vitam posuerit, è diuerso cœlebs aut virgo statuatur, profecto his potiore mercedem quam martyri tribuere, non solum omnibus patribus verum & scholasticis omnibus aduersatur. Quod si primum locum martyri donemus, facile inde colligemus, plus præmii habere obseruationem mandati, quam consilii, atq;

Math. 5.

Math. 19.
1. Cor. 7.

ita isti eam argumentandi rationem, qua ex hoc quod Virginitas sit opus consilii perfectior coniugio comprobatur, ridiculam putant, quasi nos sentiamus, Deo magis placere, ut consilia faciamus quam ut obseruemus præcepta. Verum hos insulos fursures, quos in re apertissima hæretici offundere conantur, facile exustabimus. Enimuerò nos non quodcumque præceptum, à quocumque consilio superari docemus, sed quando sunt in eodem genere & in eadem materia, Præceptum est nullū alteri quam propriæ coniugi misceri, consilium est sese omninò castrare propter regnum cœlorum, nullamque cōiugem cui quis miscetur accipere, hoc consilium sui generis præceptum credimus perfectionē transcendere, non item omnia cuiuscunque generis, aut materiæ præcepta. Præceptum deinde est, nemini res suas iniuste abducere, et cum proximi necessitas urgeat illi subuenire, cōsiliū est, facultates proprias pauperibus tribuere, hoc consilium si quis opere fuerit executus, maiorem quam ex solo præcepto sui generis, gloriæ mercedem possidebit, non item quam ex reliquis omnibus præceptis. Præceptum est ne proximo iniuriam inferamus, consilium est, ut inimicis pro malefactis, bona rependamus, & bene faciamus his qui oderunt nos, quod consilium, si quis præstiterit, maius quam ex priori illo præcepto, mercedem habebit. Demum præceptum est, si quando fidei necessitas urgeat, etiam cum vitæ corporalis iactura, Christum confiteri, at quando non urget, aut prædicationis gratia, aut alia quacunque causa, propter Christum morti se afferre, nō præceptum sed consilium est, vt si quis nunc cum sint alii multi, qui id præstent, ad infideles cum propriæ uitæ discrimine Euangelium prædicaturus accedat, quod martirii genus ut pote à maiori fide & charitate profectum, maiorem habere perfectionem quam prius illud à præcepto tantummodo deriuatum, cæcus est qui non iudicat. Ratio autem quare non omnia consilia omnibus in uniuersum præceptis, non cōparemus, aperta est, quoniam scilicet, tanta est quorundam præceptorum perfectio, ut non modo alterius generis præcepta sed consilia quoque illius generis, perfectione prætergrediantur, Mori enim pro Christo non modo virginitatem aut cœlibatum cum à præcepto prouenit, sed cum à consilio descendit, excellit. Non itaque, quocumque pacto docemus, Deo magis consilia quam præcepta placere, ut hæretici mentiuntur, sed cum sunt in eodem genere & in eadem materia,

P R O B A T V R S E C V N D O R A T I O -
ne Theologica castitatem maiorem gloriæ mercedem quam matrimonium tribuere. Cap. 44.

S E C V N D A ratio, pro cœlibatus & virginitatis excellentia maiori mercede est, quod Paulus iuxta opera nostra nobis felicitatis mēsuram

furam distribuendam pronunciet. Qui reddet, inquit, unicuique iuxta opera sua, ex quo facile conuincitur, excellentiori operi maiorem gloriæ mercedem tribuendam, excellentius autem opus esse quod suapte natura est difficilius, nemo dubitare potest, cum maiorem in operâ virtutis impetum arguat.

Porro vitam cœlibem aut virginalem quàm cōiugalem difficiliorem esse, probatione non indiget. quis enim non uideat maiorem esse laborem expugnare omnem libidinem, quàm ab vxorē amplexibus abstinere? Vita ergo cœlebs aut uirginalis suapte natura perfectior est quàm coniugalis, maioremque habet gloriæ cumulum.

Petr. mart. fuga reprimitur. Verum huic rationi non uno sed multis modis hæretici occurrunt. Primo quidem, negando, maiorem felicitatem iuxta opera reddi, nihil enim uel Christi uel Pauli auctoritate permouentur, sed iuxta maiorem fidem aiunt, addit Petrus Martyr, charitatem, ita, ut cum gloria ob fidem & charitatem donetur, maior gloria iuxta maiorem fidem, & charitatem tribuatur. Quæ fides & charitas, inquit, cū non modo in cœlibatu, sed in statu quoque coniugali reperiantur, & in alterutro aliquando perfectiora, aliquando minus perfecta, facile intelligi potest, falso assumi, Deum esse redditurum maiora præmia cœlibi quàm coniugato cum id sit sectari, non quod per se est, sed quod est per accidens.

Respondet deinde difficile quidem uitæ genus in quibusdam esse cœlibatum se non ire inficias, haud tamen illum concedunt, ita Deo gratū, quæ admodum ex toto corde, tota anima, & omnibus uiribus ipsum diligere, aut sicuti mandatur extremo præcepto, non concupiscere.

Tertio tandem ut nobis facile concedant, gloriæ augmentum iuxta difficiliora opera donari, quod nos contendimus, negant tamen uirginalem aut cœlibem vitam maiores habere difficultates quàm pium matrimonium, dum sepe pauper qui se aduri, neque posse continere uidet, ita ut pudicæ castæque uiuat, uxorem ducit, liberos procreat, familiam sibi à Christo commissam alere studet, plurimum diu noctuque laborat, Deumque assidue præcatur, ut suis laboribus det successum, patienter fert omnia paupertatis incommoda, neque disciplinam eruditionemque liberorum negligit, immo curat summa cum diligentia ut in timore Dei educentur. Is profecto aiunt, non minores sed maiores multo difficultates quàm cœlibem habet, qui planè multis curis negotiorum familiarumque regendæ caret, plusque habet ocii, ut studiis sacræ doctrinæ, sacrisque concionibus &c. vacet.

Ita isti, quæ tamen meræ sunt nugæ à sophistica illa atque inani sapientia deriuatæ, qua suas libidines apud plebes stupidas commendari aut saltem excusari uolunt, nam quàm sint hæc ridicula & planè hominibus qui doctores populorum haberi cupiunt, indigna eos latere, non satis mihi persuado.

Et ut primam eorum fugam reprimamus, quis nostrum unquam cogitauit, maiorem gloriæ mercedem, iuxta externa tantum maiora opera, & non potius iuxta maiores operum radices & fidem & dilectionem mensurari? Enimvero Paulus aperte clamat, Absque fide impossibile est placere Deo, & neque circumcisionem neque præceptum esse aliquid, sed fidem, quæ per dilectionem operatur, de charitate etiam, Si linguis, inquit, hominum & Angelorum loquar, charitatem autem non habeam, factus sum, uelut æs sonans, aut cymbalum tintiens. Etsi distribuero facultates meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Non igitur externis operibus sed radicibus bonorum operum fidei & charitati, ratio meriti tribuitur, atque proinde maiori fidei & charitati, maior gloriæ portio respondet. Verum cum fides uiua & charitas, etiam iuxta aduersariorum doctrinam nunquam sint otiosa, profecto fides & charitas in externa opera prodibunt, atque adeo, non falsè sed uerissimè Catholici cum Paulo docemus gloriâ, iuxta opera, tribuendam. Quod si hoc uerum est, uerum est igitur cumulatorem gloriæ excellentioribus operibus, non sui ratione, sed radicis aqua deriuantur, donari. Neque frigida illa obiectio quicquam prodest, quod in coniugatis plerumque maior fides & charitas inueniantur, quàm in cœlibibus, nam ut hoc uerum sit, contingit tamè per accidens, dum uel cœlebs, abutitur cœlibatu, quod fit frequentissime, uel aliorum bonorum meritis coniugatus abundat. Quis enim fieri posse neget, ut uirgo aut continens à coniuge sanctitate uitæ, & multorum meritorum, eleemosynarum scilicet &c. ratione superetur? Enimvero nos non in uniuersum uirgines aut cœlibes coniugibus in uitæ sanctitate aut gloriæ maiori mercede ante ferimus, sed uirginitatem aut cœlibatum sui ratione tantum coniugio aut uitæ coniugali præponimus de qua re superius nonnulla attigimus. Iam hic uidere est, qui nostrum ab his, quæ sunt per se, quique ab his quæ sunt per accidens in hac parte argumentantur. Nos certè uirginitatem aut cœlibatum non eorum quæ possunt accidere aliquando, sed sui ratione cum matrimonio comparamus, aduersarii contra, eadem duo uitæ genera inter se, eorumque uix accidunt respectu committunt.

Secunda fuga turpius multo est, neque uix quid ea responsione sibi uelint, satis intelligo, nam si id uelint, quod tamen, uerba ipsa præterevidentur, ab operis difficultate, non esse metiendam perfectionis uel felicitatis mercedem.

Profecto pessime id probant, nam ut libenter donemus, non tantum æque sed magis Deo placere, qui illi toto corde, tota anima, & totis uisceribus diligunt, et qui non concupiscunt, quod nono & postremo præcepto iubetur, quàm qui cœlibatum aut uirginitatem seruat, at Deum toto corde, tota anima, totis uisceribus diligere, non concupiscere uxorem,

*Hab. 21.
Galar. 5.
1 Cor. 13.*

uxorem, ancillam, seruum, bouem, &c. adeo istis uidentur difficilia, ut omnes uno animo atque consensu doceant, in hac uita fore impossibilia, immo uerò Deum his duobus præceptis, non quid nunc sibi à nobis tribui uelit, sed id ad quod tenemur, & cuius nobis transgressio, nisi fides Christi succurreret, imputaretur, insinuare docent; docent certè teneri omnes mortales ad Deum toto corde, tota anima, tota uirtute, & totis uisceribus, diligendum, idque Deum à nobis iure creationis reposcere, per peccati autem originalis aduetum, factum fuisse impossibile, non imputari tamen in Christum credentibus. Quod si ita est, quæ maior insania, quàm ex horum præceptorum impletione probare, difficultioribus operibus non respondere maius meritum? an non obsecro dum nostram sententiam euertere molliuntur, eam astruunt? Certè cœlibatus quanta scunquē habeat difficultates, & pugnas, tamen non est impossibilis etiam apud aduersarios, qui illum, quibusdam hominibus Diuinitus donari aiunt, at Deum toto corde; tota anima, & totis uisceribus diligere, non concupiscere uxorem, ancillam, bouem &c. prorsus uniuersis mortalibus, quantumcunque gratia adiutis impossibilia iudicantur, nemini enim eorum impletionem donari, sed per fidem Christi non imputari docet, ergo & si demus aduersariis, eum, qui Deum toto corde, tota anima, &c. diligit, & qui non concupiscat, non modò æqualiter, sed uehementius, etiam Deo placere, non perinde sequitur, catholicorum regulam quod difficultioribus per se operibus maior gloria respondeat, falsam esse, cum hæc duo præcepta adeo cœlibatus consilio difficiliora, ut ab aduersariis impossibilia iudicentur. Quod si hæc præcepta Petrus Martyr cum reliquis hæreticis impossibilia non dicat, at non modo præceptis, sed consiliis etiam uniuersis quæ Diuinitus hominibus sunt tributa, difficiliora esse negare poterit, non ergo ex hoc quod ex horum impletionem magis quam ex cœlibatu quis placeat, perinde falsa erit catholicorum regula, quæ docet, per se difficultioribus operibus excellentiorem mercedem gloriæ deberi. deinde absurdè cõfert Vermelius hæc duo præcepta cum cœlibatu aut uirginitate, tantquam sint inter se distincta, cum potius uirginalis, aut cœlebs uita sit illorum præceptorum portio quædam. Quid enim aliud est, propriæ carnis impetum auersari, & prorsus à sceminarum consortio, & usu sese continere, quàm Deum toto corde, tota anima, totisque uisceribus diligere? quid aliud est etiam ab uxore propria sibi temperare, quàm omnem concupiscentiam excludere, id est non concupiscere? Et profecto si in coniugio constitutus Deum toto corde, tota anima, totisque uisceribus licet diligere, si licet illis, non concupiscere, multò uehementius hi, qui omnem carnis impetum represserunt, eundem diligent, atque adeo magis Deo placebunt.

Tertiam tandem fugam, quæ docet maiores diffi-

cultates in pio coniugio quàm in cœlibatu reperiri, Chrysoströmus lib. illo de uirginitate, his uerbis occurrit, sed quæ est ista sapiens multitudinis oratio, qua nobis respondent ad ea omnia, quæ in ipsos diximus? nonne inquit, maior illi merces debetur, qui in tanta difficultate propositum sibi finem nihilominus assequitur? Quid ita uir optime aut quamobrem? Quia maiorem inquit, propter coniugium laborem sustinet. Quis autem eum tantum oneris suscipere coegit? nam si matrimonio coniungi, legi omnino est obtemperare, contra uerò non nubere, legis iussa negligere, habet speciem probabilitatis ista ratio, sin autem is cum iugum cœnubii minime subeundi potestas ipsius esset, nemine cogente, ut sibi illud uirtutis certamen molestius redderet, libens in tantas se difficultates induit, nihil id ad certaminis auctorem tantum enim is iussit bellum cum diabolo susceptum conficere, & expugna uitiorum referre uictoriam, quod siue quis iunctus connubio corporique deseruiens de quæ multis sollicitus, siue exercitatus, & excruciat, ab omni uerò alia cura liber, id ipsum perficiat, nihil illi est curæ de reliquo, rationem certæ uictoriæ, & uiam, quæ ad trophæum ducit, illam is esse inquit, quæ ab omni terrenarum rerum cura soluta sit & libera. Tu uerò cum vxore liberis, & iis, quæ inde molestiæ contrahuntur, impeditus, quod bellum gerere & pugnare uis, quasi eadem effecturus, maiorem etiam percepturus, quàm illi, qui nulla illarum rerum implicatur, propterea sis admirabilis? Sed si te in illum excelsum locum, quo illi ascenderunt, peruenire non posse dixerimus: magno fortasse nos arrogantia crimine condemnabis, uerum exitus ipse & coronarum dies tibi illud facile probabit, inani ambitione multò præstare certam possessionem longèque esse melius parere Christo; quàm inanibus tuis rationibus commoueri. Christus enim rerum omnium renūciationem ad uirtutem assequendam satis esse negauit, nisi præterea ipsi nos oderimus. Tu uerò in his omnibus uolutatus te in hoc prælio superiorem esse posse, affirmas. Sed quemadmodum dixi, tunc præclare intelliges quantum vxor, curæque de ea susceptæ ad uirtutem consequendam impedimentum afferant. Hactenus Chrysoströmus. Vbi uident hæretici quid uir sanctissimus de coniugiorum, ad quæ homines uirtronei descendere solent, meritis sentiat, fateor grauissimas esse in matrimonio sollicitudines, & ingentes uitæ difficultates, at cum ad illas non ex Christi præcepto, immò contra Christi consilium, homines perueniant, paruissimū meritum, maxime si ad uirginitatis, aut uitæ castæ meritum comparetur.

Immò uerò si recte res dispiciatur, quantumcunque pia matrimonia ab hæreticis nostris depingantur, quæ tamè uix nisi fortasse Abraham, aut Isaac suscitentur, reperire liceat, cū semel coniugio assumpto, ad ea uniuersa uitæ coniugalis officia liberis, aut vxori præstata, coniuges necessario teneantur,

tur, vix in eadem vitæ districtione meritū reperire liceat. Dic mihi obsecro Vermeli, an ego tibi aliquid debeo cū contra meum consilium aliquid feceris? cū te in grauissima discrimina ultro-neus & tuo proprio iudicio ductus, conieceris? An non satis est, te in hac re me non offendisse. Nuptias peccata docere, Encratitarum, Ebionitarum, & Hieracitarum hæresis est, ait enim Paulus

1. Cor. 7. *Si nupserit virgo non peccauit*, meritorias tamen nō dicere, nisi fortasse ex aliquo accidente, quale sæpe contingere non inus inficias, nullius est error. Satis enim est coniugibus si non peccat in actionibus necessario annectuntur. Profecto coniugibus uxores alere, filios nutrire, & recta doctrina imbueri, paupertatis incommoda patienter ferre; cū natura ipsa, tūm diuinæ leges præcipiunt. Si quis enim suorum maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & deterior est infideli. His verò, quæ quis ne peccet, præstat, nullum præmium respondere: iuxta illud. Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Chryso-stomus eodem lib. de virginitate, planè docet, in hæreticos illos disputans; qui id eodē matrimonio, vel in perpetua virginitate, vel in perpetuo cœlibatu abstinebant, quod illud putarent, euangelio aduersum: demonstrat itaque eos nihil, ex sua virginitate, aut continentia, præmii suscepturos, quod non spontanei sed ex conscientia erronea, necessitate adacti, eam coluerint; quod hæreticis nostris aptissimè conuenit, qui homines eos ad matrimonia descendere volūt, qui non habent donum continentia: id est qui si vxores non ducerent, necessario fornicarentur. Sed Chryso-sto. verba iam audi.

Cap. 1. & 2. & 3. Quod, inquit, coniugium malum esse, leges sanxerunt, ea anticipatione sibi præmia virginitatis ademerunt, non enim qui vitia cauent, corona donandi sunt, sed, eos à pena tantummodo vacuos esse decet. Et quidem videre licet, non solum id nostris esse, sed externis etiam legibus constitutū: inquit enim lex. Homicida morte mulctator: at non præterea adiicit, Qui hominem non occiderit, honore afficitur. Item fur plector: at non etiam qui neminem vlla re lesserit, præmii capere iussit. Ac leges ipsæ adulterū occidentes, eū qui coniugium non violat alienū, nullo dignandum honore celsauerunt, & iure id quidem optimo, laudem enim & admirationem habere, recte facientū est, non eorū qui vitia declinauerunt, nām præclare cū illis agitur, si nulla ad eos pena peruenerit. Itaque Dominus noster, si qui temere ac sine causa, fratri iratus fuerit, vel eūdem stultū appellauerit, ei gehennam est comminatus, non etiam iis, qui neque fratri sine causa succensuerint, neque in eū maledicta contulerint, regnū cœlestē promissit; sed plus eo quiddā maiusq; requisit; dum inquit: Diligite inimicos uestros, cū uellet ostendere parū admodū esse, & vile, & planè nullo dignū pretio, fratres nō odisse, multò magis illud adiūxit, vt eos ipsos beneuo-

lentia, & amore complectamur, ac ne id quidem satis esse nobis inquit, vt honorem aliquem consequamur: nam qui id fieri possit, si amplius ea in re, quàm ethnici nihil assequamur? quare longe maiores accessiones faciamus oportet, si quidem mercedem exigere voluerimus. Neque enim, quia te, inquit, ad gehennā non damno, quod in fratrem maledictis abstineas, neque in eū sis offensior, propterea tu te corona donandus tibi esse videare, tantū enim abest vt abs te isto cōmitatis modo, contentus sim, vt etiam si te nō solū, non ei contūtiū facere, verū eūdem amare dixeris, tamen adhuc & circū terram volueris, & in publicanorū numero ascribaris. Quod si perfectus ac cœlo dignus esse vis, istic modo ne constiteris sed altius ascendito, & eam, quæ supra naturam ipsam est, cogitationē suscipito, vt inimicos beneuolentia prosequare. Cū igitur vndique hoc nobis constet, desistant hæretici frustra se ipsos affligere: nullam enim afflictionis suæ mercedem accipient; non quia sit iniustus Dominus (nefas enim dictū est) sed quod iniqui ipsi ac scelesti. Quid ita? Quia demonstratū est, nullū iis, qui vitia tantūmodo deuitarunt, præmii esse propositū, ipsi autem matrimonium malū statuentes, eo abstinerunt; quomodo ergo quod à malo abfuerint, mercedem illis percipere licebit? Vt enim nos, quod non sumus adulterati, digni nō erimus, qui corona donemur: ita ne illi quidem, quod à coniugio abhorruerunt. nām sic cū ipsis ager, summo illo die is, qui iudiciū inter nos exercebit? Non equidem illis præmia constitui, qui tantū à culpa sunt alieni (parui id enim duco) sed qui virtutes omnes complexi fuerint, hos in cœlesti domiciliū introducam vbi beati hereditate sempiterna fruātur. Quid igitur est quamobrem cū statueritis matrimonium cum obscenitate, & scelere esse coniunctum, & eo propterea abstineritis, præmia quæ recte facientibus debentur, vobis ob delictorū fugā dari postuletis? si agnos à dextra collocat, & eosdem collaudatos in cœlestem regiā non introducit, non ideo facit, quod aliena non diripuerint, sed quod aliis sua dispertuerint. Neque si is, cui quinque talenta credita sunt, Domino probatus est, tam id factum est, quod de commissa sibi pecunia quicquam non diminuerit, quàm quod eam auxerit, ac duplicatū depositum domino reddiderit. Haec enim Chryso-stomus. Quibus verbis, aperte significat, his qui solum vel ex conscientia vera vel erronea, deuitarunt peccata, ea ratione æternæ felicitatis præmii non deberi: quod si ita est, ergo coniugibus, in educatione filiorū, familie administratione &c. non peccantibus, id est ea tantūmodo præstantibus, ad quæ secundum naturæ leges, & matrimonii institutū tenebantur, nihil præmii debetur, iuxta Chryso-stomi sententiam. Immo verò multo maiori ratione, id in his quàm in aliis verū erit, cū ad eos labores, non ex diuinæ voluntatis obedientia, sed planè contra Diuinū consilium. Neque verò ea ratio aliquid cogit, quæ hoc

hoc quod fraudare debitum, sit peccatum, iuxta illud Apostoli: Nolite fraudare inuicem &c. colligitur illud reddere, esse meritum: tantum enim sequitur, uxoris affectibus inservire, nullum esse peccatum, quemadmodum: non sequitur, non reddere depositum peccatum est, ergo reddere meritum est. Sed bene sequitur. Ergo reddendo declinatur peccatum. Et rursus: Qui furatur, peccat, ergo qui non furatur meretur &c. quanquam hoc sanè intellegendum est, non enim sentimus in actionibus, & officiis matrimonialibus præstandis, nullum posse esse meritum, sed hoc tantum dicimus, nullum speciale aut peculiare esse, præter illud, quod per ipsam contractionem coniugii obtinetur: nam qui sese coniugio illigat, ad uxoris, filiorum, & totius familie sustentationem, perinde se astringit, quod si non præstat, quod iure naturæ, uel Diuino ei generi vitæ, in quod uoluntarius descendit, annexum est, peccat: si præstat, cū tantum id præstet, quod illi est præstare necessarium, nullam, præter illam quæ coniugali statui respondet, mercedem obtinebit: neque uerò hic loquor de elemosynis ac de reliquis misericordiæ operibus, quæ fortasse aliquis in coniugio ampliora quàm in cœlibatu præstabit, sed tantum de actionibus coniugalibus & incommodis, quæ illis, aut necessario, aut in plurimū annectuntur, filiorum scilicet & vxoris cura, paupertate &c. Vnde, ut multoties diximus, vana est nostrorum hæreticorum argumentandi ratio, quæ ex hoc quod in coniugio plerique multi, immò plures ut illi egregie mentiuntur, quàm in cœlibatu reperiātur, qui bonis operibus, immò uerò sui abnegatione, ac mortificatione, in quibus totius vitæ Christianæ ratio sita illis esse uidetur, plus abundant, inde putant recte colligi, coniugium, aut par, aut saltem non inferius esse virginitate, aut cœlibatu: nos enim cū coniugium cū cœlibatu comparamus, non de vniuersis actionibus, quæ à coniugibus fiunt, sed de illis tantum loquimur, quæ matrimonio, ex natura matrimonii, annexæ sunt, & de his dū taxat pronuntiamus, nullum peculiare habere meritum, præter id quod primæ illi actioni, quæ fuit initium matrimonii, respondet: reliquis enim actionibus, dum metam illam ad quam coniuges tenentur, non transcendunt, tantū non peccatur. An autem ipsi matrimoniali cōtractui aliquid per se meritū, aut gloriæ merces respondeat, ex præcedentibus patet. Ego quidem meritum, non nostræ voluntati, sed Diuinæ impletioni, & executioni respondere arbitror: executioni nimirū Diuini præcepti aut consilii, de matrimonio autem contractū, per se non est præceptum neque consilium, immò consilium est de contrario, non ergo per actionem illam, quis uel meritum, uel præmium obtinebit peculiare; vnde satis est, si cum Paulo dicamus, Si nupserit virgo nō peccauit, & si acceperis uxorem non peccasti. Dico autem *per se*, nam per accidens contingere potest ut aliquando ad coniugium descendens, ob maioris scilicet boni promo-

tionem; magis mereatur, quæ causa puto, non tantum quasdam virgines cum ingenti merito ad vitam coniugalem inuitas pertrahi, sed post votum etiam solemne, summi pastoris auctoritate à monasteriis reuocari, vt cū regni aut gentis alicuius, vel religio, vel pax, quæ alioqui periclitaretur, intercederet. Idemque deinde de matrimonii officii præstandis existimo, si quis enim ea non modo quantum iure naturæ, diuinæque legis cōstitutione tenetur, sed etiam supra, eadem officia præstaret, id est, si aliquid supra id ad quod ex ipso matrimonio tenetur supererogaret, hūc non modo non peccare dixerim, sed etiam mereri: Quod tūc contingeret, quando coniux non modo maritum, aut parentem ageret, sed etiam spirituales pastorem, quod de sanctissimis quibusdam coniugibus, in historiis Ecclesiasticis legimus, vt de beati Bernardi, & beati Ludouici Fræcorū Regis matribus &c.

At ais Abrahami, Isaac, Iacob, &c. matrimonia non modo virginitati ab Augustino equantur, sed etiam eadem virginitate superiora dicuntur. Respondeo, hoc non per se coniugio, sed per accidens tantum conuenire, nam si per se illi conueniret, non frustra etiam matrimonia in sanctitate ac spe mercedis coniugio cederent. Proueniebat igitur hoc meritū à Diuina obedientia, ab amplioris cultus Dei desiderio, &c. Deinde alia erat veteris illius status ratio, alia Euangelici, in illo ventris, in hoc autem mentis facunditas à Christo desideratur.

Ais deinde, Apostolus inquit, eū, qui iungit virginem matrimonio benefacere, quāuis melius faciat, qui non iungit, est igitur in ipsa matrimonii contractione gradus aliquis bonitatis ac perinde meriti. Respondeo, Apostolus non de virginibus ipsis ad matrimonia descendentibus loquitur, sed, de his quorū potestate sunt constitutæ, hos autem iungendo virginem matrimonio, cum ex Christiana charitate ducantur, nō modo non malè faciūt, sed bene faciunt, virginibus autem ipsis, satis est si non malè faciant, siue causa fornicationis vitæ, siue quocunque alio fine honesto ducantur. De illis enim, non item de parētibus, aut tutoribus Paulus loquitur, cū paulo superius inquit, Si nupserit virgo non peccauit. Qui iungit igitur virginem matrimonio bene facit, virgo autem ipsa, quæ iungitur, nō male facit. Est itaque matrimonii vnus ex Ecclesiæ statibus, in quo fidelis per vitæ Christianæ officia, ad æternam felicitatis mercedem perueniunt, non item meritum, vnde vniuersos eos labores, quos vita coniugalis necessaria ratione annexos habet, tribulationem carnis appellat Apostolus: & de coniugibus non modo Ethnicis, sed Christianis etiam quantūcūque sanctissimis, quibus in ea Epistola leges ferebat: idem pronūtiat, Qui cū vxore est, sollicitus est quæ sunt mūdi. Quis autem nesciat mūdi cogitationes non esse meritorias? Porro quod illic, mūdi cogitationes, vxoris, & liberorū curas appellet Apostolus, locus ipse Paulinus per se clamat. Et quanquam (quod hæretici

lib. de coniugal. c. 21.

1. Cor. 2.

Cor. 7.

Mat. 25.

Cor. 7.

tici nostri contendunt) mundus non semper in sancta scriptura pro re vitiosa capiatur, nunquam tamen pro re, aut actione meritoria usurpatur: neque tamen diffiteor officia coniugalia, ex bono, ut antea dixi, usu, & relatione in bonum finem, posse esse meritoria, dum quis in Deum omnia referat, & paupertatis onera patienter ferat: nam & hoc pacto ipsa coniugales actiones possunt meritum conciliare: & in vniuersum, cunctas actiones indifferentes: immo uerò & naturales, ut comedere, bibere, &c. iuxta illud Apostoli, Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Quis enim dubitet hac ratione, dormire etiam immò & mori, dum mors patienter tolleretur, posse esse meritorium? Verum hoc, huiusmodi actionibus, per se non conuenit, sed ex accidenti, ex bona scilicet uentium relatione.

Sed ais, Castitas etiam & cœlibatus, nisi ex relatione in Deum nihil per se ualent, fateor, sed ratio in Deum castitati & uirginitati Christiana, alia ratione annexa est quam his operibus, aut necessariis, aut indifferentibus, his enim extrinsece, illi contra intrinsece conuenit: & aliò qui quis ad eò stupidus qui non uideat, alia ratione esse referibilem in Deum castitatem, aut uirginitatem, martyriũ &c. quam manducare, aut bibere, dormire, &c. immò uerò quam filios gignere, uxorem alere, liberos educare &c.

Obiiciet demum aliquis, nos ad præcepta Diuina & naturalia necessario astringi, & tamen per præceptorum impletionem mereri: iuxta illud, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Ergo etiã per officia coniugalia quamquam ad illa necessario teneamur, merebimur. Respondeo, ingentem esse inter hæc differentiam; ad præcepta enim decalogi, ego non sponte, sed necessario pertractus sum, cum absque illis, salutem consequi non possim, contra, ad coniugalia officia uoluntariè descendi. Sed ais, me quoque ad decalogi mandata uoluntariè descendisse: cum baptismum, in quo seruandi præcepta obligatio contrahitur, uoluntariè susceperim. Respondeo, fateor me ad utrumque uoluntariè descendisse, sed utriusque libertatis, longe diuersa ratio est. Ita enim baptismum mandatorumque; perinde obligationem complexus sum, ut in ea actione Diuino præcepto paruierim, contra, in matrimonii contractione nõ Diuinæ uoluntati, sed meæ propriæ subseruio: non enim de inuicem coniugio, aut præceptum, aut consilium est. Videant igitur hæretici quantum coniugiorum labores, quantumcunque graues, uirginitatis aut cœlibatus laboribus, leuissimis etiam, in spe æternæ felicitatis cedant: tantum enim abest, ut continentia, aut uirginitatis, uel merito, uel præmio, pares existantur, ut non leuibus rationibus (quod hucusque fecimus) nullius peculiaris mercedis per se, nisi fortasse ex accidenti, & ab extrinseca relatione in Deum sint meritoria: eo pacto, inquam, quo reliqua omnia indifferentia opera, ex bono usu, & per compla-

centiam quandam, & ut (ita uocem, ratio habitatione meritoria dicuntur: id est, quòd dici solet, ex necessitate uirtutem faciendo. Dices, officia coniugalia ad quartum præceptum decalogi pertinere: non nego, sed id non absolute, ut quòd in illo quarto præcepto directe præcipitur, parentum scilicet pietas, sed ex suppositione: id est quia ego uolui, & meam contra Diuinum consilium illis obstrinxi, ad pietatem certè parentibus exhibendam non ex mea, sed ex Diuina uoluntate teneor ad liberos alendos, ex mea, quasi ex fundamento, ex Diuina tantum ex suppositione. Neque contra hanc sententiam (satis mihi persuadeo) aliquid adduci poterit, alicuius momenti: neque enim hic matrimonialibus officiis, & actionibus, meritum omninò adimimus, sed illud per se illis non inesse, sed ex accidenti contendimus: in qua parte nihil potest esse erroris: contra, uirginitas Christiana, aut Evangelicus cœlibatus extrinseca ratione non modo ad gloriam, sed ad excellentis cuiusdam gloriæ mercedem, & coronam ordinantur.

Et quamquam hæc sententia, fortasse pluribus, qui rem ex Theologico rigore metiantur, magis arridebit, mihi tamen omninò, his coniugalibus officiis, nutritioni inquam, uxoris & filiorum, correctioni, doctrinæ &c. illud genus meriti, & mercedis, quòd actionibus necessariis morali necessitate, quali sunt præcepta omnia, quibus nos obstrinximus, tribuere magis placet. Durum enim forsitan uidebitur quibusdam filiorum, & uxoris, perindeque totius familiæ administrationem ex uirtute profectam, ex se nihil habere mercedis. Illud tamen semper exceperim, eorum præceptorum impletionem, quibus nos, nostra sponte, & non ex Diuino præcepto aut consilio subdidimus, multo minorem gloriam promereri, quam eorum ad quæ ex ipsa salutis necessitate peruenimus, qualia sunt decalogi præcepta. Sed de hac re satis superque diximus.

TERTIO, THEOLOGICA RATIONE excellentius uirginitatis aut castitatisque coniugii præmium, suadet. Cap. 45.

POSTREMO tandem ratio ad excellentiam uirginitatis, & cœlibatus comprobendam, à catholicis, ex Apostolo sumitur docente maritos, & uxores ea quæ sunt mundi cogitare: contra uerò cœlibes eorum quæ sunt Domini, perpetua meditatione occupari, sic autem ratio nequitur: maior ei uitæ generi respondet merces, quòd semper Diuinarum rerum meditationi studet, quam quòd mundi rerumque terrenarum cura distringitur, at uita uirginalis, & cœlebs, Apostolo teste, semper Deo rebusque Diuinis studet, coniugium contra, mundi sollicitudine quatitur, cœlibatui ergo ac uirginitati amplior æternæ uitæ merces

ces respondebit, quam coniugio.

Huic rationi respondent aduersarii, nihil aliud ea confici, quam quòd in uirginali, aut libera à coniugio uita, maior sit facilitas uacandi Deo ac sacris rebus, quam in coniugio, quòd, quia obiectum ex Apostolo, tum experientia ipsa negare nequeunt, libenter nobis donant: sed maiorem illam facilitatem ad amplius præmium beatitudinis obtinendum, aliquid prodesse, constanter negant: nam si diues aiunt, opibus abundet, facilius eleemosynas largitur quam inops, neque tamè ea de causa, plus illi mercedis debetur quam inopi, qui & paucas det eleemosynas, & nulla cum facilitate, quandoquidem uix habet unde quippiam interdum queat dare. Quòd Euangelicæ uiduæ, quæ tantum duo minuta obtulerat exemplo confirmat, quæ certè multo plus laudis obtinuit quam illi diuites, qui opulentissimas oblationes inferebant, ita isti.

Hæc tamen atque similes uanorum uerborum nebulæ, nihil catholicæ rationis impetunt, impediunt: nam tamen uerum esset, maiori facilitati rectè operandi, & uacandi Deo, nihil amplioris mercedis, aut meriti accrescere, quòd illi adeò persuasum habent, nulla tamen hæreticorum uirtus obtinere poterit, ut animo reponendi se in illo statu, facilius uacandi sacris, præsertim cum tanta carnalis appetitus abnegatione, maius meritum ac perinde amplior felicitatis portio, non respondeat: nam si animus uacandi, partim Deo, partim mundo, inter carnis delicias, æternæ gloriæ mercedem meretur, animus ergo, se totum Deo nuncupandi ac consecrandi, maiorem merebitur.

Deinde, si sese non in totum, sed in partem abnegare, mercedem meretur, sese non tantum in partem, sed in totum abnegare, maiorem merebitur. Verum, coniugium non est abnegatio perfecta, sed partialis tantum, dum homo, non in uniuersum affectibus omnibus renuntiat, sed illis duntaxat, quos Christiana uita non patitur, reliquis aut concessis, aut permisis; retentis uirginitas autem, dum non modo à perniciosis affectibus, sed à licitis quoque sibi temperat ob Christi amorem, & sese omninò mortificat: perfecta est abnegatio. Perfectior est igitur cœlibatus aut uirginitas quam coniugium, ac perinde maius illi meritum, futuraque merces, in patria respondet.

Tertio, ei qui maiora tribuit, maiora sunt retribuenda, nam etsi inter Deum & hominem, nulla ex natura ipsa, sit iustitiæ ratio, est tamen ex Diuinæ legis constitutione, iuxta illud, qui parce seminatur parce, & metet, at uita uirginalis, aut cœlebs, maiora tribuit quam coniugium: maiora igitur præmia obtinebit: coniugium enim uerò partem sibi retinet, partem tribuit: uirginitas contra, totam se Deo deuouet & consecrat, & tum corpus tum animam Deo dicat, iuxta illud. *Ut sit sancta & corpore, & spiritu.* Neque hoc loco familiaris aduersariorum euasio, qua, aiunt, in coniugio plerunque reperiri, qui maiora tribuant, quam

uirgines: non enim hic (quòd sæpe monuimus) de his quæ accidunt, sed de his quæ per se enuntiant, de optima inquam uirgine, & de optimo coniuge, sermonem facimus: nam aliò qui, quid impedit uirginem præter uirginitatem, reliquis etiam bonis operibus, quam perfectissimos quosque coniuges magis abundare?

Quartò demum, quòd maiori charitati maior gloriæ merces, & in præsentia uita, amplius uitæ meritum respondeat: neque aduersarii diffiteri audent, libenter enim Petrus Martyr fateatur, non externis operibus, sed ipsorum externorum operum radicibus maiorem, aut minorem felicitatem deberi: At amplior est illa charitas, & Dei dilectio, qua homo carnis delitiis omninò spretis, se in eo statu collocat, quòd semper de Deo ac rebus sacris, cogitare possit, quam illa, qua se ei uitæ generi nuncupat, in quo non omnem curam in Deo, sed partem tantum collocat: Uirginali igitur, aut cœlibi statui, maius meritum ac perinde maius præmium respondet: profectò si maior perfectio, maiorem gloriam meretur, & maior charitas, maior est perfectio, uirginitati, aut cœlibatui, quæ à maiori charitate proficiscuntur, amplior merces respondebit. Quis autem adeò obstinatus, & in hæreticis placitis defendendis pertinax, ut negare possit, eum me plus diligere, qui sponte omnia sibi impedimenta, quòd minus mihi inferuire possit, amputat: quam illum, qui licet me diligat, non tamen uniuersa, quæ eundem à me, meique perpetua meditatione, auocare possent, exclusit? ergo nihil prodest hæreticis, contra huius catholicæ rationis pungentissimos stimulos calcitrare: nos enim non maiori facilitati tantum, maiorem gloriam respondere dicimus: sed animo ac maiori Dei dilectioni, qua omnia mundi impedimenta, quòd liberius, quis Deo rebusque Diuinis uacare queat, excludit, qua, inquam, uniuersas carnis delicias, præde fiderio Diuinæ seruitutis contemnit: qua demum contra carnis grauissimos conflictus, quos tamen uxoris usu, licitè declinare possit, armatur.

Verum iam id quòd negant maiori facilitati respondere maiorem gloriæ portionem, examinare oportet. Quoniam hæretici nostri, non tantum in hac parte sanctæ scripturæ, sed moralis quoque philosophiæ, ut semper, ignorantia laborant: est profectò multiplex, in rectè operando, facilitas, sicut est quoque multiplex difficultas: est nanque una, quæ prouenit ab agente, altera, quæ à materia: agentis facilitas, duplex est, habitualis una, id est, quæ ab habitu prouenit, altera non habitualis; uoluntaria tamen, & ab intrinseco, id est à uoluntate proueniens: quam scilicet parit impedimentorum remotio uoluntaria; & ut de priori loquamur prius, prauis profectò habitus difficultatem in operando generant, contra, uirtutum habitus, facilitatem conciliant: nam cum habitus effectus, sit prompte, expedite,

R. dite,

dite, & faciliter operari, profecto sicut habitui recte operandi conuenit, dare facilitatem ad bona opera; ita prauo habitui prauè operandi, respondet facultas, propensio ac pondus quoddam ad malè operandum, huic autem facilitati, quæ ab habitu uirtutis progreditur, maius meritum, maioremuè gloriæ mercedem, si hæretici negent, non modo apud Christianos, sed apud Ethnicos philosophos, ridiculi habebuntur. Quis enim eum, qui ex prauo auaritiæ habitu, difficulter elemosynas tribuat, æquè cum illo mereri dicat, qui in propriis facultatibus, pauperibus elargiendis fuerit semper assiduus, indequè tribuendi faciliè elemosynas habitum acquisiuerit? Aut quis eum, qui à uenere, ob luxuriæ consuetudinem, difficulter abstineat, magis, quàm illum, cui id per castitatis habitum, sit facillimum mereri, crediderit? Idemquè omninò de altero facilitatis intrinsecè genere, quod à remotione impedimentorum uoluntaria prouenit, esto iudicium. Quis enim tam stupidus aut uecors, qui eum militem, qui cum uniuersa militiæ impedimenta potuisset abicere, sibi indulgens, non abiecit, cum illo componere audeat, qui ut uoluntati regiæ strenuè subseruiret, sarcinas omnes, & quidquid impedire poterat, à se reiecerit? Facilitas demum, quæ à materia progreditur ea est, quæ ex abundantia materiæ, id est subiecti, in quod uirtus debet operari, progreditur, qualis ea est, quæ in exemplo ab aduersariis profertur; quæ sicut nihil habet laudis, ita neque maius meritum, neque præmium conciliat, immò uerò tantum abest ut meritum augeat, ut potius deterat, & minuat; minus enim meretur, qui ex abundantia diuitiarum, faciliè elemosynam tribuit, quàm qui ex penuria, difficulter, quod Christus aperte de uidua testatus est: plus enim pronuntiat eam in Gazophylactio, duobus minutis coniectis, contulisse, quàm Hierosolymitanos Magnates, qui ingentes summas pecuniarum contulerant. Verè, inquit, dico uobis, quia uidua hæc pauper plusquam omnes misit, nam omnes hi ex abundanti sibi, miserunt in munera Dei, hæc autem ex eo quod deest illi, omnem uictum suum quem habuit misit. Quæ uerba aperte docent, facultatem quæ progreditur à materia, meritum minuere, difficultatem augere. Verum ista solis hæreticis, totius philosophiæ, & theologiæ expertibus tantum ignota sunt, nisi quod puto: eos non tam ignorantia in hac parte laborare, quàm desiderio infanias suas defendi, quacunque ratione æstuarè, quo animo ad plebis stultæ deceptionem huiusmodi sophisticas fugas excogitant?

Luc. 21.

VIRGINITATEM, AVT VITAM continentem in Mosaico etiam statu, præstitisse matrimonio. Cap. 46.

ATQUE hucusque quidem satis superque demonstrasse me arbitror, in Euangelico statu uirginitatem, aut cœlibatum propter Deum susceptum, præferendum esse matrimonio, uerum an ante Euangelium etiam, eiusdem cœlebis aut uirginalis uitæ, maior esset excellètia quàm nulla necessitate ad id examinandum compellamur, utpotè qui cum Euangelici tēporis hæreticis agamus, tamen ad curiosi lectoris animum satiandum, merito quæritur.

In qua parte, inter ueteres recentioresquè auctores, fuerunt quidam, qui ante Euangelica tēpora, nuptias idè uirginitati aut uitæ cœlibi, præferendas esse, existimarunt, quod Mefsias uerturus, cum certū esset, eū ab eo populo nasciturū, à quo tū uel à qua nasciturus esset, minime sciebatur, atquè adeo uniuersum eū populū, liberis gignendis dare operā, necessarium erat. Vnde cū inter oēs catholicos conueniat, Beatissimā Virginem, uirginitatē suam perpetuo uoto castitatis consecrasse, hi tamè perinde, eā non absolute, sed sub conditione uolūt uotum emisisse, ne Diuinæ prouidentię consilio contrare uideretur. Erat èt eo seculo acerba maledictio in eos, qui non reliquissent semen in Israel: cōtra uerò, summa erat eiusdem populi benedictio. Non erit in te sterilis &c. Confirmat eandē sententiam, eius seculi & tēporis, uniuersalis, èt in uiris sanctissimis, coniugia inuendi consuetudo: Abraham enim, Isaac, Iacob, ac reliqui, tū patriarchæ, tū prophætæ, quorū memoria, nūc èt Euangelico tēpore summis laudibus excipitur, tantū abest ut cœlibè statū coluerint, ut non unas modo, sed multas etiam nuptias celebrauerint, multasquè uxores duxerint, Abraham enim, Saræ Hagar ancillam superduxit, & in summa senectute Recturam, defuncta iam Sara, ne cœlebs, eo quod reliquum erat temporis, uiueret, uxorem accepit. Iacob, non una sed duas eisquè sororibus acceptis uxoribus, ancillas quoque utriusque. suorum filiorum matres reddidit. Helchana Phenenam, & Annā uxores habuit, & ne singulos recensendo molesti simus, David uir sanctissimus, & spiritu sancto plenus, decem, & octo uxores habuisse, scriptura commemorat. Accedit his Augustini sententia, qui Abrahæ nuptias aduersus Manicheos disputans, Ioannis uirginitati, pares esse credit; quocirca, inquit, sicut non est impar meritum in Petro, qui passus est, & in Ioanne qui passus non est: sic non est impar meritum continentię in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios generauit; & illius enim cœlibatus, & illius connubium pro temporum distributione, Christo militauerunt; sed continentiam Ioannes in opere, Abraham uerò in solo habitu habuit.

Ita hi,

S. Thom. par. 2. q. 28. art. 4. Et 4. sed. 30. q. 2.

Deus. 7. Exo. 23.

Gen. 16. Gen. 25.

Gen. 30. 2. Reg. 13.

Lib. de be. con. ca. 10.

In lectione complete.

Ita hi, Quorum tamen rationes nequaquam mihi, quod intendunt, comprobare uidentur: nam ut eo ordine quo eas posuimus elidere incipiamus. Prima profecto ratio, tantummodo de Israelitico populo, ex quo, propter Abrahæ, Isaac, & Iacob promissiones, Christus erat oriturus, aliquid concludere uidetur: immò uerò non de uniuerso illo Israelitico populo, sed de eius una tantum tribu, Iudæ nimirum, ad quam illa, quæ prioribus patribus de Christo facta fuerat repromissio, restricta fuerat. Non auferetur, inquit, ceptrū de Iuda, & dux de scemore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Quin neque de uniuersa illa tribu, ratio illa concluderet, sed tantummodo de Dauid successoribus, & qui ab illo per sanguinis commercium descenderet, fuit enim tandem repromissio illa, ad filios ac minores Dauid coercita, iuxta illud: Iurauit Dominus Dauid ueritatem, & non frustrabitur eum, de fructu uentris tui, ponam super sedem tuam. Erat autem hoc uaticinium, adeo illi populo persuasum, ut non alio magis familiari nomine, Christus ab eodem populo uocitaretur, quàm *filius Dauid*. Vnde sacratissimæ uirgini inter rationes illiciendi consensus, quæ illi ab Angelo offeruntur, illud quoque dicitur. Et sedebit super sedē Dauid patris eius, & regni eius non erit finis: quasi in Christo ex illa generando, implendam esse eā Regii throni æternitatem Dauidi promissam Gabriel significare uellet. Matthæus etiam, cum Euangelium inchoat, ut de Mefsia se historiam texere, ipso statim libri vestibulo, ostenderet, liber, inquit, generationis Iesu Christi, filii Dauid, filii Abraham. Et denum à Chananæa, à leprosis, immò uerò à dæmonibus, filius Dauid Christus uocabatur, non quod nulli illi forent Dauid filii, sed quod eo nomine uerus Mefsias, patribus olim promissus, uulgo intelligeretur.

Gen. 47.

Luc. 2.

Matth. 1.

Loci deinde qui ex scriptura proferunt, nihil eam sententiam promouent. Neque enim illic præceptum est, sed extremæ cuiusdam fœlicitatis promissio, si Dei legem impleant, quod ex his, quæ paulo ante dicuntur, apertè conuincitur. Si postquam audieris, inquit, hæc iudicia, custodieris ea & feceris, custodiet Dominus Deus tuus pactum tibi, misericordiam quam iurauit patribus tuis, & diliget te ac multiplicabit, benedicetque fructui uentris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque uindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ouium tuarum super terram: pro qua iurauit patribus tuis, ut daret eam tibi. *Benedictus eris inter omnes populos, non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis, auferet dominus à te omnem langorem.* His certè uerbis, nullum de contrahendo matrimonio præceptum exprimitur, sed tantum, ut dixi, benedictionis promissio. Quid porro, Hebraicæ linguæ Phrasi, benedictio significet, olim me explicasse memini: denotat eo loco benedi-

ctio multiplicationem, amplificationem, abundantiam &c. qua Deus se populum illum profecturum, si à Mosaicis legibus non recederet, spondet. Et aliò qui si eo loco præceptum aliquod contineretur, cum non dicat *Non erit apud te virgo, aut cœlebs, sed non erit apud te sterilis*, eo loco non cœlibatus, aut uirginitas, sed sterilitas uctaretur, quod est ridiculum: cum ea in humanæ potestatis arbitrio, non sit sita. Deinde idem præceptum, non ad homines tantum, sed ad pecora etiam pertinere. *Non erit, inquit, apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus, quàm in gregibus tuis.*

Locus alter, qui ex Exodo, profertur, neque de matrimonio, neque de hominum, immò neque de animalium brutorum fœcunditate aut sterilitate, loquitur: quo magis miror, quo pacto à quibusdā, uel inter arguendum, in hanc rem proferatur, nisi quod suspicor, nonnullos inter scribendum, solas locorum marginales citationes, legere: nam quod fortasse è regione eius loci, quem modò pertractauimus scriptum legerunt, Exod. 23. eundem locum illic quoque haberi existimarunt. Sed locus ipse proferatur. Seruietis, inquit, Domino Deo uestro, & benedicam patribus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. Non erit infœcunda neque sterilis terra tua &c. Annotatio ergo marginalis, non eundem locum, sed eandem dictionem *sterilis* scilicet, illic haberi denotabat. Est itaque hoc loco, si in lege Domini steterint, generalis promissio, non item de contrahendo matrimonio præceptum. Scio Iudæos quemadmodum & alia multa pessimè interpretabantur, his locis, intulisse infœcundas, & steriles maledictas, & execrationi obnoxias esse, cum uiderent, si licet scriptum esse, *Benedictus eris inter omnes populos, non erit in te sterilis &c.* inde .n. inferre, maledictos esse uniuersos, qui nō fecissent semē in Israel. Quæ persuasio uulgaris erat sub Euangelicū tps, ut ex Iacobi protoeuangelio, in quo sacratissimæ uirginis origo, & educatio scribitur, faciliè est colligere. Sed id tam prauè & stultè, quàm ex illo, diliges proximū tuū, illud, *Odio habebis inimicū tuū.*

Matth. 5.

Patriarcharū & prophetarū exempla, qui coniugia coluerunt, quiddā ad Diuinum præceptum, de Dei populo propagando referunt, ego tamè cum huiusmodi præceptū nūquā legerim, nequè illud, eo èt seculo, necessariū, putè, ut sequenti libro demonstrabimus, potius eadē ad eius tēporis imperfectiōnē, quod èt in sanctissimis uiris, nondū ad perfectā sanctitatis mensurā excreuerat, referēda existima uerim. Enim uerò, Deū, non omnia sanctitatis præcepta prioribus illis seculis hominibus reuelasse, sed sensim iuxta humanæ pedagogiæ rationem, ab imperfectioribus ad perfectiora ascendisse, in Epistola ad Galatas, auctor est Paulus: dum de Dei populo, sub filii cuiusdam imagine, à pueritia ad perfectam ætatem ascendenti, & pedagogiæ disciplinam exuentis, sermonem facit. Prius, inquit, quàm ueniret fides, sub lege custodiebamur,

conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi venit fides (intelligit autem per fidem Euangelicam doctrinam) iam non sumus sub pedagogo &c. Et dico autem: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est, usque ad præfinitum tempus à patre, ita & nos, cum essemus paruuli &c. Itaque non Mosaico, aut ei qui sub naturali lege tantum, Deo seruiebat, statur, sed soli Euangelio illa uox cõuenit, omnia quæ accepi à patre nota feci uobis, & illa, paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcũque dixerit. Et rursus. Cum uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Hinc Euangelicum tempus, tempus plenitudinis, non tantum ob prophetarum, & uaticiniorum impletionem, sed ob doctrinæ perfectionem, uocatur. Hinc Christus Euangelicæ prædicationis initio Euangelica illa paradoxa, quibus paupertatem, lacrimas, persecutiones, &c. beatificat, traditurus, in montem ascendit, quod excelsum illud Euangelicæ doctrinæ genus, quemadmodum nulum alium quàm Dei filium requirebat auctorem, ita nullo alio loco quam in monte ad eius excellentiam insinuandam, tradi oportet. Vnde Augustinus in illa uerba, *Videns Iesus turbas ascendit in montem*, Si quaeritur, inquit, quid significet mons, bene intelligitur, significare maiora præcepta iustitiæ, quia minora erant, quæ Iudæis data fuerant: unus tamen Deus per sanctos prophetas, & famulos suos, secundum ordinatissimam distributionem temporum, dedit minora præcepta populo, quæ timore adhuc ligari oportebat, & per filium suum, maiora populo, quem charitate iam liberari conueniunt. Cum autem minora minoribus, maiora maioribus dantur, ab eo dantur, qui solus nouit suis temporibus, congruentem humano generi exhibere medicinam. Nec mirum, quod dantur præcepta maiora propter regnum cœlorum, & minora data sunt propter regnum terrenum, ab eodem uno Deo, qui fecit cœlum & terram: de hac ergo iustitia, quæ maior est, dicit propheta, iustitia tua sicut montes Dei: & hoc bene significat, quod ab vno magistro solo, docendis tantis rebus, idoneo docetur in monte. Hactenus Augustinus. Non colebatur itaque siue naturali, siue Mosaico seculo uirginitas, siue cœlibatus, quod eius uirtus ei populo rudi, quemadmodum nec multorum aliorum, quæ ad Euangelicam uitam pertinent, aut mandatorum, aut consiliorum uirtus & perfectio, nondum iussisset ostensa. Sed Chrysostomus in hac parte audientus est. Is ergo cum quorundam hæreticorum, qui docebant, uirginitatis cultores, ex hac uita decedentes, præcari ut in sinum Abrahamæ perueniant: sed his omisissis, inquit, quod initio dixi, id repetam, etiam in præsentia, non eundem, à nobis, & ab illis, uirtutis modum requiri. Neque enim

Lib. 6. de ca.
ssi. ca. 83.

nunc quisque perfectus esse potest, nisi uendiderit omnia, nisi omnibus renunciauerit, neque pecuniæ solum, aut domui: sed propriæ, etiam uitæ curam abiecerit. At nullum tantæ perfectionis, tunc specimen fuit. Quid ergo est? Perfectior ne, inquit, nostræ huius uitæ ratio est, quàm tunc patriarchæ fuerit? Deberet quidem, & ea lege sumus astricti, sed hac uiuendi regula non utimur, quam obrem longè ab illo iusto uiro absumus, licet & illud omnino perspicuum sit, maiora nobis certamina esse proposita. Itaque quo loco Diuina scriptura Noe admiratur, non simpliciter, sed cum appositione quadam id facit. Noe enim, inquit, uir iustus atque perfectus in generatione sua Deo probatus est, non quod omnino perfectus esset, sed ut illa ætate: multi enim perfectionis modi, temporum uarietate diffiniuntur: fitque imperfectum procedente tempore, quod olim absolutum uidebatur. Exempli causa, dabatur olim perfecte laudi, ex lege uiuere. Qui enim fecerit, inquit, hæc uiuet in eis. Verum quæ fuerant tunc absoluta, Christus aduentu suo imperfecta esse docuit. Nisi enim, inquit, abundauerit iustitia, uestra plusquam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Nam tunc ad pœnam cædes tantummodo proposita esse uidebatur, nunc ira, ac solum cõuitium tantam habet uim, ut homines gehennæ cruciatibus possint addicere: in adulterium, tunc erat tantum animaduersio constituta, nunc mulierem petulanter aspicere, ne impune quidem licet: tunc scelus erat tantummodo deierare, nunc est, uel iurare nefas. Quod his, inquit, abundantius est, à malo est. Hanc ætas illa maximam laudem propositam habuit, ut sui studiosis in amore responderet: hoc tempore magnum illud, & admirabile, tantum abest à rei perfectione, ut id adepti, nihilo plusquam publicani assequamur. Sed quamobrem tandem, eorundem rectè factorum, nobis & iis, qui ueteri testamento uiuebant: eadem præmia constituta non sunt, sed maiori nos uirtute nitamur, oportet, ut eandem, quam illi sunt assecuti, mercedem consequamur? Quod magna nunc effusa spiritu sancti gratia, magnam nobis Christi aduentu, munus impertitum, ex infirmis perfectos reddidit. Ut igitur nos à liberis nostris, cum iam puberunt, multo maiores uirtutis actiones requiramus, ut quæ ab illis prima ætate rectè facta, prius laudabamus, eadem postea cum se ætas corroborarit, ab eisdem perfecta, non ita admiramur: sed longè maiora iubemus efficere: sic & Deus primis illis temporibus, tanquam ab infirmorum hominum natura, haud magna fascino-ra requisitum: ut uerò illi Prophetas & Apostolos audiuerunt, ac spiritu sancti gratiam sunt assecuti, iure ipsi maiorem constituit rationem rectè factorum: nam & maior nunc merces proposita est, & splendidiore multo, certaminis præmia constituta sunt. Non. n. iam terra, aut terrena, sed cœlum & quæ mente non cõsequimur, rectè facientibus proponuntur. Quid? Nonne absurdum sit, cum sumus ætate confirmata,

Rom. 7.

firmata, in illa nos exiguitate contineri? Tunc enim inter se hominum natura differt, belloque perpetuo præmebatur, quod Paulus illis uerbis declarauit. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuitatem me in lege peccati, quæ est in membris meis. At nunc non ita est, quod non possibile erat legi, in quo infirmabatur lex per carnem: Deus mittens filium suum, in similitudinem carnis peccati, & de peccato, peccatum cõdemnauit in carne, quam obrem Paulus illa est usus actione gratiarum. Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum. Propterea iure plectimur, quod expediti, cursum impeditorum assequi nolumus: quam uel in eo pares esse possimus, nec sic quidem liberi sumus à pœna: nam qui summa pace perfruuntur, eos multo maiora, & illustriora trophea statue oportet, quæ qui grauius bello præmuntur. Quod si in pecuniæ delictarum, uxorum, negociorum denique cura, & cogitatione uersari uolumus, quæ erimus uiri, quando spiritu uiuemus? Quando quæ domini sunt, nobis curæ fuerint? An cum hinc migrauerimus? At non erit præterea laborum, aut certaminum, sed præmiorum, & pœnarum dies? Tunc ne uirgini quidem, quæ in lapidibus oleum non habuerit, id ab aliis sumere licebit. Hactenus Chrysostomus. Quibus apertissime diffinit, cœlibatus, & uitæ uirginalis cultum, prioribus illis seculis non fuisse à sanctis illis uiris usurpatum, quod nondum Euangelicum tempus, quo solo tradenda erant perfecta uiuendi præcepta aduentasset, non ite quod illis Deus, de fidelis populo amplificando, præceptum tradidisset, quod tamen theologorum uulgo, uideo esse persuasum. Sed de hac re postea.

QVO PACTO AVGVSTINI LOCVS,
quo Ioan. uirginitatem Abrahamæ coniugio
æquiparat, sit accipiendus. Cap. 47.

NUNC ad locum Augustini peruenio, qui Abrahamæ coniugium Ioannis uirginitati, par esse docebat, in qua parte seipsum Augustinus satis uidetur explicasse: non. n. absolute ac simpliciter, sed pro temporum distributione utrumque, coniugium nimirum Abrahamæ, & Ioannis uirginitatem, Dei militasse inquit, ac si apertius diceret, utrumque quidem pro ratione sui temporis Deo placuisse: Immo ut Chrysostomus dicebat, perfectum fuisse. Verum non negat Augustinus absolute ac simpliciter loquendo Ioannis uirginitatem coniugio esse Abrahamæ fuisse perfectiorem, multoque per se loquendo, perfectiorē mercedem meruisse. Verum rursus Chrysostomus audiatur. Sed quænam est ista sapiens oratio multitudinis? Abrahamæ Patriarcha, inquit, uxorem habuit, & liberos, copias præterea greges & armenta, & tamen Ioannes tamen Baptista, tamen Euangelista uterque uirgo, Petrus præterea, & Paulus continentia laude florentes, ut in illius sinum ueriant, deprecantur. Quis uerò tibi id dixit uir optime? Num propheta? Num euangelista? Christus, inquit ipse. Nam cum in Centurio-

Lib. de cast.
ca. 82.

ne summam esse fidem uidisset, ait. Multi ueniunt ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. Lazarus etiam unam cum illo in delictarum abundantiam, à diuite uidetur. Sed quid id ad Paulum? Quid ad Petrum? Quid ad Ioannem? Nam neque Lazarus, neque Paulus, neque Ioannes, neque multi ab Orientis, & ab Occidentis solis partibus, cœtus erant Apostolorum, quæ obrem nobis ista superuacanea est, & inanis oratio. Quod si omnino scire uis, quæ sunt præmia Apostolorum, ex illo cognosce, qui ea daturus est. Amē dico uobis, quod uos qui secuti estis me, cum sederit filius hominis, in sede maiestatis suæ, sedebitis, & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Neque usquam hic Abraham, neque eius, neque filii filius: nusquam ibi sinus ubi illi recipiantur: sed multo maior honos eis habebitur, quippe qui sedentes de illorum posteritate iudicabunt. Nec uerò hoc solum inter hos constat esse discrimen, uerum quod Abraham adeptus est, id multi assequuntur: multi enim, inquit, ueniunt ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob: in sellis autem illis tantum sedebit sanctorum uirorum chorus, præterea nemo. Nunc igitur quæso est nunc ouilia armata, nuptias, liberosque; meministi? Quid ergo. i. quod multos uirginitatis cultores, tanto effuso sudore, precibus petere dicit, ut in eum locum perueniant? Ego uerò illud adiungam. Non paucos ex his, qui uirginitatem colerunt, neque sinum illum, neque multo minora assecuturos, sed in ipsam gehennam peruenturos esse, ac uirgines id ille ostendunt, à thalamo exclusæ: num igitur coniugium est propterea uirginitati, an hæc etiam illo deterior? Ipsam enim tuo exemplo inferiorem facis, nam si qui uxorem duxit, Abraham in quiete delictisque uersatur, uirgines cruciantur in gehenna, sequitur enim, ut id ex uestra ratione suspicemur, sed non ita est, non, inquam, est ita: non. n. solum non concedit uirginitas, sed est etiam coniugio longe præstantior: quoniam id modo? quod neque connubium, eum, qui fuit, reddidit Abraham, nec omnino miser illas perdidit castitas uirginalis. At Patriarchæ reliquæ uirtutes illustrarunt, istas uerò sempiternis flaminis cætera uitia tradiderunt. Illæ enim etiam in coniugio, dedit operam, ut exsequeretur officia castitatis, honestatem uidelicet, & assiduitatem: at istæ uirginitatem diligentes in hos uitæ fluctus, & connubii turbas inciderunt. Hucusque Chrysostomus, qui palam pronuntiat Abrahami connubium, longe ab illo præmio, quod uiri Apostolici susceperunt, distare, esse uirginitate ac continentia longè inferius: neque ad illam perfectionem quam habuit, eundem per coniugium prouectum, sed aliarum uirtutum ingenti cumulo: Immo docet (quod est attentius aduertendum) Abrahamæ gloriam, multis Euangelici status hominibus esse communem, quod Christus dixerit multos ab Oriente & Occidente uenturos, qui cum Abraham, Isaac, & Iacob, recumberent &c.

Luc. 8.

Leuit. 11.

Matth. 5.

Matth. 5.

Potest & alia ratione Augustini dictum interpretari, quod scilicet Abraham etsi actuali virginitate caruerit, & opere ipso, non tamen interiori desiderio destitutus fuerit, quod apud Deum tantum esse solet. Continentiam, inquit Augustinus, Ioannes in opere, Abraham in solo habitu habuit. Atque id Chrysostomus etiam in calce eius, quem nunc adduximus loci, innuere uidetur. Quid igitur prohibet, inquit turba, quominus nunc etiam in coniugio, in liberis, in pecunia, in aliis denique omnibus, honestas ista, & assiduitas seruari possit? Primum quod nemo hac ætate cum Abraham conferri potest, ne prope quidem ad eum accedere: ceterum magis ille pecuniam diuitiasque contempserit, quam qui inopiam profitentur. Cumque uxorem haberet, magis etiam quam qui uirginalem castitatem colunt, sibi in uoluptate temperauit. Isti enim quotidie flagrant, coniunctionis cupiditate, at ille libidinis ardorem usque adeo restinxit, usque adeo multa cupiditate irretitus est, ut non modo se à concubina abstinere, sed ut inde causam omnem pugne extirparet, domo ipsam eiiceret. At nunc id reperire, non facile est. Ita Chrysostomus. Non ergo connubium Abraham, Ioannis uirginitati Augustinus æquiparat, sed uotum uirginitatis, quod apud Deum, cum in eundi coniugii necessitas instat, ipsi uirginitatis operi cōfert. Videbat enim Abraham sanctum illud semen ex se nasciturum, atque se filiorum generationi dare operam, necessarium putabat, unde non opere, sed uoto tantummodo castitatem amplectebatur.

Potest & tertio Abraham coniugium Ioannis uirginitati æquiparari, non sui ratione, sed eò quod ex illo Christus nasciturus esset, magis enim Abraham suo coniugio mundo profuit, quam Ioannes sua uirginitate, cum ex illo salus mundo sit orta, sine hac Ioannes, suum ad quod præcipue destinatur munus obire potuerit, nisi scirem ab Augustino eodem scriptum, beatorem fuisse sacratissimam uirginem, dum Christum mente concepisset, quam dum corpore tantum. Scriptum est, inquit, in Euangelio, quod mater & fratres Christi, hoc est sanguinei carnis eius, cum illi nunciatum fuisset, & foris expectarent, quia non possent eum audire præ turba, ille respondit. Quæ est mater mea aut qui sunt fratri mei? Extendens manum super Discipulos suos ait. Hi sunt fratres mei, & quicumque fecerit uoluntatem patris mei, ipse mihi frater & mater, & soror est. Quid aliud nos docens, nisi carnali cognationi genus nostrum spirituale præponere. Nec inde beatos esse homines, si iustis sanctisque carnis propinquitatem iunguntur, sed si eorum doctrinæ ac moribus, obediendo, & imitando coherescunt. Beatior ergo Maria percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi; nam & dicenti cuidam, beatus uenter qui te portauit, ipse respondit. Immo beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt. Denique fratribus, i. secundum car-

nem cognatis, qui non in eum crediderunt, quid profuit illa cognatio? Sic & materna propinquitatis nihil Mariæ profuisset, nisi felicius Deum corde quam carne gestasset. Hæc Augustinus, multa que alia in eandem sententiâ, quibus spiritus propinquitatem Deo gratiorē, carnis propinquitatem docet. Quod si ita est, nihil sanctitatis, ex Christi carnali propinquitate, Abraham connubio accrescebat: ac proinde hac ratione, cum Ioannis uirginitate, per quæ essentiali ratione Christus mente concipitur, conferri non poterat. Sunt & quidam, qui à præcedentis sententiæ proposito deteriti, de uirginitatis & cœlibatus statu, non uno eodēque pacto, decernendum existimant. Nam cum in statu illo felici, quæ uocamus innocentiam, quod tunc carnalis coitus exuberanti delectatione fortasse careret, atque adeo spirituales mentis actiones non impediret, uirginitatem cum matrimonio conferendam non putarunt, immo neque eam uirtutē, tunc temporis conferent, quoniam tunc laudabile non esset, à femine consortio, sibi temperare: post naturam tamen per peccatum corruptionem, præsertim humano genere satis propagato, eandem uirginitatem nuptiis semper præferendam esse crediderunt: quoniam. scilicet ad Diuinarum rerum contemplationē, & alia opera spiritualia, coniugio longè sit aptior: Idque nonnullorum philosophorum, & sanctorum, tum eorum qui sub naturam, tum eorum qui sub Mosaico statu floruerunt, Abel, Isaia, Elisei, Hieremias &c. exemplo demonstrant.

Verum hi mihi, quanquam ueritati magis accedere uideantur, quam priores, non tamen omnino satisfaciunt. Enimvero siue sanctæ scripturæ loci, siue sanctorum patrum auctoritates, siue demum rationes, quas superius attulimus, non hoc, illo uero statu, aut tpe, sed absolute in omni rerum, & temporum conditione, uirginitatis aut cœlibatus uirtutes, bono cuiusque coniugali præstare conuincunt: cum hominē Deo nuncupent, & ad eius seruitutē solutionem efficiant. Mulier enim uero in nupta, & uirgo (non hoc aut illo seculo, sed in omni tempore) cogitat qui domini sunt. Sanctitas deinde corporis & spiritus, etiam illo innocentiam statu, perfectior est sanctitate, tantum corporis. *Ut sit, inquit, sancta corpore & spiritu.* Præterea si carnalis concubitus delectatio uehemens, qua nunc coniuges in mistione fruuntur, ut isti sentiunt (quod tamen mihi non admodum probatur, cum non omnis delectatio uirtuti sit contraria) matrimonium uirginitati æquiparari, non permittit, cur non eò etiam seculo, coniugii quoque laudem detereret? Non erat, aiunt, uehemens delectatio, at erat tanta quanta hominem, qui tunc quoque animal erat, ac proinde delectationis, & doloris consors, à contemplatione diuinarumque rerum fruitione auocaret. Nam licet originalis iustitia hominem intra rationis, & Diuinæ legis cancellos comprimeret, non tamen *in sensibilem* reddebat: & aliò qui stultum est putare, adeo eò statu homines à Diuina contemplatione

pendere,

pendere, ut animalibus passionibus, quæ extra peccatum sunt, destituerentur. Delectationem autem coniunctionis femineæ à peccato non esse, vel hinc patet, quod eam quoque in brutis animalibus, quæ nullum unquam admiserunt peccatum, vigere uideamus. Estque delectationis ille pruritus, genitalibus in maris & femine coniunctione, summa diuinæ prouidentiam sapientiam inditus, quoad sui generis propagationem, pellicerentur animantes, potissimumque homo, qui aliò qui re turpem & humana maiestate indignam, protinus, nisi amoris & delectationis illecebra inescaretur, horreret.

AUCTORIS SENTENTIA explicatur. Cap. 48.

ERGO, ut quod mihi in hac parte uideatur, iam dicam, uirginitatem & vitam cœlibem, propter Dei seruitutem, siue cum uoto, siue absque uoto assumptam, in quocumque rerum aut temporum statu, Innocentiæ scilicet, naturæ, Mosaico & Euangelico, quocumque matrimonio, quantumcumque sanctissimo, per se quidem loquendo, perfectiorem existimo, etsi per accidens aliquando possit esse imperfectior: quanquam mallem tum minus meritorium appellare. Et prioris quidem enuntiati probatio, non alia est, quam ea, qua in altera sententia confutanda, uisum sumus, quod scilicet uniuersæ rationes, quas ad uirginitatem vel cœlibis uitæ excellentiam comprobendam hoc libro formauimus, non de hoc aut illo statu, sed absolute de omni concludere uideantur: cuius rei examen lectori relinquo. Atque ita Sancti auctores, cum uirginitatis aut castitatis uirtutem, omni coniugio superiorem esse, docent, quod sit frequentissimè, sunt accipiendi. Nulla, inquit, Augustinus, carnis fecunditas, Sanctæ uirginitati, etiam carnis, comparari potest. Et inferius de eo coniugio, quod sibi, non carnis delectationem, ut nunc statu naturæ corruptæ, fieri solet, sed prolem tantum, quæ Deo mancipetur, præstituit, sermonem faciens. Neque illarum, inquit, fecunditas carnis, quæ hoc tempore nihil aliud in coniugio quam prolem requirunt, quam mancipent Christo, pro ammissa uirginitate, compensari posse, credenda est.

Secunda pars, vel ex eo aperta est, quod non modo ante generis humani propagationem, fieri possit, ut quis adeo, summis rationibus & uigente conscientia ad matrimonium adigatur, ut ab eo ad uirginitatem aut vitam cœlibem, resilire, sine graui scelere non possit. Atque ita de patrum, ex quibus Christus erat nasciturus, aut qui Dei populi exiguitatem contemplabantur coniugis cœsendum existimo. Erat quidem uirginitas ac cœlibatus matrimonio, præstantior, etiam eo seculo, per accidens uero, & uirgentis necessitatis ratione, matrimonium illo fortasse magis meritorium.

Ita etiam de naturæ integræ statu dicemus, tum quoque matrimonium, quantumcumque sanctum, per se quidem consideratum, longe à uirginitatis eiusdem status, si qua esset, perfectione distare: at tum quod eo felici seculo nulla essent, quibus homo à iugi diuinarum cura distringeretur, conjugalis uitæ impedimenta; tum quod status ille, nulli esset obnoxius, obtenta semel confirmatione, potestati peccandi: tum quod certus foret prædestinatorum numerus, ex diuersis coniugis oriundus: tum ob alias causas, idem matrimonium sancta uirginitate, fortasse superius, quod & dereliquis quoque Euangelicæ perfectionis cōsiliū est, omnino dicendum. Enimvero Euangelica paupertas, inimicorum beneficentia &c. per se, reliquos uirtutum, ad quos pertinet gradus, perfectione superant, at fieri potest, rerum ac temporum conditione, ita postulante, ut aliquando, si quis ea obire uellet, non modo sua perfectione destituantur, sed neque omnino uirtutis nomen obtineant.

Est itaque ut huic loco de uirginitatis ac cœlibatus excellentia finem imponamus, castitas siue uirginalis, siue cœlebs, non Euangelico tempore duntaxat, sed omni et seculo, quocumque coniugio, per se quidem, perfectior, tametsi ex accidenti aliquando accidat, eandem matrimonio concedere. Ratio autem originalis huius est, quod nullum sit humanum opus, ex his præsertim, quæ non sunt per se mala, qualia sunt adulterari, furari &c. quod Diuinæ obedientiam præceptum transmutare non possit, id est ex bono malum, aut ex magis perfecto ad minus perfectum reddere, nam cum ob id, quippiam bonum dicatur, quod sit Diuinæ uoluntati cōforme, & ob id magis perfectum, quod magis illi placeat; superest ut nulla sit tam solida uirtutis materia, quæ ex accidenti, & superueniente contrario præcepto, non conuertatur in uitium.

TERTIA CAUSA OB quam Ecclesia sacris ordinibus cœlibatum indixit. Cap. 49.

PROBAUIMUS hucusque, per multa huius libri capita, aduersus nostræ tempestatis hæreticos, & Catholicæ fidei desertores, uirginalem uitam ac cœlibem continentiam, ob Christi studium, assumptam, longe præstare Christiano matrimonio, atque eam unam ex his causis, quæ Ecclesiam ad Sacris hominibus indicendam continentiam & cœlibatum, impulerant, esse diximus. Nam cum summum illud uitæ genus, quod Christus & Apostoli, uita & prædicatione docuerunt, omnino interire, & ex Christianis moribus aboleri & expungi, iniquo animo, pateretur Ecclesia, illud perinde, summo alicui hominum ordini, qui officii etiam dignitate, Christum & eosdem Apostolicos uiros exprimeret, nulli eorum uim inferens (ut antea docuimus) indicere statuit. Nunc iam ad tertiam eius condi-

Domini. Sa
4. sent. 26.

lib. de sancta uirginitate
cap. 8.

1. Cor. 7.

cap. 9.

Supra.

Vide proto-
euangelium
Iacobi cum
de Iacobi.
et Ana, bea-
tissimorum
uig. parenti-
bus ait.

cōstitutionis causam, peruenio, quæ fuit profecto sanctorum, tum veteri, tum noui testamenti uirorum, exemplum, qui de eo uel in uerbi ministerio, uel in sacerdotali munere seruiuerunt: enim uero sanctissimi quique prophetæ, etiam cum tanta erat, celebrandi nuptias consuetudo, ut eisdem carere, immo prole destitui, à uulgaribus hominibus, inter Diuinas execrationes numeraretur, coniugio sese abdicarunt, quò liberius Diuini uerbi, ad quod Diuinitus destinabatur ministerium, obirent: sic Ieremias, sic Elias, sic Eliseus, sic Mosaicæ & Euangelicæ legis confinium Ioannes Baptista, sic reliqui sanctiores Prophetæ, ut plurimum nuptias, ut diligentius, id quod Diuinitus iniunctum fuerat, exequerentur, resellerunt: nam de Euangelicis, qui aliqua uitæ sanctitate habentur illustres, uel prædicatoribus uel pastoribus, non est opus referre, cum sit ex Ecclesiastica historia longè comperitissimum, uniuersos aut continentis fuisse, aut omnino à nuptiis perpetuo uoto uirginitatis restrictos, abhorruisse: ita certè Apostolici uiri (ut secundo lib. conuicimus & sequenti amplius comprobabimus) nusquam post appositam manum Euangelicæ uitæ, cum uxoribus, quas nonnulli antea duxerant, carnis delicias exercuisse, probantur, ita deinde omnes, quos uitæ perfectione, aut Christiana eruditione insignes, ad nostra usque tempora Ecclesia, procreauit cum magna ex parte cœlibes fuerint, omnes tamen susceptis sacris honoribus, ab uxorem usque sese continuisse, etsi hæretica libido & luxuria oblatrent, Ecclesiasticæ historiæ manifeste testantur. Vnde uerè Sixtus tertius, libro illo de castitate, de oibus in uniuersum pronuntiat, post Christum natum, omnes eius Discipulos, aut uirgines, aut continentis fuisse. In his sunt, post Apostolos Christi que Discipulos, Dionysius Areopagites, Ignatius, Policarpus, Dionysius Corinthius, & ne singulos dicamus, Basilus Nazianzenus, Nisenus, apud Latinos Ciprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, &c. quorum uitam, uel sola uitæ castimonia exprimere, pulchrum ducit Ecclesia.

Quanta uero perfectione distarent, etiam in ueteri testamento, hi qui aut uirginalem aut cœlibem castitatem coluerunt, à reliquis omnibus, quantumcunque sanctis uiris, præter Hieronymum, multi tum Græci, tum Latini annotarunt, sed Chrysostomum audiamus. Qua enim re differabant ab Angelis Elias, Eliseus, Ioannes, veri hi uirginitatis amatores? Nulla, nisi quòd mortali natura constabant, nam cœtera si quis diligenter inquirat, hi nihilominus affectu reperientur, quam beatæ illæ mentes: & id ipsum, quo inferiore conditione uidentur esse, in magna est eorum laude ponendum. Ut enim terrarum incolæ, & hi qui essent mortali natura, possent ad illam uirtutem, uel contentione peruenire, uide quanta eos fortitudine, quanta uitæ ratione præditos esse oporteat. Virginitatem fuisse, quæ tales eos reddide-

rit, ex eo perspicuum est: nã si uxores habuissent, & liberos, haud facillè adducti essent, ut in solitudine uiuerent, & suas familias contemnerent, & reliqua, quæ necessaria essent ad uitam, non compararent. Nunc uero his omnibus soluti uinculis, tanquam in cœlo, sic in terris, diuersantes, non parietibus, non tecto, non lecto, non mensa, non aliis eius generis rebus indigebant, quin illis cœlum erat pro tecto, solum pro strato, pro mensa solitudo, & quæ sterilitas solitudinis, aliis famis effectrix. uidetur, sanctis illis uiris suppeditabat omnium rerum copiam: nam ipsis neque uitibus erat opus, neque torculari, neque frugibus, neque messe, sed uberem & suauem potum, fontes fluminaque & stagna, præbebant. Instruxit autem Angelus humi mensam, admirabili quodam & incredibili apparatu, supraque hominum consuetudinem: vnus enim panis satis fuit, inquit, ad quadraginta dierum tollerandam inedia, alterum autem sæpius aluit spiritus Sancti gratia, admirabilia opera facientem: neque eum modo sed etiam per eum, alios.

Qui uero plusquam propheta fuit Ioannes, & quo non surrexit maior inter natos mulierum, humani cibi non indiguit: non enim pane, non uino, non oleo, sed uitam locustis & siluestri melle tollerabat. Vidisti in terris angelos, uidisti uirginitatis uim, homines carne & sanguine coagmentatos, & in terris uestigium facientes, & mortalis naturæ necessitati subiectos, ut illi corporis expertes, ut cœlum iam adepti, ut immortalitatem sint consecuti, ita te compara, ut ista omnia efficias: cuncta enim illis erant supernacanea, & non modò, quæ per se superuacanea sunt, ut delitiæ, opes, potentia, gloria, & reliqua, horum, corona somniorum, sed illa etiam quæ uidentur necessaria, & domus & oppida & artificia, hoc est honestum & assidue decorum esse. Hæc est uirginitatis uirtus. Admirabilis enim res est, & maximis digna præmiis: Tum in libidinis rabie uictoria, tum in futuræ naturæ continentia, sed ita admirabilis, si hæc ad uitæ rationem, nam ipsa per se imbecillis est, nec satis ad illos conferuandos, qui ea præditi sunt. Ac nobis eius rei testes esse possunt, qui uel hodie uirginitatem colunt, tantum enim absunt ab Elia, ab Eliseo, ab Ioanne, quam terra distat à cœlo: ut enim si honestam assiduitatem sustuleris, ipsos uirginitatis neruos excideris, ita si ipsam cum optima uitæ ratione, colueris castitatem, radices & fundamentum bonorum possederis. Quemadmodum enim stirpes, solum fertile & optimum, sic præclarum uiuendi institutum uirginitatis fructus alere solent, quin etiam radix & fructus uirginitatis ex uita, quæ cruci consentanea sit: hæc generosos illos uiros in admirabilem uitam deduxit, nam eos omnibus circumcisis uinculis uti liberis, leuibusque pedibus, tanquam aues ad cœlum uolarent, dimisit. Vbi enim neque uox ris famulatus, neque cura liberorum, ubi est sum-

ma

ma inopiæ facilitas. Nos uero non modo terroribus, curisque ac periculis, sed aliis omnibus difficultatibus liberatos, inopia proximè tollit ad cœlum, nam cui nihil est, tanquam si adsint omnia, si is cuncta despicit, magna que & in principes & potentes, & in eum, qui diademate ornatus sit, loquendi libertate utitur. Pecuniam uero qui spernit, is recta progrediens, mortem etiam facillè cõremnit, atque iis excelsior, nihil timens aut tremens, liberius loquitur apud omnes; qui uero pecuniæ operam dat, is non modo seruus est pecuniæ, sed opinionis, honoris huius uitæ; omniumque denique (ut uerbo complectar) mancipium est eorum, quæ ad uitam pertinent, quam obrem ipsam malorum omnium radicem Paulus appellauit: sed uirginitas potis est, & hanc radicem exurere, & egregiam alteram animis nostris inferere, quæ fructificetur, & bonorum omnium fructus edat, libertatem, licentiam, ardens cœlestium bonorum studium, terrenarum uero rerum omnium contemptionem, & ita honesta ac decora sit assiduitas. Hactenus Chrysostomus. Quo loco quantum sanctorum illorum uirorum uirginitati & cœlibatui tribuat, quantumque eosdem, reliquis uniuersis, qui uitæ coniugalis uinculis implicantur, præstare, iudicet, satis explicuit. Gregorius etiam Nisenus ostendens quam ratione affectu uacuitas, & animi tranquillitas, obtineri possit, neque aliam eius consequendæ uiam, quam uirginitatem inueniens Eliam, Ioannem &c. Cum summis laudibus nobis proponit, huius igitur, ait, mētis summæque cupiditatis adiutorium, ut in Diuinis literis appellari solet, homini uirginitatem tributam esse diximus. ut enim reliquorum studiorum artes quædam ad illorum, qui earum studio tenentur, perfectam disciplinam inuentæ sunt: sic uirginitatis studium mihi ars quædam, & facilitas diuiniore uitæ uidetur esse, quæ doceat, quemadmodum ii, qui his corporis uinculis astricti tenentur, earum rerum quæ corpore carent, naturæ similes efficiantur. Uita enim huius, omne studiū atque institutum illud est, ut ne uoluntatum impetu, animi deprimatur altitudo, ne uel nos, qui cœlestia contemplari, qui uel ad Diuina animo contueri debemus, ad corporis affectiones delapsi cadamus. Quo enim modo animus noster, qui inferiori huic carnis uoluptati mancipatus est, atque in humanorum affectuum appetitionem totus incubit, potest cognatum illud lumen, quod uel mente ipsa cernitur, uacuo & libero sensu aspicere, cum is praua quadam atque inerudita anticipatiōe, ad humiles has res & luculentas aciem intendat? Nã ut porcorum oculi natura, in terram conuersi, mirificarum rerum cœlestium aspectum non habet: sic animus, corporis luxu perditus. cum ad humilia & ad ea quæ sunt pecorum inclinatus sit, non cœlum amplius, neque reliquarum rerum conuenientiam & decorem cernere poterit.

Quare ut ad uoluntatem Diuinam illam quidē,

& beatam, animus noster quietus ac liber maximè respiciat, ad nullas omnino res caducas & terrenas se ipse conuertet, neque earum uoluptatū particeps fiet, quæ ad communis uitæ indulgentiam comparatæ sunt, sed omnem potius amoris uim à rebus corporeis ad eam traducet pulchritudinis contemplationem, quæ & corporis expertus est: & mente cernitur, atque ad hanc quidem animi affectionem studiumque, est corporis inuenta uirginitas, ut cum affectionum, quæ cum à natura tributæ uidentur, obliuionem animo maximè attulerit in pura diuinæ sempiternæque uoluptatis consuetudine uersetur: quam cor solum pura eius, qui nos regit, animi integritate adhibita capere solet. Beati enim mundo corde, inquit, quoniam ipsi Deum uidebunt. Ob eam causam, magnus in prophetis mihi uidetur Elias, & is qui postea in spiritu & uirtute Eliæ in uitam uenit: quo sanè in natis mulierum, nemo maior exortus est.

Quæ porro de his ipsis narratur historia, ei si quid aliud obscurè, illud tamen maximè iudicat, quòd uitæ rationem docet, ut qui scilicet contemplandis rebus, quæ minimè sub aspectum cadunt, se dedit, hic ab humanæ uitæ consuetudine alienus fiat, ne huiusmodi fraudibus, quæ sensibus concipiuntur, addictus, perturbatione atque mentis errore in illius iudicio afficiatur, quod reuera bonum est, hi ambo ab adolescentia sese statim ab humanæ uitæ societate remouerunt. Cum enim potioni atque cibi, qui cæteris ad uitæ sustentationem est datus despicienda, tum uita quam in solitudine egerunt, se quasi à naturæ alienarum institutum, ut uel aures obstruas, neque in sublimi loco positas haberent, oculorumque obtutu & gustatu simplici essent, & ad nullam rem parato, nimirum cū necessitatem uictus ex quibusuis rebus, quæ utriusque obuiam fierent, sane explerent. Quam obrem ab externis perturbationibus remoti, in summa uitæ tranquillitate atque ocio sese cõstituerunt, indeque ad tantam Diuinorum munerum altitudinem elati sunt, quãtam hæc de utroque commemorat oratio. Elias enim, quasi Dei munerum quæstor aliquis, cum ex potestate quadam cœli administrationem haberet, illius & peccatoribus obstruendi, & his qui penitentiam agendo, respicerent, aperiendi potestatem habuit. Ioannem uero tale aliquod miraculum fecisse, nihil Diuinis est literis proditum, at is qui res occultas perspicit testatum reliquit, maius illi munus esse tributum, quam cæteris omnibus prophetis. Hæc fortasse his duobus contigerunt, quoniam puram omnique materialis expertem affectionis suam in Deo cupiditatem posuerunt, neque liberorum amoribus, neque coniugum curis, neque cæteris ullis rebus humanis intenti, nec quotidiani quidem ac necessarii uictus curam ad se pertinere censuerunt, uestigiūque asperitate quadam graui meliores cum se ostendissent, à quibus, qui sibi occurrerent, res necessarias ex tempore petebant, unius enim quidem capris

lib. de uirg.
6. 79.

lib. de uirg.
6. 5.

prinīs pellibus, alter pillis camelorū amictus erat. Neque profecto, ut arbitror, ad eam magnitudinē peruenissent, si nuptia eos corporis oblectamentis delimitos molliuissent. Hactenus Nisenus. Et nequis dicat id quod hæretici nostri causari solent, sanctorum exempla potius esse admiranda quàm imitanda, statim adiungit. Hæc porro non sine causa, sed ut est apud Apostolum, ad nostram sanè doctrinam scripta sunt, nempe ut ad illorum vitæ institutum nos item vitam nostram dirigamus. Ergo quid ex his documentis percipimus? Id sanè, ut proposito sanctorum virorum exemplo, iis rebus quæ ad hanc vitam pertinent, animum ne adiciat, is qui se cum Deo iunctum esse studet. Fieri enim non potest, ut cuius animus multarū rerum curis distrahitur, is in Dei contemplationem cupiditatemque totius incumbat. Hucusque Gregorius. Quibus uerbis planè ostendit, sanctorum illorum virorum, ac reliquorum, qui ob Dei amorē coniugio renuntiarunt, exempla ad nos quoque pertinere: quod cum de Christianis uniuersis, nō possit intelligi (nō enim omnes possunt esse cœlibes) superest ut de se ac similibus, id est, de Sacerdotibus & reliquis sacris hominibus id intelligat: lo-

F I N I S L I B R I T E R T I I.

quitur autem de nuptialibus impedimētis, sed tanquam is, qui vitam conjugalem & uxoriatam summo opere cum vita Sacerdotali pugnare, vsu ipso atque experientia, deprehenderat. Nam Gregorium Nisenum, Basilii fratrem, nuptias aliquando coluisse, Nicephorus Calixtus est auctor, & ipse eodem libro de castitate, cap. 3. quo loco matrimonii molestias ac difficultates enumerat, apertè testatur.

Atque hæc de tertia hac & postrema inducti cœlibatus causa. Nam de munditia & corporis puritate, quæ omnium mortali consensu Sacerdotali muneri annexa est, de orandi, deinde ministerio, quod omninō à vita conjugali dissentit, multa primo libro tradidimus, quæ hic repetere, otiosum esset. Huc deinde pertinent, quæ libro quinto, cum eam quæstionem pertractabimus, an hoc tempore coniuges, retento vsu matrimonii, ad sacros ordines promoueri, deceat, adducemus, quæ omnia Ecclesiam veteresque patres, ad sacris ordinibus indicendum cœlibatum, permouerunt. Verum de initio progressu ac causis inducti cœlibatus, quos locos, hoc tertio libro, per tractandos suscepimus, iam satis diximus.

Ecclesi. lib. 11. c. 11.

MICHAELIS MEDINAE

ORDINIS MINORVM

REGVLARIS OBSERVANTIAE,

PROVINCIAE CASTELLAE.

DE SACRORVM HOMINVM
CONTINENTIA.

Liber IIII.

In hæreticorum controuersijs vndecim digestus.

QVOD nam Ecclesiastica continentia uel cœlibatus initium extiterit, quæ nam eius progressio ac finis, & quæ demum rationes, veteres Ecclesiasticos, patres, olim ad eum sacris hominibus indicendum, impulserint, superioribus libris satis explicasse me arbitror. Nunc orthodoxe lector, quibus argumentis hæretici, & eiusdem Sacrae continentia abiuratores, eam ab Ecclesiasticis moribus protrudere moliantur, iam accipe: parum etenim nobis, catholicorum dogmatum veritatem, uel scripturis, uel sanctorum patrum auctoritate, uel demum à natura legis Euangelicæ, ductis rationibus & argumentis, quibus tribus rebus, Christianus homo parere cogitur, asserere profuisset, nisi & aduersariorum tela recundamus, & eos, non tam suarum rationum vigore, quàm animi mollicie & corruptione, ac demum carnis studio, a catholicis moribus defecisse, perspicue prodamus, ac tandem eosdem, uel suis credulis plebibus prorsus Euangelicæ Doctrinæ spiritu destitutos, inuito etiam diabolo conuincamus. Cum autem illi, nunc in uniuersum cœlibatum, nunc in eum tantummodo, qui sacris hominibus proprius est, debachentur & insaniant; nos eum ordinem hoc libro tenebimus, ut prius, eas rationes et argumenta quæ uniuersum cœlibatum aggrediuntur, deinde eas, quæ sacrum tantummodo, id est sacris ordinibus annexum prosternere moliantur, Christo uirginitatis ac castitatis magistro auctore proteramus & comminuamus. Verum primum in sanctum cœlibatum, diaboli tormentum, iam accipe.

Controuersia prima in qua disputatur an cœlibatus naturæ legibus aduerferur.

VITAM CASTAM, ET COELIBEM HOMINIS CON-
stitutioni non esse contrariam. Cap. I.



REGO' primo uniuersam vitæ cœlibem, siue quæ uirginali, siue quæ Sacerdotali, siue quæ uiduali, siue quæ monachali instituto continentur, idèò putant è medio tollendam, quòd naturæ ipsi repugnare uideatur: atque id primo ex humani corporis constitutione persuadere moliantur: quod argumentandi genus olim Ioviniano familiare fuisse, Hieronymus memoriæ prodidit, Cur aiunt, creata sunt genitalia membra, ad generationis officium natura designata, si eis perpetuo interdicitur coniugium? Videntur illa in huiusmodi hominibus otiosa esse, & ne quicquam indulta, si nunquam eorum sit futurus usus: at natura nihil ociosum & frustra fecit: repugnat ergò perpetuus cœlibatus, qualis est sacerdotum ac monachorum, naturæ constitutioni. Atque hanc rationem Erasmus Roterdamus, in detestabili illo libello, quod nostris hæreticis impugnandi cœlibatuum, occasionem omnè nostra memoria, tribuisse, uidetur, iam dudum

lib. 1. in Iovinianum.

irrisam restituit, & perniciosæ eloquentiæ coloribus & pigmentis, in multorum imbecillium exitium, ut plerunque solet, succauit.

Sed in hac parte, satis nobis erit Hieronymi responsio, neque enim uel nos meliora asserere poterimus, neque aduersarii siue noui, siue veteres, hucusque eius responsioni uirtutem attriuerunt. Periclitamur, inquit Hieronymus, responsionis uerecundia, & quasi inter duos scopulos, & quasdam necessitatis, & pudicitiaε συμπίλησας, hinc atque inde pudoris uel causæ naufragium sustinemus, si ad proposita respondeamus, pudore suffundimur, si pudor imperauerit silētium, quasi de loco uidebimur, cedere, & aduersario ferendi occasionem dare. Melius est tamen, clausis quod dicitur oculis, Andabatarum more pugnare, quàm directa spicula clipeo non repellere ueritatis. Poteram quidem dicere, Quomodo posterior pars corporis & meatus, per quem alui stercorea egeruntur, relegatus est ab oculis, & quasi post tergum positus, ita & hæc quæ sub uentre est, ad dirigendos humores

res

res & potus, quibus vene corporis irrigatur, à Deo cōditus est, sed quoniam ipsa organa, genitalium fabrica, & nostra feminarumq; discretio, & receptacula vuluæ, ad suscipiendos, & colēdos fœtus cōdita, sexus differentiam prædicant, hoc breuiter respondebo. Nunquam ergo cessemus à libidine, ne frustra huiuscemodi membra portemus? Cur enim maritus se abstineat ab vxore? Cur casta vidua perseueret, si ad hoc tantum nati sumus vt pecudum more viuamus? aut quid mihi nocebit, si cum vxore mea alius cōcubuerit? quod enim dentium est mandere, est tamen alium ea quæ sunt mansa transmittere, & non habet crimen, qui coniugi meæ panem dederit, ita si genitalium hoc est officium vt semper fruatur natura sua, meam lascitudinem alterius virtute superent, & vxoris (ut ita dixerim) ardentissimam gulam fortuita libido restringat. Hactenus Hieronymus.

Quæ responsio etsi hæretico, immò verò Epicurítico cauillo abundè satisfaciatur, nihilominus tamen, illud etiam adiciere, non erit ociosum, cœlibibus, genitalia membra non modò ad corporis purgationem, vt inquit Hieronymus, sed ad virtutis exercitium & meritum deseruire. Nam quid obsecro egregii operis impenderet ille Deo, vt quidam nostri temporis Theologus sapienter annotauit, qui continentiam seruaret illegitam, quoniam ex eis & euiratis prolabi in incontinentiam non posset? Spontaneum à robis, non item violentum aut necessarium obsequiū exigit Deus, & quod ex ipsa voluntatis nostræ libertate progreditur. Vnde in viri iusti laudem dicitur, qui potuit transgredi & non est transgressus, facere mala & non fecit. Sunt itaq; genitalia membra in viris aut fœminis, castimoniam deuotis, materia virtutis exercendæ, castitatisque comparandæ, & demum coronæ cœlestis assequendæ, quando assidua victoria, eorum bestiales insultus reprimuntur, & perinde castitatis augetur meritum, & accrescit in cœlo percipiendum præmium, meritoque Ecclesia illorum stultorum hominum, qui ob seruandam castitatem, seipfos excidebant, (Valesios vocat Augustinus) atrocem insaniam condēnauit, eorumque continentiam & cœlibatum contempsit, quod nimirum non à voluntate, quæ sola in humanis actiōibus coronari potest, sed à necessitate descendere.

COELIBATVM NON ESSE naturæ legibus aduersum, quod insultu naturæ patiat. Cap. 2.

EX eodem fonte naturæ, ita quoque quarunt, Cur à conditore sapientissimo ita fabricati sumus, ut nostrum mutuo, maris ac fœminæ, patiamur ardorem, & gestiamus in naturalem copulam. Naturæ lex est (inquit Erasmus in Encomio matrimonii) nō in tabulis cereis exarata, sed animis nostris penitus insita, cui qui non

paret, nec homo quidem existimandus, nec dum bonus ciuis: turpissimum autem videtur, muta pecora naturæ parere legibus, homines gygantum more, naturæ bellum indicere. Apparet igitur, qui coniugii amore non tangitur, eum non hominem, sed Saxum videri, hostem naturæ, numini rebellem suapte natura sibi perniciem accerere. Hæc Erasmus. Et rursus. Si merito velut adagionis vice vbique decantatum est, neque Deum, neque naturam quicquam frustra facere, cur hæc membra tribuit? Cur hos stimulos, hæc gignendi vim addidit, si cœlibatus candidatur? Et rursus. Neque audio, qui mihi dicat, scēdam illam pruriginem & veneris stimulos, non à natura sed à peccato profectam.

Quid tam dissimile veri? Quasi verò matrimonium, cuius munus sine his stimulis peragi nequit, non culpam præcesserit. Iam in cœteris animantibus, vnde hi stimuli? an à natura, an à peccato? Mirum ni à natura. Postremo nos imaginatione scēdam reddidimus, quod suapte natura, pulchrum & sanctum est: aliò qui si res non opinione vulgi, sed ipsa natura velimus expendere: qui minus scēdum est brutorum animantium more, edere, bibere, concoquere, excernere, dormire: quam licita permissaque venere uti? Hactenus Erasmus: Cuius verba quantam pietatem spirent, immò verò (vt apertius) quod verum est dicam, quantum hæreticorum vel veterum, vel recentiorum, immò & Ethnicorum Philosophorum, quorum ingens numerus, ob sapientiæ studium nuptias & omnem genus libidinis auersatus est, impietatem transcendunt, vel hi, qui eius scripta admirantur, iudicare poterunt. Neque verò quicquam prodest causari, se hunc libellum, iuuenili ætate scripsisse, cū etiam ex hac friuola excusatione sequatur, quanta iuuenis esset pietate, præter hoc quod non oportebat senem, catholicum præsertim, immò neque Christianum, huiusmodi perniciosos libellos, quantumcunque iuuenili ætate æditos, in senili ætate, in infirmorum certissimum scandalum & perniciem, mundo publicare. Enimvero inconsultam adolescentiam ferior ætas, in viuis vel parum grauibus, solet corrigere, maturiorque consilio illius erroris, emendare atque retractare.

Sic Franciscus Petrarcha, primo suorum Italicorum carminum epigramate (Soneta vocant) amatoria quæcunque, dum iuuenis esset, scripserat iuuenilem uocat errorem, sic Aeneas Siluius, Pii postea secundi nomine, Romanus Pontifex, cū in adolescentia, Federici Imperatoris aulicus, quorundam amantium historiam lasciuæ descripsisset, iam ætate grauis, ductus pœnitentia, per Epistolam recantauit, ut ab peccatoribus infirmis amoueret scandalum. De amore, inquit, quæ olim scripsimus, contemnite o mortales atque respuite: sequimini quæ nunc dicimus, & seni magis quam iuueni credite. Nec priuatum hominem pluris facit quam Pontificem. Aeneam reiciite,

reiciite, Pium sequimini. Illud gentile nomen, parentes indidere nascenti, hoc Christianum, in Apostolatu suscepimus. At Erasmus non erat Pontifex. Esto sed erat Christianus, erat Sacerdos, erat senex, erat vulgi opinione illustris, & fortassè theologus: sed erat libellus ille declamatio quædam, in qua plerunque ficta argumenta, ad maiores ingenii vires ostendendas assummi solent. Esto; sed alia erant declamandi argumenta, quibus Erasmus maiorem pietatem potuisset ostendere: & aliò qui, cur non castitatis laudes potius texuisset, & quantum in dicendo uoleret, ostendisset? Quin si recte declamationis natura expédatur, id quod in eundem Erasmus Clitovæus, vir & eruditione & pietate insignis, annotauit, comperiemus, rei, quæ in eo opusculo differitur, eiusdem libelli titulum dissonare, immò repugnare. Declamationis enim uerò themata ut etiam ipse Erasmus docet, non vera sed ficta esse debent, & quæ in genere iudiciali, in vtranque partem probabilitatem habeant, propter annexam ambiguitatem, qualia sunt multa in humanis negociis, quæ ad forensem strepitum pertinent. Quorum exempla Quintilianus & Seneca nobis proponunt.

At nunquid Christiano ac Catholico viro, qualem se videri desiderat Erasmus, fictum est thema, & coram prætoriali agendum tribunali, sit ne cœlibatus, coniugio præferendus vnum ancipitem habet decisionem, ut merito suspensus esse debeat auditoris animus, cum tot sacrorum conciliorum veterumque patrum diffinitiones præcesserint.

Sed quoniam friuolas ac planè graui homine indignas Erasmi excusatiunculas, Clitovæus & alii Catholici viri, digno verborum pondere colliferunt, nos iam ad obiectionem respondemus; eam non aliorum tendere, quam ut canum aut porcorum more, quoties carnali æstro libidinis corripimur, in quascunque obuias fœminas irruamus. Nam si ut Iouinianus dicebat, ex mutuo libidinis ardore sit res metienda; cur non licita erunt quoque adulteria, stupra, ac reliqui omnes vagi & alieni concubitus, cū sit possibile non tantum vxoris, sed aliarum fœminarum quoque desiderio torqueri? Deinde si ut Erasmus docet, in hac parte à mutis pecoribus, quæ naturæ legibus parent, accusamur, cur non Platonis de vxorum communionem sententiã in Christianam rempublicam accersimus? Enimvero pecora non singulari coitu libidini satisfaciunt, sed in omnes fœminas sui generis impetu feruntur. Cur non idem quoque, secundum Erasmi Philosophiam, hominibus licebit? stulti erunt deinde Philosophi, qui in rebus venereis ad temperantiam hominis cohortentur, immò temperantia, quæ earundem rerum venerearum impetus cohibet, non erit virtus, sed vitium natu-

ra aduersum, quod scilicet naturæ desideria cohibeat. Et ut Erasmo demus, cum carnis irpetum, quo ad opus generationis rapimur, quæ admodum & in reliquis animantibus, à natura, non item à peccato deriuari, quoniam homo antea quoque quam peccaret fuit animal, atque adeò sui ipsius simile producendi uirtutem, cū desiderio ac delectatione coniunctam habuit, non tamen ignorabat Erasmus impetum eundem carnis post peccatum admissum, freno rationis solutum, ad tentationem pertinere, immò uerò etiam per baptismi Sacramentum deleta originali culpa, ad virtutis exercitium & meritum in nobis relictum. Non ergo negamus homini, si naturam eius, id est primam illam, quam non Aristoteles sed sacra oracula tradiderit, institutionem respicias, affuturos affectus quosdam, quibus ad similes generationem polliceretur, hoc enim non fuisse hominis sed Saxi.

Sed neque negamus tunc temporis delectationem, eidem actioni, naturalem affuturam, hoc tantum credimus, quod vniuersi Christiani siue veteres, siue recentes, auctores tradiderunt, per absentiam originalis iustitiæ, siue impetum illum carnis, siue delectationis desiderium, freno rationis fuisse solutum, & non modo in licita & honesta, sed illicita quoque & inhonestâ contendere, & rationi contra niti.

Atque idem in reliquis vniuersis humanis affectibus cernere licet, habent illi à natura quidem & prima illa creatione principium, ordinem, ab originali iustitia possidebant, de ordinationem autem à peccato tanquam à remouente prohibens & impedimentum, nunc fortuntur. Non ergo sunt homini naturales (ut Erasmus existimat) carnis affectus, sed contra naturam, unde illis contra nitendum, non modo auctores Christiani sed prophani quoque tradiderunt, & in hoc cardine totam morum Philosophiam conuerti, non ignorat Erasmus. Sed vir piissimus & maximus theologus, fortassè inter brutorum & hominis naturam, aut creationem, nihil differre putabat, quo uno optimè sese de humano genere meritum prodit, qui nos cum bouibus, ouibus, capris ac reliquis pecoribus, immò cum iumentis, equis & mulis, quibus non est intellectus in viuendo componat. Nos certè Christianè Philosophiæ documentis imbuti, inter homines & bruta hoc discriminis aduertimus, quod illi tum iustitiæ, tum ceterarum virtutum, sint capaces, his contra, nihil uel cū iustitia vel cū virtute sit commune; deinde quod illi naturalem illam, quam in prima constitutione acceperunt exclusa semel per peccatum originali iustitia, perdidit, hæc contra, in ea qua semel fuerunt condita, perfectione constiterint. Ergo hominis, siue ad generandum sibi simile, conferuandumque speciem, siue ad quamcunque aliam

S actionem

10d. Clit. li. de Sacer.

Aug. lib. de hare. c. 37.

actionem affectus, non semper, sed tunc tantum, cum iustitiae virtutisque leges permiserint, studiosi erunt, cum brutis contra, quae nullius virtutis sunt capaces, quaecunque in desiderium venerint, omnino sint licita, nullum enim illis affectus cohibendi incumbit studium, cum contra nobis, eosdem ad virtutis mediocritatem reflectere, natura praecipiat: deinde, ergo hi carnis insultus & impetus, quos nunc experimur, non a natura nostra (naturam nostram appello, quemadmodum in reliquis omnibus, primam institutionem) sed a naturae vicio, atque corruptione proficiunt, cum contra in brutis, quae nihil suae naturae peruerterunt, iidem affectus & impetus sint naturales.

Ex primo profecto sequitur, in generationis opere exequendo, inter homines & bruta magnum esse discrimen, nam bruta quod nullo virtutis aut iustitiae termino claudantur, impetum illum naturae, non modo in quascunque sui generis foeminas armare possunt, quod in homine, qui suam tantum cognoscere praecipitur esset iustitiae adversum, sed etiam quocunque tempore, quocunque loco, quacunque ex causa, eidem operi vacare licet, quod in homine, esset temperantiae virtuti omnino contrarium.

Ex secundo etiam colligitur, brutorum in venere reliquisque delectationibus appetendis naturam, quod a sua perfectione & constitutione non ceciderit, semper esse rectam, ne vnumquam peccare, in homine contra, quod a sua prima conditione desciverit, semper esse suspectam, & in peccata proclivem: quod profecto Aristoteles aliò qui homo Ethnicus, & a sacrae Philosophiae misterio prorsus alienus, dum regulas recte vivendi praescriberet, deprehendisse videmus.

Oportet, inquit, cum mediū quis assequi vult, ante omnia longius abire a magis contrario, ut Calypso, dicebat, Exira finem & fluctum navem adige. Nam extremorum alterum magis, alterum minus peccat. Cum itaque medium assequi summe difficile sit, quod secundo loco est, minima malorum capienda sunt. Hoc autem sit maxime per hunc modum, quem diximus. Considerandum est enim, ad quem nos proniores sumus, nam alii, ad alia natura feruntur. Id intelligere ex voluptate & molestia, quae nobis provenit, in contrarium enim nos ipsos retrahere ac reniti debemus: longe enim a delinquendo secedentes medium inueniemus, instar eorum qui flexa ligna rectificant, in omnibus maxime cauendum est a voluptate, non enim incorrupti de illa iudicamus. Quod igitur Seniores populi passi sunt erga Helenam, hoc pati nos convenit, erga voluptatem, & illorum per omnia dicere vocem. Nam sic illam transmittentes magis curabimus. Haecenus Aristoteles: in quem locum Auerroes.

Cum inuentio medii, secundum virtutem, gra-

uis sit & difficilis, oportet ut inquiramus coordinationem propinquam medio, quando non possumus habere, & est ut sit hoc, quod operamur de medio, minus quod possibile est, & per quod maxime idonei erimus, ad hoc faciendum isto modo ut consideremus mala, ad quae nos sumus proniores naturaliter. Et quidam homines ad quaedam mala magis proni sunt naturaliter. Illud autem per quod scimus rem, ad quam sumus proniores, est delectatio, & tristitia contingentes nobis, in illa re, intendo, quod in malo, ad quod sumus proniores magis delectamur, & in eo a quo sumus remotiores magis tristamur. Quando igitur per ceperimus; secundum hanc viam oportet, ut retrahamus nos ab ipso, ad oppositam partem: quanto enim magis nos elongauerimus a peccato voluntarie, tanto appropinquabimus ad medium naturaliter, dimittendo animas nostras naturae propriae, ad similitudinem eius, quod accidit eis, qui dirigunt trabes curvas, detorquent enim eas ad partem contrariam, ultra rectitudinem tandem quae cum dimissa fuerint, ad rectitudinem conuertuntur. Haec Auerroes.

Tantum igitur abest, ut carnis impetus sequi debeamus, ut prophani quoque; morum magistri, sola duce natura, in contrariam partem, quae homini secundum naturam est, sit perueniendum, anniti praecipiant. Atque hic locus Aristotelis tatus profecto est, ad naturae corruptionem suadendum, ut nihil eo expressius, desiderari ab homine Christiano potuisset. Nam quam obrem obsecro in contrarium nostrarum appetitionum debeamus anniti, si natura nostra a sua perfectione non cecidit? Enimvero in reliquis creaturis, siue anima praeditis, siue ea destitutis, naturales impetus nunquam damnantur, cur ergo in homine, si nihil deest humanae perfectioni, damnentur? aut cur potius in homine omnium animalium nobilissimo, quam in reliquis omnibus, natura delinquet? Certè quia humana natura sua prisca illa perfectione, id est, iustitiae originalis retinaculo destituta, temerario impetu fertur in omnia, contra reliquarum rerum aut animalium naturam, nullo pacto uiciata a suae institutionis rectissimo tramite, nunquam diuariat. Hinc est igitur, quod semper, ut docet Aristoteles, cum in peiorem partem declinet, semper sit illi in contrarium obtinendum, quod virtutis medium obtineatur, cum contra, ut reliquorum animalium impetitus & appetitus ad finem suum ordinentur, reniti non oporteat. Verum quod affectus & passionum impetus, quos rationis vinculo solutos post peccatum sentimus, a natura illa nostra, in qua conditi sumus non prodeant, Gregorii Niseni verbis, melius explicabimus. Homo, inquit, qui rationis particeps, mentisque compos animalis est, & diuinæ incorruptaeque naturae opus, atque simulachrum effectum; in mundi enim constitutione,

stitutione, de eo his verbis scriptum est: Ad imaginem Dei fecit eum, hoc inquam, animal homo, principio non illud sibi natura ingenitum habuit, ut affectibus esset mortique expositus.

Neque enim fieri poterat, ut similitudinis conseruata esset ratio, si contra se id haberet, quod ad exemplaris imaginem, similitudinemque expressum est: sed post propriam hominis fabricationem, affectionum vis in eum introducta est; introducta est autem hoc modo.

Imago erat homo similitudoque; (ut dictum est) eius potestatis, cuius imperio quaecunque sunt omnia tenentur ac reguntur, idque propterea in hominis libero consilio voluntateque positum fuit, se illius similitudinem tenere, cuius potestate res uniuersae complectuntur: neque vlla sanè rerum externarum necessitate, seruus effectus est, sed ipse sententia ad id quod sibi visum est, sese affecit.

Cumque ex potestate id elegisset quod sibi placuerat, calamitatem hanc quam hominum genus, iam oppressum tenetur, sponte ipse, fraude circumuentus contraxit: & ita omnis mali auctor fuit. Mortem enim Deus non effecit, sed mali conditor quodam modo, fabricatorque homo exitit: quemadmodum enim solis lux communis proposita est omnibus, qui cernendi vim habent, potest enim quis si voluerit, clausis oculis efficere, ne lucem illam excipiat, non quia sol alio migrat atque ex eo tenebras effundat, sed quia homo ipsis clausis palpebris, oculum a radiis sepe rixit: nam cum videndi vis, apertis oculis suo munere fungi non possit, necesse est omnis haec aspectus cessatio tenebras efficiat, quas homo sibi sponte, ex eo effundit, quia videre recusat: aut veluti si quis domum sibi aedificat, nullumque luci aditum patefacit, ad ea, quae domi sunt, si certè cum aggrediendi viam radiis sponte obstruxerit, in tenebris ipse vitam deget.

Pari ratione primus terrae homo, vel potius is, qui malum homini peperit, vnum quidem natura honestum & bonum vndique sibi propositum in potestate habuit: per se tamen vitio est ea molitus, quae contra naturam sunt: cum mali uicii que usum repudiata uirtute, suo ipse consilio introduxerit; malum enim extra consilii deliberationem positum est, si quae eius status consideratur in earum, quae sunt rerum natura, nullum est.

Nam Dei opus omne bonum, neque detestandum, cunctaue quae Deus effecit sunt admodum bona, sed posteaquam eo quem diximus modo, in uitam hominum, non sine maxima pernicie, irrepsit peccandi consuetudo, atque ex parua causa, quae in infinita hominum mala latius manauit, Diuina illa animi pulchritudo, quae ad exemplaris imitationem fuerat expressa, quasi ferrum rubigine uicii, est consumpta: non tantum quidem quanta certè sibi ex natura inerat, conseruauit imaginis gratiam, sed ad peccandi turpitudinem sese tota conuertit, unde magnum hoc & nobi-

le animal homo, quasi a pictura nomen sumpserit, & dignitate sua cecidit: Id quod accidere solet iis, qui elapsu aliquo erepti, sordibus ac luto aspectum cum immutauerint, sunt uel familiarissimis incogniti; ita qui peccat & labitur, incorrupti Dei imaginem, peccati sordibus perdidit: mutatoque habitu, corruptam quandam, peccati-que labe inquinatam imaginem induit, quam ratio deponere suadet ei, qui in corrupta uitae disciplina, se quasi aqua quadam abluerit, ut hoc sanè terreno abiecto integumento, animi appareat pulchritudo.

Aliena uerò abiicere, in eo est, ut sua quisque uestimenta induat, atque ad naturam redeat, quod profecto assequi, non aliter licet, nisi talis rursus is fiat, qualis a principio affectus est: non enim nostrum est, neque facultatis hominum officium, ut Diuinitatis similes fiant, sed hoc sanè contingit maximo munere Dei, quia primò statim ortu, nobis sui est similitudinem largitus.

At hominum studii tantum illud sanè est, ut quas sibi sordes postea ex peccato, ipsi contraxerant, eas omnino eluant, pulchritudinemque illam illustrem; quae in animo occulta est.

Eiusmodi autem praecipuum, in Euangelio Dominum docere, arbitror; cum loquitur ad eos, qui sapientiam, in misterio loquentem, audire possunt, Regnum Dei, inquit, intra uos est.

Demonstratur enim (opinor) ratio, ex eo quod Diuinum bonum, non nostra natura diffinitum est, non procul tamen ullo modo, qui illud indagare constituunt, ipsi sanè ab eo remoti sunt: at in singulis illud est, incognitum tamen atque obscurum. Cum enim & curis & voluptatibus compressum est, rursus porrò tunc inuenitur, cum mentem animamque nostram, ad illud conuertemus: sin autem ex aliis quoque, hoc quod dicimus, confirmatum iri, oportet, breuiter ammissae dragmae indagatione, hoc ipsum nobis Dominum praecipere, censeo, quasi ex caeteris uirtutibus, quas dragmas ille uocauit, etiam si omnes adsint, illa tamen una remota sit, ab animo uiduo, nulla existat utilitas.

Propterea, primo quidem lucernam accendi, iubet, rationem enim fortasse significat, quae res occultas atque obscuras illustrat: deinde suae quaeque domi, nempe in seipso, ammissam dragmam exquirere uult: hac sanè dragmae indagatione, summi regis imaginem tacite intelligi, oportet, quae non planè ammissa, sed sub fimo occulta est: fimum uerò, ut arbitror, carnis est interpretanda immundities, cuius sordibus purgatis, atque ablutis, perspicuum id fit, quod quaeritur: quo inuento, par est, & ipsum qui inuenit, animum gaudere, atque ad ipsius gaudii societatem uicinas asciscere. Omnes enim, reuera, contubernales animae, potestates, quas nunc vicinas appellauit, cum ipsa magni regis patefacta imago refulsit, quam initio nostra dragma, is significauit, qui se-

paratim nostra corda effecerat: tunc incredibilem rei inuentam pulcritudinem illam attente aspicientes, ad Diuinum illud gaudium letitiamque conuertuntur. Cōgratulamini, inquit, mihi qui a inueni dragmā, quā perdideram, vicinam enim, hoc est, con tubernales animam potestates, qui, Diuina dragma inuenta, gaudent, hæc merito esse putantur, ratio scilicet, appetitio, doloris ireque; affectiones, atque relique, quæ in animo spectantur, facultates, quas quidem uniuersas, æquum est, in Domino tunc gaudere, cum & ad honestum & ad bonum, omnes contuentur: neque peccati amplius circumseptæ armis, cuncta efficiunt, quæ ad Dei gloriam maxime spectant. Quamobrem, si ratio hæc est, inueniendi id, quod queritur, aut si diuinæ imaginis, quæ iam carnis fordibus obsoleuit, in integrum restitutio hæc est: nos illud sanè efficiamur, quod principio is fuerat, qui primū fabricatus est homo, quid igitur illud erat? Nudus quidem is, non mortuis pellibus amictus, libere autem Dei faciem cernens neque ex gustatu suauitatem sentiens, sed Domino solum delectatus, adiutorioque, quod ad hoc, ut Diuinæ ostendunt litere, datum ei erat, simul vtens: non enim prius Euam cognouit, quam à paradiso expulsus est: illaque, dolorum partus supplicio, damnata est, ob peccatum, quod dolo circumuenta, admisserat. Ergo, qua sanè via, è paradiso primi nostri parentis causa, nos eieci sumus, eadem profecto nobis licet, si rursus incursumus, ad pristinam beatitudinem redire. Quæ igitur uia est? Voluptas tunc quidem fraude doloque inducta, à peccato, lapsus uè initium habuit, deinde pudor & metus voluptatis affectum consecuti sunt, ut non auderent porro in conspectu amplius illius esse, qui eos procreauit, sed foliis umbrisque se oculerent, ac mortuis deinde pellibus se contegerent. Hæc illic Nifenus pluraque; alia, quibus docet, humanos affectus, & passiones, quæ nunc post peccatum in homine seuiunt, non ad priscam illam hominis institutionem, sed ad corruptam uiciatamque concernere naturam. Et aliò qui, qua fronte quis negare audeat, irracionales carnis affectus & impetus in homine, à uiciata natura descendere, qui eos cum reliquorum animalium, ueneris appetitu componat? Certè in uniuersis brutis, non semper sed statutis, decretisque temporibus, ad fecunditatem à natura constitutis, libido efferuescit, cum homo contra, perpetua atque iugi ueneris ex satiantis libidine estu, & nulli tempori parcens. Sed ad demonstrandum Erasmo, naturæ nostræ corruptæ impetus, non fore sequendos, id fortasse satis erit, quod morum philosophia, ut antea inuimus, in comprimendis humanis effectibus, tota uersetur, non enim qui cuiunque carnis desiderio, brutorum more, satisfacit, temperans est, sed qui eiusdem carnis passionibus contranitens, in medio consistit. Quod autem adiungit Erasmus, nos imaginatione fœdum reddidisse, quod natura pulcrum & sanctum

est, christianas, immò & Ethnicorum hominum mediocriter institutorum, aures offendit. Quis enim hunc hominem non potius Pyrronicum philosophum quam christianum credat? immò uerò quis caninus diogenes tam turpis, qui carnis pruriginis & membrorum genitalium trutignes pulcras existimet? Nam cur obsecro impuras illas carnis motiones atque titillationes, naturali ingenitoque pudore erubescimus, si suapte natura casti sunt & honestæ? Cur item ea membra, in quibus potissimum scitiuntur, hæc libidinum incendia, genuina quadam, & ingenua uerecundia studiose obtegimus, & submouemus ab hominum obtutibus? Nam quod hic pudor à natura profisciscatur, cicero lib. primo officiorum, testatur Sceniorum, inquit, mos tantam habet veteris disciplinae uerecundiam, ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo. Verentur enim, ne si quo casu euenerit, ut corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur, non decore. Et subinde, retinenda est igitur generis huius uerecundia, præsertim natura ipsa magistra & duce. Et demum omnis quantumcunque barbaræ & efferæ nationis, apud Ethnicos etiam, uerè fidei expertes, hic pudor honestus & probus semper habitus est, ut membra illa, Summa cura & opera, contegerentur. Quem profecto uniuersalem omnium mortalium effectum, non sola imaginatione, sed natura ipsa non potest dubitari atque id primi illi humani generis parentes, statim post peccatum in seipsis fenserunt. Cumque cognouissent, inquit, se esse nudos, consuerunt sibi perizomata. Et rursus. Quis, inquit Dominus Adæ, indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediti? In quæ uerba Augustinus, confusi, inquit, primi parentes in obedientiam carnis suæ, tanquam teste pœna inobedientia suæ, consuerunt folia fici, & fecerunt sibi campestria, latinum quidem uerbum est, sed ex eo dictum, quod iuuenes nudi exercebantur in campo: pudenda operiebant, unde qui ita succincti sunt, campestratos vulgus appellat: Quod itaque aduersus damnatam culpam inobedientia, uoluntatem libido inobedienter mouebat, uerecundia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gentes quoniam ab illa stirpe procreatae sunt, usque ad eò tenent insitum, pudenda uelare, ut quidam barbari illas corpori partes, neque in balneis nudas habeant, sed cum earum tegumentis lauanti. Per opacas quoque indiae solitudines: cum quidam nudi philosophentur, nudi gymnosophystæ nominantur: adhibent tamen genitalibus tegumenta, quibus pes cetera membrorum carerent. Hæc Augustinus.

Ex

EX COELIBATVNON
destrui humanorum genus, ut hæretici calumniantur.

Cap. 3.

Lib. aduer.
sus Iovinian.

TERTIO ex eodem loco naturæ ita in cœlibatū armantur apud Hieronymum aduersarii. Si omnes uirgines fuerint aut cœlibes, quomodo stabit humanum genus? Si omnes uiduæ fuerint, vel in matrimonio continentes, quomodo stirps mortalium propagabitur? Sed hæc ratio, ut sapienter Hieronymus demonstrat, non tantum uirginitatem & cœlibatū subuerteret, sed uniuersas etiam humanas artes & uiuendi genera. Hac ratione, ait, nihil omnino erit, ne aliud esse desistat. Verbi gratia.

Si cuncti Philosophi sint, agricolæ non erunt. Quid loquar de agricolis? Non oratores, non iuris consulti, non reliquarum artium præceptores. Si uniuersi principes, quis erit miles? Si omnes caput, cuius uocabuntur caput, si cœtera membra defuerint? Vereris ne si uirginitatem plures appetierint, cessent esse lupæ, cessent adulteræ, ne infantes in urbibus uillisque non vagiant.

Quotidie mechorum sanguis effunditur, adulteria damnantur: & inter ipsas leges & secures ac tribunalia flagrans libido dominatur. Noli metuere ne omnes uirgines fiant, difficilis res est uirginitas, & idèd rara quia difficilis: multi uocati pauci electi; cupere plurimorum est, perscuerare paucorum. Si omnes uirgines esse possent, nunquam Dominus diceret. Qui potest capere capiat, & Apostolus in suadendo trepidaret, De uirginibus præceptum Domini non habeo &c.

Hactenus Hieronymus. Chrysostomus etiam libro de uirginitate, explicans illa uerba, Bonum est homini mulierem non tangere, eidem rationi in hunc modum respondet.

Sed dixerit fortasse quispiam, si præstat mulierem non tangere, quid sunt introductæ nuptiæ? Aut si non ad coniugium & ad liberorum procreationem mulieres adhibeamus, quid præterea, in quo illæ nobis usui esse possunt? morte enim quotidie consumente atque cædente humanum genus, neque hoc permittente sermone, ut aliis cadentibus, alii exoriantur, quomodo prohibet quominus uniuersi homines intereant? si enim bonum id sequeremur omnes, neque mulierem attingeremus, perirent omnia, & urbes, & familiae, & agri, & artes, & animantes, & cuncta quæ ex terra oriuntur. Quare quemadmodum cum cecidit Imperator, omnes ordines in acie dissipari necesse est, sic homine, qui omnium in terris est Imperator, quia nuptias non colat, sublato, nihil præterea reliquum est, quod salutem suam ordinemque tueatur: atque hoc ipsum præclarum consilium repleuit orbem terrarum malis innumeralibus. Hucusque apud Chrysostomum in uir-

ginitatem aduersariorum obiectio. Quæ quoniam non modo hæreticos & Christianæ disciplinae aduersarios, sed & Catholicos, etiam quosdam auctores tunc habebat, quemadmodum & nunc quoque habet, ita ab eodem sancto uiro subinde diluitur. Equidem si hostium & infidelium tantummodo hæc esset oratio, parui eam estimassem; cum uerò qui in Ecclesiæ numero uidentur esse, eadem ista dicant atque imbecillitate consilii à uirginitate deficientes, eam, quod multi sudoris sit, improbent, & inanem esse ostendant, eo uidelicet consilio, ut suam tegant pigritiam, neque negligentia sed recto iudicio, certamen illud contempsisse uideantur: agè iam omnibus hostibus (nam animalis spiritus non percipit ea quæ sunt spiritus, stultitia enim est illi), eos qui nobiscum facere simulant, utrumque doceamus, & uirginitatem non modo, non superuacaneam sed ualde esse fructuosam, maximeque necessariam, & ipsos, quod uirginitati crimen afferunt, non imponere latoros, sed tantum eius rei pœnarum subituros, quantum is, qui uirginitatem coluerint & mercedis, & laudis tribuetur: ut enim uniuersus hic mundus factus est, & parata nobis omnia quæ ad quietem nostram usumque pertinerent; Deus hominem finxit, cuius etiam causa mundum fabricatus erat. Is igitur in Paradiso remansit, neque ulla nuptiarum mentio facta est. Opus ei fuit adiutrice, adhibita est, nec tunc quidem coniugium usum est necessarium, immò uerò nec apparebat quidem: quin etiam illi connubi expertes, in Paradiso tanquam in celo uitam degebant, & iocundissima Dei consuetudine fruebantur.

Nam & coniunctionis appetitio, & conceptio, & partuum dolores, & partus ipsi, interitus denique omne genus longe aberat ab eorum animis: & quemadmodum amnis liquidus, è puro fonte profluens, sic ipsi uitam agebant ibi, uirginali castitate decorati: & tunc erat in omnibus terris ab hominibus solitudo, quod nunc uerentur isti, qui de orbe terrarum laborant, ea enim est horum hominum ratio, aliena uti sedulo curent, suarum uerò rerum nec minimam cogitationem suscipiant: & cum de eo solliciti sint, ne commune hominum genus aliquando deficiat, omnem animæ suæ, tanquam alienæ, curam unusquisque negligit, præsertim eum eius causæ summa, uel minimarum rerum, paucitatis uerò hominum, nec minima quidem ratio ipsis reposcenda sit. Non erant tunc oppida, non erant artes, non familiae (neque leuiter uos ista curatis) sed tunc ista non erant, neque tamen beatam illam uitam, & hæc nostra multo meliorem, quicquam aut impediēbat, aut incidebat.

Hucusque Chrysostomus. Subindeque cum demonstrasset nuptias, non tam ab hominis conditione, quam à peccato deriuata, quod nimirum peccato mors fuerit introducta, atque adeò hu-

S 3 mano

mano generi reparando, masculorum & foeminarum coniunctionem, Diuina prouidentia, subrogare decreuit, cum demonstrasset deinde, de unico foelici statu, cum mors in orbe terrarum nondum grassaretur, genus humanum eodem pacto potuisse propagare, quo Angelos, Archangelos &c. Quae tamen sententia, cum fuerit veteribus quibusdam communis, mihi non probatur; ita subiungit. Neque verò nunc etiam genus nostrum auget connubii vis, sed Domini oratio ea, quam habuit, initio, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Quid enim quæso Abraham ad liberos gignendos nuptiæ profuerunt?

Ca. 16.

An non is cum tot annos vxorē haberet in matrimonio, tandem hanc vocem emisit, Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis. Vt igitur tunc, ex mortuis corporibus, Deus prolem & stirpem excitauit ad innumerabilem hominum procreationem: sic idem à primo, si dicto audiens Adam illam omisisset ligni voluptatem, viam reperire potuit, quā humanum genus aueret. Neque enim vnquam contra Dei voluntatem exercendis nuptiis, maior erit hominum numerus, neque colenda virginitate Deo id approbare multitudo eorundem minueretur. Et subinde post nonnulla. Neque uerò genus humanum virginitate, sed peccato, obscenisque coniunctionibus Noeæ ætate defecisse, docuit, & hominum & beluarum, & omninò in terris omnis animantium generis interitus. Si enim obscenam cupiditatem continuissent filii Dei, & virginitati honorem habuissent, neque filias hominum iniquis oculis aspexissent, nunquam eos tanta calamitas oppressisset. At nemo propterea me causam illorū cladis in nuptias conferre arbitretur; non enim hoc ego dico, sed pestem & interitum nostri generis, non virginitati tribui sed peccato assignari oportere. Hactenus Chrysostomus. Vanissimus igitur eorum hominum timor est, qui ob virginitatis cultum, humanum genus interitu, tum formidant, nec tam (crede mihi) communi publica que causa ducuntur, quam priuata libidine; qua tamen nobis tenebras offundere moluntur. Nam si horum ratio vigoris quicquam obtineret, iam publicæ utilitatis gratia, non vnā, sed plures uxores possidere, quemadmodum Sarraceni & Turci faciunt, Christiano homini necessarium esse, aut licere saltem, concluderet, quod est absurdissimum.

Ca. 18.

necessarium esse, aut licere saltem, concluderet, quod est absurdissimum.

CHRISTIANVM POPVLVM EX frequenti coelibatu non diminiui. Cap. 4.

SED neque quorundam ex nostris in hac parte quærela iusta est, qui ideò putant Christianum populum ab infidelibus frequentissimis victoriis afferri, atque pessundari, quòd monachorum & virginum multa sint monasteria, & ad id vitæ coelibis genus; plerique multi conuertantur. Nam ut id ommittamus, quòd fortasse isti ignorant Turcorum etiam & Sarracenorum gentem, immò & Idololatrias Orientales, qui sub magno Chano, Scythiæ Asiaticæ Imperatore, & sub aliisq; Orientis Regibus, in Taprobana Indici maris maxima insula degunt, frequentissima ac multo nostris ampliora, tum marium coelibum, tum foeminarum uirginum habere monasteria, quemadmodum apud Christianos institutis distincta, profecto hæc eorum quærela, non modo viros ac foeminas Christianas à coelibatus & virginitatis studio reuocaret, sed in Christi Ecclesiam vxorem polygamiæ, qua eadem gentes vtuntur, accersiret: præter hoc quod aduertere hi debuissent, non tam hominum ingenti multitudine ac turba, quam militum virtute aut potius (ut Christianè loquamur) Diuino auxilio, bella confici & triumphos obtineri. Scimus enim erò gentes easdem Asiaticas, numero, reliquas orbis nationes olim superasse, nec tamen virtute ac bellorum gloria, Græcis & Romanis, qui & unico utebantur matrimonio, & coelibatum non parua ex parte, matrimonii grauisimis oneribus, ut libro superiori diximus, deterriti, colebant, præstitisse; immò uerò gloriosissimis triumphis fractas & attritas, eisdem tandem paruissis; quod quoniam satis tum Græcæ Latinæ historiarum testantur, exemplis comprobare non est necessarium. Non igitur aut frequens uirginitatis aut coelibatus usus in causa est, quòd fidei hostibus uirtute cedamus, sed cum disciplinæ militaris contemptus, & Christianorum militum nobilium maxime, mollis planè ac in omne uitium soluta uiuendi ratio, quæ mirum in modum uires & masculā illam uirtutem militarem, qua maiores nostri in bellis utebantur, eneruauit, tum Christiani populi grauisima scelera, quibus Deus magnopere infensus, eundem plerunque in hostium fidei manus puniendum tradit, iuxta illud, si nò audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, si spreueritis leges meas & iudicia mea contempseritis, ut non faciatis ea, quæ à me constituta sunt, ut ad irritū perducatis pactum meum, ego quoque hæc faciā uobis. Ponam faciem meam contra uos, & corruetis coram hostibus uestris, & subiiciemini eis, qui oderunt uos, fugietis nemine persequente. Nam si uitam uel hi qui arma tractant uel reliqui Christi, saltem aliqua ratione ad Christianam & Evangelicam normam exigeremus, cum Deus seipsum negare non possit, profecto illud contra accideret,

Leui. 16.

accideret, quod eidem populo eodem loco repro mittit. Dabo pacem in sinibus uestris, dormietis, & non erit qui exterreat: auferam malas bestias, & gladius non transibit terminos uestros, persequemini inimicos uestros, & corruent coram uobis: persequentur quinque de uestris cētum alienos, & centum de uobis decem milia; cadent inimici uestri gladio in conspectu uestro. Enim uerò Dauid, Iudas Machabeus, ac reliqui Dei populi duces, paucissimis copiis, immensos penè gentium exercitus, cum Diuinis legibus inhærebant, fuderunt, Immò uerò Gedeon & Iosue tubarum clangore solo, hostium innumerabiles turbas, & vrbes expugnarunt. Sed de his alibi, non nihil me attigisse memini.

Iudic. 7. Ios. 5. lib. 1. de re. Fla. in Deum fide. ca. 4.

I V S N A T V R A E N I H I L obstare coelibatu. Cap. 5.

QVARTO demum, ideò coelibatus & uirginitatis cultum naturæ aduersari uolunt hæretici, quòd maris ac foemine coniunctione ad ius naturæ pertinere iureconsultus definiuerit. Nam si maris & foemine ad humani generis propagationem, copula, ad ius naturæ pertineat, cum ea intra terminos matrimonii, Diuinis legibus coerceatur, profecto matrimonium contrahere, ad ius quoque naturæ pertinebit, atque adeò cultus uirginitatis & coelibatus, per quæ matrimonium excluditur, naturali iuri cōtrarius iudicabitur. Ius autem naturæ inuariabile & immutabile esse, omnes conueniunt, non ergò statui illo, quem uocamus naturæ aut Mosaico duntaxat, sed Euangelico etiam uirginitatis aut coelibatus usus iuri naturali refragabitur.

Ios. de iur. nat. gen. c. 1.

Verum hic cauillus, facile elidetur, si quo pacto ad ius naturæ maris & foemine coniunctione pertinere, iuriconsultus pronuntiauerit, expendamus. Enim uerò illic ius naturæ, non pro naturæ præcepto aliquo, cui parere teneamur, accipitur, sed pro naturæ impetu & stimulo, quem natura ipsa sagax, ad generis propagationem animantibus indidit. Sic Cicero libro primo officiorum, Principio, inquit, Generi animantium omni est à natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura videantur, omniaque, quæcunque ad uiuendum sint necessaria, inquirat & pareat, ut pastum, ut latibula, ut alia eiusdem generis. Commune autem animantium omnium est coniunctionis appetitus, procreandi causa, & cura eorum, quæ procreata sunt. Hactenus Cicero, cuius uerba iure consultus vsurpasse uidetur, dum inquit. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud nō humani generis propriū est, sed omniū animalium quæ in terra, quæ in coelo, quæ in mari nascuntur. Hinc descendit maris atque foemine coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorū procreatio: hinc educatio. Videmus enim cetera quæ-

Cic. off. 1.

que animalia istius iuris peritia censerit. Hactenus Iustinianus. Ex quibus aperte proditur, *Ius naturale*, illic non legem naturæ, aut præceptum, sed impetum quendam ad generis propagatione cunctis animalibus, siue brutis, siue rationis capacibus insitum, denotare, quem Cicero tamen multo aptius appetitum uocauit: hos uerò naturæ impetus siue appetitus, posse per uirtutem coerceri, aut omninò cohiberi, quemadmodum, & reliquos, nō est qui dubitet. Et quòd hoc loco ius naturale improprie, & abusiue, hoc est, pro appetitu tantum naturæ inserto sumatur, uel inde clarescit, quòd ius si proprie accipiatur, iustitiam importet: Ius enim est ars boni & æqui, bonitas autem & equitas, auctore Aristotile, ad iustitiam referuntur: ius ergo proprie ac germanè acceptum, illud tantū est, quod animantibus iustitiæ capacibus congruit, atque adeò maris, & foemine coniunctionis desiderium siue appetitus, cum non solis hominibus, sed, ut ait Iuriconsultus, *Omnium animalium, quæ in coelo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur*: sit illisq; conueniat, ius naturale non erit: non enim bruta animalia iustitiæ aut iuris sunt capacia. Sed hæc apertiora sunt quam ut illis explicandis multum immorari liceat.

D. de iust. & iur. 7. Esh. c.

QVO PACTO AVCTORES SCHOLASTICI matrimonium de iure naturali esse doceant. Cap. 6.

NEQUE uerò nescio ab scholasticis auctoribus matrimonium ad ius naturale communi sententia referri, sed id quo pacto sit accipiendum, facile est intelligere. Non enim significare uolunt, uetustiores præsertim (à quibus reliquos accepisse par est credere) de incundo matrimonio, aliquam à natura legem fuisse datam, aut traditum præceptum, sed naturam idest humanam rationem, aut prudentiam ex humana uirtute ratione, aut experimentis edoctam, maris & foemine coniunctionem certis legibus, & conditionibus munitam excogitasse, & hominibus dictasse: quod ex eorum scriptis patere poterit. Ius naturale, ait Antistodorenus, quodā est speciale, quodam uniuersale, quodam uniuersalissimum. Uniuersalissimum est, quod est in omnibus rebus, scilicet concordia omnium rerum, & de tali iustitia naturali, agit Plato in Timeo cum ait, quòd unum elementum non potest esse sine alio: unde dicit Augustinus. Iudicium Diuinæ largitatis est, quòd quælibet creatura compellitur dare seipsam. Ius naturale uniuersalius est, quod omnia naturalia animalia dicat. Ius naturale speciale est, quod dicat naturalis ratio, & tale est ius in solis utentibus ratione, & de tali iure speciali est matrimonium. Quoddam tamen est matrimonium, quod est de iure naturali, uniuersaliorum scilicet coniunctio maris, & foemine, sed fidelitas, quam debet uir uxori suæ, est de iure speciali, unde unam esse unius, est de iure na-

Lib. 4. tra. Fla. de mar.

re naturali speciali. Haftenus Antifiodorensis. Quibus perspicue docet, ideò matrimonium ad ius naturale speciale pertinere, quòd id ratio naturalis dicitur, non item quòd illud præcipiat, appellat autem ius naturale speciale, quod iurisperiti ius gentium appellarunt. Quod, inquit, naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes homines per æquè custoditur, uocaturque ius gentium, quali quo iure omnes gentes utuntur. Et rursus, ius autem gentium omni humano generi commune est; nam usu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humanæ iura quædam sibi constituerunt &c. Quod uero superius ex eodem iurisperito matrimonium ad ius naturale, quod natura omnia animalia docuit, pertinere dicebamus, non de matrimonio quatenus matrimonium est, sed de eodem quatenus tantum coniunctionem maris, & femine, & liberorum educationem, nullis certis legibus, & conditionibus munitam, quibus à reliquorum animalium coniunctionibus, & prolis educatione discernatur, in se claudit, accipiendum est. Idem ferè scribit S. Tho. Nam cum quæssisset, an matrimonium esset naturale, qui quærendi modus satis indicat, illum non de præcepto aliquo, quod à natura flueret, sed de sola naturæ conformitate, eo loco agere, ita respondet. Dicendum, quòd aliquid dicitur esse naturale dupliciter, uno modo, sicut ex principiis naturæ ex necessitate causatum, ut moueri sursum est naturale igni &c. & sic matrimonium non est naturale, nec aliquid eorū, quæ mediante libero arbitrio complentur: alio modo dicitur naturale ad quod natura inclinatur, sed mediante libero arbitrio completur, sicut actus uirtutum naturales, & hoc modo etiam matrimonium est naturale, quia ratio naturalis ad ipsum inclinatur dupliciter. Primò quātum ad principalem finem, qui est bonum prolis, non enim intendit natura solum generationem eius, sed translationem & promotionem usque ad perfectum statum hominis, in quātum homo est, qui est uirtutis status. Vnde secundum philosophum, tria à parentibus habemus, scilicet esse, nutrimentum, & disciplinam. Filius autem à parentibus educari, & instrui nō potest, nisi determinatos, & certos parentes haberet, quod non esset, si non esset aliqua obligatio uiri ad mulierem determinatam, quæ matrimonium facit. Secundò autem quantum ad secundarium finem, matrimonium, qui est mutuum obsequium sibi à coniugibus in rebus domesticis impensum: sicut enim naturalis ratio dicitur, ut homines simul cohabitent, quia unus homo non sufficit sibi in omnibus quæ ad uitam pertinent, ratione cuius dicitur homo naturaliter politicus, ita etiam eorum, quibus indiget ad humanam uitam, quædam opera sunt competentia uiris, quædam mulieribus: unde natura monet, ut sit quædam associatio uiri ad mulierem, in qua est matrimonium. Haftenus Thomas. Qui etiam nullum præceptum his uerbis agnoscit, sed tantum naturæ dictamen, & monitionem

Inst. de inst. & iur.

4. sen. d. 26. q. 1.

cum pro pensione quadam atque inclinatione, quemadmodum in uirtutibus, quæ cum à natura dicitur, & de iure naturali omnes esse dicantur, non tamen ad omnes tenemur. sed ea ratione duntaxat de iure naturali esse dicuntur, quòd à natura doceantur. Quis enim dicat magnanimitatem, & magnificentiam aut supremos gradus uirtutū, nō esse de iure naturali. cum ab illa dicitur? Et tamen ad hæc ullo tempore præstanda nos obligari, nullus unquam docuit. Nam si quæcunque ratio humana, aut pro temporum, & rerum conditione, aut simpliciter dicitur, sunt præcepta naturalia censenda, uniuersa illa, ad quæ rationabili aliqua congruentique causa propellimur, à præcepto naturali deriuari continuo docebimus. atque ita faderdotalis coelibatus, quoniam multæ sunt ad illum ipsa sacerdotii natura ductæ rationes, quas magna ex parte libro primo collocauimus, de iure naturali idest præcepto naturali indicabitur. quod est absurdissimum, aliud ergo est quippiam esse de iure naturali, aut ad ius naturale pertinere, aliud autem de illo esse naturæ præceptum, quod est magnopere obseruandum.

Ricardus deinde, cum duplex quoque naturale prænotasset, unum quod à naturali necessitate, absque ulla uoluntatis cooperatione, causetur, alterum ad quod natura inclinatur, quamuis per liberum arbitrium perficiatur, atque ad hoc tūm uirtutes, tūm matrimonium pertinere docuisset, quia ad ipsum inclinatur natura generis hominis, & speciei, per comparisonem ad principalem eius finem, qui est bonum prolis, & per comparisonem ad secundarium, qui est mutuum obsequium, atque ut utrunque declarasset, ita subdit. Homines in defectibus, & perfectionibus se habent, sicut excedentes, & excessus, & ideò dicitur naturale rationis iudicium, debere homines simul cohabitare, ut mutuo sibi inuicem suppleant defectus, quapropter dicit Philosophus. 1. Pol. c. 2. Quod eorum quæ natura, ciuitas est, & quòd homo natura, ciuile animal est, & quòd per naturam impetus est hominibus ad talem communitatem. Quæ dicta concordat cum Apostolo ad Galatas 6. Alter alterius onera portate. Simili modo dici potest, quòd cum in rebus domesticis, quædam magis conueniant uiro quàm mulieri, & quædam mulieri quàm uiro naturalis ratio dicitur, non tantum cohabitationem uiri, & mulieris in una domo, ut suos defectus mutuo suppleant, sed etiam cohabitationem per totam uitam, indissolubilem, ut libentius, & fidelius sibi inuicem subueniant. Hucusque Ricardus. Quem etiam eo sensu tantum matrimonium ad ius naturæ pertinere docere uides, quod id rō naturalis, tanquā mutua subuentioni, & restæ filiorū educationi commodū inuenerit; atq; idē reliquos oēs uetustiores scholasticos tradidisse, ex eorū scriptis facillè percipi potest. Acceperunt autem eam sententiam uniuersi ab Aristotele, tūm alibi, tūm libro primo de re familiari, ubi societatem uiri &

4. sen. d. 26. q. 1.

Cap. 12.

Decem. 1. c. 3.

uiri & femine (uocat autem societatem matrimonium) maximè secundum naturam esse diffinit. Societas, inquit, maximè secundum naturam est mari & femine. præmissum est enim à nobis & aliis locis, desiderare naturam multa efficere talia, ueluri unumquodque animalium: est enim impossibile feminam sine mare, aut marem sine femina, hoc ad implere, quare eorum societas necessitate constituta est. Enimuero in ceteris animalibus, absque ratione id fit, & in quantum naturæ capacia sunt & procreandi gratia solum. In Cicuribus autem & prudentioribus, distinguuntur magis: apparent enim in his magis mutua auxilia & dilectiones & cooperationes maximeque in homine id conspicitur, quod non essendi causa solum, uerum etiam bene essendi mas & femina ope mutua coniunguntur, filiosque procreant, non solum ut id naturæ tributum ferant, uerum etiam ut commoda ex inde suscipiant. Valentes enim ipsi imbecilles suos labore tuentur & alunt: mox imbecilles ob senium facti, à ualentibus eadem reportant, & simul natura per hunc circuitum adimplet sempiternitatem, ex quo secundum numerum non potest, at secundum speciem. Sic enim diuina prouidentia utriusque natura ordinata est, uiri scilicet & mulieris ad societatem: tendunt enim eorum omnia in idem utilitatis, licet contraria quædam uideantur; Alterum enim robustum facit, alterum imbecillius: ut hoc quidem ob timorem cautius, illud uero propter fortitudinem pugnatius esset. & alterum parat foris, alterum parta domi conseruat. Ad operis uero affectionem, alterum sedulitatem intralimen agit, ad externam uero peruagationem imbecillum. Alterum ad sedulitatem deterius est, ad motus autem ualentius. Circa prolem autem, generatio quidem propria est utilitas uero communis, alterius enim nutrire, alterius erudire. Haftenus eo loco Aristoteles. Similiaque docet octauo libro Ethicor. dicens uiro & uxori, amicitiam esse secundum naturam, quòd homo sit coniugale animal.

Atque hinc etiam, quo pacto theologorū scholasticorum, qui Aristotelem tūm in hac parte, tūm alibi semper imitantur, Sententia, cum aiunt, matrimonium esse de iure naturali, sit accipienda, satis constare potest, non enim de eo ineundo aut colendo legem aliquam aut naturæ præceptum esse uolunt, sed tantum illud secundum se consideratum: & non in Socrate aut Paulo, esse secundum naturam, id est à ratione naturali deriuatum. Ita profecto militiam, qua respublica defenditur, immò uero artes uniuersas, sine quibus humana uita uix posset consistere, naturam idest naturalem rationem auctorem habuisse, omnes consentiunt, neque tamen uniuersi mortales ad eas artes exercendas tenemur. Certe agriculturam maximè secundum naturam esse, præter Aristotelem libro primo Oeconomico, multi tradidere. Sunt ergo quæ

dam secundum seipsa considerata, à natura idest à naturali rōne, quam abusiue ac improprie scholastici, suo more, ius naturæ appellant, cum ius tantummodo ad iustitiam pertineat, quæ tamen nullo pacto nobis uinculum obligationis iniiciunt.

Siquis tamen omnino scholasticos auctores, aut Aristotelem, cum docent, matrimonium ad ius naturale pertinere aut esse de iure naturæ, ius naturæ præceptum intelligere, contendat, (quod tamen longissimè abest ab eorum animis cum de matrimonio in se considerato loquantur) non perinde sequitur idem præceptum de colendo matrimonio, uniuersis hominibus impendere, ita ut qui illud transgrediatur, in naturam peccasse sit perinde censendus. Loquantur enim non absolute ac simpliciter sed conditionate, si quis scilicet uelit filios habere. Contendunt enim duntaxat adulteria, fornicationes, ac reliquos uagos promiscuosque concubitus, naturæ aduersos comprobare, dum matrimonium solum cum natura conuenire cōuincunt.

SCHOLASTICOS, CVM docent naturæ, constare matrimonium, ius naturæ, ius gentium intelligere. Cap. 7.

Quin uero cum vel scholastici theologici uel Aristoteles reliquique philosophi, matrimonium ad ius naturale reduci uolunt, nō de quocumque naturali iure, sed de iure gentium sunt accipiendi, id est de eo genere dictaminis, à quo ius gentium deriuatur. Hoc enim significant, dum aiunt, de eo iure naturali se loqui, quod à ratione naturali descendit, quod genus, tūm philosophi, tūm iurisperiti, ius gentium uocant. Nam cum ius naturale proprie sumptum sit genus, ius gentium speciei tantum rationem habet. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: nā ius istud non humani generis proprium, sed omnium animalium, quæ in celo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur: ius uero gentium humano generi tantum commune est: nam usu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humanæ, iura quædam sibi constituerunt. Et quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes per æquè custoditur, uocaturque ius gentium, quasi quo gentes utantur. Eandem differentiam agnoscit Vlpianus, libro primo institutionum. Ius, inquit, naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud, non humani generis proprium sed omnium animalium, quæ in terra, marique nascuntur, auium quoque commune est. Ius autem gentium est, quo gentes humanæ utuntur, quod à naturali recedere, inde licet facillè intelligere, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune est.

Vnde eorum sententia falsa esse facillè comprobatur, qui ius gentium, non sub naturali, sed sub posititio ac uoluntario comprehendunt. Nam Si ius

Inst. de iur. nat. gent. & ciu. l. ius naturale.

eod. tit. l. ius gentium.

eod. tit. l. ius autem, & ff. de iust. & iure l. 9. ff. iust. et iure, l. 1.

Dom. Sor. li. 3. de iust. et iur. q. 1. ar. 3 ius

ius gentium à naturali, non alia ratione, quam species à genere distinguitur, profectò ius gèrium naturale erit & non positium, nisi quis dicat hominem non esse animal, quòd sit animalis species, aut credat genus de specie non in *Quid* prædicari. Est non aliud ius gentium, quam ius naturale humanum, à ratione, quæ est formalis hominis differentia, deriuatum: & id quidem ius, quod à natura descendit, nulla ratione auctore, sed tantum natura impellente, naturale quidem appellabimus, non tamen gentium. Et quòd ius gentium non sub positio, ut istis Theologis persuasum est, sed sub naturali constituatur, docet aperte Cicero libro secundo de inuentione. Natura, inquit, ius est, quod non opinio genuit, sed quædam innata uis inseruit, ut religionem, pietatem, gratiam, uindictionem, obseruantiam, ueritatem. Quæ planè exempla ad ius gentium conuenire Vlpianus docet. Nā cum ius gentium diffinisset, hæc exempla subiecit. Veluti erga Deum religio, ut parentibus, & patriæ pareamus, ut uim atque iniuriam propulsemus. Idè docet Cicero libro secundo de legibus. Quod si rationibus agendum est, enim uerò, id ius positium appellare, quod apud omnes mortales est idem, & quod cum ipso humano genere ortu est, omninò absurdum est. Porro ius gentium idè esse apud omnes, & cū humano genere exortum, præter testimonia, & exempla quæ attulimus, Caius iurisconsultus in hæc uerba ostendit. Quarundam rerum dominium nasciscimur iure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines per æque seruatur: quarundam iure ciuili, id est iure proprio ciuitatis nostræ: & quia antiquius ius gentium cum ipso genere humano proditum est, opus est, ut de hoc prius referendum sit &c. Idem etiam Caius. Quod uerò, inquit, naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes per æque custoditur, uocaturque ius gentium: quasi quo iure omnes gentes utatur. Deinde, moralia præcepta, quæ decalogo continentur, nemo inter theologos naturalia esse dubitauit: immò adèò naturalia, ut in ea, dispensationem: non cadere isti arbitrentur, & tamen ad ius gentium pertinere, exempla, quæ uel ex Cicerone, uel ex iureconsultis produximus, factis indicant. Exempla enim quæ ab illis iuris gentium proferuntur, sunt, religio, quæ tria primæ tabulæ præcepta complectitur. Pietas, iniuriarū propulsio &c. quæ uniuersam secundam tabulam in se claudunt: immò quintum præceptum, quod inter iuris naturalis præcepta, ob fraternæ mortis horrorem, quem omnes experimur, computari poterat, inter iuris gentium præcepta. Florentinus iurisconsultus collocat. Cum cognationem quandā inter nos natura constituerit consequens est hominem homini insidiari, nefas esse. Neque uero hic eorum fuga quicquam prædest, qui respondent iurisconsultos nimis ius gentium extendere, ad id quod cunctis mortalibus est commune &c. Nam cum hæc nomina, *Ius gentium, Ius naturale, ius ci-*

Cic. lib. 2. de inuen.

ff. de iust. et iur. l. 2. et 3

Cic. de legibus.

ff. de acqui. re. dom. l. 1.

ff. de iust. et iure l. 9.

Dom. Sot.

nile &c. non à theologis sed à iuriscōsultis prodierint, non ex theologorum sententia, sed ex iuris prudentiæ usu eisdem utendum est. Utuntur nomine *Ius gentium* iuriscōsulti, ut ex adductis testimoniis facile colligitur, pro eo iure, quod non impetum naturæ tantum, qui etiam brutis communis est, sed rationem auctorem habet, quam rationem hominis naturam appellant. Id inquam ius gentium appellare placuit, quòd natura hominibus, non qua animalia erant, sed qua homines, inseruit. Quin, etiam si iuriscōsulti *Ius gentium* non quod apud omnes mortales uigorem obtinebat, sed quod apud plures, appellarent adhuc decalogus sub iure gentium comprehenderetur: haud enim uniuersas nationes, decalogi præcepta coluisse, hi ostendere unquam poterunt: religionem enim & Dei cultum non modo nationes pleræque ignorarunt, sed etiam prophani philosophi non pauci irriferunt. In parentes, apud multas gentes easque amplissimas, scire, eosque occidere, & deuorare, licuisse, ueteris memoriæ historiæ prodiderunt. Homicidia, furta, adulteria &c. multi in malis & iniustis actionibus non cōputarunt. Quæ tamen gentes, etsi deprauatam haberent rationem, à qua ius gentium deriuatur, non tamen naturam, à qua ius naturale. Sed hæc amplius hoc loco exagitare, quæ uere ex praua rerum intelligentia orta, fuisse uidentur, otiosum fortasse fuerit, præsertim cum de hac eadem re alibi fusissimè egerimus.

Cum hoc igitur iuris naturalis genere, quod gentium appellamus, matrimonium conuenire Theologi docent, cū aiunt, aut matrimonium esse naturale, aut esse de iure naturali, uocant enim illi suo more, improprie scilicet, naturale ius, quodcunque ius, quod natura constare uideatur, quam hominibus cum cæteris animantibus non sit commune. Hoc autem ius, & si sit naturale, uti iam multis cōprobauimus, tanto tñ minus quam naturale urget, quanto illud, quam istud magis est naturæ insitum: certè ad ea quæ naturalis iuris sunt, ut coniunctio maris, & scemina, filiorum procreatio &c. impetum quendam in nobis ab ipsa natura inditum experimur, cum ad ea quæ sunt iuris gentium, duntaxat rationis obligationem inueniamus, & plerumque cum affectu contrario: Plerumque enim ratio præcipit, non occidendum hominem, non admittendum adulterium, non furandum, & tamen in nobis ad contrarias actiones fortissimos impetus experimur, quod in his quæ sunt iuris naturalis, quam longissimè abest, fiunt enim omnia cum inclinatione, & propensione naturæ. Deinde natura ad unum tantum est determinata, atque adèò semper, & apud omnes est inuariabilis, siue in physicis, siue in moralibus actionibus: nunquam enim neque ullibi gentium aliquando accidit, ut mas ad sceminā, & econuersò, ad filiorum susceptionem, non inclinaretur, filiosque susceptos non aleret: ratio contra, & liberum arbitrium, à quibus ius gentium progreditur,

1. Eth. 4. 3.

Arist. 2. phys.

li. 1. de pr. & dist.

AVCTORIS SENTENTIA, QVO pacto cum Iuriscōsultorum, & Theologorum placito conueniat. Cap. 8.

SED quoniam iuriscōsultus inter iuris naturalis exempla matrimonium collocabat, & nos cum scholasticis theologis illud ad ius gèrium retulimus, & quidam etiam theologorum, ad ius quoque positium non nihil pertinere uolunt, iam nunc harum omnium sententiarum concordiam, oportet uideamus. Certè Vlpianus cum ius naturale diffinisset, Hinc, inquit, descendit maris atque sceminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Scotus præterea cum omninò neget matrimonium ad ius naturale primarium, id est principium practicum manifestum aut conclusionem ex illo euidenter eductam (hoc enim ius naturale primarium cum plerisque multis theologis appellat) pertinere, non tamen inficiatur ad ius naturale secundarium, id est ad dictamen aliquod, iuri primario consonum, & conforme posse reduci. Quod & Ricardo, mihi planè placuisse uidetur, dum matrimonium ad remotissimas conclusiones iuris naturalis relegat, summit enim ille, veterum theologorum more, ius naturale improprie, & amplissimè, prout comprehendit ius naturale proprie, & ius gentium, & demum omne, quod his duobus consonat, quod cum non sit pure ius naturale, proprie ius mistum appellare potuissent. Dum ergo, inquit, matrimonium non ad primarium ius naturale, sed ad remotissimas, & minimè euidentes conclusiones eius pertinere, planè cum Scoto sentit, matrimonium misto iure constare, & ad positium non nihil pertinere. Quæ nunc quoniam omnia sunt uerissima conciliare oportet.

Reperimus enim in matrimonio, quali præsertim Christiani, à Deo constituto, utimur, multa quorum ratione hæc tres differentes sententiæ facile conciliari poterunt. Est enim uerò in matrimonio impetus ille naturæ, de quo superioris locuti sumus, coniunctionis maris, & sceminae ad multiplicandam speciem, affectusque atque propensio ad susceptam prolem educandam, quæ duo etiam in reliquis animantibus expressiora uidentur, quanto magis ad prudentiam accedunt. atque hæc quoniam sunt reliquis omnibus animantibus communia, neque à ratione sed à natura pendunt, ad ius naturale pertinere manifestum est. Est deinde in matrimonio determinatio uteri, ex quo proles suscipitur, quem naturale ius quemadmodum in reliquis animantibus indeterminatum reliquerat, natura enim nihil aliud quam speciei multiplicatione desiderat, quæ æque per uagos, & adulterinos coitus ac per matrimonium præstari potest. Atque hæc utriusque determinatio, quæ per maris & sceminae mutuam actionem, à dignoscenda, & educandæ proles studio profectam, oritur, quoniam humano ratiocinio

ff. de iust. & iur. l. 1.

ff. 2. 6. 4. sen. q. 1. 2. univ. concl. 3.

4. di. 2. 6. in solut. cuiusdam argu.

dicitur, adèò sunt uariabilia, ut non defuerint, non modo grauisissimi philosophi, sed sectæ, quæ nihil bonum aut malum ex natura rei in humana uita esse docerent, sed ex usu tantum, & præsentis commoditate, Hæc, inquit Aristoteles, & iusta de quibus ciuilibus considerat, tantam differentiam, tantumque errorem in se habent, ut lege, non natura esse uideantur. Ius ergo gentium etsi sit naturale, quoniam à ratione quæ est ultima hominis perfectio ac proinde ab humana natura deriuatur, tantò tamen est in obligando languidius & debilius, quanto est indeterminatius, & magis uariabile, cuius ratio facile patere potest, si rationem uariabilitatis, & inuariabilitatis parumper consideremus. Certè natura, & propositum siue arbitrium, non alia ratione inter se opponuntur, quam libertas, & necessitas, natura necessitatem dicit, contra, arbitrium libertatem. quanto ergo magis à natura, atque adèò à necessitate seceditur, tantò magis ad uoluntatem, & libertatem acceditur. Necessarium inuariabile est, liberum uariabile, ergo quanto magis ius gentium à naturali illa necessitate solutum est, tantò magis erit uariabile, & perinde ad ius positium, quod ueteres iuris prudentes ciuile uocarunt, magis appropinquabit. Atque hinc decepti esse uidentur, qui ius gentium sub positio comprehendunt, cum tamen aduertere debuissent, in iure naturali, esse plures gradus naturalitatis, & inuariabilitatis. Ius enim naturale à natura dicitur. Natura autem duplex est, rationalis una, irrationalis altera. rationalis, quoniam magis ad libertatem accedit, indeterminatior ac perinde uariabilior. irrationalis quoniam omninò à libertate remota est ad unum prorsus determinata, atque adèò omninò inuariabilis. Ius ergo, quod ab irrationali progreditur, siue in brutis, siue in nobis, quatenus cum brutis conuenimus, ubique terrarum & gentium, omninò inuariabile. Quod autem à rationali, quatenus talis est oritur, quoniam ad positium iuris aliquantulum naturam accedit, uariabilius multo, atque adèò quantum ad pondus illud & imperium naturæ spectat, multo minus homines astringens. Vnde peccata, quæ in ius naturale committuntur, apud omnes mortales, quam illa, quæ in ius gentium patrantur, grauiora censentur: grauius enim delinquit, qui mascula uenere utitur, quam qui sceminae, etiam si adulteretur, aut stuprum inferat &c. quoniam scilicet qui in naturalem appetitum coniunctionis maris, & sceminae, à natura omnibus animantibus inditum delinquit, grauius peccat, quam qui furatur, &c.

ratione inuenta est, ad ius gentium spectat. Hanc uero pactionem, qua uir & femina ad certam prolem suscipiendam, mutua uoluntate ununtur, gentes omnes matrimonium uocarunt. Est ergo coniunctio maris & feminae de naturae iure, matrimonium autem de iure gentium. Non quidem primario, quale est principium practicum euidens, aut conclusio ex eo euidenter educta, sed secundario & ineuidenti. Nam cum matrimonium, i. feminae & maris mutua pactione, prolis educandae gratia sit constitutum, & aliae rationes non tantum educandae, sed commodae educandae eiusdem prolis a quibusdam sapientibus sola ratione naturali ductis, praeter matrimonium fuerint excogitatae, perspicue colligitur, matrimonium non ad ius gentium primarium, & euidens, sed tantum ad secundarium pertinere. Certum Platonis de uxorum coitione sententia, non alio contendebat, quam ut omnes rei publicae aut ciuitatis proles recte educarentur, dum unusquisque unumquodque filium suum, aut pariter reputaret, & honore prosequeretur. Coes, inquit Socrates, apud Platonem, nuptias liberosque statui mus, ut nemo natos suos discernat, sed omnes ab omnibus consanguinei existimetur, dum aequales ferme nati fratres sororesque; uicissim se iudicant, maioribus uero, patrum uel auorum reuerentiam exhibent, erga minores autem tanquam filios, aut nepotes afficiuntur: neque in sola ratione naturali persistendo, supposita bonorum coitione, ex qua, quemadmodum nunc fit in coitionibus, unicuique, quod satis esset, tribueretur, eadem sententia, naturae contraria, comprobari potest: ea enim res publica, & genus humanum amplius multiplicaretur, & uxorum & filiorum educationi, & eruditioni per publicos prouentus, & pedagogos non minus quam per matrimonia prouideretur: immo fortasse magis: nam nunc pauperes neque recte instituuntur, neque recte educantur, tunc uniuersorum, qui in republica nascerentur, siue principum, siue plebeiiorum liberi, eandem educationem, curam, & eruditionem acciperent. Neque rationes Aristotelis, ut multum persuadent, aliud obtinere possunt, quam matrimonia, per quae utriusque certi ad filiorum susceptionem eliguntur, communitati uxorum praestare. neque id euidenter, sed typice, & obscure admodum: immo uero nullam aliam rationem urgentiorem in Platone affert, quam quod ea res publica ob honorum, & diuitiarum penuriam cito collideretur & periret, quoniam rebus communibus, quam propriis, minorem curam homines impendere consueuimus. Cum enim ex uxorum communitate, communitas liberorum necessario sequatur, ex communitate uero filiorum, bonorum quibus alantur & educantur communitas, si haec conseruari nequeat, neque priores illae duae conseruari poterunt: quae Aristotelis ratio quantum urgeat, profecto non est difficile intelligere. Nam per publicam curam publicas diuitias posse seruari, non minus quam nunc priuatas, per priuatum seruantur, argumentum sunt coitates, quae iuxta Euangelicum institutum nihil proprium possi-

dent, sed sunt illis omnia communia: immo uero Christiana uiuendi ratio, id uita genus, non quasi naturae aduersum, sed quasi a Diuina sapientia deriuatum, initio Euangelicae praedicationis, usurpasse uidentur. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, neque quisquam eorum quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

Et demum matrimonia non ad ius naturae primarium & omnibus euidens, sed ad secundarium pertinere, uel id satis indicat, quod multae ac latissimae gentes nuptiis caruerint, quod de iure naturali primario ac euidenti, quale id est, *Benefactori benefaciendum est*, & similibus, quae nunquam inquam in maxima uel, barbarie possunt, obliterari, senti ri non potest. Fuit quodam tempore, inquit Cicero, cum in agris homines passim, bestiarum more, uagabantur, & sibi uictu ferino uitam propagabant, nec ratione animi quicquam, sed plerumque uiribus corporis administrabat: nondum Diuinae religionis, non humani officii ratione colebatur: nemo legitimas uiderat nuptias, non certos quisquam inspexerat liberos &c. Narrat certe & gentium prophanarum historici, nulla initio fuisse apud antiquos nuptiarum solemnia, quae illi ferarum more, cum mulieribus concuberent, donec tandem instituta sunt, uel a Ioue & Iunone, qui iura matrimonii celebrare primum coeperint, uel a Cecrope Aegyptio Atheniensium Rege. quod scilicet post hominum dispersionem, ius hoc gentium de colendo matrimonio, cum legis quoque; Diuinae notitia profusa fuisset obliteratum. Atque hunc more postea non paucarum nationes secuta sunt, Hircaniae. Antropophagi, Scoti, Tyrreni, Pontiacolae, Machles, Aethiopes, apud quos, cuius puer formam haberet, eius credebatur filius, ut Lymirini, & Garamantes, Agathyrsi etiam, ita ut fratres omnes essent, ut Massagetae, qui habebant quidem uxores, sed communes illas, quibus palam congregiebatur, suspensa est curru pharetra, ut & Mosyneci quoque faciebant in Ponto, & in Caucaeo, in Hibernia: praeterea, & in India. communes Trogloditae praeterea, quae regum uxores sortiebantur. Ius autem gentium primarium cum sit idem apud omnes & semper quemadmodum ratio, & in ipsa rationalis animae natura inscriptum, nulla barbarie, nullaque dis-suetudine in his gentibus deleri potuit. Superest itaque ut Scoti & Ricardi sententia, uel cum ille matrimonii ad ius naturae secundarium, uel cum hic ad remotissimas iuris naturae conclusiones pertinere, docet, sit uerissima. Est enim id iuris gentium (quod tamen illi theologorum more naturae uocant) genus, non illud, quod ratio humana apud omnes mortales sanxit, quod tantum ius gentium proprie uocatur, sed quod partim ratione naturali, partim uoluntate constat, id est,

ius quodammodo ex naturali (si modo ample naturale pro-
ut complectitur ius
gentium)
& positiuo constatum.

VNI-

VNITAS VXORIS IN
matrimonio unde deriuetur. Cap. 9.

VNITAS autem uxoris, & uinculi coniugalisperpetuitas, neque ad ius naturale, neque ad ius gentium primarium aut secundarium, sed ad ius positiuum Diuinum pertinere manifestum est, licet hoc ius multum, ut reliquae omnes Diuinae constitutiones, cum ratione cohaereat. Certum pluralitas uxorum, tantum abest ut iuri naturali aut gentium, primario aut secundario obnata, ut si non cum ingenti merito, solum absque peccato a Sanctis uiris aliquando fuerit usurpata. Enim uero Abrahamam (ut de Lamech, qui primus polygamiam introduxit, taceam) Iacob, patriarcham, Helchanam, Dauid, Solomonem & alii multi naturalis & Mosaici seculi sanctissimi uiri, plures uxores cum laude habuerunt. Neque ad hoc ulla dispensatione egerunt, ut quidam mere uoluntarie & absque ulla ratione docent. Cur. huiusmodi dispensationes, quas tamen isti tertio quoque uerbo proferunt, aliquo scripturae loco non probarentur? Restat igitur, ut qua auctoritate asseruntur, eadem contemnantur, praesertim ubi nulla est necessitas: habere enim plures uxores, non est fini primario matrimonii contrarium, qui est prolis educatio, immo magis cum eo conuenit ex pluribus uxoribus proles educere, quam ex una tantum, quae fortasse sterilibus & in fecunda erit. Vnde gentium magnarum aut populorum patres, nunquam legimus unicum tantummodo uxore contentos, quod in Abraam & reliquis patriarchis, aut Ethnicis hominibus, quorum meminit scriptura, satis perspicuum est. Secundario autem fini, id est mutuae cohabitationi licet aliquantulum contrarietur, non tamen omnino aduersari, patriarcharum & Sanctorum Regum Dauid &c. exempla satis conuincunt, ita enim earum uxores uixerunt, ut hanc polygamiam esse possibilem satis ostenderent. Demonstrant id etiam Turcorum, Iudaeorum, Sarracenorum & occidentalium indiarum (ut uocant) incolarum coniugia, quae multiplicia esse, ex pluribusque uxoribus constare, omnibus est compertissimum. Ante hos etiam, Numidarum, Mauri Aegyptii, Indi, Persarum, Parthi, Taxili, Nasamonae, Nomades, quos nunc Tartaros uocant ac reliquae omnes Asiaticae, & Africanae gentes, absque aliarum gentium, immo absque philosophorum, qui illis seculis naturae tutores habebantur, & absque historicorum qui eorum res memoriae prodiderunt, reprehensione, plures uxores habuerunt. In Europa etiam ubi tamen magis monogamia & uxorum singularitas arriserat. Thracum, Germanorum & Britanorum, plures quoque uxores habuisse, constat. Siculos duas, Athenienses, qui tamen omnium mortalium naturae iurisque naturalis studiosissimi habebantur, a quibusque omnes naturales & humanae disciplinae

ortem fuisse uidentur, duas quoque in matrimonio uxores sortiebantur, aut ut uult Hieronymus Rhodius, uxorem & pellicem. Atque hinc Socrates totius moralis disciplinae pater, & qui primus omnium, naturale ius, aut gentium, quod incomponendis moribus uersatur; excoluisse uidetur duas habuit Xantipen, ex qua Lamprotem, & Myrtam. Aristidis Iusti filiam, ex qua Sophroniscum & Menedemum sustulit. Est ergo possibile multas uxores in matrimonio haberi, absque ipsius matrimonii magna iniuria. Nam aut ipsae tandem uxores scientes hanc esse patriae consuetudinem quod Rachel Liaque fecerunt, se se componunt, aut illa disidia non tanti facienda sunt ut finem hunc secundariae matrimonii corrumpere credantur. Certum uel haec latissimae gentes, uel respublicae uel philosophi, uel patriarchae, non adeo has muliebres rixas & iurgia morabantur ut ob eas, sua matrimonia, uel iuri naturae uel naturae matrimonii aduersa reputarent: sed morae patriae multas uxores habentes, absque ulla querimonia, quem admodum & illi qui unicam tantummodo sortiebantur, uiuebant: neque uero in monogamia & unius uxoris matrimonio, rixae non muliebres id est mulieris in mulierem sed plane in uirum ipsium frequentissimae desunt, dum mulier se uirum totum absque alterius rivalis consortio possidere tyrannice persuadet, quod a polygamia, omnino alienum est, est enim unaquaeque uxor modestissima & uiro maxime subdita, metu ne a se uir alienetur aut rivalis alia super inducatur, quod nobis Iudei & Sarraceni christianis obiciunt. Itaque aut uxorum pluralitas apud gentes, quae ea utuntur, domesticae paci non obuiat, quoniam uxores usum & consuetudinem eam attendentes, se se inuicem componunt, aut huiusmodi mulieris rixae & iurgia non sunt tanti facienda ut diximus ut finem hunc secundarium matrimonii corrumpere dicantur aut demum hic secundarius finis matrimonio non est adeo intrinsecus, ut ob eius defectum, essentialis ratio matrimonii perire sit credendum. Nam & Arabes & qui plures uxores, ex patria consuetudine, in matrimonio sortiebant, easdem distinctis domibus, magna ex parte, habitare faciebant; quod Lia & Rachel etiam accidisse, sancta scriptura commemorat. Scio Aristotelem cohabitationem & fortasse uxori singularitatem ad matrimonium pertinere docuisse, sed ille non de quocumque matrimonio sed de exactissimo & optimo secundum rationem loquebatur. Porro quod optima ratio matrimonium ubi est unitas uxoris & maris & feminae cohabitatio mutua non perinde sequitur, eam in qua & pluralitas sit & cohabitatio desit, mala esse, aut si illud optime cum natura congruit, hoc ab illa dissentiat, sed est quaedam latitudo ubi est bonum & melius. Quin uero neque theologorum, qui in hac parte dispensationem intercessisse uolunt, uxorum pluralitate, omnino secundario fini matrimonii contraria esse uolunt,

in Timeo.

Arist. 2. Po
lit. ca. 1. 2.
& 3.

Arist.

Phila. li
uisa con
Porphyri
de abstin
Eu. lib. 1.
ecclesiast
his. c. 15.
lib. de in
uent. 1.Lactantius
& Sui-
dar.Gen. 29.
& 30.
Lib. 1. Ae
cono.Dom. Sor.
d. 33. 4.
9. 1.

uolunt, sed tantum aliqua ratione, quatenus scilicet commodè fieri nequeat, ut unus uir pluribus uxoribus in reddendo debito satisfaciat: quæ res in honestis ac parum lasciuis mulieribus nihil habet momenti; nam si solacium & lasciuarum habenda ratio est, oportebit quoque ut earum libidini fiat satis, plures quàm unum uirum, Britannorum more, qui duodeni unam uxorem sortiebantur, aut eorum Arabum qui foelicem Arabiam incolabant, qui triginta aliquando unius cognationis uiri uni uxori adhaerebant, illis maritare. Porro honestas ac pudicas fœminas uno uiro sibi satisfacere, ut antea diximus, Liæ Rachelis & aliarum sanctarum fœminarum ueteris testamenti exempla satis demonstrant.

Domin. So. in 4. d. 33-7. i. Quòd autem quidam matrimonio, tertium quandam finem adiungunt, qui sit sacramentalis significatio connubii Christi cum Ecclesia, cui uxoribus pluralitati aduersari uolunt, aut nihil nostram sententiam impedit, quoniam nos non de christiano matrimonio, qui tantum habet hanc significationem, sed de omni in uniuersum matrimonio, secundum naturam tantum modò, id est in quantum à natura dictatur, & quatenus à iure gentium descendit, loquimur; aut significatio illa typica, non est finis matrimonii dicenda, nunquam enim coniuges eo sine nubunt, ut Christi & Ecclesie connubium adumbrent, licet concomitanter & ex accidenti, in matrimonio sit illa significatio, aut de matrimonio omnium perfectissimo, quale est unius cum una est intelligendum tantum modò, aut demum finis ille tertius, ad eò remotè ad naturam & rationem matrimonii pertinet, ut eius absentia & defectus, nihil essentiali matrimonio deroget. Et isti profectò dum id eò tertium hunc finem matrimonio adiungunt, quòd iuxta Augustini communemque theologorum sententiam, in matrimonio sint bona, fides, proles, sacramentum, non satis uidentur aduertisse, eosdem auctores, rationem sacramenti non in unitate, sed in inseparabilitate collocasse. Nuptiale bonum, inquit Augustinus, tripartitum est, scilicet fides, proles, & sacramentum, in fide attenditur, ne post uinculum conjugale, cù alio uel alia coeatur, in prole, ut amanter suscipiatur, religiose educetur, in sacramento, ut coniugium non separetur, & dimissus uel dimissa, ne causa prolis alteri coniungatur. Haftenus Augustinus. Et Magister sentent. Non ergo unitatis Ecclesie & Christi typus est matrimonium, sed inseparabilitatis, atque ad eò noluntarius est hic tertius finis, & absque ulla auctoritate excogitatus. neque tamen hic negamus id matrimonium in quo unus uni copulatur, figuram esse coniugi Christi & Ecclesie cum id Paulus doceat sed hanc Christi & Ecclesie significationem aliqua ratione negamus esse finem matrimonii. Et si esset, nihil ad nos (ut diximus)

qui de matrimonio iuxta iuris naturalis, id est gentium constitutionem, nunc de matrimonio loquimur, non item de eodem iuxta Christi institutum.

Quare mihi omnium optimè locuti uidentur qui absque ulla Diuina dispensatione, sed ex sola priorum coniugum uoluntate, aut, quod magis probo, ex sola patria consuetudine, plurium uxoribus matrimonium olim licuisse, docent: quæ consuetudo hebreis cum reliquis Asiaticis populis, & cum Aegyptiis, apud quos uixerant communis esse potuit.

DIVORTIUM NON ESSE iuri naturali aut gentium aduersum. Cap. 10.

LIBELLVS quoque repudii, cum neque principali fini, cuius precipue in matrimonio habenda ratio est, id est filiorum generationi & educationi aduersetur, quoniam iam susceptos & agnitos filios pater commodè nutrire & recta doctrina imbueri potest, neque secundo. id est mutua cohabitationi, quoniam iam tum uxor, quæ ob legitimas causas displices, desinit esse uxor, nullo etiam pacto legi naturæ aut iuri gentium, ex quo matrimonium deriuatur, contrarius esse iudicandus est. Præter hoc quod multis nationibus mos repudiandi uxores fuit communis, quæ res ingens habet ad naturæ iura indaganda momentum. Si enim quod huic aut illi philosopho placuit, aut cum ratione congruere uidetur, naturæ lex à quibusdam reputatur, quod plerisque multis ex nostris theologis in more est quoties de huiusmodi rebus sermo instituitur, cur non integrarum gentium & nationum mores præsertim, & earum quæ nulla morum corruptione ueteri rerum memoria sunt infames, aut pertinere aliquid ad ius naturæ aut non pertinere obtinebunt? Demonstrare aliquid de iure naturæ esse, & si hæc aut illa gens, eo utatur, difficile sanè, at ut idem de iure naturæ non esse probetur, satis est ut aliqua gentes, sola natura duce uiuentes, quæ honestis moribus splenduisse probantur, contrario usæ fuerint, præsertim cum in contrarium, nullo impetu rationis abducimur. Ius enim gentium, quod ut sepe monuimus theologis uulgariter ius naturæ uocant, ut ait Iurisconsultus non est quo huic aut illi genti placuit, sed quod omnibus & ab omnibus obseruatur. Nunc repudio usus fuisse præter Iudæos & omnes fere gentes, Romanos, à quibus omnem penè legislationem accepimus, sunt leges, quæ libro 24. digestorum sub titulo de diuortiiis & repudiis, & libro 5. Codicis Iustiniani eod. titulo. nunc supersunt. De qua re

quoniam

quoniam tum recentiores tum ueteres auctores multa tradiderunt loqui superfedeo. Plato quoque inter philosophos, eos qui mores à natura deriuatos, maxime excoluerunt, grauissimus, cum ex aliarum Grecorum rerum pub. tum uerò ex ipso naturæ fonte, ex quo suas leges deriuabat, ita de diuortio matrimoniorum statuit. Si uir & uxor propter morum acerbiteriam, inuicem non conueniant, decem uiri de legum custodibus, qui medi sunt, & decem mulieribus de curatricibus connubiorum, prouideant: quorum sententia si ita conciliata fuerint, ualida & stabilis habeatur: si autem illorum animi uehementius etiam iracundia fluctuent, facto diuortio, illos pro uiribus quærant, qui utrisque conueniant. Videntur autem in huiusmodi hominibus acerbiores natura mores inesse, quare maturiora mitioraque ingenia istis accommodanda sunt & quicumque sine filiis sunt aut paucos procreauerunt, dissentiantque procreandorum liberorum causa, coniugium rursus quærere compellendi. Quòd si filios non paucos habent, atque dissentiant, senectutis mutuo curandæ gratia, diuortio facto, aliud coniugium ineant. Haftenus Plato, Qui certè non se naturæ aduersam legem condere, sed summè cum illa coherentem, existimabat. Sunt itaque mea quidem sententia, uel uxoris unitas, uel matrimonii insolubilitas, non de naturæ gentium primarii aut secundarii iure, sed omnino de iure positiuo Diuino, initio humani generis hominibus tradito, quod apertè ac sine controuersia Christus apud Mattheum insinuat. Nam cum pharisei eum rogassent, an quacumque ex causa liceret homini uxorem suam dimittere: non eos ad naturam matrimonii, sed ad Diuinas leges, Deo conditore primis hominibus traditas remittit. Non legistis, inquit, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & dixit. Propter hoc dimitter homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ & erunt duo in carne una? Itaque iam non sint duo, sed una caro; quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Certè his uerbis duæ de matrimonio Diuina constitutiones continentur, una, quæ uiri & uxoris singularitatem contra poligamiam exprimat, *Masculum*, inquit, *& fœminam creauit eos, non item masculum & fœminas Et erunt duo in carne una*, non tres aut quatuor, Altera, quæ matrimonii indissolubilitatem ac perpetuum uinculum explicet. *Adhaerebit*, inquit, *uxori suæ prout dabat* id est tenaciter & firmiter adglutinabitur, *Erunt duo in carnem unam*, id est ita sibi inuicem inseparabiles & coniuncti ac si essent unum corpus, quod à se inuicem citra mortem separari non potest. Et tandem. *Quod Deus coniunxit homo non separet.*

Atque ad has duas Diuinas constitutiones,

tum sancti quidam, tum scolastici auctores, fortasse respiciunt, quando, uel in habenda absque peccato uxorem pluralitate, uel dando libello repudii dispensationem intercessisse scribunt, quod nullo pacto mihi reprobandum uidetur dum utrumque quod tota hac disputatione contendendo, naturæ legibus aduersari non sentiant. Certè Christus hoc loco non naturæ leges, sed conditoris constitutiones, uel in uxorem pluralitate, uel in libello repudii uiolatas conqueritur: neque sequitur, si uel pluralitas uxoribus, aut libellus repudii, Diuinis literis aduersetur, & legibus, continuo naturæ decretibus aduersari, Deus enim naturæ latitudinem & licentiam suis decretis coercere potest, quod & eo seculo fecit. Ergo ut non admodum difficulter concederem, Deum ueteri illo Mosaico seculo, circa proprias de unitate uxoris ac matrimonii perennitate leges dispensasse, ita omnino nego; eundem in naturæ legibus, quæ de hac re nullæ etant, dispensasse. Illis tamen, siue ueteribus siue recentioribus auctoribus consentire nequeo, qui ita libellum repudii permittunt esse hebræis docent ut tamen non fuerit absque peccato. Primum quidem quia Diuina lex in hac parte absoluta est, & libere tradita quemadmodum & reliquæ. Si acceperit, inquit, homo uxorem & habuerit eam, & non inuenit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem; scribet libellum repudii, & dabit in manum illius, & demittet eam de domo sua. Deinde quoniam Christi uerba, nullam culpam innuere uidentur, sed tantum causam dispensationis insinuat, Moyses inquit, ad duritiam cordis uestri &c. Dispensatio enim propter duritiam cordis facta à peccato excusat, quemadmodum & de reliquis dispensationibus quotidie dicemus. Nam ut ait Ricardus. Dispensatio ex pronitate ad peccandum facta, ualida est, & profus à peccato excusat. Deinde si duritia in hac parte peccatum arguit, bona pars legis Mosaicæ peccaminosa erit, nam ut Ireneus libro 4. contra Valentinum capitulo 29. inquit, multa præcepta propter cordis duritiam illi populo exhibita fuerunt, & exemplificat de sacrificiis &c. In nouo quoque testamento, quædam ob duritiam tradita esse docent, ut quod inquit Paulus, Unusquisque propter fornicationem uxorem suam habeat, quod tamen non esse peccatum tota Ecclesia docet, & nos multis, superiori libro demonstrauimus. Tertio quoniam Diuina permissio ex quacumque causa, ut libro 3. cum illa uerba, septimi capitis Epistolæ ad Corinthios interpretaremur. *Propter indulgentiam unusquisque suam uxorem habeat*, Satis apertis rationibus demonstrauimus omnino excusat à peccato, in leges eius qui permittit, licet non à peccato in superioris leges commissio, &

planè inauditum est, me secundum regis permissione operantem, in ipsum regem aliqua ratione peccare. Permittuntur quidem lupanaria, & tamen ad lupanar accedere peccatum est. Fateor Sed ad lupanar accedere, iure civili quo permittitur, peccatum non est, licet secundum eam legem, qua non permittuntur, idest Diuinam sit peccatum, quòd si lege Diuina permittentur non essent peccatum. Vnde falsum est, quod quidem comminiscuntur, immò ex quo suarum rationum in hac parte totum robur educunt, libellum repudii quasi minus malum Diuinitus permissum, Deus enim & si fieri mala plerumque permittit, non tamen malum aliquando aut præcipit, aut consulit, aut suis legibus indulget: sed eo ipso quo indulget præcipit aut consulit, aut bonum est, aut saltem non malum. Falluntur enim hi, quòd & si duplicem permissionem alteram de minori bono, alteram de minori malo rectè doceant, nesciunt tamen ubi hæc aut illa soleat accidere. Permissio de minori malo nunquam est respectu legum eiusdem legis latoris: uerbi gratia, si quid rex suis legibus permittat, neque illud quod permittit superiori aliqua lege malum est, permissio illo nunquam de minori malo, sed de minori bono dicenda est. quoniam si ea res quæ permittitur superioris alicuius legibus mala non iudicatur, naturæ (inquam) aut Dei res illa mala non erit, sed bona: nam ex hypotesi, Diuina lege aut naturæ mala non est, neque Regis legibus est prohibita, immò potius indulta, ergo nullo modo mala est: ita prorsus Diuinæ permissiones, cum nullam legem superiorem habeant, nunquam sunt de malo aliquo, neque perinde de minori malo, sed semper de minori bono: nam si illud, quod Diuina lege permittitur malum esset, aut ea malitia à superiori aliqua lege proueniret, aut à diuina, à diuina non, quia potius id quod permittitur, per Diuinam legem licet, superiori etiam lege, non, quia nulla est lex, Diuina lege superior, nullo pacto igitur res quæ Diuinis legibus indulgetur, aut permittitur, mala est. Et si fortasse sit minus bona. Permissiones igitur Diuinæ, nunquam sunt de minori malo, sed semper de minori bono. Idemque iudicium habendum de permissionibus quibusque superiorum respectu inferiorum contra humanæ permissiones respectu Diuinarum legum, aut in creaturis, inferiorum respectu superiorum, semper sunt de minori malo: ut quod de lupanaribus & prostribulis nunc dicebamus. Permittit enim res publica prostribula, non quasi minus bonum, sed quasi minus malum, ne scilicet in periculo sit honestarum fœminarum pudicitia. Atque idem sentiendum de usura, quæ erga gentes fieri permittebatur, reliquisque Diuinis permissionibus crediderim. cum enim superiorem le-

gem non haberent, ipso actu permittendi licet reddebantur. Non, inquit, fœnerabis fratri tuo, sed alieno: nam tametsi dare ad usuram legi naturæ si aduersum, Diuina tamen permissione, quæ superior est naturæ decretis, iustum reddebatur; nec obest illud, quod inter uiri iusti, qui habitaturus est in monte Domini, conditiones numeratus. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram &c. Nam hoc, non de ea usura, quæ à gentibus fumebatur, sed de fraterna, est accipiendum. Licet enim eo loco absolute & simpliciter propheta loquatur, non tamen est simpliciter & absolute accipiendus, sed iuxta legis, ad quam reliquæ scripturæ sunt exigendæ normam & amulum: nam à gentibus præsertim finitimis, qui hebræorum regiones & bona quotidie inuadebant, non esse peccatum usuras eo seculo exigere, prophetica vaticinia, quæ pro magna fœlicitate eisdem exactione fœnoris à gentibus promittebant, satis euidenti sunt argumento. Si audieris, inquit, vocem domini Dei tui & custodieris uniuersa quæ iussit &c. fœnerabis gentibus multis; & ipse à nullo accipies mutuum. Et rursus in eandem sententiam. Benedicet Dominus cunctis operibus, manuum tuarum, fœnerabisque multis gentibus, & ipse à nullo fœnus accipies, &c. Deus autem in bonorum operum præmium non promittit peccata. Itaque ut ad rem reuertamur. Dare libellum repudii iuxta Diuinam permissionem, cum sit permissio de minori bono. (maius enim bonum erat matrimonii inseparabilitas, quæ primitus constituta fuerat) non potuit esse peccatum: quæ sententia, inter theologos Scholasticos, & sanctarum scripturarum interpretes, illis semper magis arrisit; quæ rem subtilius uel ad scripturæ uel ad rationis libram expendunt. (Verum de natura permissionis & an semper peccatum inducat libro quinto rursus aliquid dicemus.) Ratio autem illorum, qui idem libellum repudii non modo Diuino sed naturæ quoque iuri uolunt aduersari, quòd nimirum inseparabilitas sit contra bonum sacramenti &c. friuola est, matrimonium enim Iudaicum nullum habebat bonum Sacramenti, atque adeò hebræi contra bonum sacramenti peccare non poterant, sed hi ex christiano matrimonio, cuius longè alia ratio est, omnia matrimonia præscorum seculorum & legum metiuntur, quod est absurdissimum.

Ergo, ut quæ longius diximus, in epilogum redigamus, in matrimonio quædam sunt de naturæ iure, quædam de iure gentium non primario sed secundario, quædam de iure meræ positio, Diuino tamen de naturæ iure est maris fœminæque coniunctio ad procreandam prolem, de iure gentium secundario est pactio matrimonialis, certis legibus munita, quam

quam proprie matrimonium appellamus, depositio iure diuino est uxoris unitas & uinculi perennitas. Quamquam hæc diuinæ constitutiones multo amplius quàm uel uxorū pluralitas uel uinculi solubilitas cum natura, idest cum ratione cohercant.

DILVNTVR DVBIA QVAEDAM
quæ ex præcedenti doctrina oriri possunt. Cap. II.

Verum hoc loco scrupulos aliquos eximere necessum est. Primum quidem si maris & fœminæ coniunctio de iure naturæ est, & iuri naturæ aduersari non licet, tenemur igitur omnes ad eam coniunctionem: nam id tota hac disputatione contendimus, matrimonium non esse de iure naturæ, ne protinus de ineundo matrimonium præceptum cõfiteri cogeremur. Dilutiones enim illas, quas nonnulli scholastici excogitarunt, quòd sit non singulorum hominum, sed communitatis præceptum, & quòd sit præceptum affirmatiuum &c. non satis solidas esse, postea cum de matrimonio, an sit Diuinum præceptum discutiemus, abundè comprobabimus. Si ergo maris & fœminæ coniunctio de iure naturæ est, quod ius, iure gentium multò est uehementius, ut superius diximus, tenemur igitur fœminas, quòd ex illis liberos suscipiamus, nobis copulare: quæ copula cum more reliquorum animalium in hominibus rationis capacibus celebrari non possit, reliquum est, ut ad mutua illius potestatis, pactio, quam matrimonium appellauimus, perinde teneamur.

Sed hic scrupulus ex his quæ superius sunt dicta facile colliditur. Quemadmodum enim de matrimonio, id est de mutua illa maris & fœminæ pactio, ad uitæ coniugalis cõsuetudinem, diximus eam esse de iure gentium, aut (ut Scholastici loquuntur) naturæ, non quia ab illo percipitur sed quia cum eo congruat, & ei sit consona, ita & de maris & fœminæ coniunctione per omnia dicendum, eam nulli hominum quasi necessariam à natura iniungi, sed idem esse de naturæ iure, quod illi sit affona & afformis. Inseruit enim natura animalium uisceribus appetitum illum & naturalem impetum, quo masculi & fœminæ in seipso ad naturæ propagationem uicissim exardescerent, atque hic impetus & appetitus cum sint à natura, naturalis iuris esse dicuntur, actiones uerò, quæ ab eodem appetitu proficiuntur, idest maris & fœminæ coniunctiones, conformes duntaxat iuri naturali. Vnde cum Iuriconsultus quid esset ius naturale explicasset, non dixit maris & fœminæ coniunctionem esse de iure naturali, sed ex illo descendere. Hinc inquit, descendit maris fœminæque coniunctio &c. immò non coniunctionem maris & fœminæ tantum de naturæ iure esse

dixit, sed matrimonium, cum in hominibus maris & fœminæ coniunctio absque mutua pactio, certis legibus & conditionibus munita, recte celebrari nequeat. Fit perinde ut unde maris & fœminæ copula descendat, inde etiam matrimonium descendere per Synedochem dicatur.

Verum ais. Impetus ille & affectus in fœminam aut in uirum, est ius naturæ, ergo nullo pacto impediri potest, ne naturæ oblucri uideamur. Respondeo, Ius cum sit iustitiæ obiectum semper est ad alterum, ergo impetus illæ naturæ & propensio, ius naturæ non uocabitur, nisi comparatum ad alterum, scilicet quatenus ab altero impeditur. Vnde si quis in quopiam, qui se per publicum ac solemne uotum, iure eo non abdicasset, eum impetum per uiolentam castitatem comprimere uellet, in ius naturæ peccare meritò diceretur. Dixi, qui se per publicum ac solemne uotum &c. Nam cum uota simplicia & publica solemnitate destituta, per homines postulari non possint, uota tamen & iuramenta publica, etiam per uim extorquere, utile immò necessarium esse reipublicæ, ratio ipsa suadet. Interest enim reipublicæ, publicam maximè Deo sponsam, fidem seruari.

Ceterum qui sibi ipsi in eo naturali impetu reprimendo uim afferret, cum eiusdem ad seipsum nulla sit iniuria, contra ius naturæ non peccaret: ius enim naturæ, non idem naturæ uocatur, quòd illud in nos natura habeat, quemadmodum ego in rem meam ius habere dicor: natura enim, aut sumitur pro natura uniuersali, aut particulari, si pro uniuersali, nihil est subsistens, (loquor semper de natura creata) ac perinde in me nihil habet iuris, si pro particulari, idest pro ea quæ in me est, cum mei ad meipsum nulla sit iustitia, nec proinde erit iniustitia: sed idem ius naturæ uocatur, quòd mihi ipsa natura, non item ex alterius uoluntate fuerit comparatum, unde à Cicerone non ius naturæ aut naturale, sed ius natura uocatur, quòd nimirum natura, non hominum beneplacito constet: Ego itaque iuri meo, etsi natura comparato, renuntians, non pecco in naturam: quemadmodum neque in reliquis mei iuris renunciationibus, & cessionibus.

Secundus scrupulus est, an eo rerum statu, quo genus humanum, uel peste, uel bellis, uel aliqua alia ratione fuisset absumptum, de ineundo aut colendo matrimonio, superstitionibus hominibus naturæ aut iuris gentium præceptum esset: nam & hæc quæstio frequenter in scholis agitari solet, & ex ea naturæ præceptum scholastici quidam colligere consueuerunt. Verum hic primo omnium respondere oportet, casum fore impossibile; quòd n. pacto fieri queat aliquando, ut imensa hominum multitudo per tot gentes, regiones, prouincias, & urbes diuersa acris tēperie toto

terrarum orbe dispersa, bellis, peste, aut alio claudis genere absumatur? Deinde si id foret possibile, qui tamen sciri à quo piam posset, vniuersum genus humanum absumptum? oportet igitur id per Diuinam reuelationem innotescere, atq; illi, quemadmodum Noe, Diuinitus dici, *Finis uniuersæ carni venit coram me, deleboque hominem quem creavi à facie terræ*, quod si id accideret, eadem Diuina reuelatione, præceptum quoque de in cundo matrimonio, multiplicandoque humano genere, traderetur, quemadmodum & Noe ac filiis eius cum dicitur, *Crescite & multiplicamini & replete terram*, (si tamen his verbis præceptum aliquod continetur & non potius benedictio quædam, de qua re tamen postea) atque adeo nihil opus foret antiquo præcepto naturæ, sed nouo illo Diuino, ut quis ad filiorum procreationem teneretur. Tertio non est omnino absurdum, quod quidam docti uiri excogitarunt, ea rerum cõditione & statu, iuste ac rationabiliter putari posse, Deum velle totum genus hominum absumere, & postremam humani generis diem instare. quod profecto summa cum ratione cogitari posset, in tam vasta & inusitata hominum desolatione: nisi quemadmodum & Noe, exhortatio de multiplicando traderetur. Quarto in ea hominum vniuersali strage, quæ absque ingenti diuine prouidentie ratione fieri non posset, is qui superstes esset, non absque Diuino nutu superfuisset credendus esset, atque adeo ipsa uitæ incolumitas, etiam si nullum Diuinum præceptum de nuptiis celebrandis reuelaretur, cum cognitione supra naturali, (naturalis enim nullo modo est possibilis) satis essent ad diuinam uoluntatem cognoscendam.

Atq; hæc nostra de præcepto naturali, de colendo matrimonio sententia. quam tamen si non rectius quacunq; alia catholice doctrinæ veritatē in hac parte tueatur, aliorum theologorum sententiis præiudicari nolumus, qui docent de nuptiis aliquando celebrandis mandatum à natura traditum. Quorum opinio si arrideat nihil etiam detrimenti eadem catholica doctrina ab hac aduersariorum ratione acceptura est: cum in promptu sit respondere, aut præceptum illud non singulis, sed toti communitati instare, aut melius, præceptum esse affirmatiuum atque non semper, sed ad semper obligans, aut demum quod diuus Bonauentura inquit, præceptum quidem fuisse naturale, sed iam dudum per humani generis propagationem sufficientem extinctum, quæ sententiæ inter eas, quæ de matrimonio naturale præceptum admittunt, optima mihi ac minimè omnium calumniis subiecta semper fuit iudicata. sed eius verba hic referre præstat. Dicendum quod prima institutio matrimonii præceptum habuit, sicut dicit magister, & præceptum illud fuit affirmatiuum, & fuit iuris naturalis; sed attendendum quod ius naturale quædam dicitur simpliciter ut Deum amandum, quædam secundum tempus, ut omnia esse communia. Dico

Gen. 6.

4. Sent. d. 26. q. 3.

ergo quod præceptum de usu matrimonii fuit naturale secundo modo: quia quamdiu pauci erant, dicitur, ius naturale quod multiplicanda esset proles ad cultum Dei, sed cessante isto statu, cessauit præceptum; & ideo institutio secunda tempore legis gratiæ, habuit indulgentiam non præceptum. Hactenus Bonauentura. Sed de his solutionibus, præfertim quatenus ad Diuinum præceptum de matrimonio, quod cum naturali confundi solet, attinet, quodque illis uerbis *Crescite & multiplicamini & replete terram*, contineri, quidam theologorum docent, postea sequenti disputatione, plura.

Concluditur Controversia.

COELIBATVM ET CONTINENTIAM naturæ legibus non esse contrariam ut hæretici docent; urgentq; ex scripturis idem. Cap. 12.

NON itaque, ut hæretici docent, virginitatis & cœlibatus usus, quantumcunque frequens, naturæ legibus aduersatur, & si carni & brutis affectibus aduersetur, qui tamen non à naturæ primitus institutæ, sed corruptæ & uiciatæ prorsus fonte deriuantur. Et profecto quæquam in Ethnicis hominibus fortasse fuisse tolerabile, docere virginitatis cultum, naturæ aut potius reipublicæ utilitati aduersari, quod olim Cæsarem Augustum oratione ad populum habita fecisse, antea commemorauimus, in christiano tamen homine prorsus est blasphemum, cum nullus tam hæreticus, qui negare audeat, in Euangelicis & Apostolicis scriptis, multas virginitatis & cœlibis uitæ exhortationes contineri. Quid, inquit Hieronymus, sibi vult Apostolus, ut ad continentiam cohortetur, si contra naturam est? Quid ipse Dominus, qui eunuchorum præcipit varietates? Certè Apostolus, qui ad suam nos prouocat pudicitiam, debet constanter audire. Cur portas veretrum ò Paule? Cur à sexu fœminarum, barba, pilis, aliisque membrorum qualitate distinguere? Cur tuæ non intumescent papillæ, non dilatantur renes, non pectus arctatur? Vox obsoletior est, sermo ferocior & hirsutius supercilium: frustra hæc omnia virorum habes, si complexu non uteris fœminarum: compellor aliquid loqui & insipienter fieri, sed uos me, ut loqui audeam, coegit. Dominus noster atque saluator, qui cum informa Dei esset, formam serui dignatus est assumere, factus obediens patri usq; ad mortem, mortem autem crucis, quid necesse erat, ut iis membris nasceretur, quibus usus non erat? Qui certè ut sexum ostenderet, etiam circumscissus est. Cur Ioanem Apostolum & Baptistam sua dilectione castrauit, quos viros nasci fecerat? Qui ergo in Christum credimus Christi sectemur exempla & si noueramus illum iuxta carnem, sed iam non nouimus eum secundum carnem. Certè in resurrectione eadem erit corporum substantia, qua nunc

Dion. 4.

Lib. 1. de

Lib. 1. de Cui. Dei. c. 21. & 22.

vimur, licet auctior gloria: nam saluator in tantum ipsum corpus habuit post inferos, in quo & crucifixus est, ut manus perforatas clauis, & lateris vulnus ostenderet. Porro si clausis ingressus est ostiis, quod humanorum corporum natura non patitur, ergo & Petrum & Dominum negabimus vera habuisse corpora, quia ambulauerunt super aquas, quod contra naturam est. In resurrectione

mortuorum non nubent, neque nubentur, sed similes erunt Angelis. Quod autem alii in cœlo futuri sunt, hoc virgines in terra esse ceperunt: si Angelorum nobis similitudo promittitur, inter Angelos autem non est sexus diuersitas, aut sine sexu erimus, quod Angeli sunt, aut certè, quod libido comprobatur, resurgentes in proprio sexu, sexus non fungemur officio. Hæc Hieronymus.

CONTROVERSI A SECUNDA IN QVA EA OMNIA COMMUNENTVR, QVAE IN COELIBATVM ET CONTINENTIAM EX DIVI- NIS SCRIPTURIS AB HÆRETICIS PROFERUNTUR.

CONFUTATVR EORVM sententia, qui ea verba *crescite & multiplicamini ad spiritualem sensum detorquent.* Cap. 1.



ED iam ad ea quæ ex scripturis, in cœlibatus usum, proferuntur, peruenio; volunt enim ex aduersariis quidam, non modo naturali sed diuino quoque iuri eundem contrarium. Quod Deus in humani generis primordio, primis patribus dixerit, *crescite & multiplicamini & replete terram*; quod præceptum; punito per diluuium mundo, Noe & filii eius, quos quasi semina humano generi reparando reliquerat, rursus intulit, *Benedixit, inquit, Deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos, Crescite & multiplicamini & replete terram &c.* Sic isti quorum ratio quantum valeat, tunc apparebit, cum eorum duorum locorum sensum, & germanam intelligentiam explicauerimus.

Ergo inter veteres Ecclesiasticos scripturarum interpretes, nimio fortasse castitatis amore ducti, quidam, sic eos locos accipi volunt, ut potius ad spiritualem & mysticum sensum, quam ad vllam carnis propagationem pertinere contendunt. Quidam, ait Augustinus, non secundum carnalem fecunditatem volunt intelligi, *Crescite & multiplicamini, quia secundum animam legitur tale aliquid dictum, Multiplicabis in anima mea virtutem.* Ut id quod sequitur *Et implete terram & dominamini eius, terram intelligant carnem, quam presentia sua implet anima eius, quæ maxime dominatur, cum in virtute multiplicatur, carnales autem fetus, sine libidine, quæ post peccatum exorta, inspecta confusa, velata est, nec tunc nasci potuisse, sicut neque nunc possunt: neque in paradiso futuros fuisse, sed, foris, sicut & factum est: nam postea quam inde dimissi sunt, ad gignēdos filios coierunt, eosque genuerunt.* Hæc Augustinus. In qua tamen sententia nullum ego eodem frequentiore inuenio, sic enim is contra Manich. disputans, cum

ad hunc locum peruenisset, scribit. Rectissime queritur quemadmodum accipienda sit cõiunctio masculi & fœminæ ante peccatum, & ista benedictio qua dicitur, *Crescite & multiplicamini & replete terram.* Vtrum carnaliter an spiritualiter accipienda sit. Licet enim nobis etiam eam spiritualiter accipere, ut in carnalem fecunditatem post peccatum conuersa esse credatur. Erat enim prius casta cõiunctio masculi & fœminæ; huius ad regendum, illius ad optemperandum accommodata: & spiritualis scetus intelligibiliu & immortalium gaudioru replens terram. i. viuificans corpus & dominas eius, ita subiectu habens, ut nullâ ex eo aduersitatē, nullâ molestiâ pateretur: quod ideo sic credendum est quia nondum erant filii seculi huius antequam peccarent: Filii enim seculi huius generant & generantur, sicut Dominus dicit, cum in comparatione uitæ futuræ, quæ nobis promittitur, carnalem istam generationem cõtemnendam esse demonstrat. ita eo loco. Quam interpretationem & libro tertio decimo confessionum confirmat, aperte docens, quod licet non hominibus modo, sed brutis quoq; animantibus Deus eam benedictionem intulerit, iuxta diuersa, quibus infertur subiecta, diuersum habeat sensum, quemadmodum cum Deus & Proximus diligere præcipitur, & si eadem sint uerba, non tamen eodem modo est dilectio accipienda: in brutis ergo; ea uerba ad carnis fecunditatem sunt referenda, cum contra in hominibus, eo scelici statu nondum per peccatum natura uiciata, quo tempore, Deus ea protulit, ad spiritualem fecunditatem pertineant. Libro deinde de bono coniugali. Et si certu habere uideatur; immortalibus corporibus, qualia omnes in eo statu scelici naturæ, post confirmationem futura fuisse conuenimus, nequaquam generationis congressum coire, ac perinde de eo tempore ea uerba intelligi posse neget, eadem tamen vel ad tempus ante confirmationem, cum scilicet homines adhuc animalia corpora possiderent referenda putat, vel si absolute, de quocunq; statu accipienda sint, ad spiritualem intelligentiam retorquet, de qua dictum est, *Multiplicabis in ani*

Degen. cõ. Manich. c. 19.

Ca. 4.

Ca. 2.

ma mea virtutem. Libro denique de gen. ad lit. Z. Solo charitatis affectu, absque vlla corruptione homines creare potuisse, existimat. Ad eandem sententiam Chrysostomus libro de virginitate (id quod superius tetigimus) alluisse videtur. Is enim cum proluxa oratione demonstrasset, carnis connubium non aliunde quam à peccato deriuatum, in hunc modum subiungit, Vides ne unde initium habuerint nuptiæ? unde necessario profectæ videantur, à Diuini præcepti contemptione, ab execrationibus, à morte, si quidem ubi mors est, ibi nuptiæ commorantur; quæ si non essent, neq; nuptiæ sequerentur. At hæc virginitatem non consequuntur, sed illi semper utilitas, felicitas, beatitudoq; committantur, tam nõdum morte, aut nuptiis introductis, quam post earum introductionem. Cædo quod connubium Adam procreauit? Qui dolores Etiam peperunt? Neque enim habes quid respõdeas. Quid igitur sine causa contremisces metu perterritus, ne sublatis nuptiis cõsistat ortus humani generis? Innumerabiles Angeli Deo inferuiunt, infinita uis Archangelorum ad ipsum assistit, neque quisque eorum est ex naturæ successione, ex partu, ex doloribus, ex conceptione procreatus: multo igitur magis homines sine coniugio fingere potuit, quemadmodum primos finxit, unde genus hominum vniuersum exortum, est. Hactenus Chrysostomus. Quam sententiam rursus in sequentibus multis rationibus confirmat, docens ea verba, *Crescite & multiplicamini & replete terram*, non ad naturæ institutionem, sed potius in remedium concupiscentiæ futuri, iam post peccatum naturæ pertinere. Crescite, inquit, & multiplicamini. Istud enim furente natura, cum neque ea libidinis impetum ferre possent, neq; in illa tempestate partum alium haberet, quo confugeret, tempora postulabant. Et subinde, Principio, ait, virginitas tradita est, & illa quam matrimonium prius apparuit, iccirco successit matrimonium secundo loco, visumq; est necessarium: quod si Adã obedientiam non abiecisset, haud illo nobis opus fuisset. Ita Chrysostomus. Chrysostomus Secutus est Damascenus, li. 2. de fide orthodoxa cap. ultimo. & lib. 4. cap. 16. docens non aliorum factam fœminam, nisi quia præciebat Deus futurum peccatum. Infert deinde Chrysostomus, non tam liberos procreandi gratia, post peccatum matrimonium institutum, quam ut in natura infitum restingat ardorem: quod ex Paulo confirmat dicente, propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque suum virum. Quam sententiam & Abulenensis in primum caput Genes. non semel approbat.

Verum hanc interpretationem idem Augustinus, re paulo exactius examinata, cum eam recitasset, tanquam scripturæ & Ecclesiastico sensui aduersam omnino explodit. Nos, inquit, nullo modo dubitamus, secundum benedictionem Dei, crescere & multiplicari, & replere terram, donum esse nuptiarum, quas Deus ante

peccatum hominis ab initio cõstituit, creando masculum & fœminam: qui sexus euidenter utiq; in carne est: hinc quippe operi Dei etiam benedictio subiuncta est: Nam cum scriptura dixisset, masculum & fœminam creauit eos, continuo subdit, Crescite & multiplicamini &c. Hæc Augustinus. Qui tamen subinde non negat, posse eadem verba, ad spirituale virtutum incrementum, quemadmodum & alia pluraque referri, sed ea literali sensu ac germano, de corporali fœcunditate accipiendam non dubitat, Unde statim subiungit. Quæ omnia quamquam non inconueniẽter possint, etiam ad spirituale intellectum referri masculum tamen & fœminam, non sicut simile aliquid etiam in homine intelligi potest, quia videlicet in eo aliquid est quod regit, & aliud quod regitur, sed sicut euidentissimè apparet in diuersi sexus corporibus, masculum & fœminam ita creatos, ut prolem generando, crescerent & multiplicarentur, & implerent terram: Cui sententiæ tam euidenter, magnæ absurditatis est relictari: neq; n. de spiritu, qui imperat & carne, quæ obtemperat, aut de animo rationali, qui regit, & irrationabili cupiditate, quæ regitur, aut de uirtute contemplatiua; quæ excellit, & actiua, quæ subditur, aut de intellectu mentis & sensu corporis, sed aperte de uinculo coniugali, quo uterque sexus obstringitur dominus interrogatus, utrum liceret quacumque ex causa dimittere uxorem quoniam propter duritiam cordis Israelitarum Moyses dari libellum repudii permisit, respondit atque ait. Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem suum & matrem suam & ad hærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna: ita iam non sunt duo sed vna caro: quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Certum est igitur masculum & fœminam ita primitus institutos, ut nunc homines diuersi sexus uideamus & nouimus, sic eo loco Augustinus. Et rursus sequenti capite. Quisquis autem dicit non fuisse coituos nec generaturos nisi peccassent, quid dicit nisi propter numerositatem sanctorum, necessarium hominis fuisse peccatum? si enim non peccando soli remanerent, quia, sicut putant, nisi peccassent generare non poterant, profecto ut non soli duo isti homines possent esse sed multi, necessarium peccatum fuit, Quod si credere absurdum est, illud potius credendum, quod sanctorum numerus, quantum complendæ illi sufficit beatissimæ ciuitati, tantus existeret & si nemo peccasset, quantum nunc per Dei gratiam de multitudine colligitur peccatorum, quousque filii huius seculi & generant & generantur? Hactenus Augustinus. Docetque subinde tum rationibus tum exemplis, quo pacto per solum voluntarium ac liberum membrorum genitalium imperium, non item per concupiscentiæ & libidinis impetum nuptiæ colerentur. cognoscit & Origines, & si fortasse pro sui seculi more in sanctorum scripturarum interpretatione, plus satis

Hom. 1. in Gen.

in mysticos & allegoricos sensus propensus, duplicem horum uerborum intellectum, spirituale unum, literalem alterum, qui non ad mentis aut uirtutum fœcunditatē ut primus, sed ad generis corporalis propagationē pertineret agnouit. Et demum eadem uerba de corporali fœcunditate & corporali propagatione, post Augustinum ac reliquos Ecclesiasticos patres, qui rem penitus aduertisse uidentur, omnes ferè posteriores theologi, Iunilius, Beda, Rupertus, Rabanus, Albinus, Lyranus &c. intelligenda docent. Quibus accedunt etiam post Petrum Lombardum scholastici omnes eam sententiam, quæ eadem uerba ad spirituale ac mysticum tantum sensum detorquebat omnino damnantes: quanquam omnes uno animo consentire uidentur, affuturam illo statu libidinem & hos brutos carnis impetus, quos nunc habet annexos coniugalis amplexus, quod etiam sanè accipiendum est. Non enim docere uolunt, nullam omnino delectationem futuram, absit, hæc enim non à peccato, sed à natura & seminis excretionem originem habet, sed infrænes duntaxat & irracionales carnis insultus, qui nunc rationem & spiritum opprimunt, quod à peccato deriuentur, molliuntur excludere.

E O R U M S E N T E N T I A E,
qui ea uerba de corporali propagatione intelligunt, recitantur & explicantur. Cap. 2.

H I ergo oēs cum ad corporis fœcunditatem eadem uerba referenda putent, eis tamen præceptum aut legem de genere humano propagando contineri, non dubitant, & si in hac quoque parte uariare uideantur. Quidam enim cum præceptum illic toti humano generi induci fateantur, nullum tamen singularem hominem ad idem astringi credunt, quemadmodum in republica quosdam necesse est esse agricolas, milites, artifices &c. Nec tamen cuiquam homini uacandi agriculturæ, militiæ aut alicui arti necessitas imminet, quod ita declarant, Præceptum, aiunt, habet rationem debiti, dupliciter autem aliquid est debitum, uno modo ut impleatur ab uno, & hoc debitum sine peccato præteriri non potest. Aliud est debitum implendum à multitudine, & ad tale debitum implendum non tenetur quilibet de multitudine: multa enim sunt multitudini necessaria, ad quæ implenda unus non sufficit: sed implentur à multitudine, dum unus hoc, alius aliud facit; Præceptum igitur legis naturæ homini datum de comestione, necesse est quod ab unoquoque impleatur, aliter enim indiuiduum conseruari

non posset: sed præceptum datum de generatione, respicit totam multitudinem hominum: cui necessarium est, non solum quod multiplicetur corporaliter sed etiam quod spiritualmente proficiat. Et ideo sufficienter prouidetur humanæ multitudini, si quidam carnali generationi operam dent, quidam uerò ab hoc abstinentes, contemplationi Diuinorum uacent, ad totius humani generis pulcritudinem & salutem. Sicut enim in exercitu, quidam castra custodiunt: quidam signa deferunt, quidam gladiis decertant, quæ tamen omnia debita sunt multitudini, sed per unum impleri non possunt, sic isti. Quæ sententia sic ab aliis explicatur. Necessitas, aiunt, præceptorum ex fine perpenditur. Necessitas, autem naturalis, dupliciter inclinatur, uno modo ad finem cuiusque particularem, ut conseruatio indiuidui, & huiusmodi necessitas obligat singulos ad sumendum cibum, non semper, sed quando, & ubi oportet.

Alia uerò est necessitas non singulis sed toti reipublicæ incumbens, & hæc non obligat singulos: sed remp. in communi, atque adeo principes qui eius sunt administratores, ut necessitas agriculturæ, edificatoriæ atque aliarum artium; non enim singuli tenentur esse agricultores, edificatores aut milites &c. sed unusquisque suapte sponte unam quamlibet sequitur artem: sed si forte contingeret ut aliqua earum artium esset artificibus destituta, tunc princeps compellere posset eos, qui essent necessarii: Pari ergo modo lex matrimonii, non singulos sed collectim reipublicam obligat. Unde initio conditi orbis, quia Adam erat tota reipublica, illi posita est lex, qua quidem filios suos cogere etiam poterat, ut connubia inter se conciliarent, quousque facta esset generis propagatio. Et pari lege Noe filios suos & nepotes, potuit compellere. Quando uerò illa necessitas non ingruit, prudentia Dei est, naturæque instinctus & uoluptas sufficit, ut non desint, qui absque coactione rei uxoriæ operam impendant. Colligunt ex his præceptum de ineundo matrimonio, licet semper duret in republica, consilio uirginitatis non obstare. Hactenus isti. Quorum uerba huic loco uolumus inferere, ne quis eisdem nos quicquam imponere, quod tamen haud infrequenter, aliorum recitandis aut consutandis sententiis, quidam faciunt. Sed ad rem. Concludunt isti, bis de matrimonio datum fuisse humano generi præceptum. Ante peccatum Genes. 1. in officium propagandi, post peccatum Genes. 9. in concupiscentiæ remedium; quod etiam Euangelico statu, quemadmodum, & omnibus aliis præcedentibus durare contendunt.

Sunt alii qui præceptum quidem illis duobus locis inesse fatentur, quod non modo communiter obliget, se pro tempore & occasione singulos obstrin-

Do. Sos in 4. d. 26. ar. 3.

1. Sen. d. 20. q. 14. ff. d. 26.

Vide maior. 2. Sen. d. 20. q. 14. ca.

S. Thom. 22. quest. 152. ar. 2. in resp. ad 1. Et in 4. d. 26. q. 2. Petrus Palud. in 4. d. 26. q. 1. Duran. ibidē 4.1. Care. in com S. Tho. ubi supra.

Scot. in 4. d. 26. q. unica. in fine. obstringat: nam cum sit præceptum affirmatiuum, & affirmatiua præcepta non ad semper, sed semper, idest pro emergente rerum conditione & necessitate constringant, superest, ut de contrahendo matrimonio, mandatum tunc duntaxat obligare dicamus, cum ingens esset hominum penuria ut si pestis grauisissima aut funestum bellum totam prouinciam absumpsisset. Atque hi etiam quemadmodum & præcedentes, nunc quoque de contrahendo matrimonio, præceptum superesse, perinde docere uidentur.

Sunt demum, qui cum utroque loco præceptum datum putent, & sancitam de colendo matrimonio legem, quæ non communitatem duntaxat obligaret, ut primi docent, sed singulos homines, nec tantum pro tempore, ut secundi dicebant, sed semper, idest, siue propagato siue non propagato humano genere, hoc tamen præceptum Euangelico seculo expirasse & abrogatum contendunt: quamquam quando id præceptum obligare destiterit, hi non satis conueniant. Sunt enim qui id multo ante Euangelicam legem cum scilicet sufficienter humanum genus fuisset propagatum, factum putant. Quæ sententia ueteribus patribus familiaris esse solet. Vnde Cyprianus. Prima sententia crescere & generare præcepit, secunda ad continentiam suast: cum adhuc rudis mundus & inanis est, copia fecunditatis propagante generamur, & crescimus ad humani generis augmentum; cum iam refertus est orbis, & mundus impletus, qui capere continentiam possunt, spadonum more uiuentes, castrantur ad regnum. Sunt & qui, usque ad Euangelicæ legis aduentum, colendi matrimonii obligationem durasse, credant, ita ut per Moisaicæ legis tractum homines obligauerit, iuxta illud, non erit apud te sterilis, tumq; primitus extincta, cum Christus ad eunuchismum & castrationem propter regnum cælorum oēs inuitauit dicens. Qui potest capere, capiat.

PRIMA EX SUPERIORIBUS SENTENTIIS CONFUTATUR.

Cap. 3.

Verum horum omnium interpretationes quatenus illis duobus locis præceptum ali quod siue legem hominibus indici putant non modo (absit tantorum uirorum iniuria) procul ab eorundem locorum intelligentia recedunt, (quod postea probabimus, cum nostram sententiam explicabimus) sed proflus omnino fundamentum ac ratione carere uidentur, quod nunc sigillatim est demonstrandum.

Et primi quidem, qui præceptum illud non singulis hominibus, sed toti communitati tributum existimant, omnino mihi gratis ita loqui uidentur: nam, ut hinc incipiamus, cum reliqua præ-

cepta & uerba, quæ Deus, eorum humanarum statum, Adæ locutus est, non tantum communitati sed singulis hominibus omnino conueniant, quare si eo loco præceptum esset, non singulis hominibus conueniret, sed toti communitati? Enim uero Adæ non humanæ reipublice duntaxat sed singulorum hominum personam, in omnibus, quæ eo tempore sunt illi Diuinitus illata præcepta, sustinuisse, ipsa originalis culpa & pœna, in uniuersos mortales descendens, haud obseruare testantur. Sicut per unum hominem, inquit Paulus, peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Et rursus. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per unius iustitiam in homines in iustificationem uitæ. Neque omnino potest intelligi, quo pacto præcepta siue pœnæ, primo illi parenti, siue ante peccatum siue post peccatum illata: ad illum in quantum homo erat, non pertineant, quod si ad eum quæ homo erat, sunt referenda, singulis hominibus eandem perinde conuenire dicemus. Neque uero ea euasio aliquid prodest, quod reliqua eius status præcepta à necessitate individuali, præceptum autem de specie multiplicanda, contra, à totius communitatis necessitate sumatur: id enim tam uoluntarium est quam præcedens, neque ulla ratione uel fundamento consistit. Et si enim in præcepto de comedendo, quod nimirum cibus ad corporis conseruationem, magis exigitur, quam coitus, minor sit necessitas individualis ac perinde grauius contra illud peccatum, probaretur, quod nec nos grauate concederemus, non tamen præceptum de crescendo & multiplicando sua individuali necessitate careret, cum impetus ille naturæ ad generandum, ab individuali quoque naturæ necessitate descendat: quemadmodum enim famis aut bibendi appetitus, actione caloris naturalis, non in communitate, sed in singulis hominibus suscitatur, ita & fundendi iam concoctum semen, desiderium, naturam ipsam auctorem habet. Deinde quemadmodum, qui in hominum penuria, liberis, quos gignere poterat, rempublicam fraudat, in eâ peccare dicitur, ita qui sibi subtrahendo cibum se uita priuaret, in rempublicam quoque peccare dicitur. Inest igitur utriusque præcepto necessitas, non tantum, quæ ab individuali ratione, sed quæ à communitatis & reipublicæ promotione descendit. Porro agriculturæ, militiæ &c. exempla, omnino sunt à proposito aliena, artes enim non fluunt à principiis naturæ, quemadmodum generandi & propagandi speciem desiderium: neque ex se ad uitam agendam simpliciter pertinent, sed tantum ad uitam recte agendam, unde absque illis non modò uiuere possent homines, sed multis seculis quoque uixerunt, quod tum Græcorum & Latinorum, tum aliarum gentium historiae satis indicant.

cant. Quin hi, de matrimonio contrahendo, non modo Diuinum sed naturale quoque præceptum arbitrantur esse, ut postea dicemus, cum tamen de exercendis artibus, nec singulis hominibus, nec toti communitati, impendere præceptum, docere possint. Non enim de colenda agricultura, aut ulli homini, toti reipublicæ, lex ulla à natura tributa est, nisi cuncta artis & prudentiæ dictamina, quæ ad commodè uiuendum, rerum humanarum usus inuenit, naturæ continuo præcepta: quoniam à naturali ratione deriuantur dicamus, quod est absurdissimum. Sed quis unquam hominum præcepta naturalia soli communitati impendere, dixit? Naturalia profecto præcepta dicuntur, non alia ratione, quam quod naturæ sint inserta, naturæ nimirum singulari, non item communi, non ergo solam communitatem, sed singulos quoque homines obstringunt. Hæc differentia inter merè positua & naturalia præcepta uersatur, quod illa, quoniam liberè & uoluntariè imponuntur, non modò singulis hominibus sed toti reipublicæ, possint imponi, immo nunquam singulos homines obligant, nisi quia sunt partes communitatis, contra, naturalia præcepta, cum non à natura uniuersali quæ nihil est sed singulari naturalia dicantur, singulis hominibus, non item rempublicam obstringunt, immo nunquam reipublicæ, nisi singulorum hominum ratione, obligationem inducunt. Non furari, non adulterari, non occidere &c. non reipublice tantum profecto sed singulis humanis indiuiduis à natura præcipitur. Præterea si tantum communitati & non singulis hominibus præceptum illud fuit impositum, cum ea uerba ante peccatum proferrantur, poterat igitur unusquisque in statu, quoque innocentie cœlibatum seruare, & curam propagandæ prolis in communitatem referre. Demum ex eo quod docent hi theologi, ex his duobus locis, duplex, de ineundo matrimonio, contineri præceptum, nam illis uerbis, quæ Genesis primo capite, ante peccatum, collocantur, in officium quidem, illis uero, quæ Genesis nono capite, post diluuium ponuntur, in remedium concupiscentiæ, matrimonium fuisse præceptum, uolunt, ita in eam sententiam licebit colligere; Ergo post peccatum, toto illo seculo, quod diluuium antecessit, non fuit in remedium, sed quemadmodum ante peccatum in officium solum. Deinde si post diluuium fuit in remedium, idest, ad uitandam fornicationem, non ergo fuit præceptum sed permissio & indulgentia, iuxta illud Pauli, Unusquisque, propter fornicationem, uxorem suam habeat, & unaqueque suum uirum &c. Hoc autem non secundum imperium sed secundum indulgentiam dico. Sunt autem ad duplex hoc præceptum statuendum, hi theologi fortasse permoti, ex doctrina Lombardi, qui in 4. dif. 26. c. 1. duplicem matrimonii institutionem ponit, ante peccatum unam in officium post peccatum, alteram in reme-

dium, sed aliud est institutio aliud præceptum.

VERTITUR SECUNDA SENTENTIA Cap. 4.

SECUNDA opinio, quæ docet, non modò præceptum illud reipublicæ impendere, sed singulis quoque hominibus pro loco & tempore, quemadmodum & reliqua omnia affirmatiua præcepta, necessitatem imponere, & si facilius multò uideatur, quod earum rationum, quam in priorem protulimus, uolentiam non patiat, hoc tamen contra se habet, quod eo quoque seculo licere à scælici illo matrimonio sese continere, fateri cogatur, nam cum uerba illa ante peccatum fuerint hominibus illata, si præceptum continent affirmatiuum, non simpliciter, sed pro loco & tempore obstringens, licebat igitur illis, matrimonio se abdicare, & uitam cœlibem, quemadmodum & post peccatum, excludere.

Deinde, quod hi simul cum præcedentibus docent, nunc quoque præceptum illud hominibus imminere, ego certe satis percipere non possum, quo pacto de ea re sit, quacumque ratione præceptum, de cuius contrario est Euangelicum consilium. De eadem re esse præceptum & consilium, secundum diuersos perfectionis gradus, ex Euangelica doctrina colligimus. Præcepit enim Christus, non occidere, consulit etiam, non irasci, præcepit alienam uxorem non concupiscere, consulit sese excindere propter regnum cælorum, præcipit non furari, consulit dare sua pauperibus de contrariis rebus esse præceptum & consilium non potest intelligi cum non modo consilium sed permissio aut indulgentia (quæ sunt multò minor) de re contraria præceptum euacuent, & excludant. Enim uero si Deus hominibus præcepisset, sua retinere, consilium paupertatis ab eodem, eisdem hominibus tributum, satis esset ut crederemus, nos ab eo præcepto solutos, ergo consilium cœlibatus & uirginitatis, præceptum quacumque ratione latum de ineundo matrimonio euacuabit. Scio non deesse, qui & consilium de cœlibatu & uirginitate colenda, cum præcepto de matrimonio componant, sed mihi, fateor, nullo pacto placet, cuiuscumque generis præceptum siue communitatis, siue affirmatiuum, cum frequentia illa ad uirginitatem adhortatione congruere.

REFELLITUR TERTIA SENTENTIA. Cap. 5.

TERTIA demum sententia, & si multò duabus præcedentibus cum ueteribus patribus tum Euangelio conformior, quæ docet fuisse quidem illis uerbis præceptum, sed iam, uel per superuenientem Euangelicam doctrinam, uel per sufficientem humani generis propagationem

1. Cor. 7.

Richer. 4. Sem. d. 26. q. 2.

nem extinctum, eo tamen mihi displicet, quod omnino præceptum illud superfluum putem, ubi impetus ipse nature, nondum uirginitatis aut cœlibatus perfectione patefacta, ad genus humanum propagandum, sat esset: est enim homo, suapte natura, non tantum sociale animal sed coniugale; sufficiebat ergo ipsa naturalis propensio, qua in fœminam uitæ sociam & adiutricem inclinatur, absque ullo Diuino præcepto. Deinde si eo loco præceptum continetur, profectò non de matrimonio, sed de crescendo & multiplicando duntaxat præceptum tribuitur, quod absque matrimonio fieri potest. Illa enim uerba, *Erunt duo in carne una*, quæ Christus Matth. 19. de institutione matrimonii loquens, usurpat, non hoc loco, sed secundo postea capite scribuntur. Non ergo incrementum & multiplicatio, quam istis auctoribus, illic Dominus præcipit, ad unam tantum uxorem restringitur. Præterea, si ullum fuisset aliquando de colendo matrimonio mandatum, non eo loco collocandum esset (qui ante institutum matrimonium scribitur, qui enim ante institutum matrimonium imperari potuit) sed eo quo instituitur, ubi scilicet adducta Eua ad Adam, Adam ipse Diuina auctoritate pronuntiat, Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea, propter hanc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quæ uerba ad institutionem matrimonii pertinere, (quàmquam quidam de hac re Scotum reprehendant,) Christus ipse apud Matheum apertè testatur. Non legistis, inquit, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ & erunt duo in carne una: itaque iam non sunt duo sed una caro; quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Arguit enim uerò eo loco Christus aduersus Iudæos, ex institutione matrimonii, nam aliunde ductum argumentum, profectò infirmum & languidum fuisset: erat autem institutio matrimonii, ut essent duo in carne una, idest, insolubili uinculo, sibi mas & fœmina, quemadmodum eos Deus masculum & fœminam creauerit, cohærent. Ex hac institutione arguit, non quacumque ex causa, post semel initum matrimonium, uiros posse uxores repudiare. Et profectò si priori illo loco, quo crescere & multiplicari iubentur, matrimonium fuisset institutum, haud contra naturam matrimonii, primamque institutionem faceret, qui semel ductam uxorem, quacumque ex causa dimitteret, dum tamen daret operam ut genus humanum cresceret, & multiplicaretur: quod tantum eo loco, si præceptum aliquod esset, imperaretur, id quod fortasse aliquando dimissa sterili uxore, melius fieret. Pòterantque Iudæi Christo respondere, si

non constaret illic institutum matrimonium, ea uerba, *Erunt duo in carne una*, non ad institutionem primam matrimonii, sed potius ad beneuolentiam, quam Adam posteris suis erga uxores habendam pronuntiauit, pertinere. Nam quod ea uerba non Dei per Adam loquentis, sed ipsius Adæ uerba esse dicantur, nescio quo pacto Christo non sit contrarium, qui id Deum dixisse asserit. Non legistis, inquit quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos, *Et dixit*. Certè uerbum, *dixit* ad eum, qui masculum & fœminam creauit hominem, refertur, non item ad Adam. Et subinde. *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet*. Hæc certè Christi collectio, non aliunde deriuatur, quàm ex illis uerbis immediate præcedentibus, *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ & erunt duo in carne una*, quæ tamen uerba sunt Adæ. Et tamen inde Christus colligit non Adam sed Deum eos coniunxisse, atque aded non esse separandos. Sunt ergo illa Adæ uerba, sed Dei uoluntatem explicantis, & eiusdem Domini auctoritate matrimonium instituentis: neque profectò ego aliud absque periculo doceri posse arbitror, si rectè caput illud 19. Matthei expèdatur. Qua propter mihi eorum sententia semper placuit, qui aliquo pacto à Deo, aliquo pacto ab homine matrimonium immediate constitutum arbitrantur, unde ea uerba, *Non est bonum hominem esse solum*, ad matrimonii tantum uaticinium, pertinere arbitrantur: eductionem costę de latere Adæ, mulierisque perinde formationem, ad implicitam quandam matrimonii institutionem, uerba quæ Christus Matth. decimonono usurpat, *Hoc nunc os ex osibus meis & caro de carne mea, Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*, ad explicitam & expressam institutionem & specificationem matrimonii uerba demum de quibus nunc est controuersia, ad institutum iam matrimonii benedictionem pertinere arbitrantur.

Et certè qui matrimonium illis uerbis, *Crescite & multiplicamini &c.* institutum uolunt, haud mihi aliud moliri uidentur, quàm continentiam uoluntariam & spontaneam coniugum, cuius tamen usus fuit semper in Ecclesia frequentissimus, & summè laudatus, è medio tollere. Nam cum ea quæ alicuius rei aut contractus institutionem ingrediuntur, necessario ad illius essentiam & naturam pertineant, profectò si matrimonii institutio, non fuit aliud quàm præceptum crescendi & multiplicandi, multiplicatio & incrementum, aut saltem impendere operam multiplicationi & incremento, de ratione formali matrimonii cuiuscumque erit, atque idcirco si constare debeat matrimonium efficiatur

Do. Sx.
ubi supra.

Domin. Scot.
Seg. d. 26.
ar. 1.4. Sem.

Ricard. in
4. d. 26.
ar. 1.4.3.

4. Sem. d. 26.

procurari debet propagatio & incrementum generis humani: quæ profectò ratio si rectè expendatur, ingens habet in hac parte momentum, ut eam sententiam, quæ in hæc uerba matrimonii institutionem refert, parum cum doctrina Christiana, quam de matrimonio à patribus accepimus, conuenire arbitremur. Fuisse autem in hac sententia, præter Diuum Bonamuenturam & quosdam alios ueteres, Lombardum, quem tamen ad Sanct. Thom. placitum quidam pertrahere molliuntur, eius uerba satis apertè demonstrant.

Legitur, inquit, in Genesi, quod Adæ prius de terra plasmato, Eua, quam de eius latere Deus afformauit, in adiutorium adiunxit, ob idque spiritu Dei ille afflatus, Hoc nunc os, inquit, ex osibus meis & caro de carne mea, quam obrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.

Quibus Deus mandatum adiecit dicens. Crescite & multiplicamini. Hæc Lombardus. Quibus uerbis quis aliud intelligat, quàm per illa priora uerba institutum fuisse quidem matrimonium, adiectum tamen de crescendo & multiplicando mandatum, quod illis uerbis inesse, cum multis Theologis putabat? Nam uerum matrimonium absque generis incremento & multiplicatione posse esse, profectò neque Theologi isti, negare poterunt. Porro Scotum in hac sententia, quæ eidem ab his impingitur (quam tamen necessario tenendam puto) non fuisse, si eundem aliquando in hac parte legissent, non obscure uidere potuissent. Is certè cum multis uerbis de Christiani matrimonii natura, quatenus contractus & quatenus sacramentum est egisset, sic tandem de eius institutionem pronuntiat, Per hoc patet ad quæstionem istam applicando. Contractus siquidem matrimonii, institutus est à Deo ante peccatum. Genesis secundo. Hoc nunc os ex osibus meis, & Crescite & multiplicamini. Et post lapsam. Genesis tertio. Multiplicabo conceptus & erumnas tuas, Et Genesis nono. Crescite & multiplicamini. Hæc Scotus.

Quibus uides, eum non tantum illo priori loco, *Hoc nunc os ex osibus &c.* Sed & secundo quoque putasse matrimonium institutum, ergo facile est auctoribus, quos nunquam legeris, quicquid in mentem uenerit imponere, sed utinam Scoto huiusmodi opiniones, quas Christus iam semel extra controuersiam misit, imponantur. Verum iam ad alia.

Tertio, hæc eadem uerba, quæ præceptum ac institutionem matrimonii continere dicuntur, Ceteris ac cæteris, aquatilibus post sui creationem, quemadmodum & homini dicuntur, nec tamen quisquam hominum ita desipiet, ut dicat, eo loco continere præceptum, ergo nec eo, quo homini dicuntur, continebunt. Nam quod quidam comminiscuntur, uerba quidem eadem esse, subiecta uerò diuersa, & iuxta subiectorum differentiam

uariari oportere, ita ut brutis & hominibus dicta, his sint præcepta, illis non item, tale est ut per id, nunquam nobis uerum sensum scripturæ liceret deprehendere. Certè ex hac regula, defendi posset, eadem uerba, non ad carnalem fœcunditatem sed ad spiritalem duntaxat pertinere: nam & id (ut antea diximus) ex eodem olim, Augustinus eliciebat, quoniam scilicet homo spiritualis creatura sit, & spiritualium bonorum capax.

Deinde etiam si hanc regulam sequamur, adhuc non ad matrimonium sed ad solam multiplicationem, & humani generis propagationem, ea uerba pertinebunt: nam cum homo, in corporis fœcunditate, cum piscibus reliquisque brutis animalibus conueniat, quæ ratio obsecro, conuincit, ut in hominibus non de eadem fœcunditate intelligantur? Intelliguntur, aiunt, de eadem fœcunditate, sed non promiscuo ac uago coitu procuranda, quemadmodum in brutis contingit, sed uni uxori adhærendo, quod matrimonium præstat. Verum de ratione matrimonii, si rei tantummodò naturam consideres, & non Diuinam institutionem, qua dictum est, *Erunt duo in carne una*, non est unitas uxorum, quod satis superius demonstraui.

Ex hac ergo parte inter bruta & homines nullum erat discrimen: quemadmodum enim de ratione multiplicationis in brutis non est una fœmina, cum perpetua societatis adhæsiōne, ita neque in homine una uxor perpetua: & certè siue Hebræos, siue ueteres Christianos auctores, siue rationem ipsam consulamus, nisi quis proteruire uelit, inter hæc uerba, cum piscibus & hominibus ingeruntur, nullum est discrimen. Ergo si illic non sunt præceptum, sed solum benedictio, neque hic præceptum ullum importabunt.

Quarto demum, ided mihi nunquam persuasi in hisce uerbis ullum præcepti uestigium delitescere, quod cum de reliquarum Diuinarum legum aut præceptorum, impletionem aut transgressionem frequentissimè in prophetis libris, aut commendari homines, aut carpi, uiderim, de hac tamen re nullum uerbum hucusque deprehendi, cum tamen multos etiam, ueteri illo Mosaico, immo & naturali statu, cœlibes & in perpetua uirginitate uixisse, & permansisse, superius ostenderimus. In his uerò rebus publicis, quæ de ineundis necessario matrimoniis, leges tulerunt, ut Romana, Sparthana &c. Quàm frequentes cœlibatus & uitæ singularis reprehensiones legantur, ex earum historiis, & constitutionibus facillè deprehenditur. Deinde quoniam nullam unquam eiusdem præcepti aut legis, uel propagato iam satis humano genere, uel Euangelio aduentante, reuocationem factam legi, quæ tamen in re aded graui, & in præcepto non modò Diuino sed naturali, & tanti momenti, ut initio humani generis, immò ante peccatum,

Gen. 1.
Matth. 19.

Domin. Scot.
dis. 26.4.
q. 1. Mat.
19.

catum, fuerit institutum, non occulta aut latens, sed aperta ac mundo manifesta futura erat; cum de circuncisionis, aliarumque legum Mosai-carum, quæ tamen ut iidem non diffitebuntur, neque de iure naturæ erant, neque ab ea villo pacto dictabantur, reuocatione, tot tumultus sub Euangelicæ prædicationis initio extiterunt. Certè etiã Eliseum, Baptistam, immo ut multi volunt, Abielem, virginitatem ac perpetuum cœlibatum conseruasse, constat. Neque tamen eos Diuini mandati transgressores quisquam accusauit. Sacratissimam deinde virginem, ante Euangelicæ legis aduentum, non modò propositum virginitatis cõcepisse, sed votum emisisse inter theologos constat, neque hi ex lege aut aliundè, eiusdem mandati dispensationem habere potuerunt. Non fuerat igitur ullum de ineundo matrimonio præceptum Diuinitus illatum: nã quædam hic aiunt, multiplicato humano genere sufficienter, præceptum expirasse, quantum valeat, cum tamen speciosè dicatur, vnusquisque expendere facile poterit. Enimuerò nullus mortalium, vel de hac re, quod hucusque legerimus, reuelationem habuit; neque sine reuelatione per seipsum, an satis genus humanum propagatum esset, scire potuit, præsertim tot bellis, pestibus &c. quotidie homines absumentibus.

Et semper profectò temerarius iudicaretur, qui ex sua prouincia, urbe, aut gente, genus hominum satis extensum esse, colligeret, præsertim cum illis verbis si præceptum aliquod inest, nõ multiplicare genus humanum duntaxat impetur, sed replere etiam terrarum orbem, qui adhuc nondum est repletus, ut tot prouinciæ in Asia, Africa, Europa, immo in altero emispherio, nostra patrumque memoria repertæ satis indicant. Est itaque hæc quorundam responsio, ex earum genere, quæ cum specie quadam veritatis, aut potius propter eorum, qui dicunt, auctoritatem, hominibus sepe plausibiles videantur, rectè tamen excusæ & expensæ, nihil habent, quo vel suis inuentoribus digne videatur.

At aiunt quidam, In statu innocentie traditum est hominibus præceptum de comedendo. Ex omni, inquit, ligno Paradisi comede: ergo de generationis opere quoque præceptum est traditum, cum ad genus humanum multiplicandum & conseruandum, non minus sit necessarium matrimonium, quam ad indiuidui conseruationem comedere. Et non videtur quo loco alio sit traditum; ergo his verbis. Respondeo, neque eo seculo, neque villo alio, à Deo de comedendo fuisse hominibus vllum mandatum illatum, sed est illa tantummodò ex omnibus arboribus, quæ erant in Paradiso, vescendi facultas quadam & permissio, ac si Dominus dixisset. Reliquos vobis fructus, qui ex arboribus Paradisi proueniunt, non prohibeo, sed ex illis omnibus vescendi facultatem indulgeo, fructu verò arboris scientiæ

boni & mali vesci interdico, sed ais. Verba præcedentia insinuare videntur illic esse præceptum, Præcepitque ei Dominus dicens, Ex omni ligno &c. Comede. Respondeo. In tota illa sequenti clausula fateor esse præceptum, at non in singulis eius partibus: continetur enim illa periodo, verum illud ac vnicum eius status mādatum, quo de ligno scientiæ boni & mali vesci parentes illi primi prohibeantur. Nam quod verbum, *Præcepit*, non in priorem periodi illius partem, in qua omnibus vescendi facultas indulgetur, sed in secundam tantum, qua fructu arboris scientiæ boni & mali interdicebantur, feratur, quæ Eua ad serpentem subinde dicit, satis ostendunt.

Cum enim ab illa serpens rogasset, Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno Paradisi? Sic respondit. De fructu lignorum quæ sunt in Paradiso vescimur, de fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus & ne tangeremus illud. Vides hic priorem illius periodi partem, absque villo præcepto ab Eua recitari, verbumque, *Præcepit*, in secundam duntaxat partem referri? Sed neque vlla ratio postulabat, Dominum, primis illis parentibus, de comedendo præceptum vllum aut legem tradere, nisi etiam de reliquis quoque corporis actionibus quæ vitæ necessitati seruiunt præcepta tradidisse quis putet, quod est omnino ridiculum. Deinde si ex fine, vt isti philosophantur, præcepti necessitas sumenda erat in hac parte, cum necessitas humani generis propagandi, non à solo matrimonio sed à quocunque alio coitu illicito ac vago etiam, suppleri possit, neque verba, quibus isti præceptum, de eodem humano genere multiplicando, contineri volunt, ad vnã sceminam legitimo thoro cognoscendam, arctentur, vnde obsecro valebit consequentia, his eisdem verbis præceptum de matrimonio tradi, si prioribus illis, de comedendo præceptum tradatur? Negamus igitur & consequentiam, & antecedens: antecedens quidem, quoniam vt Hebræi, & Christiani veteres, immo & docti, qui quocunque seculo, eam scripturæ partem interpretati sunt, consentiunt, illic nullum de comedendo præceptum continetur: vnde multò maiori rationis uigore, nobis colligere ita licebit, Major est necessitas conseruandi indiuiduum, quam multiplicandi speciem, ut etiam hi Theologi libenter consentunt, sed de sumendo cibum, nullum fuit præceptum à Deo traditum, neque ergo de humano genere propagando.

Consequentiam uerò, quoniam, etsi, quod aiunt, præceptum esse traditum de comedendo, uerum esset, adhuc non sequebatur, de matrimonio fuisse traditum præceptum, sed tantum de augenda specie, nam matrimonium, ut antea diximus, etsi sit iuri naturali conforme, non tamen iure naturali præcipitur.

Debiliores sunt quædam, quæ in hanc rem ab eisdem

eisdem afferuntur, & talia, ut indignum sit eisdem diluendis immorari.

LEGITIMA EORVM VERBORUM interpretatio, colligiturque tandem, nullum illis diuinum præceptum contineri.
Cap. 6.

QVARE mihi semper placuit eorum sententia, quæ in his verbis. *Crescite & multiplicamini*, siue cum Genes. 2. dicuntur, siue cum nono cap. eductis de archa hominibus, post diluuium, iterum repeuntur, nullum omnino continere præceptum, siue de propagando humano genere duntaxat, siue decolendo matrimonio. Atque hunc sensum præter veteres & recentiores auctores Christianos, qui magna ex parte eum secuti sunt, Hebræi omnes absque vlla controversia persuasum habent; putant enim eum, qui legis Diuinæ studio vellet à coniugio abstinere, nullo pacto in hoc præceptum peccare, multoque, vt antea diximus. Esse præter horum frequentissimam gentem, quorum vitam, Philo, Eusebius, Hieronymus, immo & Porphyrius, penè Christiano more cœlibem describit, in sacra historia reperire licet, qui vel ob prophetiam, vel ob eiusdem Diuinæ legis liberam meditationem, prorsus à matrimonio abstinerunt, ut Eliam, Eliseum &c.

Sunt ergo ea verba, non præceptum, sed vt ipsa sancta scriptura testatur, benedictio quadam, *Benedixit*, inquit, illis Deus & ait. *Crescite & multiplicamini & replete terram*. Esse autem idem benedictionem & præceptum, prorsus est intelligibile. Crescere itaque & multiplicari effectus est Diuinæ benedictionis, quoniam per eandem benedictionem virtus crescendi & augescendi hominibus, quemadmodum & reliquis animantibus, Diuina virtute implantata est. Quod melius ex ipso Hebraico contextu colligetur.

ויקרן להם אלהים ויאמר להם אלהים פרו ורבו ושללו את הארץ: Vauarech otham Elohim, vagiomer lahem Elohim, perù, vruù, vmlcu eth haarez: idest, Benedixit illis Deus, dixitque illis Deus, fructificate & augescite & implete terram, פרו enim fructificare significat, indeque פרו peri fructus, quod tamen verbum communis interpres, *Crescite*, conuertit, quod, *Fructificare* non esset Latinum, septuaginta imitatus, qui & ipsi, ארבעים quoque conuerterunt. פרו uerò siue פרו vtrumque enim Hebraico idiomate usurpatur, augescere & multiplicari est. Cuius utriusque uerbi significationem uerbum פרו, idest, *Benedixit*, quod antefuerat collocatum amplectitur, denotat enim uerbum, *Benedicere*, in sancta scriptura fecunditatem & abundantiam tribuere. Nam cum dicere sit Deo,

idem, quòd facere, iuxta illud, ipse dixit & facta sunt, non erit aliud, Deum benedicere quàm benefacere. In qua ratione loquendi, cum sint frequentissimæ sacræ literæ, & nos de eodem tropo nonnulla alibi commentati fuerimus, non est quòd hic in eodem pluribus locis comprobado immeremur. Quòd si quis eius interpretationis auctores alios habere velit, habet doctissimos quosque nostri seculi viros, qui in Genesim commentaria, ediderunt, Franciscum Vatablum, Hieronymum Oleastrum Lusitanum, Pagninum Lucensem, Ioannem Benedictum &c. Omnes enim cõsentunt, siue Genes. 1. siue 9. his uerbis non præceptum ali quod, sed solam benedictionem, idest, uirtutis dignitatis, per quam corporaliter homines numero crescerent, & multiplicarentur, contineri, ita ut uerbum *crescere & multiplicari* nõ sint aliud quàm benedictionis explicatio, aut ut antea dicebamus, eius effectus. Ponitur autem hæc corporalis fecunditatis implantatio siue benedictio, per modum imperatiui, quòd humanæ benedictiones & Diuinæ multum differant, Hominis benedictio non est aliud, quàm boni alicuius desiderium, atque adeò per modum optatiui semper effertur, ut illud, uideas bona Hierusalem omnibus diebus uitæ tuæ, & uideas filios filiorum tuorum pacem super Israel: contra, Deum benedicere, quoniam non sit aliud quàm benefacere, quòd in Deo desiderium ab ipsa rei executione non distinguatur, non per modum optatiui, sed per modum imperatiui, qui modus executionem significat, importatur. Atque hæc de his duobus locis dixisse satis sit.

NEQUE. I. COR. VII. VERBIS Illis vnusquisque propter fornicationem &c. ut heretici contendunt præceptum contineri. Cap. 7.

COLLIGUNT etiam heretici, præsertim post hominis casum, de colendo matrimonio præceptum, ex illis uerbis Pauli in Epistola ad Corinthios, *Vnusquisque propter fornicationem, uxorem suam habeat, & unaquæque suum uirum*: uolunt enim eo loco Paulum laudatè quidem uitam cœlibem dum inquit, *Bonum est homini mulierem non tangere*, at humana infirmitate perpensa, ne in diaboli laqueos incideremus, imperasse coniugium, dum adiunxit, *Propter fornicationem autem vnusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque suum uirum. Vir uxori debitum reddat, & uxor uiro &c.*

Verum quàm diuersa fuerit mens Apostoli, à nuptiatorum nostrorum sententia & animo in hac parte, satis superiori libro, in eius loci Paulini expositione, demonstrasse me arbitror.

Ipse enim qui propter fornicationem unumquemque suam uxorem habere dicit, quò sensu id pronuntiauerit, satis apertè explicat, dum sub-

Vide lectio. Complur.

Io. Bened.

1. Cor. 7.

Domin. Sor. in 4. d. 26. ar. 2.

Rab. David ch. in rad. et rab. Mar dochim. cor. cor.

dit, Hoc autem non secundum imperium, sed secundum indulgentiam dico. Volo enim omnes homines esse sicut meipsum. Vnus est (quod legerim) inter veteres Irineus, qui hunc Apostolicum locum præceptum continere doceat,

Lib. 4. aduersus Valen. c. 29.

Nam cum multa tum veteri, tum nouo testamento propter duritiã cordis tradita esse docuisset, posuissetque ex veteri testamento exempla, de sacrificiis, oblationibus, de libello repudii &c. ex nouo autem hunc Apostoli Pauli locum de matrimonio, & totum fere caput illud septimum Epistolæ prioris ad Corinthios, continuo subiungit, si igitur & in nouo testamento quædam præcepta secundum ignoscenciam Apostoli cõcedentes inueniuntur, propter quorundam incontinentiam, ut non obdurati tales, in totum desperantes salutem suam, apostata fiant à Deo, non oportet mirari, si & in veteri testamento idem Deus tale aliquid voluit fieri, pro vtilitate populi, illiciens eos per prædictas obseruationes, Ita Irineus. Verum quo sensu præceptum vocet, ipsemet explicat, non enim præceptum absolute uocat, sed præceptum secundum ignoscenciam, quod planè non est aliud, quam indulgentia, quin præceptum eo loco Irineus, Latinorum more, non pro imperio,

sed pro documento aut præceptione accipit, quòd ex his, quæ superius dixerat, verba Apostoli afferens, satis claret. Et quid, inquit, dicimus de veteri testamento? hæc quandoquidem & in nouo Apostoli hoc idem facientes inueniuntur, propter prædictam causam, statim dicente Paulo, Hoc autem ego dico non Dominus. Et iterum, Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum præceptum. Cum ergò hic Apostolum, non secundum præceptum sed secundum indulgentiam, hæc verba, *Vnusquisque propter fornicationem &c.* dicere asseueret, illic verò eadem verba præcepta vocet, haud obscurum est, eo loco non pro imperio sed pro præceptione aut viuendi documento, nomen præcepti accepisse. Nam quòd *Præceptum*, apud Latinos, præsertim veteres, qualis est Irineus, non semper imperium denotet, multis locis ex Cicerone colligitur; sumit enim varie. *Præceptum*, pro monito, admonitione, instituto, iussu, via atque ratione, quorum omnium exempla Nizolius in obseruationibus Ciceronianis, ex ipsius Ciceronis operibus abundè posuit; & nos libro primo de præcepto & dispensatione, varias eiusdem nominis significaciones obseruauimus.

CONTROVERSI A TERTIA

IN QVA ET LOCIS SCRIPTURAE, ET

THEOLOGICIS RATIONIBVS ADVERSUS

nostri temporis hæreticos demonstratur, cœlibatum aut continentiam non esse impossibilem.

PROPONUNTUR DE IM-possibilitate castitatis, hæreticorum sententia, eorum rationes, & fundamenta explicantur.

Cap. I.



AGREDIUNTUR tertio nuptiatores nostri, tum monasticum tum Sacrorum hominum cœlibatum & continentiam ex ipsa eius natura & ratione intrinseca. Cum enim Ecclesiasticus cœlibatus in monachis quidem, uotum perpetuum, in sacratis autem hominibus, aut uotum quidè perpetuum aut Ecclesiasticam legè, de perpetua continentia seruanda, adiuncta habeat, primo quidem ex ratione promissionis, deinde ex natura obligationis perpetuæ, ductis rationibus eiusdem cœlibatus usum collidere moliantur: atque ex prioribus quodam fonte colligere inuicissimè sibi in hunc modum

uidentur. Voti & promissionis natura postulat, ut res quæ promitti aut uoueri debet sit possibilis, impossibile enim stulta est promissio, stulta autem promissio tantum abest ut Deo placeat, ut potius eidem displiceat: displicet enim ei infidelis & stulta promissio, at castitas & continentia nobis est impossibilis, stulta igitur eius promissio, & uotum subsumptionem, inde suadet, quoniam illud non est nobis possibile, quod nostris uiribus, nostrisq; uirtuti nõ subest, continetia & castitas, nostris uiribus & uirtuti non subiacet: non ergò nobis est possibilis. Subsumptionem huius secundæ collectionis probant, quia continetiam siue perpetuam, siue temperantiam non esse in potestate nostra, sed Diuino munere contingere, & uetus, & noua scriptura clamat.

Nemo, inquit Solomon, continens esse poterit, nisi Deus dederit. Et Christus ipse Euangelicæ castitatis institutor, reprobato repudii libello, dicentibus Discipulis, si ita res se haberet uiri cum uxore, nõ oportere amplius nubere, non oēs, respõdit,

Eccle. 8.

Sapim. 8.

Matth. 19. dit, capiūt uerbum istud, sed quibus datum est, & subinde, enarrato triplici Eunuchorum genere, Qui potest, inquit, capere capiat.

Paulus quoque maximus inter omnes Apostolos, castitatis & cœlibatus exhortator, cum uelle se omnes homines sicut seipsum pronunciaisset, quibus uerbis desiderium suum explicat, ne omnibus tamen id possibile crederetur, continuo adiungit, sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic, quibus uerbis manifestè indicat, castitatis obseruantia & cõtinetiam non omnibus absque discrimine, sed iis, quos Deus ad id genus uitæ delegit, obtingere. Quòd si quis respondeat, humanis quidem uiribus castitatem & uitam cœlibem esse impossibilem, posse tamen orationibus Diuina uirtute promereri, ut quod antea erat impossibile, nunc iam sit possibile, ita rursus obiciunt. In Ecclesiastica re publica quemadmodum sunt diuersa spiritus charismata, iuxta illud, quosdam dedit Apostolos, quosdam Euangelistas &c. ita oportet esse diuersa uitæ genera; neque enim omnes oportet esse cœlibes, quemadmodum neque omnes coniuges, ergo sicut qui omnes uellet esse Apostolos, aut omnes Euangelistas, Pastores, aut Doctores, omnes genera linguarum, aut fidem, aut sermonem sapientia, aut scientia, aut operationem uirtutum, &c. habere uellet: omnes esse oculos, manus, capita &c. uniuersam Ecclesiasticam structuram perfunderet, neque pro hac re quisquam hominum nisi magno cum scelere orare Deum posset, ita nemo omnes esse cœlibes & continentes, aut uelle, aut pro hoc Deum deprecari nisi iniustissimè poterit. Sed quemadmodum Diuina Charismata, non modo non rogantibus, sed etiam plerumque nollentibus, diuinitus tribuuntur, ita institutum cœlibem aut coniugalem tunc duntaxat colere oportet, cum quis ad idem uitæ genus certis coniecturis se uocatum intellexerit. Et ut ad Diuina charismata absque Diuina uocatione aspirare, esset Deum tentare, ita qui cœlibis uitæ genus absque Diuina auctoritate, & uocatione amplecteretur, in Deum sacrilegus haberetur, & tentare Deum meritisimè diceretur.

1. Cor. 7.

Petr. marr.

Rom. 2. 12.

1 Cor. 12.

Eph. 4.

rum, Interpretatio sermonum, & Denum Apostolatus, Doctoratus &c. Erit igitur temerarius, qui Deo castitatem, quam ex se præstare nequit, promittit, cum castitas & uita cœlebs non sit eorum ordine, quæ Deus, uel desiderio nostro, uel nostris se orationibus indulturum spondit: nam quemadmodum quibusdam dictum est, *bonum est homini mulierem non tangere*, ita quibusdam dictum est, *Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus*. & rursus, Sanctificatus est uir infidelis per mulierem fidelem. In quam sententiam multa Lutherus, Zuinglius, Buccerus; multa Philippus, Brentius, & reliqui confessionis Augustanae & Witen Bergensis architecti, multa demum Pelichanus, Musculus, & reliqui posteriores hæretici, quorum omnium sententiam Ioannes Caluinus his uerbis explicat. Non est, inquit, de Catholicis loquens, quod causentur se non nisi Dei gratia fretos, uotum hoc nũcupare, nam cum ipse non omnibus dari pronuntiet, fiduciam specialis doni concipere nostrum non est. Quòd si roges, quando quis, conicere poterit, se donum continentia non possidere? qui sapius, aiunt, tentarit ieiuniis, uigiliis, laboribus &c. & tamen nullis studiis carnem præmere potest, cogiturque inuitus aliquando & uictus flamma libidinis experiri fluxus immundos, uel uigilans uel dormiens, aliòquin uita inculpatæ, hic coniecturam sufficientem habet, se ad cœlibum ordinem non pertinere sed ad coniugium Diuina uoluntate pertrahi. Caluinus etiam, Si quando, inquit, se à carne sua inquirari sentiunt, confugiant ad eius opem, cuius sola uirtute possunt resistere: si non proficiunt, ne remedium, quod ipsis offertur, contemnant, certa enim Dei uoce citantur ad coniugium, quibus continendi facultas adnegatur. Hactenus Caluinus. Martyr deinde aduersus Ricardum Smythæum scribens. Dico itaque, inquit, aliqua dona Dei ad salutem esse necessaria, atque ideo, ea ratione omnibus Christianis communia, de quibus etiam generalis in sacris literis, extat promissio, ut fides, spes, charitas, patientia, & alia id genus. E diuerso autem sunt quædam ad salutem non necessaria, ut prophetia, genera linguarum, uis edendi miracula, sanandi egrotos &c. quæ ut peculiaria sunt, neque dantur omnibus, neque omnibus credentibus, omniq; tempore promissa fuerunt. Cum itaque uerum sit castitatem si summatur in uniuersum, ut est cœlibum, uirginum, & coniugatorum, necessariam esse ad salutem, & pertinere ad primum donorum genus, ideo quilibet pro ea impetranda debet orare magna fiducia, quòd æternus pater eam sit electis concessurus, prout illam existimabit conducere, aut in cœlibatu, aut in uirginitate, aut in matrimonio; nec est cuiquam nostrum, quicquam Deo præscribendum: nam ad quascunque partes uel species castitatis iam enumeratas descenderis, nulla earum est ad salutem necessaria; immò uirginitas, & cœlibatus inter

1. Cor. 7.

Heb. 12.

1. Cor. 7.

Lib. 4. inffit.

christi. c. 13.

art. 17.

Luth. apud

Schagerum

lib. 2.

vbi supra.

bona Dei singularia censentur, quæ nequaquam omnibus conveniant, neque omnibus præcepta sint. Propterea si quis ea precibus conetur impetrare, fortasse laborabit incassum, quod illum hominem Deus ut fieri potest decreverit sanctum colere matrimonium, ut de multis Patriarchis in veteri testamento negari non potest. Et rursus. Necessaria est, inquit, distinctio rerum petendarum, aliqua. n. spiritualia sunt & ita spiritualia, ut ad salutem requirantur necessario, veluti est remissio peccatorum, liberatio ab æterna morte, atque vita felix, denique per Christum obtinenda, quæ omnia electis fidelibus sunt promissa vna cum mediis per quæ Deus ad ista perducit suos, ut fides, spes, charitas, bona opera, & huiusmodi: hæc absolute ac simpliciter absque ulla conditione postulantur: & qui vera fide in nomine Christi ea petit, omnino auditur. Alia verò minime ad salutem necessaria, ut liberari à febre, cum laboramus, aut ditari cum sumus pauperes: hæc à Deo petenda sunt, non quidem ea certa & inconcussa fide, quod ea omnino sint nobis danda, quantumvis persuasissimum ex fide habere debeamus, quod absque dubio à Deo nostro audiemur: nosque citra controversiam servabit, licet non fortasse eo modo, quo ipsi nunc velimus, quemque orando petimus. Propterea quæ sunt huius generis, petenda sunt ea conditione, quam Dominus docuit nos, dicens: Fiat voluntas tua. Ut autem ad causam redeam, quando cælebs petit ut in tervatione libidinis adiuvetur, & aduisione quam patitur eximatur, quod postulat non est ex earum rerum genere sine quibus æterna salus non possit haberi. Hactenus Martir: Qui maxime omnium Nuptiatorum hæreticorum infantiã illustrasse videtur.

Sed nos quantum huiusmodi ratiunculæ expugnanda sacra castitate & cœlibatu promoueat, quamquam frustra aduersarii eiusdem castitatis in hac parte laborent, iam ostendamus. Hunc autem ordinem in hac cõflectatione seruabimus, ut prius, quod semper facere solemus, sanctis scripturis, Deinde Ecclesiasticorum Patrũ auctoritate, Tertio rationibus, tum à ratione Euangelicæ doctrinæ & vitæ, tum à communi Philosophia de promptis, castitatis virginalis aut cœlibis perpetuã obseruantiam, non modo quibusdam, ut iidem hæretici cõtendunt, sed omnibus in vniuersum Christianis possibilem & facilem demonstremus. Deinde secundo loco, hæc eorundem aduersariorum argumenta & rationes proteramus, & quod non tam earum vigore ac virtute, quam carnis studio, ab Ecclesiastica traditione defecerint, suis etiam, quas sacrilegè de ceperunt, turbis

apertissime pro-

palemus.

Verum iam ad primum accedamus.

*

DEMONSTRATVR APER-
tissimis sanctarum scripturarum locis, per-
petuam continentiam, omnibus in vni-
uersum Christianis hominibus,
esse possibilem, & per-
uiam, Cap. 2.

ET quidem quantum ad sanctas scripturas at-
tinet, non aliunde mihi perpetuæ continen-
tiæ custodiã possibilem & obuiam esse omni-
bus Christianis ad illã aliquo studio annitentibus
facilius psuaderi posse crediderim, quã ex duobus
illis locis, quos toties hucusque versauimus, Matthei
scilicet 19. capite, & prioris ad Corinth. 7. quibus
duobus expresius quã alicubi alibi, hæc omnes
de Christiano cœlibatu & continetia, siue veteres,
siue nouæ controversiæ sedem habent. Vnde nunc
in his duobus locis, ex quibus etiam aduersarii sibi
suarum infaniarum argumenta depromunt, excu-
tiẽdis, toti versabimur. Sed primo loco Matheum
proferamus.

Ergo Christus eo loco Phariseorum quæstione
de donando exosæ uxori libello repudii, iam abso-
luta: cum durum & asperum nimis, non modo Pha-
riseis sed Discipulis videretur, viros ita insolubili
uinculo uxoribus adherescere, ut nullo pacto
ab eisdem quantuncunque morosis, clamosis, for-
didis &c. Excepta causa fornicationis, separari li-
ceret, eidemque omniũ nomine Apostoli respon-
dissent, non oportere viros deinceps nubere, uni-
uersali sermone Apostolicæ collectionis respondit.
Non oēs capiunt uerbum istud, sed quibus datum
est. *Sunt enim Eunuchi, qui de matris utero, sic nati,
& sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt
Eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlo-
rum. Qui potest capere capiat.* Quæ ultima uerba,
ommitto hæretico sensu, quem postea tertio di-
sputationis loco exigemus, nunc quo pacto à ui-
ris Catholicis fuerint tractata primo loco, deinde
quid nobis de eisdem uideatur secundo expli-
cabimus.

Ergo sanctarum scripturarum interpretes, &
doctrinæ Catholicæ tractatores, siue ueteres, siue
recentes, eum sensum ex his uerbis collegerunt,
ut uelint nihil aliud contineri, quã adhortatio-
nem quãdam ad tertium illud Eunuchismi genus,
quod Christus propter regnum cœlorum fieri à
quibusdam prædixerat: sed ita ut innuatur non om-
nibus in uniuersum eam rem esse peruiam & possi-
bilem, sed his tantum, qui regni cœlorum studio,
idest, amplioris mercedis desiderio, sese ad id ui-
tæ genus præparantes, à Domino petierint, &
obtinuerint.

Sic Origenes, Qui uult ait capax esse uerbi, quod
de castitate positum est, scilicet, *Qui potest cape-
re capiat*, petat credens dicenti, & accipiat, non
dubitar. s. de illo, quod dictum est, Omnis qui pe-
tit accipit.

Hilarius

Hilarius etiã de triplici hoc Eunuchorum ge-
nere loquens, In vno, inquit, posuit naturam, in
altero necessitatem, & in tertio voluntatem. Na-
turam in eo qui nascitur, necessitatẽ in eo qui ita
factus est, voluntatem in illo qui, spẽ regni cœles-
tis, talis esse decreuerit, cui nos Similes effici, si
tamen possimus, admonuit. Hactenus Hilarius,
Qui ita illud vitæ genus difficile astruere videtur,
ut tamen per propriæ voluntatis arbitrium, & Di-
uinæ gratiæ adiutorium, omnibus patere signifi-
cet. Hoc est enim quod inquit. *Qui spe regni cœ-
lestis, talis esse decreuerit cui nos similes effici, si tamen
possimus, admonuit.*

Ambrosius etiam eadem uerba pertractans, Di-
centibus, inquit, Apostolis, quia si ita est causa vi-
ri, ut non liceat illi uxorem dimittere, nisi ex sola
causa fornicationis, non expedit nubere, respon-
dit Dominus. Non omnes capiunt uerbum istud,
sed quibus datum est. Hoc est, non capit hoc con-
ditionis humanæ infirmitas, ut omnibus pateat,
sed illis solis facile est ad capiendum, quibus Di-
uina refulsit gratia, ut castrare se possint, quo re-
gnum cœlorum adipiscantur. Hactenus Ambro-
sius. Omnibus autem eam gratiam, qua castrare
se possint, cõfulgere, si uelint, Ambrosium sentire,
ex his quæ hic præcedunt & subsequuntur colligi-
tur. Exhortatur enim vniuersos ad uitæ conti-
nentis cultum, quod ex eius libri titulo facile prodi-
tur. Vocat enim illum, Exhortationem ad casti-
tatem.

Hieronymus in horum uerborum interpreta-
tione, ita scribit. Nemo putet sub hoc uerbo, fa-
tum vel fortunam introduci, quod hi sunt uirgines
quibus à Deo datum sit, aliquos quidam ad hoc ca-
sus adduxerit, sed his datum est, qui petierunt, qui
uoluerunt, qui ut acciperent, laborarunt, Omni-
enim petenti dabitur, & querens inueniet, & pul-
san aperietur. Ita Hieronymus. Quibus uerbis
nostrorum hæreticorum argutiã, qui putant non
omnibus, sed quibusdam, & his nihil facientibus,
Diuino tantum munere, castitatem concedi, faci-
le occurritur.

Hieronymi penè uerba Theophilus scribit.
Postquam, inquit, Apostoli dixerunt melius esse
non venire ad nuptias, dicit Dominus magnam
esse uirginitatis possessionem, at, eam non ab om-
nibus rectè seruari, sed ab his duntaxat quorum
cooperator est Deus: nam hoc loco, *Datum est*,
ualet *quibus cooperatur Deus*. Illis autem datum
est, qui petunt. Petite enim, inquit, & dabitur.
omnis enim, inquit, qui petit accipit. ita Theophi-
latus ex Chrysostomo fortasse ut solet. Qui post
exhortationem ad castitatem ex consideratione
eorum, quos, vel matris uerus, uel hominum ma-
nus & illata necessitas Eunuchos fecerunt, ita in-
quit.

His uerbis magis animat atque incendit, vel
quia magnitudinem uirtutis ostendit, vel inestima-
bili misericordia sua, noluit rem in necessitatem

legis concludere & ad hæc possibile id esse demon-
strat, ut eligendi cupiditas crescere possit. Sed si
electionis opus est, inquit, quomodo incipiens
statim dixit, Non omnes capiunt, sed quibus datum
est? Ut singulare id esse certamen perdiscas, non
ut fortè datum esse necessitatẽ suspiceris: his enim
datum est, qui sponte eligunt, quod ideò dixit, ut
ostenderet superiori nobis auxilio opus esse, quod
quidem omnibus paratum est, si volumus, in hac lu-
ctatione superiores euadere: solitus quippe est,
quandocumque res ardua proponitur, hoc uti mo-
do dicendi, ut etiam quando dicebat, Vobis est da-
tum nosse mysteria regni cœlorum: quod maxime
ita esse, præfenti loco approbatur. Nam si datum
solummodo superius est, ut nihil penitus, qui se in
perpetua uirginitate conseruat, conferre uideatur,
superflue ipsis regnum cœlorum pollicetur, nec
merito à cæteris Eunuchis distinguit. Hucusque
Chrysostomus. Et rursus. Non omnes, ait, capere
possunt, quia non omnes uolunt. Palma pro-
posita est, qui concupiscit gloriam, non cogitet
de labore, nemo vincet, si omnes timent pericu-
lum: ex eo ergo quod quidam cadunt à proposito
continentiæ, non debemus circa propositum ca-
stitatis pigriores esse, sicut & qui in pugna cadunt,
non examinant cæteros.

Gregorius Nazianzenus cognomento Theolo-
gus; Cum audis, inquit, datum esse, nihil hæreti-
cum patiaris, ne uel naturas inducas, siue terrestres
siue spirituales uel mediãs. Sunt enim quidã adeo
male affecti, ut arbitrentur quosdam omnino
esse naturæ peritura, alios autem saluandæ, non-
nullos uerò ita habere, sicut eos liberum arbitriũ,
uel ad melius uel ad deterius impellit, aliumquẽ
alio plus minusue idoneum esse. Id & ego acci-
pio; non tamen ad perfectionem aptitudinem suf-
ficere puto. Cogitationem uerò esse, quæ illam ma-
nifestet, ut natura ad opus progrediatur, quem-
admodum & lapis pyrites ferro malleatus, ferrum
fit. Cum uerò audis, *Quibus datum est*, addẽ datum
quidem his, qui uolunt & qui assentiuntur. Etenim
cum audis, *Non est uolentis neque currentis, sed mi-
serentis Dei*, tibi consulo ut sermonem hunc acce-
ptes, quoniam enim nonnulli sunt, qui ob iustitiã
propriam tam magnificè sentiunt, ut totum sibi
ipsis acceptum ferant, ac nihil factori, bonorumque;
tribuunt largitori, hos sermo hic docet, quod &
bonum uelle Diuino indigeat auxilio, seu potius
eligere uilia, Diuinum quid & clementiæ suæ do-
num existat; quod enim saluamur, partim à no-
bis, partim à Deo esse oportet, propterea inquit,
Non uolentis, hoc est non solum uolentis neque
currentis, sed Dei miserentis. Deinde, quoniam
uelle à Deo est, merito totum acceptum fertur
Deo. Quantumcunque igitur cucurris, quantum-
cumque certaueris, indigebis eo qui coronã præ-
bet. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra
vigilat, qui custodit eam. Noui, inquit, quod non
leuius est cursus, nec potentium bellum, neque
pugnan-

In oratione
quãdam, in
locum hunc
Matthei.
Qui potest
capere &c.

Super Mat-
theum.

Homel. 1.
Math.

Homil. 63.
in Math.

pugnantium victoria, non feliciter nauigantium portus, sed Dei est, victoriam perficere, ac nauem saluam in portum adducere: nam licet hoc alibi, & ad alium dictum sit sensum, necessarium tamen duxi, ut cum mihi in mentem venisset, prædictis etiam adiceretur, quo vobis de diuitiis meis gratificarer. Proinde rogauit mater filiorum Zebedei, filiorum amore impulsæ, & mensuræ eorum, quæ peteret ignara, attamen ob amorem nimium & beneuolentiam filiis debitam, illi fuit parcendum, nil enim matrum exsuperat misericordiam, & hoc dico, quod matres ex legis vigore honoremus. Rogauit igitur mater illorum, ut vnus à dextris, alter à sinistris assideret. At, quid Saluator? Prius rogat num. poculum bibere possent, quod ipse bibiturus erat, cumque hoc fuisset confessum, Saluator suscepit, sciebat enim quod & ipsi eodẽ forent consumendi, seu potius consumi debere. Quid ait? Poculum quidem bibent, à dextris autem & à sinistris assidere, non meum inquit, est dare, sed his quibus datum est. Nihil igitur est mēs imperator? nihil labor? nihil ratio? nihil sapientiæ studium? nihil ieiunare? nihil humi dormire? nihil fontes lacrimarum stillare? frustra hæc omnia? Sed & Hieremias hereditario sanctificatur iure, & alii ex matre segregantur. Timeo ne absurda surrepat cogitatio, tanquam anima in alio egerit loco, inde corpori huic colligata, & quod ex conuersatione, quæ illic est, quidam prophetiam acceperint, alii verò qui malè vixerint condemnentur. Cæterum quia tale quid credere admodum est absurdum, ac minime Ecclesiasticum, alii in talibus ludant dogmatibus, nobis autem ita ludere tutum non est, sed & ibi, *Quibus datum est*, adde iis, qui sunt digni, qui vt tales sint, non solum à Patre acceperunt sed & sibi ipsis contulerunt.

Hucusque Nazianzenus, Cuius verba tam prolixè citanda fuerunt, quod incredibili violentia Ecclesiasticos fidei hostes, quos hoc opere confundere contendimus, coerceant, & eorum putridas ratiunculas comminuant. Quid enim in nouos nostros Iouinianos, ab his, qui in eos scribimus, violentius potuisset excogitari? Certè hic vides cum sensum, qui in Deum tantum, vel castitatem, uel salutem nostram reuocant, hæreticum & ab Ecclesiastica fide alienum, non solum expresso Dei verbo, sed rationibus planè dignissimis pronuciari. Sed vltra progredior. Euthimius Ziganus in huius loco commentario, eidem sententiæ subscribit, in verba illa, quibus datum est, foli, inquit, sermonem hunc suscipiunt, quibus datum est, hoc donum à Deo, datum est autem iis qui petierunt. Petite enim, ait, & dabitur vobis, petentibus inquam non simpliciter, sed feruenter & perseueranter, & vt semel dicam, sicut oportet, significatum est ergo virginitatem Dei donum esse, datum his qui petunt, ut oportet.

lib. de virg. Basilii magnus, Nazianzeno coetaneus, Nuptiæ, inquit, naturæ gratia fiunt, & lex præcepit

quod naturæ comodum est, at, virginitas transgressa naturam, legi non seruit, supra legem integritatis bonum, Creatori ac legislatori offerens. Ob id itaque Dominus, nusquam virginitatem sanciuit, consuluit autem, quo velut ab incorruptibilitate, ad corruptionem præter naturam, homo in modica licentia vsus coactus est, sic à corruptione ad incorruptibilitatem, naturam suam meliori naturæ proposito cogat: & non sancit quidem, inquam, neque præcipit hoc virtutis factum, eximium quidam ac supra naturam & supra legem, animæ virtutis studiosæ esse sciens. Verum vbi audiisset eum, qui ad ipsum dixit, *Non expedit nubere*, immensitatem virginitatis ostendens, dicit *Non omnes capiunt*, quemadmodum etiam Diuinitissimus Apostolus vestigia ipsius sequens, quæ quidem necessaria sunt ad vitam, in Epistolis præcipit, & Ecclesiam vno quoque præcepto, velut vnum corpus à capite vsque ad summos, ut ita dixerim, vngues, ornat. De virginibus autem nihil à seipso pronuntiat; interrogatus autem imitatur Dominum ac dicit. De virginibus præceptum Domini non habeo, nusquam enim inuenio neque in lege neque in Euangelio, maximam hanc animæ virtutis studiose possessionem Dominum præcepisse. Quemadmodum Dominus interrogatus, Non omnes capiunt, his qui interrogauerunt, respondet: non autem occultant, neque magnitudinem neque modum, quo quis virginitatem assequi possit, sed sub inferens, tres Eunuchismi species ostendit. Et rursus post nonnulla, quibus excellentiam virginitatis, & virginalis vitæ præcepta describit. Cum igitur iuxta triplicem castrationis modum tres vitæ sint, quas Dominus noster ostendit, ad virginitatem nos ducentes. Per quam vult, qui potest procedere procedat. Hucusque Basilii. Qui planè ita Dominum ad virginitatem adhortatum sentit, vt tamen eius adipiscendæ & tuendæ, volentibus viam demonstraerit.

Ita demum ne singulos recenseamus, hunc locum reliqui patres tum Græci tum Latini interpretantur, docentes virginitatis & continentia virtutem, hominibus quidem iuxta solas naturæ vires fore impossibile, Diuino tamen auxilio, quod non Dei aliquo decreto huic aut illi, vt aduersarii docent, decernatur, sed in vniuersum à Singulis petentibus obtineatur.

DEMONSTRATVR EX IPSIS

Christi verbis, hunc sensum, qui à patribus traditur, esse legitimum atque germanum.

Cap. 8.

QUI profectò sensus quantum cum Euangelio conueniat, ut hæretici intelligerent, satis erat, tantorum patrum & antiquitate & eruditione & sanctitate, in omni temporum memoria præstantissimorum, auctoritas, nisi &

si & ipsa Euangelica verba, eum quoque eisdem uel renitentibus intorquerent. Nam si uirginitas & continentia tantummodo Diuino munere, non item uiribus nostris acquiruntur, ut hæretici nolunt, quorsum Christus, eo loco ad tertium illud genus Eunuchismi, omnes sine discrimine adhortatur, aut illud consulit? Enimuerò satis illi esse de huius, si non omnibus datum esse absque nuptiis uiuere exposuisset, quod prius illis uerbis pronuntiarat, *Non omnes capiunt uerbum istud sed quibus datum est*. Quid ergo triplici genere Eunuchismi proposito, vno qui ex matris sit utero, altero qui factus sit ab hominibus, tertio qui fiat à propria uoluntate propter regnum cælorum, ad tertium, id est, ad uoluntariam castrationem adhortatur aut æqui consulit? Adhorratio profectò non fit, ad impossibilia simpliciter, uel ad impossibilia nobis, sed ad ea quæ nostræ potestati subiacent. Obsecro quorsum attinet, si me ad ea quæ uel mihi, uel simpliciter & absolute sunt impossibilia, adhorteris? Aut quo pacto per Deum immortalem, non stultus iudicaberis, si me ad ea, quæ omnino in aliena sunt potestate & arbitrio capeffenda prouoces? Consilium non esse de impossibilibus, Aristoteles multis locis ostendit. Nam quod uerbum illud imperatiuum, *Capiat*, adhortationem aut consilium contineat, fateri omnino necessarium est, nisi aduersarii uelint præceptum importare; officia enim imperatiui sunt, aut imperare, aut consulere, aut adhortari, quæ tria nunquam sunt de impossibilibus, aut absolute, aut nobis. Nunquam enim impossibilia consulimus, præcipimus, aut ad ea exsequenda prouocamus, nisi summa cum stultitia; ergo dum Christus, proposito triplici Eunuchorum genere, inquit, *Qui potest capere capiat*, aut continentiam præcipit, potentibus capere, aut quod multo mitius est, peculiarem coronam obtinere uolentibus, eam consulit, quasi medium à Diuina prouidentia destinatum, uel ad eam adhortatur, quod inter præceptum & consilium medium esse uidetur, ac perinde continentia non est impossibilis his, qui ad eam obtinendam annuntuntur.

Deinde Chrylostomi ratio, ex ipso Euangelico textu sumpta, planè continentiam esse possibile, & nobis capere uolentibus peritam ostendit, nam si continentia domum Dei tantum est, nec nos ad illam obtinendam aliquid præstamus, quorsum regnum cælorum sese castrantibus pollicetur Christus? Enimuerò præmium, eis quæ duntaxat dona sunt, & nobis tantummodo Diuino munere obtingunt, proponere, neque ratio permittit, neque in ueteri neque in nouo testamento consuetum est, sed his, quæ licet sint difficilia, à nobis tamen, cum Dei auxilio, obtineri aut præstari possunt, de qua re postea, cum aduersariorum argumenta diluamus. Porro quod, *Regnum cælorum*, eo loco non pro Euangelio, ut hæretici docent, sed pro peculiaris quadam beatitudinis corona, quæ Euangelicæ uirginitati aut continentia respondeat, sit

accipiendum, tertio libro satis apertè demonstrauimus.

ALTERA QVORVNDAM catholicorum interpretatio explicatur. Cap. 9.

SVNT etiam inter Ecclesiasticos interpretes, qui locum hunc *Matthæi, qui potest capere capiat*, non de potentia, aut possibilitate, quæ ab alieno arbitrio pendeat, sed de ea, quæ in nobis sita est, & à nobis deriuatur, accipiendum putent; ita ut sit sensus, *Qui sibi domitis carnis illecebris hoc genus Eunuchismi inferri & intorqueri potest, capiat illud &c.* Nam plerumque uulgari phrasi loquendi nos non posse, quædam absolute pronuntiamus, quæ profectò si nobis persuaderemus etiam absque Diuino peculiari auxilio præstare possemus; sic intemperantem non posse sibi à libidine temperare dicimus, & iracundum non posse furori parcere absolute pronuntiamus; cum tamen uterque, si uelit, absque peculiari auxilio, quod certè ad opera tantum moraliter bona præstanda non requiritur, & temperans & mansuetus esse possit. Capitur igitur eo loco uerbum *Potest*, pro, uelit, nisi quod alterius carnis scilicet uolentiam quandam ac pugnam siue reuissum de notat: non enim de continentia quasi de re leui & absque laboribus acquirenda, Christus dixit, *Qui uult capere capiat*: sed quasi de re ardua in nostra tamen potestate constituta, *Qui potest capere capiat*, id est, *Qui uult sibi aliquam ad carnis impetus edomandos, inferre uolentiam &c.* Quod & uerbum *Capiat*, quoque denotat; est enim metaphora ab his, qui pro magno aliquo præmio decertant, sumpta iuxta illud Apostoli, *Nescitis quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? sic currite ut comprehendatis, & illud, Quæ quidem retro sunt, obliuiscens, ad ea quidem, quæ retro sunt; priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor ad brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu.*

Neque uerò hæc interpretatio, ad obtinendam, retinendamque uirginitatem, siue continentiam, Diuinum adiutorium excludit, absit, cum illud ad reliqua etiam christiana opera, si cum fructu aliquo fieri debeant, exhibenda, necessarium, omnes catholici aduersus Pelagium fateamur; sed tantum docet uirginitatis & continentia uirtutem, non magis fore difficilem, quam reliqua omnia bona opera, quæ si uolumus, exhibemus; ita ut uerbum, *Potest*, in hac periodo, *Qui potest capere &c.* non amplio rem impossibilitatem importet, quam in hac, *Qui potest dare eleemosinam*, det &c. Quæ admodum enim in hac posteriori, uerbum *Potest*, Diuino auxilio, quod non minus ad uirginitatem, quam ad reliqua bona opera præstanda, oibus est expositum, supposito, non aliud quam uoluntatem efficacè dadi eleemosinam importat, ita & in priori, Huius

Glossæ or
dinariæ,
& Ricard.
Smyth. con-
tra Perrum
Mariyem.

1. Rec.
1. Cor. 9.
Philip. 3.

Ethic. 3.
c. 2. & lib.
1. r. 11.

Huius autem locutionis, tum ex ueteri, tum ex nouo testamento, multa proferuntur exempla. Nō potero, inquit Dominus, celare Abraham quæ gesturus sum, Et rursus, Non potero facere quicquā donec ingrediaris illuc, Quibus locis, planè *Possim*, pro, *uolo*, capitur: Christus etiam, ad Phariseos, Quomodo, inquit, potestis bona loqui, cum sitis mali? Et rursus, Non potest mundus odisse uos, quibus locis, *Posse*, & non *posse* pro *Velle* & *Nolle* usurpauit. Et iterum, Non poterat ibi uirtutem ullam facere, propter incredulitatem illorum. Et alibi, Quare loquelam meam nō agnoscitis? Quia non potestis audire sermonem, hoc est, quia non uultis audire, cum liceat. Haud secusque accipi illud debet, Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias &c. Nam Iudeorum incredulitate descendisse, idem Christus docet, cum apud eundem Euangelistam inquit. Non uultis uenire ad me ut uitam habeatis. Et aliō qui quorsum attingisset, Christum toties illos ad credendum extimulasse, si integrum non erat illis credere? Adde quōd aliās in crimen non fuisset illis uertendum, quōd non crediderint, si non licuisset illis credere. Postremo potuisse illos credere, sed noluisse, uel illud est argumento, q̄ de illis Christū dixisse Matheus refert. Hierusalem, Hierusalem quæ occidit prophetas, quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & *Noluisti*? Nam si congregari non potuissent Iudæi, Christus, in quo sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei reconditi, nunquā id opere insumpisset, ut eos colligeret. Proinde, *Posse* & non *posse*, pro, *uelle*, & *nolle*, sumi his locis necesse est.

PETRI MARTYRIS FVGA
reprimitur. Cap. 10.

S Multissima autem est, in hac parte Petri Martyris obiectio, qui ne cū Pelagianis (sic enim catholicos & Ecclesiasticos viros perditissimus nebulo appellat) sentire uideatur, Iudæos uult ad Christum uenire potuisse: uult enim peculiari Diuino munere, homines absque propriæ uoluntatis arbitrio ad fidem pertrahi, quōd ante regenerationem homo prorsus sit animalis, animalis aut homo, iuxta Pauli sententiam non percipit ea, quæ Dei sunt, neque enim potest, stultitia enim sunt illi &c.

Sed homo hæreticus & planè iudicio proprio semel condemnatus, quid non excogitet ut Idolomanias suas tueatur? Verum ita habent hæreticorum dogmata, ut ad unius defensionem, non modò scripturas, sed rationem ipsam abnegare sit necessarium. Quid enim stultum & absurdum magis, quàm docere Christū, Iudæos toties, acerbissimis uerbis de cordis obstinatione & duritia, qua eius prædicationi resistentes, ad eum uenire

nollebant, incessere, & tamen Iudæos non potuisse, aut duritiam illam emollire, aut ad illum uenire & conuerti? immo quid magis Christo iniurium & blasphemum? nam cur reprehendebat, si uenire non poterant? aut quo pacto eorum obstinatio in impotentia sine Christi mendacio erit conferenda, cum dicat, Quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit? An nolle est non posse? sed Paulus dixit, animalei hominem non percipere ea quæ sunt spiritus. Verum est, sed non dixit, non posse percipere, aut non posse non esse animalei. Deinde Paulo animalis homo nō est, ut hæreticus existimat, qui nondum est regeneratus, sed qui Diuina reuelatione & illustratione caret, qui inquam, nullum præter eas, quas cæca natura suggerit, Dei cognitionem accepit, cui nondum est Euangelium illatum. Iudæos autem de Christo, tum ueteri prophetia, tum eiusdem Christi prædicatione & miraculis, ineluctabilem cognitionem accepisse, Vermelius, nisi hæretica illa procacitate, quæ nihil non negat, inficiari non poterit. Scriptum est enim, si non uenissem & locutus fuisset eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et rursus, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem & uiderunt & oderunt me, & patrem meum.

Verum rursus obiicit Vermelius, hoc loco uerbum *Potest*, non esse accipiendum pro, *Vult*, quoniam in multis aliis locis accipitur in sua germana ac legitima significatione: urgetque nos, quos transubstantiatores & *συνεχόμενος* uocat, quōd cum uerbum, *Est*, multis locis scripturæ pro, *Significat*, usurpari non diffiteamur, in Christi uerbis, *Hoc est corpus meum*, nolimus tropum admittere, cum id natura ipsa sacramentorum postulare uideatur. Sed quàm magnis solidisque rationibus uiri catholici agantur, dum uerbum, *Est* non tropice, sed proprie in Christi uerbis accipiendum docent, à multis eruditissimis hominibus, manifesto triumpho, nostra ueteriq; memoria ostensum est; præter hoc quōd perpetua constantia, à Christo in hanc usq; diem, ita ueteres Ecclesiæ patres, quos eruditione & Sanctitate nostris hæreticis præcellere non est dubium, credidisse, & uerbum illud interpretatos fuisse, certum est. Neque huic interpretationi, aut ratio ex christiana doctrina deriuata, aut natura sacramentorum aduersatur: non enim nos qui uerum Christi corpus & sanguinem, sub illis panis & uini speciebus & accidentibus confitemur, significationem tollimus, à qua sacramentum sacrum signum uocetur, sed eam statuimus. Docemus enim, eas sacramentales species, non modò corpus Christi mysticum, qui ex multis hominibus, quemadmodum panis ex multis granis, & uinum ex multis racemis, conficitur, denotare, sed insuper & uerum Christi corpus ibi ad nostræ fidei meritum delitescens.

Porro

AUCTORIS INTERPRETATIO
proponitur. Cap. 11.

Porro quæ rationes adhortentur, ut hoc Matthei loco uerbum *Potest*, pro, *vult*, accipiat, ut his theologis placet, non sunt parui momenti, ut Vermelius putat: Primum enim ab illis est loquendi phrasim, non modo à Christo sed tum à noua tum à ueteri scriptura frequentissimè usurpata, qua per hyperbolem dicere consueuimus, cum omnino aliquid nolumus, nos illud non posse facere. Qua forsasse ratione loquendi, Vermelius plus centies utitur quotidie. Deinde adhortantur ad hanc tropicam significationem approbandam, præcedentia & sequentia & totus contextus: Nam cum Christus ad Eunuchismum uniuersos prouocet, & exhortatio, & consilium, ut antea diximus, de rebus uoluntariis, & quæ in nostra sunt dictione constituta, fieri debeant, sequitur ibi, *Potest*, pro, *vult*, accipiendum esse. Deinde cum præmium regnū cælorum Eunuchis illis tertii generis proponat, præmium autem non nisi rebus uoluntariis præstituat, sequitur castitatem esse rem uoluntariam, & unicuique uolenti peruiam, atque idcirco, *Potest*, pro, *vult*, fore accipiendum: Nā quorsum uerba illa, *Sed quibus datum est*, à Christo dicta fuerint, & Gregorius Nazianzenus superioris fati explicauit, & nos inferius, cum hæreticorum rationes diluamus, amplius exponemus. Neque tertio, illud, quod idem Vermelius in hanc interpretationem obiicit, uerbum, *Potest*, in propria significatione usurpatum, melius cum Euangelica exhortatione conuenire, quàm uerbum *vult*, quoniam si rationem adhortandi legitimam exigamus, longè sit efficacior futura adhortatio, si dicamus, *Qui potest capere capiat*, quàm si dicamus, *Qui uult capere capiat*, aliquid ualeat. Nā ut antea diximus, qui hanc interpretationem imitantur, non absolute & simpliciter, *Potest*, pro, *vult*, usurpant, sed pro efficaciter uult. In hac enim ratione loquendi, qua *Posse*, pro, *uelle*, tropice usurpatur, uerbum, uelle, connotatiuum est, nā præter uoluntatem remissum quemdam, & ad contrarias actiones impetum importat, ut superius exposuimus.

Ergo si hunc sensum, qui profectò multo magis quàm præcedens, à ueteribus patribus usurpatus, mihi cum Christi mente conuenire uidetur, imitari placeat, possibilem esse uirginitatem & continentiam, non modò quibusdam, ut hæretici uolunt, sed omnibus in uniuersum efficaci uoluntate, uolentibus, facile erit comprobare, immo uerò tanto facilius, quantò hic sensus, eam uirtutem non magis in Diuinam magnificentiam, quàm nostris orationibus sollicitetur, quàm reliqua alia bona opera reicit. Impotentia enim apud hos auctores, ex libertate nostra & arbitrio prouenit, nō item ex Diuinæ donationis penuria: quōd scilicet nolimus Diuino auxilio & munere, quod ad hanc rem, quemadmodum ad alia quæcumque omnibus est expositum, uti.

Q Vanquàm autem hi duo sensus, quos hucusque enarrauimus, abundè satis eum Euangelicum locum explicant, & uirginitatis uirtutem omnibus in uniuersum obuiā exponunt, semper mihi ea interpretatio placuit, quæ uerbum, *Capere*, non de potentia, quæ ex Diuina uirtute & auxilio, aut quæ ex humana uoluntate deriuatur, sed de ea, quæ est ad intelligendum, exponit. ac si Christus dixisset, *Qui potest intelligere, intelligat*. Nam cum discipuli non expedire nubere, ob negatum repudii libellum pronunciasent, Christus, uolens eos ad altiorei eius sententiæ intelligentiam prouocare, & quanta in uita coniugali, agenda uitæ spiritualis impedimenta delitescerent, insinuare uolens. *Qui*, inquit (nō Eunuchismum aut continentiam, ut præcedentes sensus interpretantur) sed hoc dictum, *Non expedit nubere*, potest capere, idest, intelligere, capiat, idest, profunda animi cogitatione discutiat, & meditetur, quanta sint in coniugali uiuendi ratione obstacula & impedimenta ut quis ad Euangelicæ perfectionis apicem, quo uos ac similes contenditis, peruenire queat. Atque hūc sensum apertè mihi Græcus ipse contextus significare uideatur. *ὁ πάντας χωρούσι τὸν λόγον τοῦτο*, non omnes capiunt sermonem istum, idest, sententiam & orationem istam, quæ nunc non satis intelligentibus uobis elapsa est. Quis obsecro sermo alius esse potest, quem non omnes capere Christus pronunciat, quàm is, quem Apostoli statim intulerāt, *Non expedit nubere*? Non ergo de Eunuchismo, sed de sermone Christus intelligit, cum inquit, *Non omnes capiunt &c.* Capere autem sermonē, quis aliud significare credat, quàm intelligere, aut animi cogitatione comprehendere. Deinde uerbum *χωρία* hoc idem perspicuè indicare uidetur, significat enim sufficentem esse quemquam ad aliquid intelligendum, percipere inquam aliquid, capacem esse alicuius sententiæ. Sic Phocilides *ὁ χωρὸς μὴ ἀλλο διδάσκειν*. Non capit doctrinam magnam. Est & huius uerbi in hac significatione usus, tum in Euangelis, tum in Pauli Epistolis non in frequens. Sic Christus apud Ioannem, cum multa phariseis Euangelicæ doctrinæ mysteria, quæ nequaquam tamen intellexerant, ingessisset, Scio, inquit, quōd filii Abraham estis, sed queritis me interficere, *ἐπεὶ ὁ λόγος ὁ ἐμὸς ἐ χωρὸς ἐν ὑμῖν*. quoniam sermo meus non capit in uobis, idest, quoniam non percipitis aut intelligitis doctrinam aut sermonem meum: nam si regem gloriæ cognouissent, ut ait Paulus, nō utiq; crucifixissent. Scio, inquit alibi, Petrus, quōd per ignorantiam fecistis sicut & principes uestris &c. Idem Paulus ad Corinthios scribens, Cum eorum quæ dicturus erat, quæ aliō qui nonnullam carnis gloriationem habere uidebantur, sanum & sincerum intellectu

Ioan. 7.
Mat. 6.

Ioan. 2.

Mat. 23.

Matth.

Ioan. 14.

Ibidem.

Lib. de cali.
con. Smith.

1. Cor. 1.

1. Cor. 2.

Act. 3.

2. Cor. 7.

Etum postulare. *χαρισται*, inquit, *μας*, capite nos, id est, quæ dicturus sum rectè percipite, boni veritate, & ne in prauum sensum detorqueatis. Ioannes demum in Euangelii fine, cum inquit, multa alia Iesum fecisse, quæ si fouent scribenda, nec ipsum mundum posse capere arbitratur, nõ aliorum, quàm ad hanc significationem mihi contēdisse uidetur. Non enim significare uult, orbem hunc mundanum libros, qui de Christi gestis essent scribendi, intra se non posse comprehendere, cum non nisi per ingentem hyperbolem, id dictū esset tolerabile, sed alludit ad eorum librorū profunda mysteria, *ουδὲ αὐτὸν οἶμαι τῆν κόσμον χαρισται τὰ γραφόμενα βιβλία*, Neque ipsum arbitror mundum capere scribendos libros (apud Græcos enim nõ est posse capere) ut in latinis codicibus in quem locum Augustinus. Non spacio locorum credendum est, mundum capere non posse, quæ in eo scribi quomodò possent, si scripta non ferret? sed capacitatem legentium comprehendere fortassè non possent, quāquam Chrysostomus, Cyrillus, Theophilus, & Græci reliqui, ad corporalem capacitatem per hyperbolem, ea uerba pertinere uelint. Quæ tamen figura neque priori sensui neganda est, quod & Augustinus fatetur, omnia enim quæ Christus gessit in hoc mundo, quanquam sint Diuina mysteria, possent tamen quemadmodum & reliqua, quæ sunt ab Euangelistis patefacta, intelligi.

Neque uerò eorum obiectio aliquid ualet, quominus hic sensus Euangelio sit affirmis, quod nec unam paginam Diuinæ Sapientiæ capere possit mundus &c. Nam ut cætera taceamus, ingens est eorum quæ Euangelistæ ad hominum recens cõuerforum institutionem scripserunt, & eorū quæ hominum cordibus per prædicationem commiserunt, discrimen. Scripserunt enim uerò sacri Euangelistæ duntaxat historiam, quam Gentilis, Iudæus, & christianus perlegerent, attigerunt & summa christianæ uitæ capita, uerbi inquam incarnationem, Christi uitam, mortem, resurrectionem, ascensionem &c. Sed non eorum capitum interpretationes & profunda mysteria, quæ tantū hominum uisceribus commendarunt, de quibus fortassè Paulus Corinthiis, quibus iam lac, id est, prima christianæ uitæ rudimenta, quæ in Euangelica historia continētur ingesserat, dicebat. Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiã uerò non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruantur, sed loquimur Dei sapientiam, in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram quam nemo principum huius seculi cognouit &c. Cognoscere fortassè poterat mundus, id est, nonnulli ex mundi sapientibus, quædam nostræ redemptionis capita, nã & quosdã ex mundi sapientibus, nõnulla Christianæ religionis mysteria, aliqua ratione cognouisse, Christiani, tum ueteres, tum recentiores Theologi contendunt, at eorum rationes archa-

nas intelligere & comprehendere nequaquam poterant. Vnde Paulus, Quis enim scit quæ sunt hominis, nisi spiritus eius, qui in ipso est? ita & quæ sunt Dei, nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Nos autem nõ spiritus huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis &c. Ergo quæ mundus capere (id est intelligere) non posse Ioannes arbitratur, non sunt singula Christi gesta, sed gestorum singulorū rationes. Neque uerò si quis uelit alteram interpretationem præferre, prohibeo, cum uerbum *χαρισται* utramque capacitatem corporalem & spiritualem importet, immo corporalem ex primaria significatione, spiritualementem siue intellectualem per metaphoram siue tropum: nam quemadmodum res corporales, cum loci continentis spaciū non excedunt, in eodem loco capere dicuntur, aut locus easdem res, capere potius dicitur, cum uerò excedunt, non capere, ita cum sermones, sententiæ, doctrinæ &c. mentem nostrã non superant, capere quidem, cum excedunt, ea non capere dicere solemus. Quin & Latinis, *capere*, idem est aliquando, quod intelligere & mente comprehendere; atque idcirco, *captus*, mentis & intellectus capacitatem significat, unde Cicero, Græci homines non satis animosi, sed prudentes, ut est captus hominum. Captum etiam cogitationis præter Apuleium, multi auctores Latini dixerunt.

Eodem pacto & alium locum *ἐδυναμηνος χρισται* *χαρισται* qui potest capere capiat, accipiendum existimo, Exhortatur enim illic Christus, non ad Eunuchismum tertii generis, ut communis habet ueterum interpretatio, sed ad eius sententiæ Apostolicæ, *non expedit nubere*, profundam meditationem, ac si diceret, Qui quantum uita conjugalis Euangelicæ perfectioni acquirendæ impeditenti afferat, quanquam uerum sit perinde quod dicitur, Euangelicis hominibus præsertim Apostolicis, quales uos estis, non expedire nubere, & nuptialibus impedimentis sese implicare, potest intelligere, & ex dignitate meditari, id iterum atque iterum mente euoluat & expendat, id exactè libret, & alto animi recessu trutinetur; ex ea enim meditatione futurum est, ut potius cælebs manere eligat, quàm connubialis uitæ detrimenta patiat.

Huius interpretationis auctorem, inter ueteres nullum alium hucusque reperi præter Sixtum tertium, ante Leonem primum Pontificem maximū, cuius multoties antea meminimus libro de Castitate, quem manu scriptum Tridenti superioribus annis perlegi. Hic enim sanctissimus, & quod libello illo planè proditur, doctissimus Pontifex, ad quendam, quem à uita conjugali deterere, & ad cælibem uiuendi rationem pertrahere nitebatur, scribens; in hoc loco totum penè tractatum: quasi in themate fundat, uniuersa matrimonii impedimenta, quæ in eodem Christum nos attente expendere præcepisse credit, dum dixit, *Non omnes capiunt uerbum istud, & qui potest capere, capiat*, summa

summa cum eloquentia enumerans. Eius autem uerba, quod libro nunc, cum hæc scribo, caream, hic inferere non licet.

Hic iam continentiam & uirginitatem, nõ modo non esse impossibilem, sed neque difficilem, ex hac tertia interpretatione, multò apertius quàm ex præcedentibus sensibus colligere licebit. Si enim his uerbis neque ex parte auxilii Diuini, ut primi dicebant, neque ex parte uoluntatis & arbitrii nostri, ut secundi, ulla obtinendæ uirginitatis innuitur impotentia, sed duntaxat, ad profundam conjugaliū impedimentum cogitationem prouocatur; non ergo Christus aliquam impossibilitatem eius consequendæ prædixit: immo neque maiorem difficultatem quàm in reliquis omnibus, quæ humanæ uires, Diuino auxilio fulte, præstare possunt. Deinde non aliorum Christus, ad attentam impedimentorum conjugaliū meditationem nos prouocat, quàm ut illis recte expensis, ad uitam cælibem Euangelicæ perfectioni conquirendæ aptissimam, ob regni celorum ampliorem spem conuolemus. Exhortatur nos ergo omnes ad uitam uirginalem & cælibem, ad tertium scilicet Eunuchismi genus: Christus autem ad nihil impossibile exhortatur, ergo uirginitas & castitas sunt hominibus possibiles, quæ ratio, etiam in prima & secunda interpretatione, locum habet.

EXCAPITE VII. PRIORIS ad Corinthios, apertissimis locis demonstratur, cõtinētiam, castamque uitam fore possibilem cuicumque uolenti. Cap. 12.

SED ad Apostolum Paulum peruenio, qui tanquam uerus Christi interpres, huius Euangelici loci uerū germanumque sensum explicasse uidetur, & nostris hæreticis os obturasse. Is igitur in Epistola priori ad Corinthios, capite septimo, quod iam maiori ex parte, libro præcedenti à nobis est expositum, nulla sensus obscuritate, aut amphibologia sed apertis & perspicuis uerbis, uniuersos Christianos ad uitam uirginalem & cælibem adhortatur, non tanquam ad genus uitæ impossibile, sed tanquam ad eam uiuendi rationem, quæ in Christiana disciplina omnium sit facilima, & minimis impedimentis obnoxia. *De uirginibus*, inquit, *præceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis: Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.* Consiliū enim uerò de impossibilibus, aut simpliciter, aut nobis, ut antea diximus non datur, Consultamus, ait Aristoteles de agendis rebus, atque iis, quæ in nostra sunt potestate. Et alibi, Primum igitur, ait, tenendum est, non de omnibus bonis aut malis consiliarium consulere, sed de his, quæ possunt fieri & non fieri: de his autem quæ neces-

sario sunt aut erūt, aut quæ impossibile est esse uel fieri, nulla deliberatio est: sed neque de cunctis contingentibus. Sunt enim quædam à natura, quædam à fortuna, bona, quæ quamuis sint contingentia, possuntque fieri & non fieri, nihil tamen ad ea cõfert deliberatio. Hinc patet de his esse consultationem, quæcunque ad nos referri nata sunt, quorumque origo & causa in nobis est: nam, ad hoc usque deliberamus, quousque possimus, an non possimus agere, inuenerimus. Hucusque Aristoteles. Paulus igitur, nisi penitus deliperet, uirginitatem & continentiam cõsulere nullo pacto potuit, si nobis esset impossibile, sed potius consulere debuit, ut eã orationibus à Deo postularēmus.

ADVERSARIORVM OBJECTIõni occurritur. Cap. 13.

VERVM huic rationi occurrunt aduersarii, dicentes, Paulum non uniuersos uitæ Christianæ professores, sed eos duntaxat, qui donum continentia à Deo sortiti sunt, eo loco ad cælibatum & uirginitatis cultum prouocare, ita ut Pauli consiliū, non ad omnes, sed tantummodò ad eos dirigatur, qui se seipos explorarunt, & iam tandem post uictorias carnis intellexerunt, se ad uidæ genus Diuinitus eligi.

Verum hic cauillus planè dilutus & stupidus, ex ipso Pauli contextu satis eluditur. Certè Pauli sermo generalis est, & ex humana ratione loquendi, quæ indiffinitas (quas uocant) propositiones prouersalibus accipit, cunctis Christianis, ad quos scribebat, cõmunissimus. *De uirginibus*, inquit, &c. Deinde Paulum non his aut illis: sed omnibus in uniuersum loqui, ex his, quæ in eius consilii explicationem subiungit, palam ostenditur.

Existimo, ait, *hoc bonum esse propter instantem necessitatem*. Bonum, absolute Paulus inquit, non huic aut illis, iis inquam, qui donum continentia iam acceperunt: nam licet non omnibus temporibus, sed eo tantum persecutionis seculo, à nuptiis abstinere bonum iudicaret Apostolus, ut hæretici contendūt, quod nos tamen multis magnisque rationibus superiori libro refellimus, loqui tamen eum de omnibus seculi hominibus, negari non potest. Itaque etsi Apostolicus sermo, eo loco respectu temporum absolutus non esset, esset tamen absolutus respectu hominum, qui eo seculo uixerunt. Sed apertiora sunt multò quæ sequuntur, *Alligatus ex uxore, noli querere solutionem. Solutus es ab uxore, noli querere uxorem*.

Hanc loquendi rationem, qua per uaga singularia & non determinata, loqui solemus, esse uniuersalem, profectò nemo negare poterit, loquimur enim ad unumquemque eorum, ad quos sermonem instituiimus: ut cum idem Paulus Iudeos reprehendens in Epistola ad Romanos ait, Si au-

Tract. 124

in Ioan.

Eruf.

1. Cor. 1.

lib. 4.

lib. 4.

lib. 3. Eth. 6.3.

1. Reth. ad Theod. c. 4.

Rom. 2.

tem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti uoluntatem eius, & probas. utiliora instructus per legem, confidis te ipsum esse ducem cæcorum, & lumen eorum qui in tenebris ambulant &c. Hic certè omnem Iudæum Paulum alloqui, qui negaret, prorsus esset stupidus, illo ergo loco, cum absolute singulis dicat, Alligatus es uxori &c. omnem Christianum alloqueretur, atque aded consilium, non quibusdam tantum, qui donum continentia acceperunt; sed omnibus in uniuersum tribuitur. Sed ad Paulum. *Si acceperis*, inquit, *uxorem, non peccasti, & si nupseris, uirgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi.* Ego autem uobis parco. Hic certè Apostolus, his, qui à suo consilio declinante, matrimoniis implicari mallebant, tantum non peccare tribuit, quod si quidam Diuina prouidentia, ita ad nuptias destinarentur, ut illis uitæ cælebi studere, non liceret, quod aduersarii docent, profectò qui duxisset uxorem, uidens se ad id uitæ genus Diuinitus uocari, non modo non peccaret, sed cum Diuinâ dispositionem sequeretur, meritum haberet. Si enim à Deo quidam ad colendum matrimonium, propagandumque humanum genus Diuinitus eliguntur, immo si ad cælibatû declinandum, adduntur illis libidinis incèdia, quibus resistere nequeat, quibusque ad nuptias certò uocari se intelligant, cur non peccabunt, Deo eiusque prouidentia resistentes? quod si peccabunt, cur igitur obediendo non merebuntur? Et tamen Paulus nihil amplius uxorem ducentibus, quam eos non peccasse, tribuit.

Dinde cum Apostolus inquit, carnis tribulationem habituros, eos qui uitæ cælebi nuptias ante habuerint, quis neget: cum ab eo uitæ instituto, uelle si fieri possit, omnes Christianos detertere? Ab eo autem uitæ genere, quod Deus cuiusque suo consilio destinauerit, uelle eum auocare, semper cum maximo scelere coniunctum est: Hoc est enim Diuinam dispositionem peruertere.

Tertio, si qui matrimonium colere instituunt, à Deo ad illud pertrahuntur, quid est, quod illis parcat Apostolus? *Ego*, inquit, *uobis parco.* Etsi uxorem ducere aut nubere, culpa non sit, cui Apostolus parcat? Ipsa tamen forma loquendi, eos qui ad matrimonia inclinauerint, à perfectiori Christianæ uitæ ratione, & perinde à Pauli uoluntate declinasse, satis indicat. Non enim aliorum illis parcat, quam quod cum illis uitam cælebem, quasi Christianæ perfectioni propinquiorè demonstrasset, eius consilio dimisso, uitam minus perfectam & impeditiorem elegerint. Quod si ad eam Diuinitus, ut hæretici nugantur, electi erant, quid illis Apostolus parceret? aut quo pacto cõtrarium eius quod tanto consilio Diuina prouidentia statuerit, consulendo & desiderando non peccaret Apostolus? Enimuerò, qui Dei ordinationi resistit, Deo resistit: qui autem Deo resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Cui parcebat Pau-

Roman. 13.

lus? non culpæ, quæ in nubendo aut ducendo uxorem nulla erat. Non etiam, quia eius consilio non obsequabantur, quoniam si de his Diuinitus electis ad matrimonium loquamur, eius consilium perniciosum erat, neque illi, præsertim cum se stimulis carnis ad scemine amplexus rapi uiderent, quos stimulus, hi, quasi Diuinæ uocationis instrumenta esse uolunt, parere tutum erat.

Oportet enim obedire Deo magis quam hominibus. Non tertio quod ab imperfectiori uitæ Christianæ statu, à uita (inquam) coniugio soluta, ad conjugalem declinasset, quoniam, cum Diuino de illis consilio in hac parte obsecundarent, neque aliter nisi Diuinæ uoluntati resistendo, facere possent, non modò non fuisset illis cælibatus perfectior, sed prorsus ad illud deflectendo, grauissimè delinquerent: perfectio enim non aliundè deriuatur, quam à Diuinæ uoluntatis obedientia, ubi igitur est inobedientia, nulla est perfectio. Quod si hoc ita est, locabatur ergo Apostolus, cum se illis parcere dicebat: non enim erat culpa nubere, neque suum consilium his, qui ad coniugia se uocari sentiebant, idoneum erat, neque illis matrimonium imperfectior erat uiuendi ratio, quam uita cælebs, cum, si ab eò declinarent semel atque iterum à carnis illecebris superati, Dei ordinationi resistendo, sibi damnationem acquirerent.

Pergit Apostolus seipsum exponens; *Hoc itaque dico fratres tempus breue est: reliquum est ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, et qui stent, tanquam non stentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Præterit enim figura huius mundi.* An non hæc uerba apertissimè, Apostolicam exhortationem uniuersalem esse, & nulli hominum generi peculiarem ostendit? Sumitur hæc exhortandi ratio, non à dono uirginitatis aut continentia, sed à temporis huius uitæ breuitate, quæ ratio omnibus mortalibus communis est. Sumitur deinde à mundi contemptu & obliuione. *Reliquum est*, inquit, *ut qui habent uxores &c.*

Quæ non modò eorum, qui donum continentia, sed eorum etiam, qui nondum acceperunt est: exhortatur igitur, non eos duntaxat, qui donum habent castitatis, sed & Christianos uniuersos. Deinde si quidam ad matrimonium Diuinitus asciscuntur, ut genus humanum propagent, cur qui habent uxores futuri sunt tanquam non habentes? aut cur Paulus, neque hic, neque in reliquis huius exhortationis ad cælibatum locis, duos ordines Christianorum distinxit, unum qui ob Euangelium amplificandum & latè extendendum, donatum Diuinitus fuerit continentia virtute, alterum qui ad genus humanum successioneque conferuandam, quemadmodum olim Abraam, Isaac, Iacob, &c. Fuisset electus? & cur cum huiusmodi monitiones uniuersales scribebat,

scribebat, utri horum hominum ordini scriberet, non monebat? Certè cum eius capitis initio absolute pronuntiaffet, bonum esse homini mulierem non tangere, & uelle se omnes homines esse sicut seipsum, ne hæc sententia uniuersalis uideretur, quibus ea conueniret, statim explicauit, *Dico autem non nuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanserint sicut ego.* Deinde, *his autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus &c.* Atque hæc faciebat Apostolus, ne doctrina & sententia confunderentur. Cur ergo in hac parte tanta oscitantia? Cur tanta sententiarum & doctrinarum confusio? Cur non dicit, *His, qui donum acceperunt continentia, consilium do, tanquam misericordiam consecutus*, & Alligatus es uxori noli querere solutionem, solutus es ab uxori, noli querere uxorem: & Tribulationem carnis habebunt huiusmodi: & Hoc itaque dico fratres, tempus breue est, reliquum est, ut qui habent uxores tanquam non habentes sint &c? Certè in his locis magis erat quàm in illis necessaria distinctio. Nam cum Apostolus dicit, se uelle omnes homines esse sicut seipsum, non solum procliue erat cognoscere, hoc non ad coniuges, sed ad cælibes pertinere, potissimum cum ipse paulo ante pronunciaffet, *Unusquisque propter fornicationem, suam uxorem habeat, & unaquæque suum uirum, & uir uxori debitum reddat, & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem non habet: & Nolite fraudare inuicem &c.* & cum uxor non sit nisi uiri, quanta obsecro necessitas urgebat dicere, *his qui matrimonio iuncti sunt &c.* ergo si hic Paulus in sententiis discernendis, cum minimè necessarium uidebatur, tam fuit minutus, cur ubi falli poteramus, immo ubi, & Caluino & Petro Martiri uideretur, ad hæc usque tempora falsi sumus, sese, non omnibus, sed his qui donum uirginitatis aut castitatis acceperunt, loqui non præmonuit.

Sed iam Paulus. *Volo*, inquit, *uos sine sollicitudine esse: qui sine uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori & diuisus est: & mulier in nupta & uirgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro.* An hæc ratio non est Christianis omnibus uniuersalis & communis? an non ab impedimentis uitæ conjugalis accipiuntur, qui non modò his, qui uirtutem continentia acceperunt, sed quibuscunque etiam coniugibus, sunt communia? Paulus igitur non hos tantum sed illos quoque ad uitam cælebem pellicere contendit. An placere Deo potiusquam uxori, aut uiro, non est omnibus Christianis melius & optabilius, quàm placere uiro aut uxori? an cogitare quæ Domini sunt, & esse sancta & corpore & spiritu, uniuersis Christianis scemine conuenire nequit?

Sed pergamus ultra, *Si quis autem turpem se uideri existimat super uirgine sua, quod sit adulta, & ita oportet fieri, quod uult faciat: non peccat si nu-*

bat: nam qui latuit in corde firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare uirginem suam, benefacit, & qui non iungit melius facit: igitur, & qui matrimonio iungit uirginem suam, benefacit, et qui non iungit melius facit. Hoc loco Iouinianos nostros conuenio, utrum sit periculosius & maiori discrimini obnoxium, sibi ipsi quempiam perpetuam continentiam inducere, an alteri scemine præsertim & adolescenti? Non dubito, alteri dicent. Ergo si alteri uirginitatem inducere, non modò sine crimine, sed rectè posse fieri Paulus docet, neque distinguit de his qui donum, immo uerò neque propositum & mentem habent, uel non habent castitatis, sed de omnibus Christianis uirginibus in uniuersum pronuntiat, quo pacto, & in superioribus consiliis quæ de continentia tradidit, quempiam excepisse credendus est? Duos ordines eorum qui uirgines nobiles haberent, Paulus hoc loco proponi, unum eorum, qui uel quod alieni patres essent, atque aded omnimodam potestatem in eas non obtinerent, uel alia fortasse ratione, non tradendo uirgines suas nuptui, uulgo traducebantur, *Turpem*, inquit, *se uideri existimat*, atque his (cum tamen ad id iustitia adhortari uideatur) tantum abest ut iniungat suarum uirginum nuptias, ut magnum quid fecisse uideatur: si à peccato, uel eas uel illas tueatur, *Non peccat*, inquit, *si nubat*: secundum eorum, qui potestatem integram in uirgines obtinerent, nulla necessitate interruptam, & qui ita expedire apud se iudicauerint, atque his integram facultatem seruandi uirgines tribuit: immo melius eos facere aperit docet, si non iungant, quàm si iungant. Pronuntiat *igitur qui matrimonio iungit uirginem suam benefacit, qui non iungit melius facit.* Cur obsecro hic an uirgines Diuinitus ad uirginalem uitam uocarentur scrutari parentes Apostolus non præmonuit? uerum sat scio si hæc doctrina in Romanorum Pontificum Epistola aut Decreto aliquo legeretur, continuo clamatos aduersarios, eam non Christianam, sed prorsus Antichristianam fore, de eaque scriptum, Spiritus manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus, discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum &c. *Prohibentium nubere.* Nam utrū obsecro magis uideatur asperum, eos qui semel Christo & Ecclesie per castitatis perpetuæ uotum iterum nomina dederunt, in debito officio per Ecclesiasticam disciplinam continere, an uirginem nubilem per alienam uoluntatem ad uirginitatem coerceri? quod si propter illud tyranni Ecclesiastici Patres appellantur, quid non propter istud uocentur diaboli?

1. Tim. 4.

PETRI MARTYRIS DI-
lutio refellitur. Cap. 14.

lib. de celi-
ba. contra
Smyth.

SED Vermelii, qui inter omnes nuptiatores tum veteres, tum recentes, solertius pro impudicitia, reliquisque carnis operibus decer taffe videntur, dilutionem audiamus. Is, cum mul- tis inanibus ac frigidis verbis contenderit virgini- tatem & cœlibatum nō omnibus Christianis pro- poni, sed quibusdam tantum, donum castitatis ha- bentibus, quod ex Marth. & Paulo, se ineluctabili- ter colligere, stultissime credit, iam si Deo placet, hunc quoque Pauli locum (vt dici solet) per ca- pillos ad suam sententiam statuendam pertrahere, maximis sudoribus conatur: Inde, inquit, colligi- tur, quibusdam nuptias fore necessarias, quod Pau- lus innuat, quosdam necessitatem habere collo- candi virgines suas, *Nam qui statuit*, inquit, *in cor- de suo non habens necessitatem, potestatem autem ha- bens.* An putas, ait, ignorasse spiritum sanctum, qui horum verborum fuit auctor, istas loquendi for- mas, si accipiantur simpliciter, & iuxta vocum si- gnificationes, demonstrare nonnullis necessarias esse nuptias, & non posse omnes per infirmitatem, vel aduersionem cœlibes esse? Hactenus hereticus.

Sed ò ingentem nouorum Euangelistarum sa- pientiam, immo verò, ò miseriam, ò angustias ar- ctissimas, in quibus cum se haud magno nostro la- bore se coniectos videant, quacunque, etiam sum- mo cum pudore elabi anxii nituntur. Primum Apo- stoli sententia, etiam si vt homo planè stupidus pos- tulat, eius verba iuxta simplices significationes exigantur, neque Ecclesiasticos sensus, sanctorum- que patrū interpretationes, quas homo planè men- te cæcus ceu viperas fugit, excludamus, absoluta ac plana est. *Igitur*, inquit, *qui matrimonio iungit virginem suam, benefacit, qui non iungit melius facit.* Porro necessitatem illam, qua ad locandam virgi- nē, se adigi Paterfamilias videre potest, vnde aut qua textus Apostolici necessitate ad virginis i car- nis actiones & viri coniunctionem stimulos, Mar- tyr detorquet? Hic profectò Apostolus, necessi- tatem, non ad virginem, sed ad virginis parentem refert. aliò qui non diceret, *μὴ ἔχου ἀνάγκην*, masculi generis, sed *μὴ ἔχου ἀνάγκην*, foeminino gene- re, non ergo necessitas à virginis in carnis actio- nes propensione (quod erat aliò qui in foeminis hor- ribile) sed aliunde sumebatur: à penuria inquam successionis, & fortassè à virginis integra salute, quæ in cœlibatu conferuari, ut accidere solet, non poterat. Et denique ex multis aliis rebus, quæ in humana vita parentes ad locandas filias, cum honestæ conditiones offeruntur, adhortari so- lent. Deinde cum *ἀνάγκη* plerunque obligatio- nem significet, ea fortassè necessitas, cuius Pau- lus habendam esse rationem dicit, ad eos, qui non iure paterno sed tutelari, virgines in potestate ha- bebant, quibus planè, cum nubiles essent, eandem

nuptui tradere legibus necessarium erat, referen- da est. Atque idque apertè videtur innuere dum inquit, *Non habens necessitatem, potestatem autem habens sua voluntatis &c.*

Demum an non videtur Vermelio inter alie- nam & propriam voluntatem aliqua differentia esse? Certè qui virginem aut paterno iure aut tu- relari custodit, videns parum ad virginitatem in- clinatos puellæ mores, & ad nuptias potius procli- ues, aut quod sine peccato fieri potest, eam à vir- ginali viuendi ratione abhorrentem, necessitatem habet tradendi eam viro, & verè peccabit, etiam si Diuina reuelatione comperisset, nunquam carnis stimulis agitatam, nisi eā, qua ratione potest, col- locauerit, quoniam nimirum alienæ voluntatis nō potest esse dominus aut arbiter: at sibi ipsi leges castitatis indicere, & uitam cœlibem, etiam car- ne reclamante, inferre, cur non poterit? Stultra est igitur Petri Vermelii collectio, qua, ex eo quod Paulus doceat, quibusdam virginum custodibus eandem viris collocandi necessitatem impendere, conuinci credit, quasdam esse nuptias Diuino de- creto necessarias, &c. Primum enim, nunc quo- que Ecclesiastici fatemur, peccare scilicet, qui vir- ginem parum pudicam aut aliquatulum lasciuam viro non collocat, cum ea stupri discrimini obii- ciat; secundum verò ridemus, cum nullas, pro- prias nuptias necessarias credamus, sed omnes à li- bere voluntatis arbitrio, quantiscunque carnis sti- mulis agitemur, proficisci doceamus.

Verum postremus Pauli locus iam accedat. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius uiuit, quod si dormierit vir eius liberata est à lege; cui vult nubat, tantum in Domino, Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium: Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.* En, hic vides ab- sique vllò discrimine habentium, aut non habentium continentia donum, consilium de ablegan- dis nuptiis, omnibus viduis tradi. Hic vides nup- tias aut cœlibem vitam, non alicui Diuino decre- to, aut carnis necessitati, sed propriæ voluntati tribui, *Cui vult*, inquit, *nubat in Domino, beatior au- tem erit si sic permanserit.* An non per Deum im- mortalem Vermeli, hæc verba omnimodam liber- tatem sonant? sed quo pacto vidua cœlebs perma- nens beatior futura est, si per carnis incendia, Di- uinitus ad coniugium, cui Diuino consilio dica- ta est, pertrahitur? an non erit beatior Diuinæ voluntati parendo? an non erit beatior, sese in eo statu, in quo eam Deus sua prouidentia, colloca- re voluit reponendo, quam voluntarium vitæ ge- nus assumendo? Sed hunc locum paulo exactius virgeamus. Hic certè de viduis agitur, de foemi- nis videlicet, quæ iam dudum nuptiali generi vi- uendi, dicatæ erant, & quas Paulus tum hac ra- tione, tum quod veneri assuetæ essent, non tam ge- nerali oratione ad castitatem (si carnis habenda vlla ratio esset) adhortari debuisset. Quis enim non videat, maximè in hoc foeminarum genere, Paulum

Paulum vigilare debuisse, ne incautis muliercu- lis, quæ plerunque castitatis splendore allectæ, & iugum maritale exosæ, ad eam virtutem vitamque cœlibem, properare solent, laqueum iniiceret. An non erat res grauisima? an non erat periculo ple- na? Vbi ergo hic, ea distinctio earum, quæ donū castitatis acceperunt, & earum, quæ à carne supe- rarentur? Vbi hic Paulus & suarum virium ratio- nē habeant, vt uideant, si de carnis illecebris triū- phos reportarunt, viduas admonet? an ignorabat quasdam esse habentes damnationem, quoniam fi- dem primam, quam per uotum continentia Christo dederant, irritam fecissent? Neque tamen san- cto Apostolo harū præuaricatio satis erat, ut eun- dem à generali consilio seuocaret, sed omnibus, siue iunioribus, siue prouectis iam ætate, siue in Venerem procliuibus, siue abhorrentibus in com- mune, consilium ingerit, *Cui vult nubat in Domino, beatior autem erit si sic permanserit, secundum meum consilium.*

1. Tim. 5.

Amplius, viduæ, quibus, in hac parte consulit Apostolus, ex earum ordine foeminarum sunt, quæ fortassè vitam cœlibem, vitæ coniugali, vel ob car- nis stimulos, vel quod ad id vitæ institutum se ine- ptas iudicarent, propria voluntate post habuerūt, quibus si ut Caluino & Petro Martyri placet, ne- cessaria erant matrimonia, cum viris sese tradide- runt, nunc cum iam sunt carnis delicias expertæ, quæ res carnis procliuitate, ut graues auctores tradidere, augere solet, non erunt necessaria: his ergo malè & contra officium Apostolicum, Pau- lus consulit, vt viduæ permaneant, amplioris fœ- licitatis præmium pollicens.

Itaque (vt quod sentio, ingenere fatear) cum Apostolus Paulus & virgines & viduas absque di- scrimine, ad vitam cœlibem & nuptiarum exper- tem, toties prouocet, & in re grauisima, & in qua minimè omnium tacenda erat, habentium & non habentium donum castitatis differentia, vt etiam heretici consentiunt, nullo discrimine de cœliba- tu omnibus in vniuersum Christianis consiliū in- gerat, ampliore mercedem mercedem repromit- tens, cumque se in hac parte Dei spiritum habere putet, ego aliud existimare nequeo, quam nuptia- tores nostros, cum idè consilium ad paucos quos- dam, fortassè frigidis & maleficiatos, & ad vene- rem natura ipsa ineptos, detorquent, diabolico & immundo spiritu transuersos agi.

Nam qui hi, has omnes ad castitatē adhortatio- nes, ex eo quod idem Apostolus, eodem loco, in- quit, hæc se dicere nō ut illis laqueum iniiciat &c. metiri uolunt, quam sit friuolum, & eorum planè qui cum semel à vera religione & castitate defece- rint, quid suæ turpitudini obnubendæ inueniant, anxii conquirunt, iam ostendemus. Putant hi, his verbis Paulum, Corinthios, quibus scribebat, ad- monuisse, ne incautè & contra Dei ordinationē vitam cœlibem colendam suscipiant, ne fortè cum carni postea resistere nequeant, legitimo coniu-

Petr. mart.

gio destituti, ad fornicarias & adulterinas comi- siones declinent. Sed obsecro te, qui fieri pote- rat, ut cum iuxta horum sententiam, tunc tempo- ris vota castitatis, & religionis, nondum essent in Christianorum vsu, vita cœlebs & casta uinculum esset ad peccatum? Qui matrimonium repudia- bat Apostolico seculo, si eis sit fides adhibenda, liber manebat, & quancumque fuisset collibi- tum, nuptias celebrare poterat, haud ergo uitā cœ- lebs illis laqueum poterat iniicere. Ergo non ut isti mentiuntur, uitæ castæ libera susceptio, absq; experimento de castitatis dono Diuinitus colla- to, vinculum eo loco dicitur ab Apostolo, sed ut ueteres omnes interpretatur, & ipsemet Apostoli- cus cōtextus apertè per seipsū explicare uidetur, præceptū de quo antea dixerat, *De uirginibus præ- ceptum Domini non habeo*: nam cum superius multa dixisset, quæ imperium importare posse uideri po- terant, ut illud, *Alligatus es uxori, noli querere solutionem*, & illud, *Hoc itaque dico fratres, tempus breuè est reliquum est, ut qui habent uxores tanquā non habentes sint*, & illud, *Volo uos sine sollicitudine esse; qui sine uxore est &c.*

Quibus postremis uerbis, quātumuis prius præ- monuisse, se de uitā cœlibi agenda, præceptum Domini non habere, tamen significare uidebatur, se illud præcipere, continuò error ille submouen- dus erat, ne quisquam genus uitæ liberum, neces- sarium putaret. Ac si ita diceret Theophylactus in- terprete. De cœlibatu & uirginitate sermonē mo- ui, sciens conferre eam uobis rem; quod merore sollicitudineque careat, animeque sit utilius: non ut cogam uos, si nolitis uestratē sponte cœlibes & uirgines permanere. Hactenus Theophylactus. Appellat ergo Paulus *ἀνάγκη* laqueum, necessi- tatem quæ à præcepto deriuatur, ut idem Theophi- lactus docet, qui quidem laqueus nulli profecto in Ecclesia tenditur: planè enim cum Paulo omnes Catholici docemus, nos de uirginitate præceptum Domini non habere, sed consilium dare: quo au- tem pacto locus ille, qui huius capitis initio ponit- ur, *Volo omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisque donum habet ex Deo &c.* In quo omnes suas spes miseri homines collocant, sit accipiendus, po- stea cum eorū argumenta elidamus, ostendemus.

PROBATVR EX ECCLE-
siastico usu castitatem esse possibilem.

Cap. 15.

NVNC ad reliquas Ecclesiasticæ doctrinae rationes, quibus uita uirginalis & cœlebs possibilis demonstratur accedamus: in qua parte mihi post sanctas scripturas, primum locum Ecclesiasticus usus habere uidetur: qui quantus à Christi prædicatione per totum orbem terrarum in hac parte fuerit, hereticis nostris aliò qui Eccle- siasticæ historiæ cōsultis, demonstrare nō est opus. Quis.n. ignoret, quā priori illo Christiano seculo

frequens fuerit uitæ uirginalis, & cœlibis institutum? Scribit Ignatius Apostolorum discipulus ad diuersas Ecclesias, in quibus non minorem uirginum & uiduarum rationem habet, quàm Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum &c. Multa in constitutionibus Apostolicis de uirginibus Clemens Romanus tradit. Et ne singula in re omnium apertissima prosequamur, multa Clemens Alexandrinus, Tertullianus multa, Iustinus, Cyprianus, Irineus &c. Immo adeo illud seculum omni uitiorum labe & corruptione destitutum, in uitam cœlibem & uirginalem inclinabat, ut fuerint quidam docentes, Christiano homini non bene cœnuptialibus delitiis conuenire, ut Montanus Cataphyrges &c. Posterioribus deinde seculis & sub Christianorum principum imperio, quantus uirginitatis & cœlibatus usus ad hucusque tempora extiterit sub religionibus, referre non est opus. Quod si hoc ita est, possibilis est igitur uirginitas & continentia.

Verum eadem, quæ in superioribus nuptiarum obiectio occurrit, fateri se semper in Ecclesia uirginitatis & cœlibatus fuisse usum, multasque perinde sanctissimas uirgines extitisse, uerum hoc genus uitæ Diuinitus accepisse. An quisquã adeo est sacrilegus qui neget? sed hoc in controuersia est, an hoc donum uirginitatis & continentia, omnibus, ut nos docemus, uolentibus & petentibus sit expositum, an contra, quibusdam tantum, ut illi docent, qui donum habeant castitatis? Enim uero si Diuino decreto tantum & non propria uoluntate homines ad uitam continentem uocantur, non erat cur Ecclesiastica doctrina tam uniuersalis esset, non erat cur habentium & non habentium hoc singulare donum, ratio non haberetur: Nisi putemus Lutherum, Walphangos, Caluinos, Vermelios &c. In hac parte solos uigilasse, contra Ecclesiam à Christo in hunc usque diem somno sepultâ, perniciosissimo silentio, non omnibus si uelint, dari posse uitam continentem tacuisse.

EX DOCTRINA PATRVM
castitatis possibilitas comprobatur.
Cap. 16.

VERVM ad Ecclesiasticos patres ueteresque Euangelicæ Doctrinæ magistros progredior. In qua parte satis uideri potuisset, eorum tum Græcorum, tum Latinorum, in omni Ecclesiastica memoria, libros de uirginitate, uirginitate & continentia proferre, in quibus generali & promiscuo sermone, uniuersos Christianos, etiam coniuges, ad castitatem, uitamque carnis ignaram, non item hos aut illos tantum, ut hæretici uolunt, pellicere contendunt, nisi paulo exactius hanc rem pertractare instituissemus. Habemus Tertulliani de uirginibus uel laudis, librũ unũ, ad uxorem duos, de Exhortatione ad castitatem: de Pudicitia libros item duos, nam eius quem de

Monogamia scripsit, et si multa incatholicè disputet, quod tamen tunc ad Montani hæresim defecisset, in hac parte parua ratio habenda est. Habemus & Cypriani martyris & Carthaginensis Episcopi de uirginitate, siue de habitu uirginum, librũ item unum, quo uniuersas fœminas ad castam, & continentem uitam inuitat. Athanasius, Basilius, Nisenus, Chrysostomus, Ephren Syrus, Ambrosius, Augustinus, Fulgentius, Sixtus, libros item elegantissimos de uirginitate ediderunt, præter multos de lapsu uirginum, de uirginitate & de continentia tractatus, quos tum ipsi, tum alii multi Ecclesiastici cœ memoriæ prodiderunt. Nam Osi Cordubensis, Sabbatij Gallicani, Leandri Hispalensis, Serapianis Anachoretæ, Seueri Malacitani, & aliorum sanctissimorum & eruditissimorum uirorum præter multam antiquitatem, de uirginitate, & continentia elegantissimi libri, profus intercederunt.

Sed nunc quid isti de uitæ continentis & uirginalis instituto sentiant, ex suorum scriptorum vastissimo pelago, nonnullis productis locis, explicemus.

Ergo Athanasius Alexandrinus Patriarcha primus accedat, is libro de Incarnatione uerbi, cum Christi gesta, cum Deorum gentilium gestis conferret, Quis, inquit, unquam hominum, aut in uita vel post mortem uirginitatem seruare homines docuit, eamque uirtutem putauit esse possibilem? Atqui Saluator noster & rex omnium Christus, cœta humanis affectibus insinuauit, ut impubes pueri hanc tantæ excellentiæ uirtutem spontè gestiat, tota animi alacritate profiteri. Hactenus Athanasius, ex cuius testimonio apertè uides, non modò uirginitatis uirtutem non esse impossibilem, sed etiam esse omnibus pueris, etiã impubribus, qui adhuc perfectam uirtutis rationem nondum acceperunt, peruiam & expositâ, Christi doctrina ac beneficio. Sed eius etiam, libro de Cruce Domini, uerba audi. Et quondam, inquit, aduersarius noster diabolus, tanquam Leo rugiens circuibat sitiens nostram animam, nunc uerò conculcatur una cum Dracone, ac post hac Deus uelociter conteret Satanam sub pedes nostros: adeoque contemptui est ac deluditur, ut etiam in foramen aspidum aliquis mittat manum nec timeat. Hæc enim Isaias prædixit & sermo uerax est. Nunc enim pueri uoluptatem, quæ quondam senes etiam seducebat, derident, idque nondum legitimam ingressi ætatem, pudicitiam, quæ supra legem est, induunt, uirginesque manentes, per uerbum calcant serpentinæ uoluptatis fallacias, nihil metuens huius lethales morsus. Et paulo post. Etenim cum adhuc colerent simulacra, Christumque uelut hominem calumpniarentur, hunc postea Deum agnoscentes, relinquent simulacra, & quos metuebant demones in simulacris, nunc agnito Domino, deinceps deserunt, & ab aliis depellunt, ac uoluptatē, quam colentes simulacra metuebant, in Christo continent, & peccatum, quod tunc illos vincibat, nunc signo crucis, uincētes derident.

derident. Etenim qui non credebant omnino esse uirginitatem, dicentes impossibile inter homines hanc uirtutem inueniri, nunc posteaquam crediderunt seruatori, ex uirgine nato, non solum agnoscunt, uerum etiam ipsi hanc exercentes, diffidunt idolorum culturis, quæ sunt apud Gentes. Hucusque Athanasius, ex cuius uerbis, id saltem colligere licet, eos, qui hominibus uirginitatem ac reliquas castitatis species posibles non credunt, nondum Christo credere, quemadmodum & Gentiles antequam christianæ fidei subscriberent. Neque hic tergiversandi locus hæreticis nostris relinquitur, dicentibus fortasse, Athanasio Diuina tantum uirtute & munere uideri possibilem continentiam, nam ut alia omittamus, certè Athanasius, eo modo fore possibilem & peruiam hominibus post Christi fidem susceptam, continentiam dicit, quo ante baptismum, eisdem gentibus uidebatur impossibile, non erant autè quantumuis Gentiles, adeo stulti, ut Diuino munere & donatione non esse possibilem iudicarent, uocat igitur eam possibilem humanis uiribus, auxilio Diuino, quod in hac parte nemini negatur, supposito.

Isa. 56.

Basilius libro de uirginitate, tractans illa uerba Isaiæ, Hæc dicit Dominus Eunuchis &c. Fortasse, ait, per sabbatium, quomodo contingat acquirere uirginitatem, naturaliter simulque præter opinionem, insinuat. Sicut enim terminum salutis nostræ exponens ait, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum, hoc est, Christum detrahere, aut quis descendet in abyssum, hoc est, Christum ex mortuis reducere. Verum quid dicit? Prope te est uerbum tuum, in ore tuo, & in corde tuo: & non opus habes ea, quæ adeo procul à te absunt, cœlum aut abyssos curiosè scrutari, sed uicino etiam tu dextero utere auxilio. Si enim confiteberis in ore tuo Iesum Christum, & credideris in corde tuo, quod Deus ipsum suscitauit à mortuis, saluaberis. Sic etiam de uirginitate dicit. Ne dixeris, quomodo ascendam in cœlum, ut illic mihi uirginitatis detraham integritatem, aut quomodo descendam in abyssum, ut hanc olim à Diabolo corruptam, mihi ipsi cuperem. Verum quid dicit? Prope te est, & secundum naturam tuam tibi ingeneratur uirginitas. Neque igitur Maria ad acquirendam ipsam inuestigando dimetiri, aut ad cœlum ex terra subuolando, ad inuentionem ipsius prodire. Verum uelut dixi, dimissa curiosa longitudinum inuestigatione, te ipsam quomodo habes, considera, & te ipsam secundum naturam hanc occultam reperiēs: & si uis hanc apud te securam manere peruiam, Sabbatum age, hoc est, mane id quod nata est, ne moueas manum ad tactum uiri, neque plices implicabilia, neque ea, quæ dissoluta sunt colligas, neque incorrupta membra diuersi generis, membris complicans, corrumpas: sed mane in cubili, quod est nihil amplius percrutare: sabbatum age per te ipsam, nihil operans, quod dissoluat, id, quod secundum naturam

Rom. 10.

est: Non opus habes muros ac menia transilire ut uirginitatem ueneris; Sed si hæc egeris, fortassis etiam perdes uirginitatem: uerum in cubili sabbatum agens, pura, ipsam custodies, atque sic quidem facile, inquit, pretiosissimam uirginitatē, possessionem habebis. Hucusque Basilius, qui planè uirginitatem omnibus tenere uolentibus non difficiliorem facit, quàm animæ salutem: nam quem admodum de hac Paulus dicit in proximo esse iis, qui eam adipisci uolunt, ita Basilius uirginitatem in nostra cuiusque potestate constitutam esse fatetur. Ergo quemadmodum animæ salus, non peculiariter huic aut illi, Diuino tamen munere contingit, sed omnibus in uniuersum, ad eam aliqua ratione annitentibus, exposita est, ita etiam uirginitatem & continentiam quicunque uerò cordis desiderio petierit, & quod ad se attinet, obtinere laborauerit, accipiet. Deus non huic aut illi salutem repromittit, sed *Quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit*, castitatem, ergo, ex Basilius sententia, non huic aut illi peculiari dono tribuitur, sed qui cum pulsauerit, ut Nazianzenus dicebat, aperietur ei, & quicumque petierit, accipiet.

Chrysostomus homilia nona de penitentiâ, exponens illa Parabolæ uerba, *Amen dico uobis nescio, cogita*, inquit, quomodo post tot labores exclusæ sunt, cum frænabant incontinentiam, cum aduersus uoluptates sese opposuerant, cum superiores ad uirtutes certamen habuerant, cum uitæ huius respicerant, cum periculum tolerauerant magnum, cum tantum laboris superauerant, cum de terra ad cœlum euolauerant, cum corporis signaculum non soluerant, ac magnum uirginitatis specimen acquisierant, cum in corpore, quæ in corporeorum sunt perfecerat, cum corporis necessitates suppeditauerant, cum magnum atque incomparabile uirginitatis lucrum possiderant, tunc audierunt, *Recedite à me nescio uos; neque enim mihi existimaueritis, tantillam uirginitatis esse magnitudinem; talis enim uirginitas est, ut eam potuerit nemo ueterum consummare. Propterea enim gratia magna, quod quæ tremenda prophetis fuerit & ueteribus, Eadem nunc facilis leuisque existimatur, quæ tunc fuerunt grauissima & necessaria, uirginitas mortisque despectus, ea nunc uel teneræ puellæ paruipendunt. Hæc eo loco Chrysostomus. Libro etiam de uirginitate, cum causas ob quas Paulus, in cohortatione ad castitatem æternorum prætorum non meminerit, enarrat; Accedit eò, inquit, quod tertium quoddam comprobari uult. Quid nam id est? Uirginitatem non ex earum rerum haberi numero, quas adipisci non possumus, sed ex illis esse quæ maximam habent facultatem. Id autem facit cum multis partibus plures inesse docet inconiugio difficultates, tanquam si diceret: grauis tibi uideatur huius rei cultus & laboriosus, ego uerò uirginitatem propterea colendam cenfeo, quod tantum ea facultatem habet, ut multò minus quàm coniugium, negocium*

Cap. 49.

cium nobis exhibeat : quod uerò uestri misereor, inquit, & molestia liberos esse uolo, idcirco uti coniugio abstineatis, uobis auctor sum. Hæc ille, ubi non modò uirginitatem ac uitam cœlibè parabilem, sed multò etiam uita coniugali facilitate, omnibus uolentibus, doceri uides, quod ille multis capitulis doctissimè & eloquentissimè demonstrat. Idem Chrysostomus eodem libro de uirgine in hæc uerba, Si uerò se non continent, nubant, quod eorum uoluntati tribuendum est, qui propter pigritiam nolunt elaborare. Demonstrat enim ipsos rei facultatè habentes, ob id minus eâ perficere, quòd laborem defugiunt: in quos tamè uel ita affectos neque animaduertit, neq; his ipsis supplicia proponit, sed tantum laude priuatis, uerborum reprehensione uim uituperationis ostendit: nusquam uerò meminit liberorum procreationis, quæ quidem causa facit, ut connubium speciem habeant, & grauem causam honestatis; sed innati ardoris, intemperantiæ, stupri, & incesti, Sarnicæque tentationis: quare ne quid tale committatur, concedit coniugium. Rursus in epistolam ad Heb. Non dicere oportet, inquit, non possum continere & accusare conditorem, si enim impotentes fecit nos, qui iubet accusandus est. Qualiter igitur, ais, multi non possunt, quòd non uolunt dic. Si enim omnes uoluerint, omnes poterint, propterea & Paulus ait, uolo uos omnes esse sicut me ipsum, quia sciuerat, quòd omnes esse poterant ut ipse. Non enim si demum impossibile esset, hoc dixisset, Vis fieri? Velle, primò assumme solum. Dic mihi in omnibus artibus, cum uoluerimus fieri, contenti sumus, solo autem uelle tangimus res? Tale est quod dico: Vult quis fieri gubernator, non dicit, *Volo*, & in hoc contentus est. sed rem tangit. Agricolari rursus uult, at, non dicit solum, *Volo*, sed rem tangit. Demum in omnibus non sufficit uelle solum, sed sufficit uelle cū opere; quia sumit rem quæ laboratur. Dicamus enim cooperatorem & congestorem Deum solū uelimus, solum operi offeramus, in re solum solliciti simus. Hæc eo loco Chrysostomus; quæ quā tum cum doctrina aduersariorum, conueniāt, qui putant sibi nihil agentibus castitatem & continentiam tribuendam, satis per se ipsum quæque expendere poterit.

Et ne singulos auctores absque necessitate percurramus, huc pertinent, quæcūque ex eorundè patrum scriptis, superius, cum uerba illa, *Qui potest capere capiat*, interpretabamur, adduximus; omnia enim illuc contendebant, ut ita difficilem castitatem affererent, ut tamen omnibus in uniuersum christianis, uolentibus & ad eam annitentibus possibilem, immo facilem docerent.

EX REMEDIIS CONSERVANDA castitatis, quæ patres memoriae retulerunt: conuincitur castitatis possibilitas. Cap. 17.

AD hunc deinde argumentationis locum referenda sunt quæcūque iidem Sancti patres de remediis uel acquirendi uel conseruandi continentiam, scriptis prodiderunt, quæ perspicue docent, utrūque in nostra, auxilio Diuino supposito, esse potestate, cum hæc uel illa quæ planè nobis possibilia sunt, exhibentibus, & de carne nostra uictoriam & castitatem & uirginitatem promittunt. Sed pauca ex multis imminentibusque, tum Græcorum, tum Latinorum tractatibus applicemus.

Non auditis, ait Origenes, (ut à uetustioribus incipiamus) ex Diuinis scripturis, quia certamè est inter homines aduersus spiritum, & spiritus ad uersus carnem? Nescitis quia si carnem solam nutritis, & ipsam frequenti mollitiæ ac iugi deliciarum fluxu foueatis, inolescet necessario aduersus spiritum & fortior illo efficietur? quòd si fiat, sine dubio eum in suam dictionem redactum, suis coget legibus ac uitiis obedire. Si uerò ad Ecclesiam frequenter ueniens, aurem literis Diuinis ad moueas, explanationemq; mandatorum cœlestiū capias; sicut cibus & delictis caro, ita spiritus uerbis Diuinis conualescet, ac sensibus effectus, carnem sibi parere coget, ac suis legibus obsequi. Nutrimta igitur spiritus sunt, Diuina lectio, orationes assiduæ, sermo doctrinæ. His alitur cibus, his conualescit, his uictor efficitur: quod quia non facitis, nolite conqueri de infirmitate carnis, nolite dicere, quia uolumus, sed non possumus. Uolumus continenter uiuere, sed carnis fragilitate decipimur, & impugnamur stimulis eius. Tu das stimulos carni tuæ, tu eâ aduersus spiritum tuum armas, & potentem facis, cum eam carnibus fatias, uino nimio inundas, omni mollitiæ palpas & ad illecebras nutris. Hæc Origenes in nostros hæreticos, qui inter frequentissimas crapulas & sybariticas mensas, de carnis fragilitate conquaruntur, ante mille trecentos annos scripto mandauit.

Chrysostomus in psal. 50. Castitas, ait, sine comitibus suis, ieiunio, uidelicet, & temperantia cito lacescet, quòd si his quasi adminiculis roborata fuerit, perfacile coronabitur. Tria enim sunt hæc, uirginitas, nuptiæ, fornicatio: nuptiæ mediæ, fornicatio deorsum, uirginitas sursum. Virginitas namque coronam habet, nuptiæ laudem mediocrem, fornicatio pœnam atque iudicium. Vide ergo si abstinere uis, cum consilio facito, & sic arripe iter, considerans corpus tuum, qui summam rem desideras; tanquam bonum pedagogum adhibe tibi ieiunium & temperantiam & perges fiducialiter quòd desiderasti: nam & cum quis natare disponit, prius considerat & deliberat, ut exsulare

perare possit natando quod cepit. Sic & tu bonū est quod habes (loquitur autem ad coniuges) sed si meliorem partem habere cupis, sapienter & cōsultè arripe: consiliatorem habes Paulum dicentem. Et qui habent uxores, sint tanquam non habentes, ut per abstinentiam & bonam conuersationem hoc seculo conscientiam puram habentes, coronari in futuro mereamur, per Christum dominum nostrum. Hactenus Chrysostomus. Idè in Genes. Continentiam, ait, eligere uolentes, nō spectemus quòd laborem habet uirtus, neque quæ uirginitas magnum habet certamen, sed quietem quæ nos excipiet, cogitemus; hanc semper ante oculos nostros depingentes, malè concupiscentiæ refranemus rabiem; uincamus carnis motus indecentes, & retributione mercedis laborū difficultatè abbreviemus: sufficit enim bonorū spes, ut etiam pericula contemptim aggrediamur, quā tō magis ut uirtutis labores fortiter feramus? Quādo enim animo uersas, quid si ad breue tēpus certaueris & fulgidam seruaueris uirginitatis lampadem (nam beata uita conferberis dignus & cū sponso intrare poteris, modo accensas habeas lampades, & sufficiens oleum bonorum operum actionem, inquam) quomodò non cum omni facultate difficilia omnia transcurrere poteris, cogitans illud quod à beato Paulo dictum est; Pacem sectemini cum omnibus & sanctificationē, absque qua nullus uidebit Dominum? Hucusque Chrysostomus.

Docet etiam Hieronymus, tum alibi frequentissimè, tum in Epistola ad Eustochium de custodia uirginitatis, quo pacto carnis tentationes sacris uirginibus sint superandæ. Magnis, inquit, inimicorum circumdamur agminibus, hostiū plena sunt omnia, caro fragilis & cinis futura post modicum; pugnat sola cum pluribus, cum autem fuerit dissoluta, & uenerit princeps mundi huius, & inuenerit in ea nihil, tunc secunda audies per prophetam. Non timebis à timore nocturno, à Sagitta volante in die &c. Quòd si eorum te multitudo turbauerit, & ad singula incitamenta uitorū cœperis astuare, & dixerit tibi cogitatio tua, quid faciemus? Respondebit tibi Elifæus: Noli timere, plures nobiscum sunt quam cum illis. Et dicet, Domine aperi oculos puellæ huius ut uideat, & aperitis oculis, uidebis ignem, currum, qui te ad exemplum Helix in astra substollat, & tunc læta cātabis, Anima nostra Sicut passer erepta est &c. Et post pauca, Quia impossibile est, inquit, in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui ut cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, & allidit ad petram, petra autem Christus est. O quoties ego ipse in eremo constitutus & in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus, horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse deliciis; sedebam solus quia amaritudine repletus eram: horrebant sacco mē-

bra deformia, & squalida cutis situm Aethiopicæ carnis obdlexerat. Quotidie lacrimæ, quotidie gemitus, & si quando repugnantem somnus imminēs oppressisset, nuda humo uix ossa hærentia collidebam. De cibus uerò & potu taceo, cum etiam languentes Monachi aqua frigida utantur, & cōctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego qui me ob merum gehenæ tali me carceri ipse dannaueram, Scorpionum tantum focus & ferarum, sæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiuniis, & mens desiderii æstuabat in frigido corpore & ante hominem suum iam carne præmorta, sola libidinum incendia bulliebant. Itaq; omni auxilio destitutus ad Iesū iacebam pedes, rigabam lacrimis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Et subinde. Si autem hoc sustinent illi qui exeso corpore, solis cogitationibus oppugnantur, quid patitur puella, quæ delictis fruitur? Nempe illud Apostoli, uinēs mortua est. Hactenus Hieronymus. Docetque subinde, Christi uirginibus uitandum esse uinum, coercendamque ieiuniis & inedia carnem. Eius etiam in eadem Epistola sunt illa uerba. Uirginitatem non tantum efferimus, sed seruamus: nec sufficit scire quod bonum est, nisi custodiatur attentius quod electum est; quia illud iudicii est, *hoc laboris*, & illud commune cum pluribus, hoc cum paucis; Qui perseverauerit, inquit, usque in finem hic saluus erit. Et multi uocati pauci electi: Et demum ne totam eam Epistolam, quæ ad custodiam uirginitatis pertinet, huc transcribamus, multa idem Hieronymus diuersis locis suorum scriptorum seruadæ continentiar præcepta reliquit, quibus planè ostendit, per humanum laborem, Dei auxilio supposito, ueram castitatem obtineri posse.

Fulgentius Ruspensis Episcopus in Epistola ad Gallam uiduam, regulas castitatis præscribens; Caue, inquit, carnis curam in desideriiis facias ne semper gulæ quod possit indulgeas. Refectione tua non uoluptas expleatur sed sustentetur infirmitas. Tales autem conuiuui debes habere participes, quæ non carnis solent delicias laudare, sed cordis, quæ angelorum panem interioris hominis auiditate perquirunt, quæ post sponsum tuum in odorem unguentorum eius currant, quæ suauitate Deum gustus interioris percipiunt, quæ puro affectu esuriunt sitiuntque iustitiam, quæ operantur cibum, non qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Cum talibus colloquia tibi conferenda & frequentanda conuiuia, ut cum eis cibus corporalibus pascis, ad meritum tibi sanctæ operationis accedat, & cum earum uerbis spiritualibus pascis, profectus tibi sanctæ conuersationis accrescat, Nec uelis talibus nunc mensam tuam replere deliciis, qualibus eam replebas, quando carnali connubio seruiebas. Audi magistrum gentium, qui de uidua dicit, quæ in deliciis est, nempe uiuens, mortua est. Hæc Fulgentius.

Ephren

Ephren Syrus Basilio equa l is libro de virginitate, quo arma tuendæ castitatis & continentiæ tradit, inter multa, quæ ad hanc rem pertinentia scribit, sic inquit. Beatus qui sollicitè curat placere Domino, corpusque suam immaculatum integrumque custodire, ut templum sanctum & immaculatum Christi regis nostri esse mereatur. Templum Dei spõte factus es homo tibi, ergo ipse die noctuque vigilanter attende, ne corrumpatur templum, quod pro arbitrio uoluntatis tuæ condidisti. Ipse sponte tua & uoluntate propria Dei templum factus, non ui coactus, sed indutus arbiterii libertate. Nihil ergo dubites, excelli Dei effectum te esse domicilium. Habitat enim altissimi filius in templo suo, siquidem inueniat mundum, ipsumque sanctificat, ut sit idoneum atque utile Domino suo. Audi mi frater carissime quæ loquor ad te, & scribe uerba mea in corde tuo, ne effluant. Circunda tibi fidem integram, spem & charitatem; hisque armis potentissimis fretus, templum Dei ab immundis ac sordidis cogitationibus vindica, ac uigilantissimè purum ab omni labe custodi. Esto oculus totus, iugiter obseruans assidueque prospectans nequissimi illius prædonis impetus. Vigilant huiusmodi pyratæ in perniciem nostram, ac si quem inuenerint mollem, desidem, leuem, clam protinus irrepunt, illiusque infœlicis templum, corpus scilicet, inquinant, ut iam non sit utile Domino, & sedi maiestatis idoneum. Attende ergo tibi ipsi, & solerter caue, ne maligni pyratas, dum negligis intus accipias. Animaduerte frater, quoniam sint illius nequam & homicidæ pyratæ, cogitationes sordidæ, concupiscentiæ malæ, noxiæ affectiones, indignationes, iræ, contentiones, rixæ, passionum vitiorumque famulatus. Hi pyratæ sunt impudentes malignissimi, nunquam prædari desinentes, nullamque malitiæ saturitatem capientes. Victi quoque semper insurgunt, semper oberrant aditum cordis. Caterum stude mi frater, huiusmodi radicem ex corde tuo horis singulis euellere, ne iugiter pullulans germinet. Et post pauca. Vis inquit, esse templum Dei castum, sanctum & immaculatum? Fac habeas illius imaginem in corde tuo (iugiter Dei uerò imaginem dico) non colorum uarietate in ligno aut alia materia deformatam, sed illam intelligo imaginem Dei, quæ per bona opera, uidelicet, ieiunia, continentiam, rectè facta, uigilias, orationes, quæ puræ ac iugiter pingitur. Porro colores imaginis cœlestis Domini uirtutes sunt, & cogitationes mundæ, nuditasque terrenarum omnium rerum. Nemo quippe sine certamine coronatur in seculo pari ratione & in uita monastica, sine colluctatione, nulla immarcescibili corona uita æterna potietur. Arenæ enim comparatur hoc seculum dilectissimi fratres, in qua perfecti pugnatōres quantum habent alacritatis, quantum uiribus polleant, interriti semper ostendunt, cum nunquam fortes remittunt manus, exeruntque lacertos, parati quibusli-

bet uolentibus congredi. Timidi contra molles, ignaui, per segnitiam suam ex certamine fugiunt. Perfecti pugnatōres & continentissimi monachi Paradisi amenitatem ante oculos habent, expectantque bonis ipsius omnibus perfrui, in luce æterna & immortalis uita. Vis in certamine perfectus ostendi? Indue uirtutes sicut uestimentum, eas ubi indueris, uide ne exuas, sed his fretus assidue certa. Vinum metue ne forte de te triumphet. Et ne totum libellum uerè aureum huc afferamus. Fac sis, inquit, Ephræ continentens animo, uigil spiritui, abstinens corpore, continens habitu, continens spiritu, abstinens cibo, abstinens risu, cogitationum quoque continentiam seruans, ut per omnia ueluti perfectus athleta innotescas. Hæc enim uerò similiaque multa uir sanctissimus suis opusculis frequentissimè reserpsit, quæ non alio respiciunt, quam ut indicent continentiam & castitatem, eorum qui, quod in se est præstant, per Dei auxilium esse possibilem.

Zeno Veronensis Episcopus sub Valentiniano principe, uir non modò sanctissimus, sed eruditissimus, quod eius scripta testantur; in exhortatione quadam ad continentiam, Christi uirginem alloquens, post immensas uirginitatis laudes, Itaque inquit in statu quo nata es permanens uirgo gloriare sanctique pudoris florere, nulli legis subiecta fidei thesaurum custodi: esto sancta & corpore & spiritu, amore Christi igne carnis extingue, ut de resurrectionis gloria, quam hic iam tibi uendicas, taceam, in qua (Dominus ait) neque nubent, neque nubentur: magnum consequeris beneficium, si Deo uiuas puris moribus libera & hominis non sis ancilla.

Cæsarius ex Lirinensi abbate, Arelatensis Episcopus sub Iustiniano principe, multa diuersis hominibus ad monachos in hanc sententiam tradit: sed illud huc afferre libet, quod homilia 36. ad monachos & uiduas loquitur. Miramur, ait, si alii nos persequuntur, cum ipsum corpus nostrum nos persequitur. Si comedere paululum & corpusculum robustum fuerit, sanitas corporis mei, persequitur animam meam. Quocumque me uertero, persecutio mihi est. Si uidero mulierem, oculus meus me persequitur, cupit interficere animam meam. Et subinde. Adolescentem libido persequitur. Vult libido occidere & effundere sanguinem animæ tuæ. Sed quando periclitatur anima & in grandi periculo est constituta, tunc oportet ieiunium, & orationibus in Dominum nostrum Iesum Christum, ut non consentiamus morti. Hæc ille.

Nilus abbas in oratione de Luxuria, pudicitia, inquit, parit temperantia, gula mater est impudicitia. Lucernæ flammam, oleum nutrit, & libidinis ardorem accendit consuetudo foeminarum. Vndarum impetu nauis malè instructa periclitatur, & uerborum impudicorum uis, mens imparata peruertitur. Libido sibi sociam assumit in bello, ut eius auxilio atque infidiis tandem expugnet aduer-

aduersarios. Inimici iaculis in uulnerabilis qui sollicitudinem diligit, qui autem in multitudine uersatur, assiduis uulneribus afficitur. Mulierum aspectus, sagitta ueneno illata, quæ ferit animum & uenenum immittit, & quò diutius manet, eò magis uulnus computrescit. Qui uitare cupit huiusmodi uulnera, is à publicis spectaculis abstinebit, neque in celebratibus uersabitur. Et subinde. Si uis pudicè uiuere, mulierum fuge familiaritatem, ne aditum illis ad te liberum permittes. Et rursus. Qui uentrem cibis explet, & se castè uicturum profitetur, ei similis est, qui dicit in stipula se flammæ impetum fræno cohibiturum. Quemadmodum enim furor ignis in stipula sæuiens, coerceri non potest ita luxuriæ uis in corpore cibis distecto, percurrere retineri nequit. Columna innititur basi sua, & libidinis uictum in facietate requiescit. Hæc ille.

Marcus abbas, uir præter antiquitatem & eruditionem sanctissimus, homilia de ieiunio. Qui se, ait, ad pietatem exercent, incipiuntque proficere, tum iuuenes, tum etiam senes, si robusto sunt corpore aptoque laboribus & afflictionibus perferendis, utile ac tutum omni studio sine intermissione ieiunium amplecti, & sic ad stateram panem edere, & ad mensuram de tempore in tempus, aquam bibere, ut esurientes, sitientes somnum fugiant, & necessarium Dei ministerium ne intermittat præ uoluptate: nam si cibis uentrem explere uoluerimus, celeriter otio dediti, ad aliam impellemur cupiditatem, cui si rursus satisfecerimus, ab alia rapiemur, atque ita finem nunquam rapiemus. Et post pauca. Qui uentri indulget, mundus esse non potest.

Sanctus abbas Cheremon aut si mauis, Ioannes Casianus ætate Chrysothomo æqualis, neque sanctitate & eruditione fortasse inferior, ex Apostoli uerbis, *Mortificate membra uestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, &c.* multis sapientissimisque rationibus conuincit, non modò castitatem posse, per piorum hominum studium obtineri, sed etiam prorsus in hac uita mortali bestiales libidinis motus excludi: nam cum eam quæstionem excutendam proposuisset, Vtrum ignis ille concupiscentiæ, cuius hæc caro uelut inlitum sentit ardorem, ad plenum possit extingui, locoque Apostoli proposito, quid esse corpus peccati elegantissimè declarasset, & auaritiæ inter huius corporis membra numerari notasset, ex ea re, ita colligit. Si ergo multos ita pro Christo suas uidemus abiicisse substantias, ut non solum pœcuniarum uerum etiam desiderium de cordibus eorum in perpetuum probemus abiicisse, consequens est, ut eodem modo fornicationis ardorem extingui posse credamus. Neque enim rem impossibilem Apostolus cum possibili coniunxisset, sed utraque sciens esse possibilem pari modo mortificanda decreuit. Et in tantum beatus Apostolus fornicationem, sicut in

munditiam de nostris membris extirpari posse confidit, ut non solum mortificari ea, sed ne nominari quidem in nobis pronuntiet. Fornicatio, inquit, & omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in uobis, aut turpido aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent. Quæ etiam pari modo perniciose esse & equali nos a regno Dei exclusionem depellere, edocet dicens. Illud autem scitote quoniam omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Et iterum; Nollite errare, neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Dubium proinde esse non debet, fornicationis & immunditiæ de membris nostris aboleri posse contagium, quandoquidem non aliter ea, quam auaritiæ, stulti loquium, scurrilitatem, ebrietatem, ac furta, quorum facilis amputatio est, mandauerit abscindenda. Hactenus Casianus, qui in nostri temporis hæreticos, non modò antiquitatis & sanctitatis auctoritate, sed eruditionis quoque gladio decertare uidetur. Quid enim hoc argumento, quod ex uerbis Apostolicis conuenit, fortius? Promiscuè iubet Apostolus, non modò coniugibus, sed cœlibibus etiam, & in uniuersum Christianis omnibus, corpus peccati mortificare, quod corpus, non modò fornicationem, immunditiam, libidinem, & malam concupiscentiam, sed auaritiæ, ebrietatem, furta, scurrilitatem &c. amplectitur; ergo si hæc humano studio per Diuinum tamen auxilium, penitus excluduntur, cur non & priora illa? nam ut in coniugibus, dum legitimo thoro utuntur, demus non esse fornicationem, immunditiam, libidinem &c. in cœlibibus tamen, quorum multò maxima pars erat eò tempore in Christiano populo, uniuersæ carnis actiones, cum fierent extra coniugium, ad hæc corporis peccati membra pertinere negari non potest. Aut ergo Paulus, Christianos omnes coniuges esse præcepit, aut si colere cœlibatum consuluit, quod ad uersarii negare nequeunt, fatendum illis est, homines per castitatis studium, posse hæc membra peccati prorsus excindere. Neque uerò hic ad Diuinam illam & absolutam donationem confugere licet, nam quod donatur, non præcipitur: non enim alicubi Paulus ait, donum linguarum, aut prophetiam aut gratiam sanitarum &c. habere præcepit, quod scilicet hæc non sint humanis uiribus possibiles, hic autem corpus peccati destrui, omnino præcipit, in quo fornicatio, immunditia, libido &c. numerantur. Deinde si scurrilitatis, auaritiæ, ebrietatis, furtorum &c. respectu uerba Pauli præceptum importabunt, cur non respectu quoque fornicationis, immunditiæ, libidinis &c. quid ad hæc miseri nuptiatores? Et quidem Casiani locus, quo possibilitas castitatis con-

uincitur, ad præcedens caput pertinere, quo in eandem rem patrum testimonia produximus, magis uidebatur, uerùm huic loco quoque, quo ex eisdem patribus aliqua esse obtinendæ & seruandæ castitatis remedia, persuademus, non est ineptus. Neque tamen Casianus Diuini auxiliū, quemadmodum neque reliqui Catholici patres, ut superius diximus & inferius dicemus, excludit, sequenti enim capite, nihil labores nostros absq; Diuinæ uirtutis adiutorio ingenuè confitetur, sed in nostrā auxiliū illud esse potestate, tota ea collatione discretissimis uerbis conuincit, quæ ne absque vlla necessitate plus æquo prolixi simus, omittamus. Eademque ratione, multa, quæ in hæc sententiam Augustinus & Ambrosius libris de uirginitate, Continentia & uirginitate docent, seruandæ & obtinendæ castitatis remedia, præterimus: quod satis nobis persuaserimus, scire aduersarios, in nulla magis re veteres Ecclesiasticos patres uigilasse, quam ut castitatem à Diaboli tentationibus propugnarent. Qui plura in hac parte desiderat, Athanasii elegantissimum de uirginitate libellum, Nazianzeni orationem ad uirginē quādam; Cypriani multa opuscula, Basiliique ascetica perlegat.

Ex his ita in aduersarios colligere licebit, Veteres Ecclesiastici patres, seruandæ & obtinendæ castitatis remedia, quæ nobis sunt possibilia, vitam castam & continentem cupientibus, præscripserunt; crediderunt igitur castitatem non tantū Diuino munere concedi, sed humanis quoque uiribus, Dei auxilio adiutis, esse possibilem. Deinde Sic. Veteres Ecclesiastici Patres non huic aut illi, sed omnibus in uniuersum christianis, si ea quæ ipsi præcipiebant, remedia præstarent, vitam castam & continentem promississent, non ergo castitas huius aut illius, sed omnium uolentium est. Tertio, Veteres Ecclesiastici Patres obtinendæ & seruandæ castitatis remedia præscripserunt, non ergo castitas tantum Donum Dei est; Nam doni linguarū, prophetiæ, doni sanitatis &c. nulla unquam remedia præscripserunt, neq; cum tantum à Diuina uoluntate pendeant, præscribere potuerunt.

DEMONSTRATUR ECCLESIASTICIS exemplis, castitatem, vitamq; continentem, esse possibilem.
Cap. 18.

QUARTO uirginitas & continentia possibilia ab Ecclesiasticis exemplis, quod genus argumentationis omnium est fortissimum, persuaderi potest. Videmus enim à Christi & Apostolorum prædicatione infinitum penè numerum sanctissimarum uirginum, uiduarum & continentium uiriusque sexus, cum apertō Diaboli & carnis triumpho, ex hac uita migrasse. Nam quod hi carnis illecebras superauerint, si eorum gesta aduersariis nostris nihil persuadent, satis euidenti argumento sunt, per eos christiano

populo post mortem, per Diuinā miraculā exhibita beneficia. In his numerantur; Tecla, Agatha, Lucia, Agnes, Catherina, Appollonia, Barbara, Dorothea, Cecilia, Clara &c. quas præter multa alia uitæ christianæ merita, perfecta uirginitatis custodia Deo placuisse, impium est negare. Immo uerò non tantū hæc ac similes, penè in omni terrarum orbe, de carne, id est, de carnis tentationibus & stimulis triumpharunt, sed de mundo ac Diabolo, qui eisdem, ob pretiosum uirginitatis Thesaurū grauissima per tyrannos bella intulerunt. Plures enim uerò earum, cum ad nobilissima matrimonia, uel propter generis claritatem, uel propter admirandā corporis & morum (ut potè quæ christianæ erant) pulchritudinē, etiā retenta religione, uocarentur, immò traherentur, ne semel tamen Deo dicatā uirginitatē polluerent, mortes ac grauissima supplicia, imò quod illis amplius erat, nuditates, & sui ordinis fœminis, indignissima lenonū ludibria pertulerunt. Quod quia ex diuersorū seculorū Ecclesiastica historia, notissimū est ad uersariis, hic exēplis adductis cōprobare nō libet.

HAERETICORVM FUGAE reprimuntur. Cap. 19.

NEQUE hoc loco hæreticis nostris aliquid prodest, ad Diuinas illas donationes castitatis aut cœlibatus cōfugere. Primò quidē quoniā tanta erat & est modò, in Ecclesiastica re publica uirginum tum sacrarum, tum earum quæ liberè à cōiugio abstinent, frequentia, ut in huiusmodi donationes cōferri nō possit; donationes. n. Dei nō oibus passim, sed quibusdā duntaxat fiunt. Sed alii quidē per spiritū datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eundē spiritum, alii fides, alii gratiā sanitatum, alii genera linguarū &c. Et sicut in uno corpore multa mēbra habemus, oia autē mēbra nō eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, alter autē alterius mēbra, habētes donationes secundum gratiā quæ data est nobis, differentes, siue propretiā siue ratione fidei &c. Nunquid: n. oēs propheta? nunquid oēs doctores. nunquid oēs uirtutes? nunquid oēs gratiā habentes curationū? nunquid oēs linguas loquuntur? nunquid oēs interpretantur? si clamēt, nō omnes christianos castitatem cœlibem seruare, sed multos esse coniuges, at, quorsū in Ecclesiastica re publica tot uirginū greges? quorsū tanta multitudo, nō modò nunc, sed etiā Apostolicis seculis à coniugio abstinentium? Certè reliquis Dei donationibus, quæ tamen omnes maiorem quam uirginitas utilitatem Ecclesiæ cōferebāt, tā ingentes christianorū greges p̄ditos fuisse nō legimus; nō ergo uirginitas aut castitas, ex earū donationū numero erat, quæ omnino pro Diuinæ uoluntatis arbitrio, à Deo donantur, sed earū, quæ quibuscūq; uolentibus, uiribus humanis celestis fœlicitatis peculiari gloria incensis, per Diuinā uirtutis adiutorium contingunt.

Secundò

Secundò, Dei dona, quæ gratis data Theologis uocare placuit, ad quorum ordinem uirginitatem aut castum cœlibatum referre nuptiatoribus nostris libuit, alicuius finis gratia conferuntur, uirginitas ergo alicuius finis gratia donatur. Iam cuius rogo? Utilitatis Ecclesiasticæ respondent, dum per cœlibatum qui coniugales curas excludit, amplius Euangelium propagatur. Ergo illis tantum Diuina donatione cœlibatus continget, qui ad Euangelium propagandum sunt non modò per sexum, sed per scientiam, eruditionem, sapientiam, ac prudentiam idonei. Quid ergo maxima ex parte delicatæ fœminæ sapientia & Christianæ uitæ perfecta cognitione destituta, pulchritudine insignes & ætate teneræ, quæ res potius Euangelii promotioni obesse quam prodesse poterant, id donum acceperunt? an reliquas donationes, quæ Euangelii gratia Christianæ reipublicæ membris factæ sunt, fœminis, etiam prouectissimis, factas quis unquam legit? Certè ego Paulum in Ecclesia mulieri, non permittentem loqui, legi, & eundem fœminis prædicantem ut domi uiros suos audiant, cœterum prædicationis munus, etiam in illa primo surgentis Ecclesiæ Christianorum hominum penuria, alicui fœminæ quantumuis sapienti, quantumuis in Christianæ uitæ & fidei disciplina instructæ, imponentem non uidi. Mulieres, inquit ad Corinthios scribens, in Ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subiectas esse, sicut lex dicit: siquid autem uolunt discere domi uiros suos interrogent.

Turpe est enim mulieri in Ecclesia loqui. Neque hic Ecclesias pro templis, quæ fortasse eo seculo nondum erant ædificata, ut quidam absurdè interpretantur, Paulus usurpat, sed sua consuetudine, pro Christianorum hominum cœtib; qui per singulas ciuitates crediderant; in eisq; fœminas quatumcunque sanctissimas, rationibus ductas, tum à lege, quæ eas non modò in actionibus coniugalibus, sed in doctrina quoque uiris suis subdi præcipiebat, tum à natura ipsa, quæ fœminam perfecta rerum cognitione, ob intellectus debilitatem, destitutam docet, de rebus religionis loqui non permittit: nam quod fœminis non modò in templis, sed ubique silentium prædicationis imponat, apertò est argumento, id quod in eandem sententiam rursus ad Timotheum scribit. Mulier, ait, in silentio discat, cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto: neque dominari in uirum, sed esse in silentio.

Additque subinde rationem, quæ omnibus in uniuersum fœminis communis est. Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in prauaricatione fuit. Hæc profectò duæ rationes, id est, non dominari in uiros, (est autem doctrina genus quoddam dominii) quæ à posteriori formatione summittur, & seductionis periculum, quod exprimat fœminæ seductione facillè timeri potest, gene-

rales sunt, & omnibus locis, id est, tam in templis quam extra templa communes. Quod autem eo loco subdit Apostolus, *Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate*, nihil hæreticis nostris ad uirginalem pudicitiam, aut uirginitatem continentiam evertendam auxiliū præstat. Non enim uerbum per filiorum generationem uiam salutis acquirendæ omnibus fœminis dicit, hac enim ratione nulla uirgo salutem consequeretur, quod hæretici concedere non poterunt, cum Paulus & Christus eam consuluerint, sed est remotio suspitionis, quæ fortassè Christianæ uitæ imperitis, qui putabant matrimonium cum ea non conuenire, ut libro secundo diximus, oriri poterat. ac si Paulus diceret. Etsi filiorum generationi det operam, mulier legitimo (subintellige matrimonio uiro obligata) nihilominus saluabitur si permanserit in fide dilectione &c. Quem sensum huius loci esse germanum ueteres Theologi satis docet, dum omnes hoc loco aduersus Montanum & Cataphrigas reliquos matrimoniorum damnatores utuntur. Vident itaque hæretici Euangelii propagandi munus, non modò fœminis non fuisse cōmissum, sed eis profus interdicitum fuisse, atque adeò sanctis uirginibus, quas in illa saltem prima Ecclesiastica ætate fuisse, inficiari non poterunt, castitatis donum, Euangelii causa non tribuebatur, non ergo erat donum gratuitum, quale iidem docent, sed propriis uiribus per Dei auxiliū obtentum.

Tertio, ad illa Diuina charismata, quæ ad utilitatem Ecclesiæ Diuino munere cōceduntur, qualia sunt, prophetia, linguarum donum, gratia sanctorum, sermo scientiæ aut sapientiæ &c. obtinenda, homines nulla persuasione mouentur, sed absque humana uoluntate plerumque nihil tale cogitantibus, quod de linguarum dono patet, in actionibus Apostolicis conceduntur; at uirginitas & cœlibatus castus, quorundam prædicatione & persuasione, quod ex earundem sanctarum uirginum & continentium historiis perspicuè colligitur, conciliabatur; pertinebat igitur ad propriam uirtutem quemadmodum & reliqua Christianæ uitæ opera, & non ad Diuina munera gratis data. Certè Cecilia Urbani Pontificis exhortatione, non modò sese castitati perpetuæ deuotum ad perpetuam uitæ continentiam suis monitis pertraxit. Lucia per Agatham uirginem, ad propositum uirginitatis peruenit: idemque in reliquis omnibus obseruari potest.

Et quis aliòqui nisi cœlestis fœlicitatis desiderio, quod certè prædicatione concipitur, sibi leges castitatis indixit? quis autem, contra, prophetiam, Apostolatam, doctoratum, sanitatis donum &c. Alicui accipere persuasit? aut quis huiusmodi dona aliquando prædicatione obtinere conatus est?

Y Quarto

Quartò demum, inter eos, quos in virtute castitatis & continentiae insignes priora Ecclesiae secula tulerunt, (nam de his quos hodie eadem Ecclesia producit, nihil boni possunt ex se ipsis reliquos omnes metientes, credere, haeretici nostri) multi fuerunt ante praedicationem, aut castitatis persuasionem, incontinentissimi, & si naturae illorum procliuatate spectes, praeter prauam consuetudinem, quae altera natura est, in venerem & omne genus luxuriam propensissimi: qui tamen concepto ex Dei verbo castitatis proposito, & amore maioris felicitatis incensi, per summos carnis conflictus grauisimaque bella, tandem castissimi euaserunt, exemplo possunt esse Maria Aegyptiaca, multi deinde, alii quos cum Euangelica praedicatione in coniugio iam occupasset, & perinde carnis actionibus & coniugali commercio, essent iam assueti, audita tamen ea felicitate, quae sanctis Eunuchis in futura vita repromittitur, a se se prorsus deinde uoluntarie abstinerunt, & tandem (etiam sibi mutuo conuenientes) ad castitatem peruenerunt.

Math. 19.

Neque eo tantummodo Apostolico seculo, sed multis post etiam temporibus huiusmodi homines in Ecclesiastica historia, singulari sanctitate insignes reperire liceat. Hos autem per donum castitatis, eo pacto quo haeretici docent, castos euasisse, quis adeo stultus qui dicat? si naturam spectes, ipsa elementorum compactio, in venerem propensi erant. Si consuetudinem, si quid erat in eorum natura ad continentiam pertinens, ipso prauo luxuriae usu, prorsus oblitterauerunt: non ergo acceperant donum coelibatus per naturam: sed neque praedicationis tempore, tum quoniam plures eorum nihil ad Euangelium pertinens exequabantur, unde hac causa illis tribui non poterat: tum quia dona gratuita ad nullius praedicationem dantur, neque quisquam hominum, ea accipiendi per alterius persuasionem propositum accepit. Acquirebant igitur huiusmodi homines ac foeminae non Diuino munere duntaxat, sed exercitio castitatis virtutem, & ad continentiam perueniebant.

RATIONIBVS EVANGELICIS, & à natura Christianae vitae, & honestate morum deriuatis, ostenduntur, castitatis possibilitas.

Cap. 20.

QVINTO ac postremo loco, Rationibus, tum à natura, tum à morum honestate, quae natura quoque vocari potest, tum à vitae Christianae instituto ductis, castitatis & continentiae possibilitas comprobanda est, ut aduersarii quam solida sit Ecclesiastica doctrina in hac quoque parte intelligant. Et principio rogandi

sunt aduersarii, an Christianis, siue masculis, siue foeminis, extra matrimonia propria, lasciuire liceat, & carnis pruribus satisfacere? Non dicent certè licere, cum sciant à Paulo scriptum, Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt: quòd si hoc ita se habet, rogemus eos ulterius, an parentes cum primum pubescens aetas in filiis vel masculis, vel foeminis irritare veneris impetum incipit, necessario teneantur eos matrimonio copulare, ne damnatam venerem incurrant? quòd si sibi constare debeant, annuent profecto: nam cum impetum carnis, in his qui donum castitatis non acceperunt, reprimere, humanis viribus impossibile, decernant: siue iuxta communem omnium sententiam, ne vxor periculo fornicationis exponatur, etiam inuitus, illi satisfacere tenetur, multò profecto magis adolescenti aut puellae certo discrimini, per nuptias subuenire tenebitur. Nam si carnis impetus reprimere viro adulto, Caluinus & Vermelius, nisi illi Diuinitus doneat, impossibile iudicant, cur non erit magis impossibile adolescenti & molli puellae, eius certaminis expertis, & qui nondum possunt per rationem aut Dei timorem bestiales carnis insultus compescere? Tenebuntur ergo parentes, nisi alienis peccatis communicare velint, nulla dignitatis, diuitiarum, aut honoris ratione habita, foeminas anno duodecimo, masculos quartodecimo, quoniam ut plurimum ea aetate, vel ebullies semen, uel exortientia menstrua, libidinis impetus excitare solent, coniugio copulare.

Quaecunque enim coniugii moram, uel in masculis vel in foeminis compensare posse, aduersarii causari poterunt, minora sunt multò quam fornicationis crimen, quod ex eorum doctrina, euincere, non modò difficile, sed cum dono castitatis destituantur, impossibile iudicatur. Enim uerò ditiores, honestiores, aut pulchriores nuptias expectare, à certo fornicationis periculo excusare non pòt, sed neque paupertas excusabit, quòd scilicet nobilis foemina, dotem, qua sui ordinis viro nubat, non habeat, hoc enim non est necessarium, immo parum cum Christiana modestia conueniens, non fornicari contra, lege Diuina & naturae necessarium est. Nam quod mares & foeminae, eo tempore, quo, vel semen genitale uel menstrua erumpere solent, grauisimos omnium insultus carnis patiantur, Aristoteles optimus naturae interpres, auctor est: additque de foeminis, eo tempore maximam custodiam illis adhibendam, quòd tunc maximè impetu libidinis agitentur. Fit, inquit, ut etiam per id tempus custodiri praecipue debeant, maximè enim ad usum rei uenerae incitantur, cum haec incipiunt, menstrua scilicet, in foeminis & semen in maribus. Itaque iuxta nostrorum haeticorum honestissimam & maximè ciuilem doctrinam, qui foeminam

1. Cor.

Insi. de nup.
pt. in princ.
lib. 5. q.

li. 7. Sacer.

lib. 7. de
sto. anim.

duodecimo, marem uerò quarto decimo anno, matrimonio non copulat, grauisissimi peccati, immo multorum grauisimorum peccatorum, quae sua causa ab adolescentibus, & puellis uitari est impossibile, reus tenebitur. Quod autem eo tempore & in foeminis & in maribus furere libido incipiat, & idem Aristoteles eodem loco auctor est, & Romanorum leges è media Philosophia de promptae, quae eo tempore rata habebant matrimonia, satis ostendunt. A duodecimo anno, inquit, Dionysius, pubertatem foeminas auspicari prudentibus placuit, ex eoque tempore puellae Romae nuptum dabantur. Et Macrobius, nec hoc tacebo, ait, quòd cum calor generationis causa sit, foeminae ideo celerius quam pueri fiunt idoneae ad generandum, quia calent amplius, nam & secundum iura publica, duodecimus annus in foeminis, quartus decimus in puero diffiniunt pubertatis aetatem: quòd & in somno Scipionis repetit, docens post annos bis septem, generationis vim in masculis moueri, ideoque & tutelam pueris quasi uirile iam robur adsit, absolui, ab eaque foeminas propter uotorum festinationem, maturius biennio legibus liberari.

SECUNDA RATIO EX

veteribus rebus publicis prophanisque.

Philosophis ad suadendam ca-

stitatis possibilitatem.

Cap. 21.

DEINDE, Ad rerum publicarum mores, qui ab omni hominum memoria, summis laudibus commendantur, Philosophorumque nobiliorum placita, ueniamus. Damnarunt semper prudentissimae quaeque respublicae ac Philosophi, qui illustriori sapientiae nomine eniterunt, maturiores nuptias, tum quòd coniugum corpora nondum satis per aetatem firma, mutua libidine soluerentur: tum quòd ex maturiori libidine usu, mares & foeminae intemperatiores & ad uenerem plus aequo propensiores, redderentur, tum demum, quòd ex illis nuptiis geniti foetus pusilli & infirmi, & ciuilibus actionibus, inepti forent.

Plut. inuis.
Lycur.
Xenoph. in
lac. rep.

Sic Plutarchus & Xenophon, Lycurgum, apud Lacedaemonios legibus cauisse, ne foeminae nisi iam adultae & plenis nubilis annis matrimonio iungerentur, memoriae prodiderunt. Statuit, inquit Xenophon, quòd nemo pro uoluntate uxorem duceret, non nisi cum in adultam aetatem peruentum iam esse nuptias fieri: id enim plurimum ipsi foecunditati ac robori conducturum arbitratus est. Plutarchus, Nubebant, inquit, de Lacedaemonibus loquens, neque paruas, neque ad coniugium immaturas, sed adultas ac nobiles assumptas. Et rursus in Lycurgi & Numae collatio-

ne. Lycurgus, ait, maturas illas & uirorum appetentes desponsat, quòd congressus expetente iam tunc natura, gratiae sit beneuolentiaeque principium magis quam odii aduersus illos, si ante tempus uiolentur: tum etiam corporibus robur intit, ad conceptus partusque dolores perferendos, perinde atque ob aliud nihil illis nubentibus, quam ad sobolem procreandam. Haec Plutarchus. Solon Salaminus Atheniensium legislator, ut Philo Iudaeus libro de mundi opificio, & Censorinus libro de die natali, docent, Quintum septennium, id est, trigesimum quintum annum nuptiis consecrauit: cuius rei apud eundem Philonem, hoc Graecorum Elegiacum carmen extat, sed eum Latinis totidem uersibus à Sigismundo Gelenio uersum huc proferemus.

Impuberes pueri, septem uoluentibus annis,
claudunt è natis dentibus eloquium.

Post alios totidem, Diuorum numine dextro,
occultum pubis nascitur indicium.

Annis ter septem prima lanugine malas
uestiet, aetatis robore conspicuus.

Quartus id augebit, iam septennarius, isque
optima virtutis proferet indicia.

Adde alios totidem festinans ocyus aetas,
coniugio monuit quaerere progenium, &c.

Quam Solonis legem & Philo ipse, tanquam naturae & occultiori cuidam Philosophiae Pythagoricae mysterio conformem, approbat & laudat.

Hesiodus, diuersum foeminis & maribus nubendi tempus praescripsit, nam marem anno trigesimo, foeminam dimidio eius aetatis tempore, id est, quinto decimo anno nuptias celebrare praecipit. De hac re eius carmina in eo opere, quod est PRAXAGORAE, opera & dies, appellauit, à Nicolaò Valla Latine uersa, hic proferemus: (nam Graecos breuitatis causa ommittere placet.)

Iunge tibi uxorem dum firmus adhuc vigor adsit,
annos cum numeras, ter denos plus uel minus uel.

Aptum est coniugium: decimo sed foemina quarto,
anno pubescit, nubat mox deinde sequenti.

Cui sententiae, & Xenophon Socratis discipulus, in suo Oeconomico comprobasse uidetur: nam inducit Ischomachum, quem in re Oeconomica ac familiari proponit imitandum, cum Socrate, qui, an uxorem iam eruditam accepisset, an uerò ipse eam erudisset, ut talis esset qualis esse deberet, in hunc modum respondentem.

Quid scientem accepissem, quae nondum decem annos & quinque nata uenit ad me? Cap. 12.

Et ut ad Philosophos ueniamus, Plato, quo nullus in reipublica & ciuilibus uitae, ad quam potissimè exigi debent matrimonia, commoditatibus procurandis prudentior, foeminae uiginti, uero triginta annos, coelibatus praescripsit, quòd scilicet ad ea usque tempora ex parentibus, robusti foetus prodire non possent. Sed Socratis apud eundem Platonem, uerba more nostro proferre praestat.

Dialog. d.
rep. quinto.

Y 2 Diximus,

Diximus, inquit, ex robustissimis parentibus, oportere filios procreari. Diximus. An non tibi videtur moderatum adulti roboris tempus esse, mulieri quidem annos viginti, viro autem triginta? quis horum modus? ut videlicet mulier à vigesimo ætatis anno incipiens vsque ad quadragesimum pariat, vir autem postquam acutissimum sui cursus vigorem transierit, annos scilicet triginta, inde vsque ad annos quinque & quinquaginta procreet: profecto in his ætatibus vigor corporis animique consistit. Si igitur senior istis siue iunior generationem in communi attigerit, prophanum & iniquum scelus hoc esse censuimus, quasi fetus in ciuitate seratur, qui si latuerit, orietur, non sub sacrificiis quidè & votis, quæ singulis in nuptiis peragent Sacerdotes omnes tam viri quam mulieres, *Ex utilibus utiliores nascantur*. Immo verò sub tenebris ex acri quadam incontinentia. Hactenus apud Platonem Socrates. Libro autem Sexto de legibus. Sextumdecimum annum fœminis vsque vigesimum, maioribus trigessimum vsque trigessimum quintum præscribit. Nuptiarum, inquit, tempus puellæ sit, à sextodecimo in vigesimum, idque sit longissimum tempus institutum. Masculo, à trigesimo ad quintum & trigessimum.

Aristoteles & vitæ ciuilibus & naturæ ratione habens, maribus trigessimum septimum, fœminis octauum supra decimum annum ad nuptias celebrandas conuenire docuit. Puellas, inquit, circa ætatem decem & octo annorum nuptiis tradere congruit, masculos autem circiter ætatem septem & triginta, in hoc enim tempore, & vigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore, simul aptè desinent posse, & filiorum successio partim erit ab initio, (eis ætate vigentibus adhuc) si rectè procedat statim generatio; Partim iam vergentibus ad annum septuagesimum. Sic Aristoteles.

Iam nunc rogandi sunt aduersarii, an has similesque & rerum publicarum & Philosophorum de tempore coniugales coniunctiones, sententias dā nandas putent? id est, an cum Christiana viuendi ratione conuenire posse credant, tum viros tum fœminas, de quibus an donum castitatis & continentia habeant, non constat per eam ætatem cœlibes manere? Concedent haud dubium, cum tantorum philosophorum, per quos natura ipsa loqui videtur, & prudentissimarum ciuitatum auctoritate permoti, tum verò propter suas rationes, quæ vel illos vel illas in eam sententiam, impulerunt, quæ planè sunt grauisimæ, & ex natura, & ex vitæ ciuilibus (ut antea diximus) ratione deriuatæ. Enimuerò ut Modestinus, lib. de Ritu nuptiarum, inquit, semper in coniunctionibus non solum quid liceat, considerandum est, sed & quid honestum sit: idque perpetuo sapientissimi quique de matrimonio docuerunt, illud non tam ex singulari cuiusque hominis libidine & appetitu, quam ex vitæ ciuilibus & politicæ commoditatibus, & honestate moderandum. Homo enim etsi quemadmodum reliqua

animalia adueniente feminis redundantia, iuxta brutos naturæ affectus, in venerem estuet, hoc ille tamè à reliquis distat, quòd cetera animantia, coniunctiones suas, ex solo desiderio, ille verò ex ratione metiatur, quod non tam bruti & animales affectus, quam ratio ad naturam hominis pertineat. Homo enim non est animal quodcumque; sed rationale. Porro id vniuersi cuiusque naturam complet & perficit, quo ultimè est tale. Ratio autem hominem ad vitam ciuilem quasi ad finem ordinat, vnde vita ciuilibus tan est homini naturalis, quam ceteris animantibus, vita bruta. Atque adeò quemadmodum reliquorum animalium coitiones ad eorum particulares affectus exiguntur, ita hominum copulæ, quas nuptias appellamus, ad vitæ ciuilibus commodum institutum, sunt exigendæ: ita ut non (quod in pecoribus & reliquis brutis animalibus accidit) tum bene mas & fœmina ad opus generationis conueniant, quando brutus impetus prouocat, aliò qui fornicationes, incestus, adulteria, stupra, mascula Venus &c. bonæ essent; sed quando ad hoc ratio omnibus circumstantiis (quas vocant) rectè expensis adhortetur. Hac de causa adhuc, non quicumque cum propria coniuge concubitus approbari solet, sed qui recto ordine, congruo tempore, & loco fiat. Tempus igitur nuptiarum celebrandarum, ex reipublicæ utilitate constitutum, ad hominis naturam, id est, rationem pertinet.

MVLTI RATIONIBVS DEMONSTRATUR, harum rerum publicarum leges, & philosophorum placita: de senioribus nuptiis, cum morum honestate ipsaque vitæ humanæ recta institutione: cõiuncta esse. Cap. 22.

SED quantum præmaturæ nuptiæ incommodorum, contra, quantum utilitatis maturæ, & paulo seriores, concilient, ex eisdem, quorum in hac parte auctoritate vtimur, iam comprobemus.

Docet natura ipsa filiorum generationem non aliorum magis esse, quam vt mutuo obsequio eam curam parentibus, iam ætate deficientibus, impendant, quam infirmi & imbecilles adhuc acceperunt. Maris, inquit Aristoteles, & fœminæ societas, necessario constituta est, quòd cum aliis animalibus temerè & eatenus quoad eis natura seipsam impertit, & sobolis duntaxat gratia propagandæ, in his autem, quæ & mitiora sunt & prudentiora, distinctum est magis: apparent enim magis adiumenta, quæ præstatur & charitates & operum societates inter ipsa: idque in homine maximè, propterea quòd, in hoc genere sociata inter se sunt, non modò ut ipsa sint, sed etiam ut ipsis bene sit:

&

& liberorum possessio, nõ ea modò de causa huic generi data est à natura, & habeantur, qui ministrent, sed etiam ut qui adiuent: quæ enim ipsi valentes conferent in infirmum, & ea vicissim post à valentibus accipient, cum ob senectutem imbecilles facti fuerint. Denique pietatem in parentes esse secundum naturam & religioni proximam virtutem, eiusque gratia esse matrimonium, neque Gentes, neque Christiani negare possumus. Et nos multa de hac re lib. 3. *De præcepto & dispensatione*, in quarti mandati de decalogi interpretatione, ex veteri Philosophia produximus. Conferre autem ad parentum reuerentiam & pietatè fouendam, seriores nuptias, hac ratione Aristoteles persuadet. Ad filiorum, inquit, susceptionem est inspiciendum, ne nimis distent ab ætate paterna, quoniam nec ipsi senioribus gratiam referre vllam possunt, nec parentes filiis adiumenta præstare: neque etiam nimis proximi ad ætatem paternam accedere debent filii: habet enim hoc turbaionem non paruum, cum neque tanta sit reuerentia huiusmodi filii erga genitores, ut potè quasi æqualibus, & circa gubernationem domus quærelæ ex ista quasi ex paritate, soleant prouenire. Hactenus Aristoteles.

Deinde, continentiam, pudicitiam, optimosque mores, reipublicam eiusque ciues decere, negari non potest: nam quatum detrimenti, turbationisque intemperantia, circa venerem præfertim, ciuitatibus afferat, argumento esse poterunt, quatuor ille infelicissimè vrbes Sodomorum, quæ igne cœlestis iniectio arserunt. Non enim tantum modò mascula venere, sed omni intemperantiæ genere insignes à scriptura produntur, cum mali & peccatores super terram esse pronuntiantur: quod èt inde patet, quòd Loth eorum ingeniū agnoscens, filias ad hospitium stuprum redimendum offert. Docent etiam id, multarum aliarum vrbiū, immo & prouinciarum & regnorum illustrissima exempla, & maximè posteris seculis famosa, quorum pleraque multa Hieronymus libro 1. aduersus Iovinianum commemorat. Hæc certè vna est, quæ ut Troiam olim subuerit, ita postea Romanam reipub. per Ap. Claudium penè attriuit: & ne multa sine causa dicamus, hæc est quæ olim originali mundo ad exitium non tantum rerum hominum, sed Innocentium bestiarum diluuiū quoque inuexit. Videntes enim filii Dei, id est, magnatum & potentium, in omnem viuendi insolentiam soluti, ut nos alibi interpretamur, filias hominum, id est, fœminas, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi, nulla alieni thori ratione habita, neque attendentes quòd aliis fortassè viris per matrimonium iam coniunctæ essent, ex omnibus quas elegerant. quod grauisimū Scelus & in Dauid postea Vriæ Ethel, uxorem usurpante, idem dominus grauisimè puniuit. Sed longum esset quàm perniciofa sit vrbiū circa venerem, uel in uiris uel in fœminis, intemperantia, velle enarrare.

Quantum autè intemperantiæ in utrisque matrimoniæ præmatura concilient, & quæ pronos & propensos homines in res venereas, nõ modò proprii thori sed alieni reddant, idè Aristoteles multis in locis docet. Nam cum libro septimo de animalium historia, circa menstruorum exortum incipientemque venerem, puellas, quòd tunc maximè libidine incitentur, custodiendas monuisset, sic subdit. Quòd si iam inde nihil plus commouere temperent, quam corpora ipsa, nullo adhuc vsu venereo, sed sponte mutentur, sequi seruarique temperantia solet per ætates superiores. Nã & quæ ad modum puellæ cum nubunt, libidinosiores euadunt, & mares siue altera parte, siue vtraque minus cauerint, propensiores eodem efficiuntur. Meatus enim laxantur, redduntque corpus lubricum & simul uoluptatis qua olim gestirent, memores, desiderio mouentur præteritæ contrectationis. Hactenus eo loco Aristoteles. Septimo uerò Politicorum libro, inter rationes, ob quas matrimonia dilatanda docet, continentiam quoque numerat. Ad continentiam, ait, quoque utile est nuptias fieri seriores. Intemperatiorum enim esse uidetur cum puellæ veneri assuescunt.

Tertia ciuilibus ratio, quæ docet usque ad integrum ætatis robur differendas esse nuptias, ea est, quæ corporibus fœtum sumitur, non tantum. n. reipublicam vegeta, solida ac firma ciuū corpora esse, sed illi quoque est ad tutelam necessarium: nã quatum hoc reipublicæ comodum afferat, præter quotidiana nã experientia, sparthanorum gens, inter omnes Græciæ & Asiæ gentes, quousque Lycurgi disciplina apud eos perseverauit, potentissima, nos docere poterit. Notum est enim illud Lacœne apud Plutarchum in uita Lycurgæ fœminæ, responsum, cui cum peregrina quædam intullisset, *Sola nos Lacœna uiris imperatis*, annuens ait, *Sola enim nos viros parimus*. Quòd verò ad corporum magnitudinè solidasque vires fera matrimonia conferant, præter id quod ex Platone superius attulimus, ita Aristoteles docet. Sic ergo ab initio prouidendum est, à legis positore, ut optima sint corpora eorum, qui educantur, primo quidè circa coniugia prouidere debet, quæ ætate & cuiusmodi existente, sint in matrimonium copulandi: hoc autè instituet legis positore, inspiciens ad ipsos & ad uitæ tempus, ut ætatibus in idè concurrant, nec discrepet gignendi potentia: Viro enim adhuc generare potente, si mulier ipsa concipere non possit, uel muliere quidem ad concipiendum apta, si uir ipse non possit, lites ac discordiæ inter eos oriuntur. Et post pauca. Insuper, quod dicere incipientes huc digressi fuimus, ut corpora natorum sint secundum legis positore uoluntatem, ferè quidem hæc omnia prouenient per unam diligentiam, nam cum sit finis gignendi, ut plurimum uiris quidem septuagesimus annus, mulieribus autem quinquagesimus, ita coniugandi ab initio sunt, ut ætatibus ad hunc finem concurrant.

Y 3 Est

Polit. lib. 7. c. 16.

De ritu nuptiarum. l. 1. c. 16.

lib. 1. c. 3.

In interpre. 2. cap. Deu. in lect. compluten.

Gen. 17.

Gen. 13.

cap. 1.

Cap. 16.

7. Pol. c. 15

Cap. 17.

Est autem adolescentiū coniunctio improba ad filiorum procreationem, in cunctis enim animalibus iuueniles partus imperfecti sunt, & foemine crebrius quam mares, & parua corporis forma gignuntur: quo circa necesse est hoc idem in hominibus prouenire. Huius autem coniectura fuerit, quod in quibuscunque ciuitatibus consuetudo est, adolescentes mares puellasque coniugari in eisdē inutilia ac pusilla hominum corpora existunt.

Cap. I.

Et iterum paucis interiectis. Masculorum, inquit, corpora crescere impediuntur, si adhuc augefcente femine, consuetudinem ineant. Hucusque Aristoteles. Idemque lib. septimo de historia animalium, Prolifica quidem esse semina fatetur post tertium septenium, sed exigua imperfectaque generare iuniores & mares & foeminas. Refert de mare Cornelius Tacitus, robur & corporum magnitudinem Germanorum, in maturiora matrimonia, Sera, inquit, Venus, coque inexhausta puertas. Nec virgines festinantur.

Demor. ger.

Eadem iuuenta, similis proceritas, pares valdeque miscentur, ac robora parentum, liberē ferunt. Quod & ante Cornelium, C. Iulius Cæsar annotauerat. Germani, inquit, ante annum vigesimum foeminae notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus. Atque ex huius fortasse consuetudinis peruersione, quæ apud eos Germanos, qui & patria honestate & Christianæ vitæ puritate proiectis, immundis hæreticorum sectis ante aliquot annos nomina dederunt, inoleuit, factum esse existimo, ut iam à prisca illa corporum magnitudine & vastitate, quod à multis notatum est, degenerare ceperint. Dum enim ex hac impura doctrina, carnis pruribus, quasi Diuinis quibusdam motibus resistendum esse, nefas sibi persuaserunt, ex gygantibus Pomiliones & nani plerūq; prodeunt.

lib. bell. Gal. lic.

Quartò, dilatandas nuptias, tum marium tum foeminarum, foecunditatis ratio istis persuasit: nam cum post bella & pestes, nihil adeò perniciosum hominum ciuitatibus, quam infœcunditatem & sterilitatem viderent, oibus eā modis excludendā putarunt: quæ sterilitas quantū præmaturis nuptiis & præcocibus coitionibus & partibus augeatur, idē Aristoteles testis esse poterit. Semē, inquit, infœcudum vsq; ad terseptimum annum est, mox prolificum quidem est, sed exigua imperfectaque generant iuniores & mares & foeminae, sicut & in cæterorumque animalium genere plurimis euenit. Concipiunt quidem facilius natu minores, sed laborant in puerperio vehementius, corpore etiam minus magna ex parte perficiuntur, & fenescunt celerius mares salacēs & mulieres quæ frequentius pariant: nam nec incrementum quidem post tertium annum effici posse videtur. Et subinde. Post annum, ait, terseptimum mulieribus quidem opportunè iam procreatio est, sed viris item accedere aliquid potest ad prolem perfectiorem. Vides semen nondum esse foecundū in maribus, nec procreationem in foeminis vsque ad ter-

tium septennium. Docet etiam Aetius, iuniorem ætatem conceptionem impedire. Aetas, inquit, uel iunior vel proeclior conceptionem impedit. Quapropter primum pubescentes, à venere prohibēde sunt, ita ut uir quidem trigessimum annum, mulier verò decimum octauum attingat. Scribit & Ioannes Stobæus inter sanitatis præcepta & illud Aristoxeni Pythagorici. In uniuersum quidem cauēdam esse præcocem venere: nam neque in plantarum neque animalium genere, quæ præcocia sunt, foecunda fieri, sed certo tempore ad fructificandi facultatem præparari; quo corpora ipsorum roborata & perfecta, semina & fructus profere valeant. Multas autem res esse, quas serius didiscisse præstaret, quale & opus venereum est.

Tewab. Ser. 4. ca. 1.

Serm. 98.

Quapropter oportet, pueros ita corporibus exerceri & occupari, ut non modò venere non querant, sed si fieri posse intra vigesimum annū prorsus ipsam ignorent, & illa ætate etiam rara venere utendum esse. Hoc enim tum ad parentum, tum ad generandi prolem bonam habitudinem, multū cōducere. Hæc ex Aristoxeni scriptis Stobæus.

lib. 1. de gen. ca. 4.

Arist. lib. 1. de gen. ca. 3.

Postremò, differendi nuptias, non erat minima ratio, matrum nondum satis maturarū in pariendo difficultas: nam multæ, foetus præ vteri angustia, ante tempus abortiunt: foetus enim excrefcens, aut ab angusto utero foras truditur, aut ipse sese dilatare non valens, aditum querit, aut tandem exire non potens, intus comprimitur, abortum autem sterilitatem conciliare, post Hippocratem, omnes medici docent. Extinguuntur deinde pleræque multæ iuniores foemine, partu ipso, quod Aristoteles his uerbis annotauit. In partu quoque laborant magis puellæ, ac pereunt plures: ex quo responsum oraculi Irezenis datum, quidam existimant, ob istam causam, quasi multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarum, non propter fructuum collectionem. Hæc Aristoteles.

lib. de Sim.

lib. 7. Pala. ca. 16.

Quod verò Romana Respublica, quartodecimo anno uiris, & tertio decimo foeminis, coniugia celebrare permitteret, quod etiā & Christianorum Imperatorum leges, & Pontificum decreta imitata sunt, nihil impedit: Romani enim potius naturæ tempus quam patriæ utilitatem, & morum honestatem in hac parte attenderunt.

Incomp. Lycim.

Deinde Romani, & si multa benè, non tamen omnia optimè statuerunt, quanquam Plutarchus præcocium nuptiarum Romanorum præsertim in foeminis, eam rationem reddat, quod hoc pacto virorum moribus assuescerent. Romani, inquit, duodenes & iuniores etiam illas nuptui tradunt, sic enim & corpus & indolem puram & illibatam uiro præstari posse. Itaque liquidum atque perspectum est: illam quidem (loquitur autē de Lacorum consuetudine) ad procreationem prolis magis sequi naturam, sed hæc ad uixæ contubernium moribus formandis accommodatior est.

Hæc Plutarchus. Quæ postrema uerba, non tam (mea quidē sententia) veritatis quam potentissimè

mæ reipublicæ assentandi studio, dixisse videtur: non enim tam ad coniugalis societatis naturam & rationem pertinent, viri metus & reuerentia, quæ duo à iunioribus foeminis erga uiros, ipso Plutarcho eodem in loco teste, cōtrahi necesse est, quam mutuus amor & beneuolentia, quæ in solis adultorum nuptiis locum habent, pertinent: nam ad ebibendos virorum mores, cuius solius causa, Romanorum præmaturas nuptias excusat, non tam tenerem & mollem ætatem requiri, Aristoteles, qui huius præcepti auctor fuisse uidetur, satis indicat. rectè, inquit, se habet & illud Hesiodi. Puellā accipere oportere, ut gratis moribus eam imbuere possis. Diuersitates enim morū nequaquam sunt ad dilectionem aptæ. Hic autem Aristoteles est qui decem & octo annos foeminis, maribus triginta & septem præscripsit, censet ergo ad mores imprimendos satis teneram esse, decem & octo annorum ætatem. Deinde cum duplex sit à natura matrimonio finis constitutus, mutuum obsequium, & generatio & educatio filiorum, profecto in his generatio filiorum & eorum educatio suppremi finis ac potissimi rationem habet, in hoc enim maximè maris & foeminae coniunctio ordinatur, ut genus humanum propagetur; nam mutuum seruitium per seruos suppleri posset, & fortasse melius. Illæ ergo leges, quæ suppremo finis aduersantur, & si inferiori fini inferuire uideantur, matrimonio naturæ perinde aduersantur: contra illæ quæ suppremo fini subseruiunt, & si ad inferiorem finem non adeò conducant, ad matrimonii naturam magis pertinebunt. Græcorum igitur leges cum matrimonii natura maximè conueniunt, contra, Romanorum leges ab illa dissentiunt. Adde, quod illa maritalium morum & consuetudinū obseruantia & reuerentia, potius ad Barbarorum qui coniugibus pro seruis utuntur, ut Aristoteles inquit, copulationes quam prudentium rerū publicarum coniugia pertinent. Hæc in Plutarchi censuram obiter dixerim.

Quod deinde vel christiani imperatores uel Romani Pontifices contrahendi matrimonia, eadem ætate, qua Romani, & foeminis & maribus indulserint, nihil etiam leges illas Græcorum lædit. Primò quidem, quoniam eas non damnant. Deinde, quoniam præmatura ista coniugia potius tolerant, quam laudent, non quod sint peccata, absit, sed quod eas difficultates, quas superius annotauimus, patiantur. Tertio quod notam publicæ utilitatis rationem in hac parte habeant, quam christianæ libertatis, quæ nullam ætatem coniugio præscripsit, atque adeò ex sola naturæ necessitate, ex superueniente, nimirum pubertate, coniunctiones Marium & foeminarum, quemadmodum & in reliquis animantibus metuuntur. Quartò, quoniam Christi respublica, cum potius peccatorum declinationis, quam humanorum quorūcūque finis rationem habeat, & in ea sint multi, qui uel ex praua institutione, uel alia ex causa, cō-

tinere nollint, noluerunt christianæ leges quempiam à coniugio arcere, qui per naturam ad illud esset idoneum. Sic Sancti quidam uiri populum ad maturè coniugio copulandos liberos, ne scortari discerent, exhortantur, quod nimirum præuè institutis etiā iuuenibus & puellis prospicerent. Vnde Chrysostomus. Iuuenem, inquit, gratia, necesse est ut admoneam, non enim uiris duntaxat, sed & uobis iuuenibus ista congruunt. Et quomodo? Qui uerò scortis fuerit inuolutus mox & in adulterium prolabitur, etiam si non in coniugatis, sed in solutis mulieribus corripit, deperireque ceperit. Quid ita admonco? Ut radices huius mali, quot quot iuuenes habetis, excidatis: ad honestam uitam eos instituite, statimque conubiali iugo subdite: dum enim adhuc in iuuentute sunt, concupiscentiæ fluctibus impetuntur: priusquam nuptiarum tempus fuerit, admonitionibus, & innumeris aliis, eos cohibete, ubi uerò nuptiarum tempus & ætas aduenerit, nemo differat. Hæc Chrysostomus. Quam exhortationem & Ignatius Antiochenus longè antea fecerat, *τοῖς νεοτέτοις ἐπιγινώσκοντες τὰς ἐπιθυμίας διαφθερούσιν ἐστὶν ἡλικίας* quibus etiam significatur, iunioribus nuptias esse cōtrahendas priusquam scrotari discant. Est enim uerò hæc Sanctoꝝ patrum indulgentia, ad malum fornicationis præcauendum, in præuè institutis iuuenibus, non item præceptum: qua ratione & Paulus unumquemque suam ob fornicationem habere per indulgentiā, & Diaboli actum, qui infirmos subuertere solet, præueniens quasi minus bonum consulit, cum tamen eam non habere, sed cœlibem uiuere, multò perfectius existimet.

Homil. 5. in Epist. ad col.

Et quidem si Græcorum leges & consuetudines, quas superius attulimus, ad sacrorum hominum exempla sint exigenda, uidemus Sanctissimos uiros, & qui in uita coniugali Deo placuisse, Sanctæ scripturæ testimonio comprobantur, Abraham, Isaac, Iacob, Dauid &c. non maturasse, sed ad proecltam ætate distulisse matrimonia, idēque de foeminis, ex his, quæ in eadem scriptura celebrantur, est iudicium. Certè Abraham Sarrā uxorem decenio duntaxat superauit, quod ex illis uerbis, Putas ne, centenario nascetur filius, & Sarrā nonagenaria pariet? Origenes annotauit. Porro eundem quadragenarium ad nuptias peruenisse, ex suorum filiorum & nepotum nuptiis facile colligi potest.

Homil. 1. in Genes.

Isaac enim Iacob & Esau quadraginta annos natus uxores accipisse, ex vigesimo quinto capite Genes. &c. habetur. Porro horum filius paternam consuetudinem imitatos, & si scriptura non prodat, facile tamen est suspicari.

EX

EX PRAECEDENTI RERVM public. et philosophorum doctrina colligitur, nostrorum haeticorum doctrinam falsam esse.

Cap. 23.

VERVM iam ad leges & consuetudines Graecorum reuertor, si seriores nuptiae cum honestate, utilitate, immo & necessitate vitae civilis, ad quam potissimum, ut antea diximus, matrimonia sunt referenda, coniuncta sunt, qui obsecro doceri potest ab aduersariis impossibile esse castitatis custodiam, his, qui donum coelibatus non accepissent? audi certe haec leges & philosophorum placita, quae tum omnium mortalium iudicio comprobantur, haeticis nostris damnanda sunt, aut fatendum per bonos mores & disciplinam, ut iidem philosophi docent, posse iuuenes & virgines, in medio illo etiam aetatis iuuenilis aetate, intemperantiae officio contineri. Alioquin quo pacto absque ingenti reipublicae ruina, & bonorum morum apertissimo exitio, iuuenes per totam adolescentiam & iuventam, immo per bonam virilis aetatis partem, sese propriis vxoribus abdicassent, si absque foeminis uiuere non poterant? Sera matrimonia temperantiae causa colenda, non sine physica & civili ratione putabantur, sed quo pacto temperantiam promouere poterant, quae omnia scortationibus, adulteriis, stupris, incestibus mascula uenere, & aliis perniciosissimis sceleribus replerent? Ergo ut id cum maximo nostro opprobrio ingenuae fateamur, gentes quae legem non habebant, sed ipsi naturaliter sibi lex erant, continentiam & temperantiam, etiam in media iuuentute, possibilem putarunt, immo coelibatum quasi temperantiae medium, vsurparunt (docet enim Aristoteles, ut antea monuimus, iuuenes & virgines a libidine praecocitatis prohibitas, esse temperatiores) ex nobis contra, quidam qui tamen non erant ex nobis, Christi & Apostolorum praecipis & doctrina delibuti, sed propter sua grauissima scelera, liberè Diabolo & propriis concupiscentiis & desideriis permisi & traditi, impossibile docent. Qua ratione, se non tantum a Christo & Ecclesia, sed etiam a prudentioribus & sanioribus gentibus damnandos, quasi bonarum legum & morum, immo & rerum publicarum certissimas pestes, produnt. Nam quid obsecro Lycurgus, Solon, Plato & Aristoteles de his hominibus indicarent, qui nullum hominem nisi Diuino munere, (eo nec cogitante quidem, castitas obtingat) continentem esse posse, uita & doctrina confirmarent?

Itaque uel hac sola ratione hanc doctrinam ad uersariorum, ad Christi doctrinam & Euangelium pertinere non posse facile persuasurum. Christi enim uerum doctrina de sursum est, quae autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suauis, bonis con-

sentiens, plena misericordia & fructibus bonis, haec uero primum quidem impudica est, nam omnem libidinem laxandi occasionem tribuit, dum uiribus humanis Diuino auxilio suffultis, potestatem, sibi a carne temperandi subtrahit. Deinde seditiosa, quod ex uariis sectis, quas per omnes fere septentrionales nationes sparsit, satis liquet. Tertio superba & immodesta est, dum Ecclesiastica sententiam & Sanctorum iudicia praese contemnit. Quarto suaderi non potest, nam ab omni morum honestate, immo ab humana ratione, quae hominis natura est, prorsus est aliena. Quinto bonis philosophorum & mundi sapientium, quos etiam Diuina luce, ad leges naturae excolendas, illustratos, negare impium est, decretis & placitis non consentit, ut ostendimus; demum, bona opera omnia quasi inania & ad sanctitatem nihil pertinentia, reiecit, non ergo est Christi, sed Diaboli sapientia.

Deinde nihil magis contenderunt Apostolici uiri, & post eos Ecclesiastici Patres, qui in gentes scripserunt, uterque Clemens, Iustinus, theophilus, Tatianus, Arnobius, Origenes, Tertullianus, Athanasius, Cyprianus, Lactantius, Eusebius, &c. quam Christi fidem & religionem; honestate, iustitia, pudicitia, & reliquis bonis moribus, doctrinam priorum philosophorum superasse, & multo illis praecelluisse; haec ergo doctrina, quae honestate a philosophorum placitis, & prudentium rerum publicarum moribus, superatur, non est Christi, sed Diaboli, omnis puritatis & pudicitiae inimici,

Christi doctrina, quaecumque cum honestate coniuncta, a Gentium sapientibus aliquando, modo illata sunt, libenter amplectitur. Sic Paulus Philipenses exhortatur; De cetero fratres quaecumque sunt uera, quaecumque pudica quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua uirtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate, quae & didicistis & accepistis, & audistis & uidistis in me. Hec agite & Deus pacis erit uobiscum. Haec ergo doctrina, quam Paulo honestiores prophani homines, humanis societibus sacrilegam ducerent, aliena est a Christo, Paulo &c. Sed iam ad tertiam rationem, quae possibilem castitatem & continentiam suadeat, ueniamus.

TERTIA RATIO AD PROBANDAM castitatis, aut continentiae possibilitatem ex suppliciis in adulteros intemperantesque homines a prudentioribus Rebus publicis constitutis.

Cap. 24.

EA uero a poenis, quas tum ciuitates, tum philosophi, immo quas omnium gentium consensus, adulterio, in omni rerum memoria infixit, summanda est. Quis enim mechorum

rum & adulterarum foeminarum, uel quae olim a gentibus excogitata sunt, uel quae Romanae leges intulerunt supplicia, iustissima non credidit? Semper profecto earum foeminarum, quae per uitae coniugalis societatem, iuxta patrios mores, in uirorum possessionem peruenissent, siue unicae essent, siue plures uni eidemque uiro iungerentur, alienae coniunctiones sunt sceleratae reputatae, & grauissimis poenis coercitae: nam ut gentium & rerum publicarum, apud varias orbis partes instituta supplicia quae ea alibi minute pertractemus, hoc loco omittamus. Certè Mosaica lege, uterque, adulter scilicet, & adultera morte puniebatur. Si mechatus, inquit, quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui, morte morietur, & mechus & adultera. Et rursus. Si dormierit uir cum vxore alterius, uterque morietur, & auferes malum de Israel: genus autem mortis grauissimum & ignominia plenum erat, lapidatio scilicet, quod tum eodem loco, tum alibi proditur. Enim uero, ut docet Aristoteles, semper coitus omnis alterius quam coniugis fuit interdictus, & si quis deprehensus fuit contrafacere, dignam pro delicto poenam reportauit: & merito quidem, nam ultra reipublicae grauissimas commotiones, quas in urbibus excitare solent adulteria, nihil profecto magis cum coniugii natura pugnare uidetur, quam alieni uiri admissio: quo momento enim mulier alium uirum quam legitimum admittit, eodem marito metu concutitur, ut nihil oderit illo capitalius, & ex amante fit hostis sequissimus. Non enim, ut reete apud Xenophontem Cyrus inquit, hi qui suis cum vxoribus adulteros comprehendunt, tam ob eam causam eos interficiunt, quod eas impudicas reddant, quam quod eos existimant, ab eis erga se ipsos auferre omnem charitatem. Iam duo illa bona proles & res familiaris, quibus natura conubium adornauit, quam certo exitio per adulterium foeminarum praesertim exponantur, ipsa res indicat. Sobolem incertam facit, rem domesticam perfundat: negligit enim domum mulier adulterio alienata, & sui immemor, nec fortunae eius diligere potest, cuius odit uitam, ac nec liberos quidem. Iam quid non concedat ei mulier cui se & pudicitiam suam, hoc est maxima sua bona praestituit? Scilicet pecuniam negabit, aut regnum aut filiorum mortem, cui non negauit semetipsam? Cui conscientiam suam prodidit? Exempla in hanc rem ex antiquitate repetere non est opus. Satis sit Liuiæ Germanici sororis infandam historiam attulisse. Quae tradita semel Seiano pudicitia, homini plus aetate media, ignobili & impuro, abnuere illi non sustinuit, Drusi mariti sui, filii Tiberii Caesaris, haereditis tanti imperii, iuuenis formosissimi, generosissimi, animosissimi, ad haec, liberorum, quos ex eo susceperat, necem sprete regni certissima spe, excussa pietate filiorum, non reuerita Antoniam matrem & Augustam auiam, grauissimas seculi sui matronas: immemor nobilissimas

fanguinis, tum patris fratrisque, quos humanum genus de probitate pro Diis uenerabatur, paratis sub sagacissimo & sequissimo focero tormetis, sub quibus & Lyuiæ ipsi & Seiano & eorum amicis omnibus anima erat (ut euenit) per mille sequissimas neces exigenda.

Nunc iam quis dubitat, adulteras non modo cenferi, quae praesentibus maritis, cum alienis uiris scortantur, sed eas quoque, quae uel longissimo terrarum interuallo, per longumque tempus, sepositis uiris, iniuriam inferunt? Vxor, aiunt patres sextae Synodi, uiri qui secessit & non apparet, ante quam de eius morte certior facta sit, alteri cohabitans, adulteratur, similiter & militum uxores, quae non apparentibus maritis, nupserunt in eandem rationem incidunt, quemadmodum & quae propter mariti peregrinationem, reditum non expectant. Et Basilius in Epistola canonica ad Amphilochem, quae, cum uir secessit & non apparet, ante quam de eius morte certior facta sit, cum alio cohabitauit, mechatur. Et ne Synodorum & Sanctorum patrum decretis, quae nullius apud aduersarios sunt, id tantummodo comprobemus, est de hac re Iustiniani constitutio, ex earum genere, quas nouellas appellant, quae militum absentium uxores, tanquam adulteras puniat. Caeterum inquit, & id, quod de his a nobis sancitum est, qui expeditionibus occupantur & recensentur in militibus, siue hi milites fuerint, siue foederati, siue scholares, siue alii quidam, in quamcumque aliam militiam armatam delicti pulcriorem nobis formam exprimere uisum est. Et iubemus quotcumque annis in expeditionibus, hi perseuerauerint, ut uxores horum expectent, etiam neque litteras neque ullum responsum, a maritis suis acceperint. Si qua uero istiusmodi mulierum audiat maritum suum obiisse mortem, neuiquam ad alias ipsam nuptias accedere permittimus, nisi prius mulier uel per se uel per parentes suos uel quacumque aliam personam, primores & carthularios numerum, in quo huius maritus militauit, accesserit, & hos siue tribunum (siquidem praesto est) interrogauerit, reuera ne coniux illi mortuus sit, ut illis sacrosanctis Euangelis propositis, apud actorum monumenta deponant, reuera maritum illi mortuum: & simul atque haec fecerit, & transumpta monumentorum gesta, mulier pro suo testimonio susceperit, eam iubemus, & post super anni unius spacium expectare, ut post huius denuo decursum, liberam potestatem habeat, legitimum contrahendi matrimonium. Haec tenus Iustinianus. Quam legem & postea iterum repetit. Nouimus, inquit, & huius nostrae felicissimae ciuitatis conditorem (Diuae memoriae dicimus Constantinum) scripsisse legem, secundum quam, si quis in expeditione fuerit, & taecuerit ad uxorem per quadriennium, & nullum ei fiat ab illo signum eius circa eam affectus, tunc licentia sit mulieri ad secundas nuptias ueniendi, offerenti prius militiae principi libellum, & hoc ipsum testificati, & si hoc fiat inculpabiliter mulier alterum

Libro 3. de Praecip. et Disp. Lenti. 20.

Deut. 22. Ezech. 16. Ioa. 8.

Lib. 3. Cyrip.

Phil. 4.

Can. 23.

Can. 31.

noell. C. 17.

Imper. C. 22.

Rom. 1.

Ioan. 8. Iacob. 4.

rum transeat, & non damnificabitur quidem in dote, non tantum ante nuptialem donationem lucrabitur. Hoc itaque sacratissimus Constantinus. Vehementer autem nobis immaturè habere illa constitutio uidetur, actibus enim bellicis occupato marito, uxoris priuationem inferre, non minor est pœna quàm ab hostibus capi. Ideoq; non prius ueniat ad uirum secundum, mulier, quàm legislator iste proposuit, quàm etiã decimi transeat tēpus, & hæc importuna sit mittens litteras, aut per aliquos uerbis utens ad eū: ille uero aut apertè renuat nuptias eius aut absolute conticeat. Hęc imperator.

VRGENTVR EX PRAECEDENTIBUS legibus & consuetudinibus hæretici. Cap. 25.

QUAS leges utrum ne iustas & equas existiment, ab aduersariis inquirimus? Quod si abnuant, licebit ergo constante matrimonio cum alieno uiro rem habere, nec proinde omne adulterium peccatum erit, quod est absurdissimum: quod si iustas dicant, est ergo hominibus absq; peculiari castitatis & cœlibatus munere, possibile sibi à libidine temperare, alioqui quo pacto eas leges iustas esse dicemus, quæ rē impossibile, non modò præcipiunt, sed grauissimè puniunt?

Atq; id etiam de reliquis peregrinationis generibus argumentū necesse potest: eius profectò uxor, qui ut filios & familiam alat

Impiger extremos currit mercator ad Indos per mare pauperiem fugiens, per saxa, perignes.

Plerumq; per ingens temporis spaciū, in medio adolescentiæ feruore, uiro destituta, non ueneris ignara sed experta, & idcirco multò ut antea diximus, uirgine & cœlibe in libidinē propēssior, iniuste & iniquè ab aliorū uirorū cōcubitu arcebitur: si castitas, nisi Diuinitus cōcedit, nō est possibilis.

Et ut rem dialecticè urgeamus, ita in aduersarios colligere poterimus. Iusta pœna tantū dicitur quæ ueris peccatis infligitur, istæ scēminæ alienos uiros admittendo non peccant, sunt igitur iniustæ pœnæ, quæ eas puniunt, quod si pœnæ; leges ergo quæ pœnas inflingunt. Subsumptio ex horum doctrina aperta est: docent enim, castitatem & continentiam, nisi Diuinitus & gratis concedatur, esse humanis uiribus impossibilem: quod si (quæ horū est impudētia) huiusmodi adulteria per humanas leges duntaxat, non item per Diuinas punire docent, in eos confestim humanarum legum ratio pugnabit. Leges enim humanæ licet sine à Diuinis discernantur, non tamen libertate: nihil enim aut iubent aut puniunt, ad quod liberum esse hominis arbitrium, potentēq; humanam uirtutē non supponant: nam actiones naturales neque puniunt neque iubent. Putant ergo humanas leges possibilem, in longa maritorum absentia, uxorum continentiam.

IN PETRI MARTYRI'S fuga coeretur. Cap. 26.

DVNTAXAT in hac parte. Petri Vermelii stupida fuga audiēda est, ut Christianus lector uideat, quod tandem tum horum hominum grauissima federa, tum Dei occultum iudicium, eosdem deduxerint: immo uideat quàm uera sit, illa Apostolica sententia, *Sicut non probauerunt habere Deum in notitia, tradidit illos Deus in reprobū sensum.* Faterur libenter homo se celebratus, eos qui carnis libidini, per alienos concubitus, uel alia ratione obtemperant, non peccare inuitos, neque tamen uult eadem peccata posse declinare. Sed eius putida uerba hic sunt referenda.

Qui scortantur, inquit, inuiti non coguntur sed uolentes & ultro se cōtaminant, & pollunt interdicta libidine: immo si quis tentaret eos impedire aut reuocare, uehementer irascerentur: atq; hæc illorum peruersa & effrœnata uoluntas sufficit ad rationem peccati (ut loquuntur) actualis constituendam, ad quam non requiritur, ut per seipos queant secus agere, hoc est, pudicè & continenter uiuere. Quot enim sunt quæ à nobis uolentibus quotidie fiunt, quorum tamen oppositū non possumus efficere? Nullus fermè est qui libenter & cupidè non dormiat, quando à somno inuaditur, quamuis nequeat illi non parcere, neq; in manibus eius positum sit, ut uigilet. Quod si dixeris, hanc quam adduco esse naturæ necessitatē, id fatebor, sed interim addam, longe maiori necessitate nos esse peccato subditos, per uiciatam corruptamq; originem, quàm necessitatibus naturæ simus obnoxii. Hucusq; Vermelii. Subditq; deinde sui asserit inter hæreticos uetustam rancidamq; ratiunculam, eos qui sanam theologiam perceperunt, ultro confiteri, neminem esse, qui per se ipsum à peccatis expediri queat, quiq; suis uiribus possit ea quæ Deo grata sint aut uacua peccato præstare, cum tamen omnes quicquid agant, uolentes agant, & non coacti, eaq; de causa peccatorum qui alieni sunt à Christo ad tribunal reos peragi.

Hęc qui audiat, quo pacto, per Deum immortalem, hos homines Diaboli mancipia quæ in omnè errorem, pro suę tyrannidis libidine contorqueat, non certò sibi persuadeat? Et principio ut prius naturam & ipsam philosophiam, cuius, quemadmodum & reliquarum bonarum literarum, sunt coniurati hostes, in eos proferamus.

Quis ignorat, uoluntarium aut uolentē aliquid agere, illi aduersum esse, quod est necessario ad aliquid agendum adigi? Enimuerò qui aliquid uoluntarius & non inuitus agit, nulla necessitate cogitur, qui autem, contra, necessitate cogitur, inuitus & inuoluntarius agit, non item uolens & ultro neus; nam quo pacto intelligi potest, quippiam esse uoluntarium, & tamen necessarium? Necessarium bifariam usurpari nimirum pro eo quod à necessitate intrinseca prouenit, quod naturæ, quoniam

niam formam aut materiam aut totum, principiū efficiēs habeat, phisicis uocare placuit, & pro eo; quod causam habet extrinsecam, quod uolentem dixerunt; neque hæretici nostri negare poterunt: appellamus certè mortem necessariam, famem necessariam, sitim, egestiones necessarias, quod à natura & non à uoluntate deriuentur. Dicimus deinde, nos necessitate compullos ad aliquid agendū, cum exterius inferatur uiolentia: atque id non modò cōmunis, sed ut dixi phisica loquendi ratio iam dudum obtinuit. Et meritò quidē, utraque enim, siue quæ ab intrinseco siue quæ ab extrinseco prouenit necessitas, cum nullā habeat libertatis rationē, neq; à uoluntate deriuetur, uera est necessitas.

Quod si ita est, cur ergo ingenti risu non suscipimus Vermelii sententiam, quæ huiusmodi scēminas, immo & quoscunque alios, necessitate quidē ad peccandū cogi fateatur, uoluntarios tamē agere doceat? Deinde, quæ infania absurdior, quàm docere in eo quæquā peccare, quod prorsus declinare nequeat? aut quis Aristoteles qui tamē de utroque appetitu disertissimè disputauit, huiusmodi dogmata, & eam à qua prodirent religionem, ut pote quæ naturæ ipsi ac rectæ philosophiæ omnino expers uideretur, non summo ludibrio haberet? Docuit olim Socrates, bonos esse & studiosos, per uirtutum acquisitionem, homines non esse nostræ potestatis, quod nunc hæretici nostri ex Socrate mutasse uidentur, sed quo animo eam sententiā Aristoteles exceperit, iam audi. Quoniam de uirtute, inquit, dictum est, deinceps fuerit cōsiderandū, possit ea adesse nobis, nec ne: uerum quemadmodum Socrates dixit, in nobis nō est, malos uel probos esse, quandoquidē si quis roget quemuis, uelit ne iustus esse an iniustus, nemo delegerit iniustitiā. Idem de fortitudine & timiditate reliquisque uirtutibus, semper eodem modo. Inde non dubiū quum si sint mali aliqui, non spontanei sint mali & proinde nec quidem probi. Hęc ratio neutiquam uera, nam cur demum legislator malafacere non permittit, at, honesta & proba iubet? Et in malis quidem multam infligit delinquentibus: in rebus autē honestis nisi honesta peregerint, alioqui iniquum fuerit, ubi in nobis non sit, hoc legum conditores facere. Cæterum ut uidetur in nobis est, probos & improbos esse: item laudes & improbationes, id quoque attestantur. Virtutem laus, uitiū autem uituperatio consequitur, atqui laus & uituperatio nō inuitis attribuitur. Manifestum igitur hoc modo, in nostro arbitrio esse, bona malaq; facere. Hęc Aristoteles & alia multa, quibus aduersus non modò Socratem sed Vermelium, actiones turpes & peccata nostra esse potestate, disputat.

Gregorius Nisenus, ad eò certum esse inquit, actiones nostras in nostra esse potestate, & eas posse nos declinare ac pro uoluntate prosequi, ut huius rei cognitionem naturæ insertam esse magnis rationibus, ex media philosophia deprōptis, doceat: nam cum eorum, quæ sunt rerum principia, diuini-

tionem posuisset, omnes enim actiones, iuxta eius sententiam aut in Deum, aut in Necessitatem, aut in Fatum, aut in Naturam, aut in Fortunam vel Casum referuntur, in nullumque istorum humanas actiones referri posse persuasisset, Cui igitur, inquit, ea subiiciemus, quæ per homines fiunt, si certè homo non est causa & principium actionum? non enim Deo fas est ascribere turpes quandoque actiones, & iniustas. Neque necessitati, Non enim eorum sunt, quæ semper similiter se habent, Neque fato. Non enim contingit tium sed necessarios ea, quæ fati sunt, esse dicunt. Neque naturæ. Nam naturæ opera sunt, animalia & plantæ. Neque fortunæ. Non enim raræ & præter spem sunt hominum actiones. Neque casui inanimatorum enim sunt & irrationalium *ουχ ανωματα*. Relinquitur ergo, ipsum agentem & facientem hominem principium esse propriarum operationum & arbitrio liberum. Amplius. Si nullius est actionis principium homo, ex superfluo habet unde cōsultet: ad quid enim utetur consilio, nullius existens actionis dominus? Optimum autem, & omnium quæ sunt in homine preciosissimum, superfluum dicere, quàm maximum erit inconueniens. Si enim cōsultat, propter actionē cōsultat: omne enim consilium, actionis gratia, & propter actionem est. Quorum actus in nobis sunt, horum etiã operationes secundum actum in nobis sunt. Existunt autem in nobis actus secundum uirtutes, in nobis etenim & uirtutes sunt. Quod autem actus uirtutum in nobis existant, hoc idem ostendit, quod bene ab Aristotele in Ethica dictū est: Quæ enim faciendo discimus, hæc cum didicerimus facimus: Nam discendo continere uoluptates, sobrii sumus, sobrii facti à uoluptate nobis tēperamus. Possumus autē & sic dicere. Meditari & exercitari in nobis esse, concessum est, meditationes aut habituum sunt causæ, mos, n. natura est acquisita; quod si causæ habituum meditationes sunt, in nobis autē est meditatio, in nobis & habitus erit: at, quorum in nobis sunt habitus, horum & actiones, quæ sunt secundum habitus, in nobis existunt: operationes enim habitibus adhærent. Qui igitur iustum habitū possidet, iusta operabitur, & qui iniustus, iniusta: in nobis itaque est, iustos & iniustos esse: Quædam autem in nobis existere admonitiones & orationes ostendunt. Nullus enim hominē admonet non esurire, neque sitire, neque uolare, non enim in nobis hæc sunt. Manifestarium igitur est, in quibus sunt admonitiones, hæc in nobis esse. Amplius, Si nihil est in nobis, superuacaneæ sunt leges, naturaliter autem omnis gens legibus quibusdam utitur: sciens sibi agendi potestatem esse quæ per legem statuta sunt, & plurimæ gentium Deos iactant legum latores, ut Cretes Iouem, Laedæmones Apollinem, Omnibus igitur hominibus cognitio eius, quod est in nobis, naturaliter inserta est. Hactenus Nisenus in eos, qui externas aut internas peccatorum actiones nos non posse

posse declinare, mentiuntur. Cuius rationes tam prolixè adduximus, quòd e media philosophia deriuentur, neque nos meliores illis, ad hominis in agèdo libertatè persuadendà, inuenire possumus.

Et fortasse Vermelio, cum hæc scriberet, in mētem uenit, id quod quidam apud Aristotelē olim delirarunt, ea, quæ ab ira uel cupiditate proficiuntur, non sponte sed necessario fieri; de qua re, quid idem Aristoteles sentiat, iam audi. Fortasse, inquit, non rectè dicuntur inuita ea esse, quæ ex ira uel ex cupiditate efficiuntur. Primum enim, nullum ex aliis animalibus spontè ager, sed neq; pueri. Deinde, utrum nihil ex his, quæ uel ex cupiditate uel ex ira agimus, spontè faciemus? an honesta spontè, turpia inuiti agemus? an id ridiculum existimandum est, cum una causa utrorūque sit? Abfurdū fortasse etiam est, inuita ea esse dicere, quæ oportet appetere: oportet autem & ob aliqua irasci, & nonnulla appetere ut sanitatem & disciplinā; uidenturque, ea quæ inuita sunt molesta, quæ ex cupiditate fiunt, iocunda esse. Præterea, quid interest inter ea, quæ ex ratione aut ex ira peccamus, ad hoc ut inuiti fecisse uideamur? Fugienda enim ambo sunt, uidenturque irrationales affectus, nihilominus humani esse, actionesque ipsius hominis ab ira & cupiditate proficiuntur, ut absurdum sit, inuita hæc existimare. Hactenus Aristoteles. Gregorius quoque Nisenus post multas alias rationes, qui humanas actiones in nostra esse potestate cōiunct, illud quoque ad iicit. Insuper si quis ea, quæ per iram & concupiscētiā sunt, inuoluntaria dixerit, morales uirtutes interimit, hæ enim in meditatione affectionum consistunt: quòd si inuoluntariè essent affectiones & actiones secundū uirtutes, inuoluntariæ existerent, quippe hæ secundum affectiones sunt: at nullus id quod secundum cogitationem, electionem, & secundum propriā inclinationem & desiderium est, si etiam singularia cognoscat, inuoluntarium dicit: monstratum autem est, principium in illis ipsis esse, uoluntaria igitur sunt.

Hæc Nisenus. Fuerunt & inter scholasticos nonnulli qui appetitus sensitiui passiones, aliquid de ratione uoluntariū diminuerent, crederent, sed hi, communi theologorum & philosophorū calculo, reprobantur. Inuoluntarium enim non est à principio intrinsecò, sed ab extrinsecò, passio non conferente uim, id est, non habēte inclinationem, sed potius repugnantiam ad illud. Appetitus uerò, qui earum passionum principium est, homini est intrinsecus, ut 3. Eth. Aristoteles docet.

Neque uerò uel Aristoteles & Nisenus uel eorum rationes, declinari poterūt, à Vermelio, quòd libenter fateatur, in huiusmodi actiones, homines non peccare inuitos, sed uolentes, quòd in eos, qui illos reprehendunt, irascantur: nam Aristoteles & quicumque in humanis actionibus uoluntarium posuerunt, non aliud, uoluntarium intelligunt quàm liberum, & id quod ab homine aut sic-

ri potest aut uitari, uoluntarium nimirum in adulterio, furto &c. collocarunt, quòd libere homo ea possit, aut patrare aut declinare, non tantum quantum ad actus animi internos, *Velle* scilicet, sed quantum ad externos quoque, in quos leges ciuiles & humanæ constitutiones propagantur. Ethica enim uerò disciplina, quæ uoluntarium & inuoluntarium considerat, ciuili disciplinæ subordinatur, neque tantum internos sed externos, & denique integras humanas actiones considerat. Qui ergo docet absolutè, adulteria, fornicationes &c. non posse uitari, docet perinde in humanis & ciuilibus actionibus non esse spontaneum, quod non modò Aristoteles & Nisenus sed uniuersus philosophorum immo hominū consensus, præter Vermelium & quosdam alios attonitos & stupidos, ridiculum & stultum putarunt.

ITEM IN PETRUM
Martyrem. Cap. 27.

SED ad uerba Vermelii regredior, Docet eā uoluntatē malam qua homo adulteriis, scortationibus, & reliquis carnis operibus, confentit, etiam si actus ipsos, uitandi potestate destituatur, ad constituendam peccati actualis rationem, satis esse, id nunc examinemus. Quæro te Petre Martyr, Vtrum ne quisquam mortalium, in his meriti aut demeriti, boni aut mali, rationem collocauerit, quæ nullo pacto à me uitari possunt? Dic quæso, quis unquam? Deinde, dicas obsecro, an quemadmodum ego, ut tu doces, scortationibus non uacare non potens, propter complacentiam tamen actualitè pecco, ita quando non possum esse continens, si displicentiam meā incontinentiæ habeam, actualitè peccem? negabis, si tibi constare uelis, nam sola complacentia uoluntatis, quam tu effrenatam uocas, peccati rationem cōstituebat, ergo eadem complacentia carens, etiā si adulteriis, fornicationibus, stupris, incestibus, sacrilegiis &c. sim usque ad capitis uerticem immerfus, non peccabo: immo uerò si displicentiā habeam non tantum non peccabo, sed in medio earum libidinum, meritum mihi comparabo. Itaque dum non potens aliud agere, ut tu doces, alterius uxorem usurpo, dum uirgini stuprum infero, dum sororem uitio &c. apud Deum gratiā & meritum acquiram. An non id tuæ theologiæ consentaneum est? An non id confiteri cogeris? Duo in fornicatione consideramus, corporis externam actionē, quam tu uitari posse, aut nos eam posse declinare, negas, alterum, internū uoluntatis consensum, quē solum actualis criminis rationē inducere cōcedis. Prior illa & externa corporis actio, inuariabilis est, nam nos aliter facere posse, non permittis, posterior ergo, id est, uoluntatis actio, uariabilis erit, nā si est necessaria & quemadmodū illa prior declinari nequit; nō potest ergo esse peccatū; nemo enim in eo, quod uitare nequit, delinquit.

Quòd

Quòd si est variabilis, cōstituamus Socratem scortantē, sibi ipsi in hac parte displicere, & eam complacentiam non habere, non peccabit profectò, cum illa effrenatam uoluntatem, quæ peccati actualis rationem inducit, non habeat: immo uerò eodem actu scortationis merebitur cum contrarium actum uoluntatis ex hypothesi habeat.

Sed ais, nos in omni prauo opere, post peccatum, complacentiam uoluntatis habere, id quā falsum sit, & tuo exemplo patet, & Aristoteles & Apostoli Pauli testimoniis, ex ipsa humanarū actionum experientia sumptis; facillè proditur. Eum qui scortatur, similem ais, illi qui dormit, nam quemadmodum ille, nollet aliquando dormire, sed somno tamen oppressus, dormire cogitur, ita qui fornicatur, cogitur quidem, peccati originalis pondere peccare, sed per uoluntatem effrenatam actui illi complacentem delinquit: ergo quemadmodum circa actiones naturales, quales sunt, somnus, uigilia, fames, saturitas &c. actiones uoluntatis sunt uariabiles, ita ut somnus me opprimens aliquando sit mihi gratus, aliquando ingratus, ita fornicatio quæ tam est mihi necessaria & inuicibilis quàm iuxta tua castissima dogmata, ut somnus &c. aliquando placebit, aliquando displicebit.

Docet etiam Aristoteles ægrotautes squalidos ideo vituperari & reprehendi, quoniam suæ ægritudinis causam, ipsos extitisse scimus. Idem etiam ex Socrate docet, neminem sponte deligere iniustitiam, qua ratione idem Socrates non esse spontaneum offendere solebat. Verum, inquit, quemadmodum Socrates dixit, in nobis non est probos uel malos esse, quandoquidem si quii rogat quemuis, uelit ne iustus esse an iniustus, nemo delegerit iniustitiam. Huc quoque pertinet, quod septimo libro de moribus, & primo magnorum moralium, multis uerbis de incontinentia, quæ gradus est uirtutis, aduersus Socraticos disputat, qui in malis actionibus adeò rationalem uoluntatem, cupiditati reclamare docebant, ut eosdem coactos & non spontaneos agere, colligerent. Sed ad Paulum uenio, qui uel propria uel, ut magna ex parte uictores uoluerunt, omnium hominum sumpta persona, aperte in nobis rationale appetitum siue uoluntatem, operibus carnis refragari docet. Non quod uolo bonum inquit, hoc ago, sed quod odi malum hoc facio. Si autem quod nolo illud facio, consentio legi, quoniam bona est. nunc autem iam non ego opere illud; sed quod habitat in me peccatū: scio enim quia non habitat in me, id est, in carne mea bonum nam uelle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod uolo bonum, hoc ago, sed quod nolo malum, hoc ago: si autem quod nolo illud facio iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legē uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet: condelector enim legi Dei, secundum interiorem hominem, uideo aliā legē in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in-

lege peccati, quæ est in membris. Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse, mente serui legi Dei, carne autem legi peccati. His uerbis an non indicat Paulus, in prauis actionibus, ad quæ, carnis appetitus incitat & prouocat, uoluntatē rationalem reclamare & dissentire; quamquā ab appetitu libere trahatur? Ita que si iuxta Vermelii sententiā, homo propter solā cōplacentiam & effrenatam uoluntatē actualitè peccat, & in Dei iudicio dānari meretur, propter peccati perinde displicentiā & dissensum, non modò non peccabit & damnabitur, sed merebitur, & apud Deum ingentia præmia consequetur.

TERTIO SENTENTIAE PETRI
Martyris, absurditas demonstratur.
Cap. 28.

QUOD tandem Petrus Martyr, nostre uoluntatis actiones, peccata scilicet cū somno, reliquisque naturalibus actionibus confert, dicens, tam nos impotētes esse ad adulteria, scortationes &c. declinandas, quàm ad somnū inuadentem & opprimentem repellendum, eius profectò est, qui in medijs hereticæ doctrinæ tenebris, profundoque peccati somno stertit: nam quis eum hominē non profus mente captum inducet, qui nihil inter humanas & naturales actiones, quoad libertatem attinet, differre putet? Sed hæc est horū hominum profunda sapientia, ut non modò contra reliquorū Christianorū sententiā; sed cōtra omnium mortalium mentē & sensum, quicquid semel enuntiauerit, quantum uix paradoxon, immo quantum uis stultū & ridiculū, propugnare conetur. Enim uerò Philosophi uniuersi, qui naturā eiusque leges diligentius coluerunt, naturales in homine actiones ideo uocarunt, quòd à natura proficiantur, humanas autē quòd ab homine, iuxta quod homo est, id est, rationē prodeant: naturā autē ideo libertate carere docuerunt, quòd ad unū determinetur, rationē uerò liberā dixerunt, quòd in utraq; partē per motiones spontaneas cōuerti possit. Tres Aristoteles, de moribus uirtutūque actionibus acturus, sitricè alterā, rationale tertiā, duasque priores, quòd libertate destituantur, naturaque duntaxat impellente agant, à uirtutum, quæ liberis actibus cōstare debent, consideratione, procul repellit, intelligit ergo humanas actiones, quæ sunt peccata uel merita à naturalibus actionibus libertate differre. Deinde, ut ex eodem Philosopho paulo antea demonstrauimus humanæ actiones, peccata scilicet, aut merita, in nobis sunt, alioqui neque humanæ actiones, neque peccata, neque merita dicerentur, ea autē quæ ad naturā attinēt, in nobis nō esse idē Philosophus perspicuè docet: nā cū de ratione uirtutis & felicitatis acquirendæ, nonnullas præcedentium Philosophorum sententias enarrasset, easque refutare instituisset, ac quod naturam quidem attri-

Z nct

lib. 3. Eth. cap. 1.

lib. 5. Philo soph. ca. 3.

ca. 1.

Mag. moral. lib. 1. cap. 10.

Ibidem.

Ca. 5. 1. Mag. moral. ca. 12. 13. & 14.

Rom. 7.

10. Eth. 1. 9.

net inquit in nobis non esse manifestum est &c.

Gregorius Nisenus, quem solum ex Christianis patribus in huiusmodi disputationibus adducere placet, quod reliquos omnes, tum morum, tum naturæ philosophia superasse uideatur, quædam esse in nostra potestate, contra id quod non modo nostri temporis hæretici, sed quidam alii horum progenitores, ante eum docuerant, inde demonstrat, quod sint quædam actiones, quæ neque in Deum quasi in primum ac totalem auctorem, neque in naturam, neque in fortunam, neque in casum, sed in solum hominis liberum arbitrium, referri queant. Verba eius paulo ante citauimus.

Itaque Martyr homo, ut apparet, non modo totius philosophiæ ignarus, sed etiam communis hominum sensus omnino expertus, dum peccatorum actiones, cum naturalibus actionibus confundit, neque inter partes animæ brutas & racionales neque inter naturam & propositum, ex se fortasse reliquos mortales metiens, distinguit.

Sed Aristoteles, dicit, peccatum, quod necessitatem peccandi inducit, non cognouit. Esto. Sed cognouerat Gregorius ac reliqui Christiani philosophi, qui actiones morales liberas semper docuerunt, neque cum naturalibus confunderunt. Deinde & si Aristoteles peccati originalis naturam non cognouerat, cognouit tamen effectum eius, id est, eam pugnam quæ inter legem mentis & carnis, in prauis aut studiosis actionibus designandis versatur: neque tamen eam, ad earundem actionum tollendam libertatem, satis esse videt, imo eorum sententiam, qui liberum arbitrium à cupiditatibus cogi docebant validissimis rationibus reuulsam, irrisit.

Sed ratione Vermelium aggrediamur. Si nihil quantum ad libertatem attinet, inter actiones naturales, ex quarum ordine & somnus, & actiones humanas interest, non ergo peccamus, aut laudis & retributione dignum homines agimus, imo nihil erit in moribus humanis malum aut bonum: nam quis vnquam mortalium, propter somnum, quempiam laudauit, aut vituperio dignum duxit? aut quis malum aut bonum somnum duxit? Deinde, nihil erit legibus coercendum aut pœna puniendum, quoniam nemo somno aut actionibus naturalibus pœnas aut leges intulit? imo verò id multo magis in peccatis, quam in somno & reliquis actionibus naturalibus, verum erit; tum quoniam actiones naturales & si immediate, & quemadmodum actiones voluntatis, liberæ non sint, sunt tamen mediatae, & præuentione quadam liberæ. Possum enim ego somno opprimi, siue me ingurgitauero, aut opipare cenauero, possum contra, somno non oppugnari, si nihil in stomachum ingeram, nec melioribus defatigauero, possum digerere si prius ventriculo cibos ingeram, possum rursus nihil concoquere, si nihil comedam, idemque de reliquis est iudicium. Peccata autem nec mediate nec immediate libera Petrus credit, quoniam multo maiori impetu ac propensione in peccata quam

in naturales actiones, nos ruere idem fatetur. Multo ergo minus humane actiones, peccata scilicet, aut studiosa opera, laudabilia aut vituperabilia erunt quam naturales actiones & multo minus ob illas peccabimus, aut laude digni erimus.

Quod dicunt iterum, somnum & vigiliam & reliquas naturales actiones à natura, non item à peccato, ut ea quæ peccata uocamus, proficisci: hæc fuga nihil illis prodesse poterit, nam aut peccata, à solo peccato in nobis habitante, proficiscuntur, aut non ab eo tantum, si non ab eo tantum, sed à voluntate, possunt igitur declinari, nam quæ à duabus procedunt causis effectricibus, altera subtrahente concursum, impediri possunt: ergo si peccatum actuale (de hoc enim semper loquor) à voluntate quoque prodit, si uoluntas aliquam actionem erga illud habet, cum ea sit naturalis libera hominis facultas ad peccandum, poterit non concurrere, atque adeo peccata non erunt inuitabilia, quemadmodum Petrus docet, Quod si peccatum, quantum ad fieri vel non fieri, à uoluntate non pendeat, neque uoluntate erga illud aliquam habeat efficientiam, sed solo naturæ corruptæ pondere peccamus, non ergo peccamus, quoniam *nemo peccat, in eo quod uitate non potest*, nisi fortasse uirtute primi peccati originalis, id est, per eius imputationem in singulis actionibus, quæ peccata dicuntur. Perindeque omnia peccata originalia erunt.

Neque hic etiam prodest subterfugere, dicendo uoluntatem non habere quidem actionem, & efficientiam erga peccatum, habere tamen complacentiam: nam aut illa complacentia suspendi potest, cum sit actio uoluntatis ac proinde libera, aut non potest suspendi: si suspendi potest, ergo homo potest vitare peccatum, scortationem scilicet &c. quod est contra id quod Petrus dicebat. Si non potest complacentia illa suspendi, non ergo cum peccamus, actualiter peccamus, nam ad peccati actualis rationem libertas requiritur, id est libera uoluntatis actio, sed omnes illæ complacentiæ ad originale peccatum pertinebunt, & ob solam eius imputationem, non item ob uoluntatis, quæ aliter agere ex suppositione, nequit, maliciam. Atque hæc in Petri Vermelii Martyris absurdum dogma, quod reliquis quoque hæretici nostri seculi commune est, dixisse nunc satis sit; nam de libero hominis arbitrio, & de eius ad peccandum aut non peccandum facultatem, aliàs fortasse latius.

QUARTA RATIO DEMONSTRANS possibilitatem castitatis, ex aduersariorum doctrina sumpta. Cap. 29.

NUNC postrema tandem ratio, quæ ad intorquendam castitatis possibilitatem, hæreticis nostris, multum mihi (ni fallor) semper ualere uisa est, ex eorundem dogmatibus ac sententiis compingenda est. Docent hi, Euangelii causa, posse quempiam ad tempus, conti-

continere, quo solutius nimirum uerbi prædicationi uacare quis queat. Id ego rogo an absque dono cælibatus & castitatis fieri queat? Si negent, quoniam ut uult Caluinus, temporalis etiam continentia donum est gratuitum: mirum est profecto, imo incredibile, posse mercatorem, militem &c. homines usui carnis assuetos, mundi negotiis implicatos, per longum temporis spacium à libidine sibi temperare, Dei timore eiusque communi auxilio, & uirtutibus moralibus, duntaxat adiutus, hominem uerò qui per uilum abstinentiæ, castitatis & continentia habitum acquisiuit, quique in lege dñi meditatæ die ac nocte, Christi que amore & Euangelii studio, uxorem, liberos, agros facultates, & insuper seipsum reliquit, absque gratuito munere castitatis, nec ad tempus quidem posse suæ carni frænum iniicere: nam si absque Diuino munere mercator, & miles ad tempus continere non possunt, cum nemo huius muneris euidem immo neque coniecturalem notitiam habeat, mercium aut militiæ causa, aut alia quacumque ratione, ab uxore peregrinari, utriusque causa perniciolosum erit: quod si absque continentia munere, Euangelii liberius propagandi gratia, quis ad tempus, sibi ab actionibus carnis temperare possit, cur ergo non semper? Certè ita habent carnis illæ deliciae, ut qui semel abstinentiæ usum acquisierit, facilius multo abstinere, quam qui eisdem aliquando implicatur. Deinde, si occasio se se offerre possit, cælibatum sibi & continentiam ad tempus inducere, cur non se etiam offerret, aliqua ob quam non modo licite, sed ex præcepto fraternæ charitatis, eidem misericordiam nifus, perpetuum cælibatum sibi inducat? Causa legitima cælibatus apud Caluinum, Vermelium, Vualfangum, &c. Euangelii propagatio est, hæc cur non quemadmodum ad tempus, ita perpetua, ac per totam uitam poterit occurrere, cum sit mensis multa, operarii autem pauci? qui uidet latissimam prouinciam, exempli gratia, Christi cognitione destitutam, quales Christianis, nunc in altero orbe occurrunt, nonne posset, imo nonne deberet sibi quo uerbi Dei, maiori cum diligentia, ministerium obiret, cælibatum induceret? Profecto qui Euangelici ministerii gratia, sex annis à femina abstinere, abstinere etiam decem, quindecim, &c. Sed quãtò facilius continentia perpetua, & quæ iam à se carnis delicias, ob firmato animo oblegauit, quæ ea quæ ad tempus inducta est, & de futuris deliciis cogitat, etiam in his, qui nondum carnis usum didicerunt, seruari possit, per se apertum est. Certè hanc futuræ libidinis illecebris non tangi, ferè est impossibile; cogitat enim frequenter, quantumcumque celebs & continens, quæ sibi cum ea, quam legitimo matrimonio est accepturus, sint aliquando intercessura. Contra ille quæ sibi, omnes non modo futuras, quæ non minus sed magis multo mouere solent, quam præteritæ, sed

possibiles etiam carnis delicias amputauit, nulla libidinis cogitatione permouetur sed possibilitatem castitatis, & quod citra peculiari Diuini muneris largitione, per Dei tamen auxilium omnibus Christianis uolentibus, sit peruia, his rationibus demonstrasse sufficiat. Nunc ad aduersariorum argumenta, quibus contrarium persuadere moliebantur, veniamus, ut uideamus quàm uerum sit, quod non semel diximus, eos non tam scripturæ, ut illi mentiuntur, aut Euangelicarum rationum uigore, quàm propria libidine, à castitatis cultu declinasse.

REFELLITUR PRIMVM aduersariorum argumentum.

Cap. 30.

ERGO primo loco, quod ex octauo capite libri sapientia summèbantur respondemus, ubi non de continentia, id est, castitate sermo monem fieri, sed aut de continentia, quæ iuxta Aristotelis philosophiam gradus est uirtutis primus & initialis, cum scilicet nondum uirtutis habitu acquisito, ex quo promptè & delectabiliter in studiosas actiones prouocemur; cum difficultate quid uiciis, sed tandem resistimus, aut quod magis probò de uirtute ipsa temperantiæ sapiens loquitur; non enim dicit, Sciens quod nemo possit esse *αγνός, περίφρων*, aut *σπυρός*, castus, sed *εὐχρηστός*, quod uoluptas gulæ aut ueneris rationem denotat. Sic Xenophon de continentia loquitur libro quarto de dictis & factis Socratis. Sic Isocrates multis in locis, tum uerò in Nicocle, continentiam cum temperantia confundit. De qua etiam Aristoteles apud Stobæum Continentia inquit, est posse cohibere ratione cupidentem ad malas delectationes & uoluptates, & pati & tolerare pro natura indigentia & ægritudinis, quod etiam continendi officium, ibidem temperantiæ attribuit. Temperantia, inquit, est nihil morari corporis uoluptates, & cuius uis fœdè uoluptatis & delectationis minimè appetentem esse &c. De hac etiam continentia ratione Epicurus loquebatur, cum eam inquit esse uirtutem, quæ partem cupidam in malas uoluptates reuentem frenat. Continentia, inquit, est posse cohibere ratione ferentem ad malas delectationes & uoluptates, & pati & tolerare naturæ indigentiam & ægritudinem.

Diffinit & illam apud Stobæum Socrates, esse temperantiam à corporis illecebris. Cicero uerò in Rethoricis eam dicit uirtutem, per quam cupiditas mala, consilii administratione regitur ac gubernatur. De hac etiam Seneca longam exhortationem facit, Continentiam uerò si diligis, circumcide superflua, & in arctum desideria tua constringe: considera tecum quantum naturæ poscat, non quantum cupiditas expectat: si continēs tueris, eo usque peruenies ut te ipso cõtētus sis: nã qui si bi ipsi satis est, cū diuitiis natus est. Impone cõtēpi-

Z 2 scientia

centiæ træ frænum, & modum, omniaque blandimenta, quæ occultam voluptatem tradunt, reici- ce; ede citra crudelitatem, bibe citra ebrietatem: obser- ua ne in conuiuio, aut in qualibet uitæ cõmunitate quos non imitaberis, damnare uidearis, ne presen- tibus deliciis inherebis &c. ubi cõtinentiã potius pro abstinentia, aut ea temperantiæ parte, quæ cir- ca cibos versatur, quam pro castitate, vsurpari vi- des. In qua significatione frequentissimè à Græcis auctoribus Christianis etiam usurpatur. Sic Basili- us in libro diffusè explicatarum quæstionũ, eam multis rationibus volenti piè viuere docet esse ne- cessariã, de qua multa quoque sermone quarto, ex his quos exercitatorios appellauit. Si etiã Paulus ad Corinthios scribens, πᾶς, inquit, ἀγωνίζομαι ἀν- τα ἵχρηται, ois agonizãs ab omnibus se abstinet. Ergo *Continentia*, eo loco non pro cõlibatu aut ca- stitate, quam Deus gratis, auctori libri Sapienciæ, dono dederit, ut heretici putant, vsurpatur, sed pro tẽperantia, quæ circa omnes corporis volupta- tes & delectationes uersatur. Immo uerò ferè nun- quam apud probatos auctores Græcos, ἵχρηται, aut Latinos *continentia* pro castitate sola vsurpa- ri solet, sed aut pro gradu illo initiali temperantię quo omnibus corporis voluptatibus, cum difficul- tate tamen refragatur, ut Peripathetici usurpant, aut pro ipsa uirtute temperantiæ, ut reliqui om- nes vel Philosophi vel auctores utuntur. σωφροσύνη, enim & ἵχρηται, ferè semper confunduntur: quin uerò quemadmodũ σωφροσύνη, apud Græcos & tẽ- perantia apud Latinos frequentissimè apud aucto- res, non modò pro cõhibitione corporum uoluptatum, sed pro totius uitę moderatiõne sumit- tur, ita etiam ἵχρηται, & cõtinentia pro eodem su- muntur. Certè Cicero, temperantes uocat, mode- stos, eiusque est illa temperantiæ diffinitio. Tem- perantia est, animæ partium mutua cõsensio, vel est uniuersale cognomen omnium uirtutum. Et illa. Temperantia est, rationis in libidinem domi- natio, uel continēs moderatio cupiditatum, cuius partes sunt, continentia, clementia, moderatio. Trapensuntius libro quarto Rethoricor. inquit, esse rationis in libidinem atque alios non rectos im- petus dominiũ. Vocarunt autem moderatum hũc appetitum rerum σωφροσύνη quasi σωτηρίαν φρονήσεως sa- lutem prudentiã: nam cum uniuersa uirtus à pru- dentia pendeat, rectè prudentiam omnium uirtu- tum cumulum uocarunt. Sic Hierax. libro de Ius- titia. Quandiu sapit aliquis & prudens est, cupi- ditates ad uitia ducentes emergere non permit- tit: ubi uerò mens tamquam præstigijs sopita iac- cet, statim exurgere solet imprudentia, & comi- tem sibi uocare luxuriam: quamobrem uirtutem illam, quæ ambo illa uitia repellit σωφροσύνη, id- est, temperantiam sapientes Græci uocarunt ut sit σωτηρία φρονήσεως prudentiæ incolumitas. Idem Plato docet in Cratilo, & Aristoteles libro sexto Ethicor. Apud Demosthenem σωφρονες δικασταί, hone- sti iudices, dicuntur & apud Aristophan. σωφρονα

Quest. 16. 17. 18 19. 1. Cor. 9.

Libro 3. Tit.

honestã opera. Hifychius, σωφρονα uocat pru- dentem, sapientem; castum, pudicum, medio- crem circumspectum, bene moratum, grauem, ho- nestum, prouidum, consultum, moderatè uiuen- tem, probum, bonum, & sanctum. Et denique huius amplioris acceptionis, apud prophanos & sa- cros auctores, frequentissimus est usus; tempe- ratos enim aut temperantes, sobrios, modestos, & omni uirtute præditos uocare solent. Sic etiã ἵχρηται & cõtinentiam Latini, in omnibus huma- nis affectibus moderationem & mensuram uete- res quoque scriptores appellare solent. Sic Hie- ronymus in Epist. ad Damasum, Continentia, in- quit Græcis, ἵχρηται uocatur, est aut refragatio omniũ rerum malarũ. Ecphantas Pythagoricus apud Stobeum Continentem eum uocat, qui con- tentus sit statu. Continentem uerò esse illum, ait qui contentus sit suo statu, quis negauerit sum- ptuositas incontinentiẽ parens? incontinentia con- tumeliã, unde pleraque mala enascantur? Xer- tus autem quæ suis rebus contentos facit, sum- ptuositatem & quæ sequuntur eam haudqua- quam probat. Sed cum ipsa princeps quẽdam sit, præest quidem omnibus, subesse uerò nulli potest. Hactenus Ecphantas. Isocrates etiam ad Demoni- cum, A quibus, inquit, animam detineri, turpe est, eorum cõtinentiam meditare, Lucris, ire, uoluptatis doloris. Contineãs autem horum eua- des, si primò lucrum existimes, quod gloriam nõ quodd pecuniam auget. Quoad iracundiam, nõ aliter in peccantes affici debes, quam alios uelles erga te ipsum. In iocundis tibi temperabis, si re- putes, dedecus esse seruis imperare, uoluptatibus seruire: In tristibus, si aliorum intuearis infortu- nia, & te hominem esse memineris. Seneca eo lo- co, quo à nobis antea citatus est, multa de conti- nentia in hac significatione, pro uniuersa scilicet uirtute dicit. Sic Lucas usurpasse uidetur, cum in oratione quam Paulus habuit ad Agrippam in- quit, διαλεγοµένον δὲ αὐτὸν περὶ δικαιοσύνης καὶ ἵχρηταίης differente eo de iustitia & cõtinentia, & si inter- pres castitatem uerterit: nam cum ibi *Iustitiam*, non pro singulari sed pro uniuersa uirtute capiat cõsentaneum est: ἵχρηταίης etiam ad suam gene- ralem significationem qua uniuersam uirtutem de- notat pertinere. Ita etiam Petrus ἐνδὲ τῆς γλώσσης ἵχρηταίης in cognitione temperantiam aut conti- nentiã: nam nulla maior ratio hortatur, ut in fidei cognitione castitatem ministraremus, quam quã- cumque aliam uirtutem particulare, ergo de uni- uersali uirtute & aliorum, cõhibitione, quæ ex fi- de deriuari debet, Petrus loquitur. Eadem signi- ficatione ἵχρηται à Paulo accipitur, cum de Episcopo ad Titum scribit, Ἀλλὰ φιλοβουν φιλά- γαθον βίβρονα, δίχαιον, δειον, ἵχρηται, sed hospitalem benignum, sobrium, iustum, sanctũ continentem Nam cum neque hospitalitas, quæ ibi pro uirtute charitatis, quæ erga proximi peregrini necessita- tem exercetur, neque benignitas, neque sobrietas neque

Str. 4.

Alf. 1.

2. Pi.

neque sanctitas pro peculiari uirtute sumantur, non est cur cõtinentiam, ad solius affectus carna- lis cõhibitionem, detorqueamus. Verum om- nia loca, quibus hac significatione sacrę literę uti- tur, uelle huc adducere, cum res sit ex aliorum au- ctorum usu compertissima, nullo modo necessa- rium iudico. Vnus, multorum sacrorum auctorum loco, nobis instar esse debet, Clemens Alexandri- nus, qui ita cõtinentiam difinit. Continentia est, affectio quæ non transiliuerit ea quæ uisa fuerunt, ex recta ratione. Contineãs autem is est, qui con- tinet eas appetitiones quæ sunt præter rectã ratio- nẽ, uel qui seipsum continet, ne appetitione effera- tur præter rectam rationem. Et rursus. Est ergo cõtinentia, corporis despicientia &c. Et subinde non solum in rebus ueneris, sed etiam in aliis quę anima perperã concupiscit, non contenta necessa- riis, uersatur cõtinentia. Est autem & in lingua, & in acquirendo, in utendo, & in concupiscendo, cõtinentia. Et iterum, non oportet. considerare cõtinentiam in uno solum genere, nempe, in re- bus ueneris, sed etiam in quibuscunque aliis, quæ luxuriosa concupiscit aia, non contenta necessa- riis sed sollicita de deliciis. Continentia est pecu- niam despiciere, uoluptatem, possessionem, specta- culum magno & excelso aõ contemnere, os conti- nere ratione quæ sunt mala uincere. Nunc iam aduersarius respondemus, Solomo- nem, aut illum quacunque est, qui fatetur se eo lo- co non posse esse continentem, absque Diuino mu- nere, non de cõtinentia, idest, de castitate loqui, sed aut de uirtutis temperantiæ primo, & ut antea diximus, initiali gradu, aut de ipsa integra tempe- rantia uirtute, propriè sumpta, quę non modò ad carnis delicias, sed ad gulã quoque oblectamenta se extendit. Aut demum extensiori acceptione, de uniuersa uirtutis cõhibitione & coertione quã moderationem, aut affectum modestiã uocarunt. Quod si ita est, hæreticis nostris perinde fatendũ est, neminem gulę prohibitas, & rationi aduersas delicias, nisi fuerit peculiari Diuino munere præ- uentus, posse uitare: immo nullã uirtutem mora- lẽ homines posse adipisci, illis cõfiteri necesse est: nisi quẽadmodũ cõlibatus Diuinitus uel ipsis dor- miẽtibus ingeratur. Itaque nemo tenebitur sobrius & tẽperatus esse, sed qui donũ sobrietatis & tẽpe- rantia habeat: immo uerò, iuxta eorũ placita, se ad colendã sobrietatẽ, tẽperantiã, iustitiã, ac reliquas uirtutes Diuinitus uocatur, certis argumẽtis non agnouerit, temerarius erit, si sobrius, tẽperas, mo- destus &c. esse cõtenderit: quoniam scilicet nobis omnibus notũ est, quemadmodũ Solomoni, nemi- nẽ posse esse continentẽ nisi Deus dederit. Quod si hæc ridicula & absurda sunt, superest cõtinentiẽ donũ, siue ea pro gradu primo tẽperantię, siue pro ipsa tẽperantia quę cõplures alias uirtutes, præter castitatẽ, i se claudit, siue pro uniuersa uirtute, siue demum pro castitate sumatur, ita donũ Dei esse, ut reliqua bona opera, quæ & si Diuinũ postulet

Libro 2. Stromat.

Libro 3. Stromat.

auxilium, humanis tamen uiribus acquiruntur. Quod si ἵχρηται aut ἵχρηται eo loco conti- nentiã, idest, castitatẽ significet, cum Solomõ qui abudẽ fatis habuit uxorũ, ea uerba proferat, nullo modo de cõlibatu, aut de uirginitate possunt intel- ligi, sed tantũ de cõiugali cõtinentia, quæ. si intra matrimonii terminos ne ulli iniuriã inferat, homi- nẽ cõtinet. Hanc autẽ uirtutem Solomon Diuino munere se accepisse, fatetur quoniã incontinentia idest, alieni thori maculatio, familiaris solet esse regibus: arduũ enim i media regni potẽtia & li- centia, se se intra tẽperantiæ siue cõtentiæ limi- tes coercere: quod in patre suo David didicisse po- terat, qui Vriã Ethã nõ modò vxorẽ sed uitã quo- que obtulerat. Orationi autẽ Solomonicæ similis 2. Reg. 11. Isocratẽ habet: nam cum se de cãteris uirtutibus cõmendasset ad temperantiã ueniens, Acccepto in- quit, magistratu, quo uel quid vis audendi liberũ mihi relictum erat, subditis meis tẽperatior factus sum. Verum cõtinentiam apud Solomõnẽ accipi- tertiam illa significatione, oratio quæ hisce uerbis annectitur satis ostendit: ἵχρηται, sciens, inquit quo- niam aliter non possem esse contineãs, nisi Deus det &c. adii Dominum & deprecatus sum illum, & dixi ex totis præcordiis meis. Deus patrum nostro- rum &c. ubi sapientiam, quæ Solomonica phrasi, pro uniuersa uirtute aut pro prudentia, quæ om- nium uirtutum radix est accipitur, non item solã castitatem postulare uidetur. Scio Augustinum hunc locum de castitatis munere accipere licet nõ hæretico sensu, sed quo pacto ille sit accipiendus, inferius uidebimus. LOCVS EX PAVLO AB HÆ- reticis productus explicatur. Cap. 31. AD Paulum uenio, qui unumquemque pro- prium donum habere, inquit, unusquisque alterum autem sic, quæ uerba nuptiatores nostri, in eum sensum detorqueere uolunt, ut uita casta & celebs, uel nobis nihil tale cogitantibus, Diuini- tus donetur, atque adedò nulli mortalium, nisi se eo munere donatum intelligat, colendam uolunt. Sed quã infeliciter hũc locum, quemadmodum & alios, lacerent, & suã libidini inferuire cogant, iam ostendamus. Principio, in hac parte Paulus, non magis cõ- libatum quã matrimonium, donum Dei pronun- tiat, Sed unusquisque, inquit, proprium donum ha- bet ex Deo, unus sic, alius autem sic, ergo si nemo vi- tam cõlibem obire debet, nisi se eidem idoneum prius certis argumentis deprehenderit, nemo etiã qui se matrimonio ac familiã gubernandã (quæ duo ingentẽ in homine prudentiã & solertiã postu- lant) aptũ, prius nõ certò cognouerit, absque pecca- to & temeritate, matrimonio ac uitę cõiugali po- terit ingerere. Vtrũque enim donũ Dei est: sed con- iugium multo difficilius: nam cogitare matrimo- nium

2. Reg. 11.

Sap. 9.

1. Cor. 7

nium, nulli rei alteri quam libidini exsatiendae inferuire, bestiarum est. Itaque homines cum ad nos discretionis peruenerint, expectare debent, iuxta horum placita, ad utrum statum Deus eos uocet, temerariique erunt, si se vel cœlibi vitæ vel coniugali priusquam Diuinam uoluntatem nacti fuerint, addixerint. Satis ostendit, inquit Augustinus, non tantum continentiam donum Dei esse, sed conjugatorum etiã castitatẽ. Verum Chrysostomum audiamus in hæc uerba. Cum eos, at maiorem in modum accusasset his uerbis, **Propter incontinentiam uestram** rursus eos consolatur, cum addit, **Sed unusquisque proprium donum habet.** Neque dicit, non opus esse diligentia nostra, ad recte operandum, sed ut sic dicam, eos consolatur: nã si donum est, & nihil homo ad id confert, qua ratione addis, **Dico autem non nuptis &c.** Theophilactus etiam in eadem uerba. Virginem adeoque cœlibem quempiam manere, donum Dei est, at qui & nostro studio ea res opus habet. Quomodo igitur donum ipsum dicit? ut cõsoletur eos quos abunde percusserat, cum dixit, Propter incontinentiam uestram. Obserua autem quod nuptias donum Dei faciat, inquit, unusquisque proprium donum habet, alius quidem sic, idest, ut uirgo permaneat, alius uerò sic, idest, ut in matrimonio sit: ergo Paulus proprium donum Dei unumquemque habere dicit, non aliorum, quam ut eorum, quos incontinentiæ nota paulo ante percusserat, aliqua ratione excusando, cõsoletur; non item ut nostram diligentiam & operam excludat.

Est deinde non tantum scripturarum noui sed veteris quoque testamenti, frequentissima consuetudine usurpatum, ut uniuersa quæ aliqua ratione laude digna sunt, & quicquid est hominibus etiã ad uitæ ciuilib & humanæ suppleudas necessitates necessarium; Deo tãquam auctori tribuamus, & si nostris uiribus, uel generali uel Dei peculiari auxilio, confirmatis subiaceat. Cuius rei cum nihil magis ipsa Christiana & modesta loquendi ratio usitatum habeat, exempla subiicere, esset multas cartas absque ulla necessitate implere. Satis sit illa Sancti Apostoli generalis diffinitio; **Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum &c.** Et illa, **Quid habes quod non recepisti?** Hac Christiana & religiosa loquendi phrasi, nõ modò Ecclesiastica dona & charismata, quæ ad Ecclesiæ utilitatem peculiaribus hominibus donantur, ad quæ humana uirtus nihil operatur, sed ipsa Christiani hominis iustitia, immò uerò ut nunc dicebamus, quæ natura ad humanæ uitæ necessitatem suppeditat, pluias scilicet, serenitates uentos, bonam messem, in Deum referre consueuimus. Liberè omnes confitemur, non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et ipse est qui operatur in nobis & uelle & perficere, pro bona sua uoluntate. Ergo donum Dei est uita casta & cœlebs uiuendi ratio, sed non alia

ratione quam reliqua omnia bona opera ad quæ nostrum studium requiritur, & quæ & si à Deo donari nobis ingenuè fateamur, non tamen uires nostras excludunt: immò uerò non alia ratione quã coniugium & reliqua omnia bona, uel spiritualia, uel tẽporalia, Diuinitus donari dicimus, scilicet, si nos ad ea acquirenda studia nostra conuertamus, & uires nostras extendamus. Neque tamen diffiteor ad hæc quàm ad illa, intensius Dei auxilium postulari; sed omnia, nostram etiam diligentiam requirunt. Et si donum cœlibatus & castitatis agnoscendum est, ut hæretici intelligunt, idest, quod nobis pro sola Diuina uoluntate castitas aut uirginitas donetur, eodem pacto de reliquis bonis, uel animarum, uel corporis, uel fortunæ, quæ omnia & scriptura sacra & Christiana loquendi phrasi, nobis Diuinitus donari ingenuè confitemur, loquendum erit; in eisq; omnibus, erunt etiam dona cõstituenda; unde cauere peccata Dei donum erit, atque adeò soli hi cauere peccata tenebuntur, qui bus donatum fuerit &c.

Hinc iam quo pacto sint patres intelligendi, cui aiunt castam uitam aut uirginalem Dei donum esse & à Deo nobis contingere, apertum esse credo. In quo loquendi genere, Augustinus præmaxima illa humilitate ac modestia, per quam aliquando plus æquo humanas uires deiciebat (nisi id fortasse eius temporis ratio, in quo Pelagiana heresis, in Africa præsertim sæuiebat, postularet) reliquis omnibus est frequentior: nam quod non peculiari ratione, cœlibatum donum Dei dicat, ut hæretici docent. Is in hæc uerba. **Vellem esse omnes homines &c.** hic, inquit, satis ostendit non tantum continentiam donum Dei esse, sed conjugatorum etiam castitatem: quæ cum uera sint, hortamur tamen, ad hæc quantum cuique nostrum datum est, ut possit hortari, quia & hoc eius donum est, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri: unde & Apostolus, Secundum gratiam, inquit, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui. Et alio loco, Vnicuique, inquit, sicut Dominus dedit. Ego plantauit, Appollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Ac per hoc, sicut exhortatur & prædicat rectè scilicet ille, qui accipit hoc donum, ita exhortantem, rectè, atque prædicantem profectò, obedienter audit, ille qui accepit hoc donum. Hinc est quod Dominus cum eis loqueretur, qui carnis aures apertas haberent, dicebat tamen, **Qui habet aures audiendi, audiat, quos non omnes habere proculdubio nouerat.** A quo autem habeant, qui cumque habent, ipse Dominus ostendit, ubi ait, **Dabo eis cor cognoscendi me, & aures audientes.** Aures ergo audiendi ipsum, ipsum est donum audiendi obediendique. Hucusque Augustinus. Et subinde; cum Christi uirginem, quæ fortasse ob uirginitatis excellẽtiam, de animi modestia & humilitate, periclitari potuisset, ad parce de se sentiendum

Lib. de Bon. per seu.

Dilut.

Jacob. 1. 1. Cor.

Li. 3. off. c. 17. b. lib. 6. c. 7. c. 34. in epl. 30. c. 143. in inu. c. 1. uirgin. c. 40. uirgin. ad. 50. c. lib. de b. no. ind. c. 16. c. de dilig. Dem. ca. 18. Libro de bono per seu.

ca. 36.

1. Cor. 12.

tiẽdũ reuocare uolet, Audiat, inquit, uirgo Christi non tãm suum sed totius Ecclesiæ sponsum, de tali castitate atq; integritate dicentem nõ oēs capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est, ut intelligat ex eo quod habeat tam magnum donum atq; præclarum, sapius Deo & Domino gratias agere debere, quàm cuiusquam uerba quod uelut ex se ipsa id habeat, ut non dicamus assentantis adulatoris, ne de occultis hominum temerè iudicare. uideamur, certè nec errantis laudatoris audire, Omne quippe datum optimum & omne donum perfectum, sicut dicit etiam Iacobus Apostolus, descendens à patre luminũ. Hinc ergo & sancta uirginitas hæc, Dei dona sunt, & uestra qui dem sunt, sed non ex uobis. Habetis enim thesaurum istum in terrenis corporibus, & adhuc fragilibus, tamquàm in uasis fictilibus, ut eminentia uirtutis sit Dei, & non ex uobis. Nec miremini, quia dicimus uestra esse, & ex uobis non esse: nam & panem quotidianum dicimus nostrum, sed tamen addimus, da nobis, ne putetur ex nobis. Hucusque Augustinus. Ergo non modo cœlibatum aut uirginitatem Dei dona esse, censet Augustinus, sed posse ad uirginitatem exhortari, posse prædicare immo posse audire Dei uerbũ, quæ ita sunt planè Dei dona, ut tamen hæretici negare nequeant, nostris etiam uiribus per Dei auxilium præstari posse immò uerò quo pacto eam uirtutem Dei donum dicat, satis indicat, cum panem nostrum, quem per agriculturam & nostram diligentiam obtinemus, donum uocat.

CHRYSOSTOMI INTERPRETATIO huius Paulini loci explicatur. Cap. 32.

EST & illa huius loci interpretatio satis idonea, quod Paulus modestiæ causa, & sua propria castitatis merita, aliquantulum deterreret, cū eam Dei donũ appellauerit. Sic etiã & nos, uel cum laudamur uel cum proprias uirtutes deprimere uolumus, eas Dei dona uocare, & ex nobis nihil nisi peccata nos habere, confiteri soleamus. Huius interpretationis auctor est Chrysostomus libro de uirginitate, interpretans hunc Pauli locum. Vide inquit, signum Apostolicæ summisionis nusquam deperditum, sed ubique maximè elucens: quæ enim ipse rectè fecit, Dei gratiam nominat: quem ipse multum effudit sudorem, omnem Domino tribuit. Sed quid mirum est eum ita de sua loqui continentia, cum de predicatione diceret, cuius causa imunerabiles labores, assiduas sollicitudines, incredibiles erumnas, quotidianas mortes perpeffus fuerat, eadem ratione procedat? quid igitur de ea inquit? Abundantius omnibus elaborauit, non ego autem, sed gratia Dei mecum: non enim partem sibi summit, partem Deo dat, sed totum illud tribuit, quod grati serui est argumentum, nihil suum putare, sed omnia Domini

id, id quod alio loco facit. Cum enim dixisset, Habentes donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes, progrediens oratione, præfacturas, eleemosynas, communicationem bonorum, numerauit in donis. Hæc autem rectè facta est se non dona, planè perspicuum est: quæ sanè dixi, ut cum illud acceperis ab eo, **Unusquisque proprium donum habet,** ne concidas animo, neue sic tecum loquaris, nihil mihi ad hanc rem labore aut studio meo opus est, donum enim eam Paulus uocauit: neque enim ita dixit, quod continentiam innumerum cœlestium munerum uellet referre, sed modestiæ causa donum appellauit. Non enim adeò & à se ipse & à Christo dissentiret, cuius illud est, **Sunt Eunuchi, qui seipfos castrauerunt propter regnum calorum.** Et illud. **Qui potest capere capiat.** Sibi certè is condemnatis, quæ cum uiduitatem elegissent, non manserunt in sententia, minus ipse constaret: nam si donum id est, quid ipsis eo minaris? Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: nusquam enim Christus in eos animaduertit, qui dona non habuerunt; at illos pœna afficit, qui honestè uitam non agunt. Atque illud, quod ab ipso maximè quæritur, optima uitæ ratio est, & actiones eiusmodi, quæ nullam habent animum reprehensionis, partes uerò facili Diuinorum munerum eaque distribuere, non accipientis est optio, sed dantis iudicium: quam obrè nusquam Christus eos laudat, qui miracula faciunt, quin etiam discipulos propter id ipsum letitia elatos illis uerbis, ab eiusmodi animi uoluptate deterret. **Nolite gaudere quod spiritus uobis subiiciuntur,** qui enim beati dicuntur, si sunt misericordes, humiles, mites, mundi corde, pacifici, qui quæ & hæc omnia & horum similia efficiunt. Atque ipse quidem Paulus, enumeratis iis, quæ rectè fecisset, in illis commemorauit de sua continentia. In multa enim, inquit, patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiiliis, in ieiuniis, quibus adiecit, **In castitate,** cuius si donum res esset, non meminisset. Quid enim eos accusat, qui castitatem non colunt, quippe quos intemperantes appellat? quid etiam eum rectius facere dicit, qui nuptum non det uirginem, quam denique ob causam beatior est uidua, quæ in uoluntate non nubendi perffiterit? quod ut iam diximus, non miraculis, sed honestis actionibus tribuuntur beatitudines, quemadmodum nec cessationi, sed prauis actibus, supplicia proponuntur. Sed quid opus fuit, in eiusdem rei admonitionem permanere, si nostri illa non sit arbitrii, si præter Diuinæ gratiæ momenta, non etiam opera ac studium, nobis sint, ad eius facultatem necessaria? Cum enim dixisset; Volo homines, sicut ego sum continentem esse, rursus inquit **Dico autem non nuptis & uiduis: bonum est ipsis, si sic permanserint sicut ego.** Se iterum interponit, propter eandem causam: quod enim propinquum domesticum exemplum

Ro. 12.

1. Cor. 7.

Luc. 10.

2. Cor. 6.

plum haberent, uirginitatis laboribus fortius occurrerent: nam & si supra dixerat, *Volo oēs hoīes esse sicut meipsum*, & hic ēt dicat, *Bonum est ipsi si sic permanserint sicut & ego*, nusquā uerō rei causam afferat, nihil tamen est, quod mireris; neque enim id superbia facit, sed quod satis rem probari existimat, sua sententia, qua frētus ipse munus illud absoluerat. Hactenus Chryostomus, qui profectō nostrorum hereticorum insanias spiritu prophetico praeuidisse uidetur. Neque enim quis hac tempestate, aliquid urgētius in eos excogitare potuisset. Verū de Pauli loco iam satis.

REFELLITVR CALVMNIA
hæreticorum ex capite 19. Matth.
Cap. 33.

AD postremum, qui ex Mattheo sumebatur, satis in præcedentibus, tum ex ipsius loci diligenti discussione, tum ex sanctorum patrum, à Christo in hunc usque diem, interpretatione, respondisse me arbitror. Nunc tamen hæreticus sensus, qui docet Christum eo loco potius deterrere quàm hortari ad castitatem, paucis est elidendus, quod hæc interpretatio adeo absurda sit ut nulli, qui uel solo libidinis amore ceco in hac parte duci uelit, eam aliquando persuasum iri putemus. Quis enim illic Christum non uideat, regni cœlorum proposito peculiari præmio; ad Eunuchismi tertium genus prouocare? Siue enim primum siue secundum, siue demū teritiū sensum ex his, quos ex uariis auctoribus superius produximus, sequi placeat, semper adhortationem & prouocationem habebis. Est autem adeo absurdus & stultus hic sensus, ut eius inuentor, pudore tandem suffusus, peierauerit se nūquā illum docuisse. Fingit, ait, in Smythēum scribens, nos his uerbis, *Qui potest capere capiat*, Christum uoluisse homines deterrere à cœlibatu, quod mihi re uera nunquam uenit in mentem, ut qui potius uideam, Christum hortari eos qui possunt. Primum, inquit, non omnes huius rei sunt capaces, ubi oportet intelligas ē diuerso aliquos esse capaces, de quibus protinus subdit, qui potest capere capiat. Non itaque aio Christum deterrere sed adhortari, nimirum omnes illos qui huiusmodi præditi fuerint. Hactenus Vermelius, qui cum uel sententiam recantet, uel se obiecto crimine purget, in hac parte nobis eam interpretationem conuellendi laborem sustulit.

Quantum autem ualeat, quod hoc loco homo hæreticus cōminiscitur (quamquā in hac stultitia non solus sit) Christum non omnes in uniuersum ad Enochismum cohortari, sed eos solos, qui continendi donum habeant, ex huius loci catholicis ac germanis interpretationibus, quas superius attulimus, immo ex uniuersa hac disputatione, satis perspicuum est. Demonstrauimus enim generalem importare Christi uerba, ad castitatem

Matth. 19.
Petrus
Mar. lib.
de cœlibat.

prouocationem atque id, & ex ipso contextu; rigore, & sanctorum patrum interpretationibus, uel inuitis hæreticis intorsimus. Ostendimus deinde, tota hac de castitatis possibilitate tractatione, nullum esse in Ecclesia peculiare castitatis charisma; sed omnibus in uniuersum hominibus, qui uoluerint, qui petierint, & pulsauerint, donari.

Verū illud est ridiculum quod ait, Christum eos, qui donum habent, exhortari: nam si his tantum loquitur, qui Diuinum castitatis munus, absque labore proprio, quemadmodum & reliqua Ecclesiastica charismata susceperunt, Christi uerba nō exhortationem dicemus, sed præceptum, quod omissum, mortale ac grauissimum peccatum inducat. Nam quis eum, qui linguarum, curationū, Apostolatū, prophetiæ, &c. ex quorum genere Vermelius ac reliqui hæretici cœlibatum esse uolunt, dona Diuinitus accepisset: si ab eius muneris executione cessasset, grauissimi sceleris reum non crederet? Certè Paulus, uel sibi imminere dicit, si post Apostolatū non Euangelizaret. Et ne hæreticus hic præceptum, quod Paulus prædicandi acceperat, causetur, nota est pœna, qua Dominus ille Euangelicus, seruū, qui talentum abscondiderat, punit. Nec mirum, nam in his ac similibus donis, quæ gratis dantur, unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, Ecclesiæ nimirum: defraudare autem Ecclesiam, ea utilitate, quæ ex dono à Deo Ecclesiæ ipsius gubernatore gratis tibi tributo, prouenire posset, ex castitate inquam tua, quàm uerbi Dei prædicationi maiori solertia studere & incumbere posses, grauissimum est crimen. Demum Apostolica methaphora, qua in mir tua donorum Ecclesiasticorum administratione demonstranda utitur, satis indicat, neminem absque grauissimo scelere, indulto Diuinitus uitæ genere aut charismate, posse non uti. Quemadmodum enim corporis membrum suo munere non fungens, reliquis membris discrasiam & intempèriem, immo & mortem infert, ita Ecclesiastici corporis membra nisi spiritus manifestationes, sermonem scilicet, sapientiæ & scientiæ, fidem, sanitatum gratiā, operationem uirtutum, prophetiam, linguarum genera &c. sibi mutuo subseruiant. Itaque si donum est peculiaribus hominibus attributum, castitas, non exhortationem, sed præceptū illa uerba continent, atque adeo homo qui se eo Diuino munere affectum persenserit, nuptias celebrare, aut matrimonium eligere, non magis poterit, quàm hodie monachus, uoto castitatis & cœlibatus obstrictus.

HAERETICA ALTERIUS LOCI
Matthæi interpretatio, refellitur.
Cap. 34.

VERBA autem illa, *Non omnes capiunt uerbum istud*, aut de actuali studio castitatis sunt accipenda, quod pauci rebus nuptialibus

libus contemptis, ad continentiam & cœlibatum properarent, qui sensus satis est idoneus, aut si impossibilitatem denotant, id non de Logica, Methaphisica aut Phisica, sed de Morali est accipiendum. Impossibile logicum uoco cum prædicatum subiecto repugnat, atque hac ratione uoces, *Homo & equus*, sibi mutuo aduersantur. Methaphisicum, cum rei essentia, & quidditati, ut equo, rationale. Phisicum quando potentiam aut uirtutem superat, quo pacto homini creare, id est, aliquid ex nihilo facere profus repugnare dicimus. Ethicum tandem aut Morale impossibile est, quod fieri quidem potest, sed difficile. Hoc autem impossibile uocari, Aristoteles libro quinto Methaphisicæ demonstrat. Libro etiā primo de Cœlo & mundo, inter alios impossibilitatis modos eū quoque collocat, *Quia non facile neque citò aut benè fit*, Quam loquedi rationem hyperbolicam, in Sancta Scriptura quoque usurpari, non ignorant aduersarii, nisi uellent diuites in regnum cœlorum nunquā intrare. Apud Hieremiam, Si mutare potest Aetiops ait Dominus pellem suam aut pardus uarietates suas, & uos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Hoc loco impossibile dicitur prauis moribus affuetos benefacere, quod nisi per hyperbolem de impossibilitate morali, id est, difficultate rectè operandi intelligas, nullus erit nunquā à uicio in uirtutem transitus. Sic etiam Paulus impossibile, ait, eos qui semel sunt illuminati gustaueruntque donum cœlestis &c. rursus renouari ad penitentiam. De quo loco, nos multa libro sexto de recta in Deum fide scripsimus. Est ea loquendi ratio in communi sermone frequentissima, impossibile enim appellamus per hyperbolem, quod difficile nostris uiribus putamus. Ergo esto eis uerbis impossibilitas aliqua importaretur, hæc non alia esset, quàm moralis, id est, difficultas, qua diligere Deum super omnia, ad Deum post peccata conuerti &c. & scripturæ & sanctorum patrum phrasi impossibile dicimus, quod scilicet ea absque Diuino auxilio, aut simpliciter & absolute præstare nequeamus, aut, ut Aristoteles dicebat, non facile, aut benè. Atque hoc pacto non negamus, non omnes capere castitatem id est, nō facile eā ab omnibus coli posse; est enim res difficilis, seipsum in hac parte abnegare. Quæ tamen difficultas unde oriatur, in fine disputationis dicemus.

Cap. 12.

Matth. 19.
Hierem. 13.

Cap. 25.

1. Cor. 5.
Matth. 19.

EVER TITVR HAERETICORVM
ratio, cap. 1. huius controversiæ, superius
posita. Cap. 35.

AD rationem illam, quæ à Republica Ecclesiasticæ, in qua sunt uaria Dei dona eiusdem Ecclesiæ inseruientia, natura proferebatur, nunc tandem uenio, in qua parte (quam quàm in ea uniuersum nuptiatorum robur situm sit) quàm certum nobis de illis triumphum polliceri possimus, ex his quæ tota hac disputatione diximus, procliuè est uidere. Certè hoc unum intorquere aduersariis conati sumus; nullum esse in Ecclesia peculiare castitatis donum: sed omnibus uolentibus, postulantibus & annitentibus, per Dei auxilium, quemadmodum & reliqua Christianæ uitæ opera, eam esse peruiam. Quæ ratio, totam hereticorum doctrinam, in hac parte collidit. Si enim castitas, aut continentia omnibus uolentibus & annitentibus patet; non potest perinde esse peculiare Dei donum, aut charisma, quod gratiam gratis datam theologi iuniores uocant; huiusmodi enim Diuina munera non omnibus sed quibusdam in Ecclesia donantur. Et ipse, inquit Apostolus Paulus de Christo loquens, *quosdam dedit Apostolos, quosdam autem prophetas, alios uerò Euangelistas, alios autem pastores & doctores*, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, *Quosdam* ait, & *alios*, non item omnes. Quod & ad Corinthios scribens, membrorum corporis humani methaphora, rursus appositisimè demonstrat. Nam cum uaria spiritus charismata, & ut ille uocat, *φανερα* manifestationes aut apparitiones uariasque diuisiones donorum explicasset, continuo subdit, Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundò prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, exinde gratias curationū opitulationes, gubernationes, genera linguarum interpretationes sermonum. Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes uirtutes? nunquid omnes gratiam habentes curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Ad Romanos etiam eadem humani corporis methaphora utens. Sicut enim, inquit, in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unū corpus sumus in Christo; singuli autem, alter alterius mēbra; habētes donationes, secundū gratiā quæ data est nobis differētes: siue prophetiā secundū rationē fidei, siue ministeriū in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate, dilectio sine simulatione &c.

Sed iam rem urgentius aggrediamur, Et Primò ex ipsis Christi uerbis perspicuè proditur, castitatem

Ephes. 4.

1. Cor. 12.

Rom. 12.

tem

tem & cœlibatum inter Ecclesiastica dona numerari non posse. Profectò, ad Apostolatam, prophetiã linguarum genera, & reliqua dona, nemo quempiã cum in Diuina potestate sunt sita, citra stultitiẽ non tam adhortatur; Christus aut, vt aduersarij quoq; libenter confitentur, ad cœlibatum prouocat, non ergo cœlibatus inter Ecclesiastica dona numerari debet.

Secundò, ob huiusmodi Diuina dona, quę Dei tantum munificentia, non item labore nostro, acquisiuius, nusquam regnũ cœlorum promittitur; at, ob castitatem & cœlibatum Christianum regnũ promittitur, Christo dicente, *Sunt enim qui se castrauerunt propter regnum cœlorum*, non ergo cœlibatus aut castitas, Diuina dona, quę Ecclesię tribuuntur, sunt recensenda. Vbi obsecro legitur, his qui vellēt esset Apostoli, vel prophetę, qui genera possidere uellent &c. regnum cœlorum, siue id pro ipsa Christiana fœlicitate, siue pro eximio gradu fœlicitatis sumatur, aliquando promissum? Enimuerò Ecclesiastica dona, id est, gratiæ gratis datę, quales sunt Apostolatus, vis edendi miracula, propheta &c. non ad vitę meritum sed ad utilitatem tribuuntur. Vnicuiq; datur, inquit Apostolus, manifestatio spiritus ad utilitatem, immo tantum abest vt ad meritum dentur, vt multi in illa die sin Christo dicturi, *Domine, nonne* in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus? quibus tamen continebitur, Quia nunquam noui vos &c. Paulus etiam angelicarum linguarũ donũ, prophetiam omnem, fidem tam validam, vt montes transferre ualeat &c. absq; charitate nihil ad salutẽ prodesse pronuntiat. Dona ergo Ecclesiastica, neq; regnum cœlorum, neq; peculiarem in regno cœlorũ gradum fœlicitatis merentur. Nam quod hoc loco regnum cœlorum, pro excellenti quodam gradu fœlicitati sumatur, & non pro Euangelico negotio, vt heretici docent, satis validis rationibus superiori libro demonstrasse me arbitror.

Tertiò, Castitate aut cœlibatũ nisi illis, quis fuerit per votũ astrictus, potest liberẽ quicũq; dimittere, quantũcunq; enim castum & à uenere abhorretem quisquam se senserit, vilo scelere potest ad coniugalem vitam declinare, at Ecclesiastica & Diuina dona, vt in Petrum Martyrem nunc dicebamus, absq; ingenti crimine nemo potest omittere, non ergo castitas ad dona Diuina quę charismata dicuntur pertinet sed ad vitę meritũ. Verũ hęc omnia & nonnulla alia superius me satis exegisse arbitror.

EOS QUI DIVINI AUXILII FIDUCIA castitatem uouent, non esse temerarios. Cap. 36.

EX his iam, quid ad eam rationem, quę postremo loco ab aduersariis fiebat, qua demõstrare moliebatur, nos uouẽdo castitatẽ, quã Deus nõ tenetur orationibus nostris indulgere, te-

merarios esse; sit respondendũ, satis patere arbitror. Primũ enim falsum est & prorsus ridiculũ, quod stupidi homines tanquã certũ supponunt, cœlibatum & vitę continentia, gratiã esse gratis datã aut Ecclesiasticum charisma. Deinde falsũ est etiã & Euangelio cõtrarium, quod docent, Deum se ad ea duntaxat indulgenda obstrinxisse, quę sunt ad salutem necessaria, vt fidem, spem, & charitatem. Promisit enim, non tantum ad consequendam salutem necessaria, sed ea quoq; quę ad incrementũ fœlicitatis conducerent: nam Apostoli ad augeri fidem suam non ineptẽ postulabant. Et ipse est qui ait, *Omni habenti dabitur, & abundabit.* Et rursus Qui enim habet, dabitur ei. Immo verò non tantum ad salutem vel ad beatitudinis augmentum necessaria Deus petentibus, se daturum pollicitus est, sed temporalia etiam, quę nostrę saluti nõ obfistarent, præsertim si ad Dei gloriam caderent; dũ recto ac debito modo postularentur, frequentissimẽ repromisit. Christi enim promissiones non ad hęc uel ad illa, sed vniuersum ad omnia propagantur. Petite inquit, & dabitur vobis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Et quod de omnibus hęc promissio sit accipienda, exemplum à Christo appositum ostendit. Quis inquit, est ex vobis, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porrigeat ei? aut si piscem postulet, nunquid serpentem porriget ei? si ergo vos cum satis mali, nostris bona data dare filiis vestris, quantò magis Pater vester qui in cœlis est; dabit bona, petentibus se? Tale est & illud, Dico vobis quod si duo ex vobis consenserint super terrã, de omni re quacumque petierint fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est. Et rursus. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non haesitaueritis; non solum de ficulnea facietis, sed & et si monti huic dixeritis, tolle te & iacta te in mare, fiet; & omnia quęcunque petieritis in oratione, credentes, accipietis. Et iterum, Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc facianẽ vt glorificetur Pater in Filio. Et demum Iacobus Apostolus. Si quis autem vestrum, inquit, indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat oĩbus affluẽter & nõ improperat. Enimuerò sapientia, siue illa, quam Apostolus Paulus in mysterio absconditam appellat, siue ea, quę rerum omnium Diuinarum & humanarum cognitio diffinitur ad salutem nõ est necessaria, & tamen eam summa cum fiducia postulari Iacobus consulit. Nam quod ea sapientia, quę Euangelici mysterii exactior cognitio est, ad salutem non sit necessaria; inde satis claret, quod eam non nisi iam perfectis & in disciplina Christiana consummatis Apostolus ingerit. Sapientiam, inquit, loquimur inter perfectos. Deinde quod ea inter dona gratis data, quę nullus nisi delirans dixerit, ad salutem necessaria, ab eodem cõnumeretur. Aliis inquit, datur sermo sapientię.

QVID

QVID TANDEM HÆRETICORUM rationes persuadeant, explicatur. Cap. 37.

ATQVE hęc in aduersariorum sententiam & rationes, quibus continentie vitę impossibilitatem demonstrare contendunt, dixisse; satis sit. Quę vt in epilogum redigamus, dicimus eorum argumenta, nil aliud obtinere, quã continentia aut castitatem, siue ea virginalis aut vidualis, aut alterius cuiuscumque rationis sit, humanis quidem viribus Diuina gratia destitutis, impossibile moraliter, quoniam scilicet difficile aut benè coli possit. Nam licet multę fuerint apud Gentes virgines, & castitate insignes, viri aut fœminę, quod venereę libidinis expertes crederentur, affectus tamen & impetus naturę reprimere, & demum carnis stimulus, vt oportebat, conculcare non poterant. Negamus tamen absolutẽ aliquid impossibile, quin cunctis volentibus, petentibus, & eam obtinere studentibus peruiam & facilem omnino credimus. Est Deus liberalis ac pius Pater; non personarum acceptor; sed diues & magnificus in omnes qui inuocant illum. Ipse deest nemini, qui non deest sibi: dat suam ille gratiam affluentem, omnibus qui eam sincero corde ab ipso postulant: ipse est sufficientia eorum, qui in eo sperant & confidunt. Qui sperant in Domino, inquit Isaias, mutabunt fortitudinem, affument, pœnas & aquilę, volabunt, ambulabunt, & non deficient. Consolatur Augustinus, interpretans illa verba psal. Vouete & reddite Domino Deo vestro &c. eum qui animi paruitate vouere non audet. Vnum, inquit, sit ex professione tua, aliud ex adiutorio Dei perficietur: aspice eum, qui te ducit, & non respicies vnde te educit, qui te ducit ante te ambulat, vnde te eduxit, post te est: amaducentem; & non te damnat, retro respicientem.

IMPVDICA ET PERVERSA hæreticorum doctrina de impossibilitate castitatis, proteritur.

Cap. 38.

HINC eorum hominum vox ferina, quantũ habeat momenti, facile est intelligere qui proiecto penitus pudore, libris editis ita scribunt. Sicut legibus humanis non potest natura terrę mutari, ne sit fœcunda, ne germinet herbam virentem: sicut aqua ne vi, nec arte cogi potest, vt perpetuo contra suum naturalem cursum ascendant: sicut creata est hominis natura, vt non possit quis carere cibo & potu, aut aliis necessariis, ita & creata est, ut non possit non æstuarẽ; non flagrare desiderio se se propagandi; nec mutari põt hominis natura ne sit fœcunda, ne sexus sexum appetat. Sicut nulli præcepit Deus vt esset masculus aut fœmina, sed sic creauit, sic finxit & condidit vt esset natura masculus & fœmina, sic naturę & gemino

huic sexui inleuit & indidit, ut in se mutuo exardescant, & natua vi atque impetu ad crescendum & propagandum se, ferantur: quem impetum, quas flammis sic ipsi naturę insitas, & sexui cognatas esse certum est; vt nullis humanis aut vilius creaturę viribus coercere aut reprimere sit impossibile, nisi Deus quempiam peculiari uocatione aut dono sublimiori eximat. Hactenus hirci isti putidissimi.

Quorum planè hircina ratio haud aliud unquã obtinere poterit, quã impossibile esse, carnis impetus & insultus, in nobis non exurgere, quod nõ libentissimẽ concedimus; cum eos nec sacri baptismatis regeneratio, nec merita passionis Domini nostri Iesu Christi, quibus ipsa innititur regeneratio sustulerint, sed ad nostrum exercitium, quę admodum & reliquas humanas passiones, relinquerint. Verũ his non repugnat, quin arbitri nostri sit; cooperante Diuina gratia; huiusmodi nobis à natura inditus motus, & insultus, per uirtutem reprimere. Sic auaritiã & habendi desiderium, sic timorem & audaciã, potentissimos hominis affectus, sic reliquas à natura insitas passiones superamus. Iram quę libidinem in homine potentiorẽ Aristoteles docet, atque ad eõ magis hominẽ dedecere intemperatẽ esse, circa libidinem, quã circa iram. Ergo si possibile est, quẽpiã per mansuetudinis virtute, impetus illos vehementes reprimere; quod hæretici, ex quotidiana vita vsu inficiari non poterunt; cur nõ erit quod quẽ possibile, libidinis insultus spe cœlestis præmiũ uirtute temperantię ieiuniis, & afflictionibus, sponte susceptis, coercere? Itaque fatemur libenter, impossibile esse hominibus, dum in carne uiuunt, libidinis motus omnino excludere & denique non tentari; sed negamus fore impossibile, eos per Dei gratiam, de eisdem tentationibus reportare triumphum. Impossibile est inquit Hieronymus, in sensum hominis non iruere motum medullarum calore, ille tamen laudatur, ille prædicatur beatus, qui statim vt caperit cogitare, interficit cogitatus, & allidit eos ad petram. Petra autem erat Christus.

NON MODO CARNIS TENTATIONES Dei adiutorio posse superari, sed omnino per uirtutis exercitium, & ad mortem mori. Cap. 39.

QVIN verò quod nunc aduersariis, vt illis aliquando tribueremus, indulsumus; non posse hominem dum in carne uiuit, ipsius carnis impetum omnino non pati; nõ vsquequaq; verum est. Tãtum nõ põt uirtutis & castitatis exercitium, vt nonnumquam ipsi quoq; carnis insultus emoriantur & ad quietem quandam fœlicitissimã in hac vita mortali, tandem homo perueniat. Sex, inquit Cheremon abbas apud Cassianum, sunt castitatis gradus, quibus ad illam inuolabilem conscendi-

Libro. de
Virgin. ad
Ensiho.

Hæretici
quidem
apud Ios.
Capiteum
lib. de Coe
lib.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

scendit puritatē. Primus ne vigilās impugnatione carnali monachus elidatur: Secundus ne mēs illius uolūtariis cogitationibus immoretur: Tertius ne fœmineo nec tenuiter ad cōcupiscētiā moueatur aspectu: Quartus ne uigilās, uel simplicē carnis perferat motū: Quintus ne cū memoria generationis humanā uel tractatus rō, uel necessitas lectiois ingesserit: subtilissimus mētē uoluptariē actionis perstringat assensus, sed uelut opus quādā simplex ac ministeriū humano generi necessario contributū trāquillo ac puro cordis cōtēpletur intuitu, nihilque amplius de eius recordatiōe cōcipiat, quā si operationē laterū, uel cuiuslibet alterius officinē mētē pertractet: Sextus castimonix gradus est, ne illecebrofis phātasmatibus fœminarū, uel dormiēs illudatur. Licet. n. hāc iudificationē, peccato esse obnoxia nō credamus, cōcupiscētiā tamē adhuc medullitus latitantis indicium est. Quā tamen illusionem, diuersis modis constat accidere: nam secundum, illum usum, quem uigilans uel cogitare consuueat, etiam dormiens unusquisque tentatur. Aliter enim falluntur hi qui carnalem copulam norunt, aliter qui fœmineæ sunt cogitationis expertes. Hi enim sicut simplicioribus, ac purioribus somnis inquietari solent, ita etiam faciliiori diligentia ac minori possunt labore purgari. Ille autem sordidioribus magisque expressis phantasmatibus illuduntur, donec paulatim, secundum mensuram castitatis, ad quam unusquisque contendit, in odium illius rei, quam uoluntariam ante sentiebat, mens etiam sopita, uertatur, illud que ei, quod fortibus pro summo laborum stipendio repromittitur per Prophetam concedatur à Domino, Et arcum & gladium & bellum contexam de terra uestra, & dormire uos faciam fiducia liter, & ita demum, quis ad illam beati sereni paucorumque similitū uirorum perueniat puritatem. Quam idcirco à prædictis sex castimonix gradibus sequestrari quia non solum possideri, sed etiā credi, non nisi à rarissimis potest. Et quia id quod illi specialiter Diuini muneris largitate collatum est, proponi ad generalis præcepti non potest, formam scilicet ut eousque mens nostra castitatis ipsius charitate formetur, ut etiam ipso naturali motu carnis emortuo, illum obscœnum liquorem, non perferat. Opinione sanē quorundam, quam super hanc carnis colluione diffiniunt, filere non debeo, qui dicunt non idcirco ea dormientibus euenire, eo quod eam producat, fallacia somniorum, sed potius quia redundantia humorum illius aliquas in egrotante corde, fingat illecebras. Denique aiunt, quod illo tempore, quo non inquietat illa concretio, quemadmodum fluxus eius, ita etiam illufio conquiescat. Hactenus Cheremon. Ponit & idem id discrimen inter continentiam & castitatem, quod Aristoteles inter continentia & temperantiam agnoscit, quod scilicet cōtinentia cum libidinīs insultibus decertat, castitas contra, nullos carnis motus patitur. Quamobrē, inquit,

perfectio castitatis à laboriosis continentix rudimentis, perpetua tranquillitate discernitur. Hæc est enim uerè consummatio castitatis: quæ non impugnas carnalis cōcupiscētiæ motus, sed toto horrore detestans, iugem atque inuolabilem sui retinet puritatem, nec potest aliud quid esse quàm sanctitas. Hoc autem fiet: quando iam desinens caro ad uersus spiritum concupiscere, desideris eius uirtutis; & consenserint ceperintque sibi inuicem pace firmissima fœderari, & secundum psalmigraphi sententiam habitauerint fratres in unū: illā repromissam à Domino beatitudinem possidentes. De qua ait. Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quacumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est. Quisquis ergo intellectualis illius Iacob, id est, supplantatoris ascenderit gradum, ab illa continentix colluctatione ac uiciorum supplantatione, obtupefacto femoris neruo, ad Israelis meritum, perpetua cordis directione conscendet. Quem ordinē, etiam beatus David, spiritus sancti uaticinatione distinxit in primis inquit: *Norus in Iudæa Deus id est, in anima, quæ adhuc sub peccatorum confessione retinetur.* Iudæa enim cōfessio interpretatur; in Israel autē, id est in eo qui uidet Deum, siue (ut quidam interpretatur) rectissimus Dei est, non solum notus, sed etiam magnum est nomen eius. Deinde ad sublimiora nos prouocans ac uolens etiā locū ipsum, quo Dominus delectatur, ostendere, *Et factus est, inquit, in pace locus eius, id est, non in conflictu certaminis & colluctatione uiciorum, sed in castimonix pace, & in cordis tranquillitate perpetua.* Hunc igitur pacis locū extinctiōe carnalium passionum, si quis meruerit obtinere, ex hoc quoque proficiēs gradu, ac Sion spiritualis, id est, specula Dei cōsequenter effectus erit etiā habitatio eius; non enim in cōflictu continentix sed in iugi uirtutū specula Dominus cōmoratur, ubi iā nō retundit, nō comprimit, sed in perpetuū cōstringit potentias arcuū, ex quo uidelicet aduersum nos libidinū quondā iacula dirigebatur ignita. Videtis ergo quæ sicut nō est in colluctatione cōtinentix, sed in castitatis pace locus Domini; ita etiam habitatio eius in specula sit, & cōtemplatio ne uirtutū. Vnde nō immerito portæ Sion cūctis tabernacula Iacob præferuntur, Diligit. n. Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Quod autē per hoc inuicibilē esse cōmotionē carnis asseritis, quod urina cū uesicā iugi instillatione repleuerit, quieta etiā suscitaret mēbra; licet uerè sectatoribus puritatis ad obtinendā eā nihil præiudicet ista commotio, quam hæc sola interdum & tamen per soporē necessitas excitarit, sciendum tñ est, quod ita si cōmota fuerint, ad quietē propriā reducatur castitatis imperio, ut non modò cum nullo pruritu, sed nec cū minima quidē libidinīs recordatiōe sedentur. Et idcirco ut cū lege aī, lex quoque cōgruat corporalis; etiā in ipsius aque potu, ita ē nimietas castiganda, ut humori quotidiana illa collectio pigrius arefactis in fluxu mēbris illū quē inuicibilē

puta-

putatis corporis motum, non solum rarissimum, uerum etiam lentum reddat, ac tepidū, frigidūque; (ut ita dixerim) ignem & absque ullius adustionis ardore rorantē suscitet flāmā, instar admirabilis Mosaicæ uisionis, ut carnis nostræ rubus, innoxio igne circumdatus, non uratur, uel sicut illorū triū iuuenum, quibus ita rorante spiritu fornacis Chaldaicæ flamma discussa est, ut nec capillos eorum aut fimbrias, odor ignis aslaret, ut illud quodammodo, quod sanctis repromittitur per Prophetā, incipiamus iam in hoc corpore possidere, *Cum ambulaueris per ignem, non combureris, & flāma non ardebit te.* Hucusque; Cheremon siue Calsianus, à quibus eandemmet quæstionem, quæ nobis nunc est cum hæreticis, agitari uides; decernitque; castitatis exercitio, carnis passionēs, etiam eas quæ sine culpa ulla excitari possent, tandem sopiri posse; & hominē etiā in hac uita mortali, ad carnis & spiritus quietem & fœderationē peruenire posse. Quæ tñ cum ab hircis nostris, qui tanquā equi & muli, nullum libidini suæ frānū iniicere nouerunt, audiuntur, oīo irridētur & in sanctissimos hos uiros.

Ingeminant tremulos naso crispante cachinos.

Vnde rectē idem sanctus uir, Sed hæc, inquit, suscipere & probare utrum possibilia an impossibilia sint, certo examine diffinire poterit nemo: nisi per experientiam longā, & puritatē cordis, ad cōfinia carnis ac spiritus, uerbo Domini dirigente peruenierit. De quo beatus Apostolus, *Uiuus est, inquit, sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, & pertingens usque; ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque; ac medullarum; & discretor cogitationum & intentionum cordis.* Et ita inter illorum quodam modo terminos collocatus, quid humanæ conditioni necessarium sit; atque inuicibiliter attributum; quidē consuetudine uitiosa, & incuria iuuentutis inuictum uelut inspector & arbiter iusta trutinatio discernet, ac super eorum effectu atque natura, non falsis fulgi opinionibus adducetur, nec præiudicatis inexpertorum diffinitionibus acquiescet, sed puritatis modum, certa experientix suæ libra & iusta examinatione perpendens, nequaquā illorum decipietur errore, *Qui negligentia suæ uitio crebrioribus quam natura compellit, egestionibus sorditati, de naturali conditione causantur. Cumque; eos cōstet inferre potius uim naturæ, et extorquere ab ea pollutionē, quam ipsa non ingerit. intemperantiā suam ad necessitatem carnis, immo ad eius referunt creatorē, proprias culpas ad naturæ infamiā transferentes.* De quibus in prouerbis eleganter exprimitur. Insipientia uiri corrumpit uias suas, Deum autem causatur in corde suo. Postremò, si quis huic assertioni nostræ, fidem derogare uoluerit, quæso, ut non ante præiudicata nobiscū opinione disceptet, quàm disciplinæ huius, suscipiat instituta. Cumque; hæc per paucis mensibus, illa qua traditur, moderatione serua uerit, profectò hæc quæ diximus, uero poterit probare iudicio. Cæterum frustra de cuiuslibet artis

ac disciplinæ sine contendit, quisquis nō prius oīa, quæ ad consummationē eius pertinet, summo fuerit studio ac uirtute sectatus; uelut si, uerbi gratia, similitudinem mellis ex tritico, aut rursum ex eo; sicut etiā ex raphani linique; seminibus, leuissimi olei liquore produci posse cōfirment. Siquis horū penitus ignarus assidat, nōne contra rerū naturā hoc esse cōclamans; me uelut apertissimi auctorē mendacii deridebit? Cui si ego testes innumeros, qui hæc se & uidisse, & gustasse, & fecisse testentur, exhibeam; rationē in super atque ordinē; quo illæ species, uel in olei pinguedinē, uel in mellis dulcedinē, transformentur, edisserant, illæ autē in stultissimæ persuasionis obstinatione persistēs, neget an illis seminibus quicquam, uel dulcedinis uel pinguedinis posse produci: nonne magis notāda est irrationabilis eius pernicitasque; contentio quàm sermōnis mei ueritas irridenda; quæ multorū ac fidelium testium grauitate, & euidētibus documētis, & quod iis amplius est, experientix probatione sulcitur? Et ideo quisquis ad illum puritatis statum; iugi cordis intentione peruenierit, ut iam mētē ab huius passionis titillatione penitus absoluta; per soporē caro eius, uelut redundantia superflui humoris expellat; conditionem modumque naturæ certissimè deprehendit: & ita cum expergefactis inuenierit carnē suā, post larga tēpora se in se cōatque; ignorantē, pollutā, tum demum de naturali necessitate cauetur; ad illū sine dubio perueniēs statū; ut talis inueniatur in nocte, qualis in die, talis in lecto qualis in oratione, talis solus, qualis turbis hominū circūseptus. Postremò, ut nunquā se talē secretus aspiciat, quali uideri ab hominibus erubescit: nec in eo tale aliquid inuicibilis ille oculus reprehēdat, quod ab humanis aspectibus, uelit esse celatum, & ita cum ceperit suauissimo lumine castitatis iugiter delectari, dicere poterit cū Propheta, Et nox illuminatio mea in deliciis meis; quia te nebre nō obscurabūtur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumē eius. Denique; hoc ipsum, quia supra cōditionē naturæ uidetur humanæ, qualiter obtinuerit, idē Propheta subiungit dicens: *Quia tu possedisti renes meos. i. non industria mea, neque uirtute, hanc promerui puritatē; sed quia tu mortificasti in se uisum renibus meis libidinose uoluptatis ardorē.* Hæc omnia Cheremon, in eos, qui ex sua libidine uniuersos mortales mentientes, impetus carnis non posse omnino in hac uita mortali reprimi & sopiri, non credunt, quæ omnia huc trāscribi placuit, quod in nostris seculi hæreticos, & castitatis persecutores scripta uideantur. Porro quod inquit in postremis uerbis, eā passionū carnis quietē, nō humanæ sed Diuinæ uirtuti tribuendā, nō ideo dicit, quod humanā uelit oīo excludi sed scōrum morē, quod in hac parte quæ admodū in reliquarū passionū exterminio, quicquid est uictoriæ, Deo potissimum nuncupare debeamus. Atque hactenus quidem, de uoto castitatis absolute sumpto, locuti sumus.

A a CON-

CONTROVERSI A Q V A R T A
I N Q V A E A R E V E L L V N T V R E T E V E R -
T V N T V R, Q V A E A D V E R S A R I I I N V O -
 tum perpetui cœlibatus & castitatis nostra memoria scripserunt.

PROPONUNTUR ADVERSARIO
 rum rationes, quibus castitatis perpetuæ
 uota temeraria esse demonstrare
 moliantur. Cap. 1.



Non cū quæ aduersus cœlibatus uotum, perpetuæq; castitatis spōsionem aduersarii excogitarint, audiamus, in qua parte & illis in ducti quidam medici & philosophastri adhærescunt. Ergo & si fortasse, superioribus rationibus obtineretur, castitatem & à uenere abstinētiā, per humanas uires, Diuino au xilio adiutas, esse hominibus possibilem ad tempus, atq; adeò eius quoq; uotum ad tempus non esse temerarium, nullo tamen pacto à temeritate excusare uolunt perpetuum eius uotum, propter duas causas. Primam quidē quòd is status corporalis langoris in humana uita possit accidere in quo medicorum, immo & naturæ decreto, nullo pacto absque ueneris usu leuari possit. Secundam quòd reipublicæ immo & humani generis, non solum commoditas sed necessitas, quantumcunq; castos homines ad coniugia rapi, aliquando postulet. Sanitatem uerò & reipublicæ incolumitatem, cum naturali iure præcipiantur esse iis, quæ à libertate nostra progrediuntur, anteferēda, nemo negare poterit. Præcipit natura corporis, uitam per ea media, quæ illa decreuit, conseruare: præcipit ratio, quæ ut in præcedētibus non semel diximus, hominis est natura, hominum societates & conuictus non pessundari, & conuelli, ea ergo uota uel promissiones, quæ in horum perniciem & exiliū cōuerti possunt, naturæ iuri ac decreto prorsus aduersantur, ac proinde nullius sunt momenti. Sed continentia perpetuum uotum, tū corporis sanitati & uitæ, tum reipublicæ recte constitutioni sunt contraria, cum ea rerum & temporum conditio possit accidere, in qua ad corporis uel reipublicæ incolumitatem uti uenere, aut iungi matrimonio sit necessariū, sunt ergo huiusmodi uota perpetui cœlibatus, illicita & omnino perniciosa. Idemq; de legibus, quibus perpetuus cœlibatus imponeretur, esto iudicium: nam si uotum uoluntarium, quòd bono hominis individuali, id est, saluti aut uitæ corporali aduersetur, & specifico, id est, ciuili societati, sit contrarium, profecto de legibus, quibus idē perpetuus cœlibatus imponatur, eadē erit habenda ratio. Atq; hinc & monachale & sacerdotale, quorū prius propria uoluntate assumitur; posterius Ecclesiastica lege impo-

nitur, ut illi uolunt, perpetuum castitatis uotum, tanquam illicita & omnino iuri naturæ aduersa, cōdemnat. Sed nos quantum hæ rationes ponderis habeant, iam discutiamus.

Et prius eam examinemus, quæ à corporis salute & sanitate desumitur, nā secūda quid sit respōdendū, ex prima & secunda disputatione, ferè iam apparere arbitror. Primū ergo ex medicina & philosophiæ penetralibus uidentū est, An uerus ad regimen sanitatis pertineat, Deinde, an eius ommissio & contēptus, uitam aliquando possit in discrimen mortis adducere, Tertio, an esto quod ita se res habeat, id est, quòd ueneris usus, & sanitatē cōfirmet, & morbos lethales, & qui alia ratione leuari nequeant, expellat & propulset, iuri naturæ ut aduersarii contendunt, ea tunc temporis non uti, repugnet. Verum iam ad primum accedamus.

VENERIS VSUS, QVAS COR-
 pori, & animo, conferat utilitates, & com-
 moda, ex probatissimis medicis enar-
 rantur. Cap. 2.

Ergo cum omnes, siue medici, siue sapientes, quotquot uel nostra uel præcedēti memoria, de hac re aliquid scripto tradiderūt, immoderatā uenerē, hominis naturæ perniciosam existimēt, sunt tū qui eius moderatū usum, nō modò nihil dāni afferri, sed tū generali corporis ualitudini, tū deinde peculiaribus quibusdā morbis prodesse nō dubitēt, quod & reliqs naturalibus rebus accidere, nō tū medicorū præcepta; sed usus ipse humanæ uitæ nos docet. Si quis enim somno plus nimio indulgeat, ex re per se saluberrima intēperie corporis acquiret &c. Veneris aut usum moderatū per se esse utilē, ex ipsa corporis humani formatione & cōstitutione apparere pōt. Non enim aliorum mēbra genitalia officio & forma distincta, natura animalibus indidit, quā ut ostēderet in dulgere ueneri, aliquādo cōducere. Natura autē nihil ad animalis interitum machinata est.

Deinde, semē, medicorū & philosophorū snā, nō esse aliud quā corporis excrementū, licet nō in quali, ut prauis humores, sed in quāto, excrementa aut corpore ingrauescēte discernere nō modò uti, se sed necessariū aliquādo esse, Sic Galenus etiam reprobata Epicureorum sententia, qui uenerem à sanitatis consideratione separabant. Reuera, inquit, coitus confert, si tantum interualli in eius usu adhibeatur, ut neq; resolutio aliqua sentiatur, & ipse se ipso homo quodam modo leuior factus

factus, ac melius spirare uideatur. Quo loco etiā, tempus, & dispositionem, tatem & temperamenta, quibus coitus conferat enarrat.

Paulus Aegineta commoda quæ ex ueneris moderato usu oriātur, in hunc modū enumerat. Emlumenta, quæ uenerē committantur, hæc sunt. Plenitatē exhaurit, corpus agilius redit, augmentum procurat, & uirile magis efficit. Quòd uerò ad animū attinet, implicitam tatiocinationis uim extricat, iracundiam mitigat, qua de re melancholico appostifissimum (si quicquā aliud) est præsidium: restituit hominē modestiæ & aliis quoq; modo dementes, sapientiæ. Affectionibus, quæ pituita proueniunt efficaciter opitulatur: à cibis appetitus auersionem in ciborum appetentiam reducit: aliquid multos, à libidinosis in somniis, vindicauit.

Oribasius Sardinianus Iuliani Apostatę medicus, ex Rufo medico, postea quā ueneris immoderatæ detrimenta percensuit, de commodis, quæ ex moderata oriuntur, sic loquitur. Verum non omnino pessimæ sunt res ueneræ, si & tempus opportunum, & modum uelis aduertere. Ex eis ergo hæc extant commoda Plenitudinem euacuant, corpus agile redunt, ad incrementum promouēt, & magis uirile efficiunt: animo uerò id præstant; ut impeditam uim rationis explicēt, iramq; nimia cohibeant: ideo fit, ut melancholicus, si quid aliud accomodatissimo sint remedio: quicūq; etiā alio infantiæ genere laborant: & nonnullos etiam comitiales sanauerunt, facta impubertatis tempore mutatione: itemque nonnullos, qui capitis grauitatem aut dolores patiebantur, sanitati restituerūt. Hippocrates aut uno uerbo res ueneræ, morbis, quos pituita gignit, accomodatissimas esse pronunciauit. Multi, n. qui ex morbo nō aiebantur, ad cibū facile sumendū redierunt: alii cum prius egre spiritum ducerent, facile spirantes euaserunt: quidā cum cibos fastidirent, ad eos capiēdos præptiores sunt facti: alii à cōtinuis pollutionibus, quæ in somniis fiebant, sunt liberati; quæ res minus afferre noxæ existimatur: sed mihi quidē non uidetur: quippe quæ dissolutum corpus in somniis, adhuc magis dissoluunt. Hucusque Oribasius.

Cornelius Celsus, latinorū medicorū princeps. Conubitus, inquit, rarus etiam corpus excitat, frequens soluit.

Huic etiā sententiæ Barbari accesserunt. Vnde, Rasis ad Almāforē. Coitus, inquit, corpus repletū alleuat, & animā hilarē & lætā efficit, eiusq; auget læuitatē, irā quoq; sedat, ac cogitationē remouet, caput alleuiat, atq; sensus. Deniq; si quis multo usus fuerit coitu, repletiois malū euacuādo euadet.

Auicēna Barbarorū medicorū princeps, Coitus, ait, alleuiat corpus & ipsum præparat ad augmentū. Et paulo post. Et quādoq; sequitur ipsum coitū expulsiō cogitationis dominatæ, & acquisitiō audaciæ, & edomatiō iræ superflue. Et iterū post pauca. Plurimorū, ait, quorū cōplexio requirit coitū, cum dimittunt, infrigidatur corpus, & cadit appe-

titus cibi, ita ut etiā nō recipiāt. Hucusq; Auicēna.

Eundem imitatus Auerroes, Coitus, ait, moderato usu, conueniens existit: quod non cōcedimus, nisi quia sperma est una superfluitas, præparata à natura ut expellatur, sicut & aliæ superfluitates, excepto, quòd in se bona est. Haly Abbas, Si usus, inquit, fuerit coitu, ut oportet, cogitationes cedūt, ira mitigat, & mania, melācholicę prodest palliōi.

QVAE COMMODA EX VENERIS
 usu, peculiaribus humani corporis morbis
 proueniunt explicatur. Cap. 3.

Non uerò uniuersali tantū corporis sanitati, ueneris usum moderatū conducere, medici docent, sed peculiare quoque illā morbos exsoluere, memoriæ prodiderūt. Nam ut ab Hippocrate, totius medicinæ parente, incipiamus, prodest Venus plurimū morbis ex pituita generatis. Quod deinde, Auicēna & posteriores medici, tum Græci, quod in superioribus testimoniis aduertere possumus, tum Barbari, cōprobarūt. Ad dit huius rei rationē Aristo. in hæc uerba. Cur morbis, qui contrahuntur à pituita, libidō immodica prodest? an quia semen genitale, excrementi cuiusdā detractio est? ideo naturā præsefert pituita: quæ igitur multū pituitæ concubitus detrahit, inuare idcirco potest. Et rursus. Cur uenus immodica morbis pituitæ, nonnullis cōmoda est? an quoniā excrementi quidā exitus est, ita ut multū uacantis materie, cum semine detrahi possit? Pituita aut excrementū esse, nulli dubiū est. Hac de causa Hippocrates, uenerē his, qui Epilepsie, quæ ex pituita generatur, morbū patiūtur, utilē esse, libro quē de eo morbo nuncupatim edidit, latē scriptum reliquit. Idem docet Constantinus in Viatico, & oculorū acumini cum immodicē usurpatur nam immoderate uenus, ut superius uidimus, visum retundit. Quamobrē, ait Aristoteles, & qui cōcubunt, & spades, qui re minimē utuntur ueneræ, in acumine oculorum offenduntur? an quòd alteris ob libidinē, alteris ob excisionē, partes superiores plus iusto exsiccantur, quod perspicuū in his est, quorum opus exquisitius administratur. Aspectus aut tale est: humoribus uerò deorsū ductis, superiora sicca ri necesse est: id igitur nimirū, cōcubitu fieri patet.

Confert, ut docet Cælius Aurelianus, podagricis, propter consuetudinē uitiosam, semine plurimū irritatē, cū uidelicet & multi & noxii humoris fuerit: cuiusmodi generatur, in naturis propriæ multi seminis appellatis. Prodest Ischiadicis, qui non ex usu uenerico facti sunt, ut idem Cælius docet. Morbo regio præterea salutaris est uenus, ut placuit Tito, Asclepiadis sectatori, & Themisoni, apud eundē Cælium, quod tamē Cælius negat. Cōfert & melancholicis per billis aduersionem libidinis usus, quod & Aristoteles testatur, in hæc uerba. Cur libidinosi sunt, qui melācholici? an quod flatu redundāt, semē aut decursio status est: ergo qui

Seff. 4. pro-
pla. 30.
lib. natu. 10.
cap. 6.

bus idipsum amplificatum, hos sæpe purgari appe-
tere, necesse est. Sic enim efficitur, ut leuentur.
Idemque parum antea dixerat. Plinius non modò
phificæ sed omnium disciplinarum còsultissimus,
Venere, inquit, Athletæ torpentes restituntur,
uox reuocatur, cum ea candida declinat infuscã:
medetur & lumborum dolori, oculorum hebeta-
tioni, mente captis melancholicis. Consentit huic
sententiæ Auicena prolixioribus uerbis, quàm quæ
huc afferri oporteat. Constantinus etiam Calsinẽ-
sis, ex Ruso medico, Coitus, inquit, his confert,
quibus nigra cholera & melancholia dominatur.
Quamquã in hac parte, ut prudenter. Andreas Ti-
raquellus ait astrologis cum medicis nõ cõueniat.
Astrologi enim uenerẽ & saturnum inimicos inui-
cem esse dicunt: nam si quem Saturnina passione
occupatũ leuare uelimus, per uenereos actus fru-
stra aiunt, atq; etiam cum iactura conabimur, ut-
potè cum sint remedia longè distantia, Et demum
ne singulos auctores, quos de hac re consulimus,
uerbatim referamus, multa de ueneris tum uni-
uersali tum particulari utilitate & commoditate,
Petrus Aponen. in Aristo. problem. Sed multò plu-
ra nobili illo pro sui temporis ratione opere, quod
conciliatorem uocauit; multa Michael Sauanoro-
la de rebus nõ naturalibus agens, multa Valefcus
Tarentinus, in libro quem Philonium appellauit:
multa Antonius Gazius, Constantinus Afer siue
Calsinensis, benedictinus monachus, Symphoria-
nus Campegius &c. omnesque in hanc sententiã
conueniunt, qui hac posteriori ætate siue ex Græ-
cis siue ex Barbaris, medicinam colunt, ueneris
moderatam usum, non modò uniuersali corporis
sanitati, sed peculiaribus quoque morbis, magnũ
emolumentum afferre.

QVAE VENVS MODERATA
uocetur. Cap. 4.

VO C A N T autem moderatã uenerem, quæ,
ætate, tempori, temperamento & disposi-
tioni, respondeat. Aetas iuuenta est, ut Ga-
lenus multis in locis est auctor; nõ senibus nõ mo-
dò inutilem sed noxiam uenerem omnes testatur.
Tempus hyems aut uer, nam per æstatẽ ea uti,
perniciosum iudicant. Quam sententiã & in Pyta-
goram reiciunt quidam, qui dicere solitus erat, ut
Laertius testat, Venerea hyeme nõ estate faciẽda.
Temperamentum humidum, nam sicco præser-
tim si frigiditas accedat, inimicam esse uenerem
Hippocrates ostendit, Galenusque testatur.
De dispositione & corporis habitu, multa uete-
res & recetiores medici tradiderunt, Galenus præ-
sertim. Porro, inquit, concubendi tempus, quãdo
corpus diligenter medium fuerit omnĩ exteriorũ
intemperierũ, neq; nimĩu repletum, neque ieiunũ,
neq; nimium refrigeratũ, neque nimium calfactũ,
neque siccãtũ aut humefactũ immoderatè. Idem
enarrans illud Hippocratis, Venerẽ morbis à pi-

lib. 2. de Sa-
ni. tuend.
Hyp. lib. 3.
de diet.

Hyp. ubi su-
pra.
Gal. lib. 6.
de sam. tuẽ.
lib. 3. artis
medi. c. 35.

tuita ortis remedio esse, Non cunctis, inquit, ex pi-
tuita laborantibus, sed quibus uires firmæ sunt, ue-
neris vsus prodest: imbecilli enim, ab ipsa ad ex-
tremam debilitatẽ redacti, magnopere læduntur.
At, qui uiribus excellunt, nõ dissoluantur, sed cõ-
tra iuuantur, ueneris usu pituitæ copiam desiccã-
te. concubitus enim constat ut uigiliam desicca-
re, quoniã scilicet humores abundè digerat. Quin
etiam corpus robustorum calfacit, infirmorũ autè
continuo quidem calfacit, sed postea uehementer
refrigerat. Hactenus Galenus.

Oribasius deinde, Qui autè, inquit, utuntur ue-
nere, cauere oportet, nimiam repletionem cibi &
magis uini, & inanitatem post uomitũ, & post ven-
tris purgationem factã, & quibus uoluntariè solu-
tus est uenter, caueant autem & indigestionẽ post
laborem factã, & si qua accedit ægritudo, aut cer-
tè suspecta est ut accedat. Nam & in autumno ue-
neri commisceri, non oportet: neque in aliis tem-
poribus, in quibus pestilentia dominatur.

Aetius de eadem re loquens, Naturæ, ait, ad ue-
nerem appositæ sunt calidiores & humidiores,
eiusq; usum plusquã aliã ferre possunt, minime au-
tem sicca & frigida, Est, & uigentium natura ad eã
accommoda, semen uerò nequaquam. Ex tempori-
bus, uer aptũ est, ineptus aut autumnus & æstas, sed
neque hyems ad coitum idonea, cõtra, sicca & fri-
gefaciens inutilis. Et post pauca, Ceterũ qui ue-
nere uti uolet, recentes repletiones uitabit, crudi-
tates item ac ebrietates, similiterq; famem. Malũ
est, n. repleto corpore uenerem exercere. Itè gym-
nasticis & balneis uitandæ lassitudines & progressi
uomitus, & alui profluvia recetia. Nã inueterata a-
liquãdo per uenerẽ reficantur. Sic Aetius ex Ruso.

In eandẽ sententiã Paulus Aegineta, Concu-
bitũ, inquit, non admittunt uictus refrigerens, arefa-
ciensque, ætas senectutis, tẽpus autumnũ. Et subin-
de. Igitur qui in Venerem congressurus est, obser-
uare debet, ne tunc uel facietas, uel cruditas, uel
fatigatio, uel uomitus infestet: item neque purga-
tio, neque continuus alui fluor; quamuis nonnun-
quam diuturno fluori, eo quod arefacit, sit medi-
camentum. Idemque alibi scribit. Venerem ari-
dioribus simul uniuersis officere, præsertim si cũ
siccitate frigiditate copulat. Eademque solis ca-
lidis & humidis inocuam esse.

Diocles Caristys ad Antigoniũ regem, detuen-
di sanitatem ratione, scribẽs. A Virgiliarũ, inquit,
occasu, ad solstitium hyemale, dies 51. hoc est a
duodecima nouembris ad decembris perfectionẽ
numerantur. Hi. n. dies mirũ in modũ pituitã au-
gent, quamobrẽ balneis, siccisque alimentis ac ue-
neris utendũ. Idemq; docet de eo tẽporis inter-
uallo, quod solstitium hyemale & uernale æquino-
ctium, & rursus uernale æquinoctiũ & Virgiliarũ
ortũ interiacet, reliquis tẽporibus omnino libidi-
nẽ abstinentum præcipit. Est aut hęc Epistola una
cũ Meletio de hominis structura, Melampo de nauis
corporis

Hyp. lib. 1.
de morb. pmi.

Exper. 1.
ca. 22.

Temab. 1.
Ser. 3. c. 1.

lib. 1. ca. 1.
35.

lib. 1. ca. 1.

lib. 20. na.
cap. 22.

lib. 5. Theo.
cap. 31.

lib. 4. c. 17.

lib. 11. 4. Sa
non. nac. 1.
cap. 1.

corporis & aliis quibusdam opusculis, Venetiis ty-
pis excussa Nicolai Petreio Corcyæo interprete.

His Barbari quoque medici consentiunt; unde
Anicena, Oportet, inquit, ne coitus fiat super re-
pletionem, prohibet enim digestionẽ, & facit cade-
re in ægritudines, quas efficit motus super reple-
tionẽ, & debilitat; & oportet quantũ possibile est,
ne coeat aliquis, cum adest uacuitas. Et rursus.
Hoc. n. (loquitur aut de Veneris usu intempesti-
uo) est nocibilis & onerosus naturæ & magis per-
necans calorem innatum, & magis attrahens lique-
factionem & ethicã arefactionem: immo oportet
ut fiat, cum cibus descendit à stomacho & cõple-
tur digestio prima & secunda, & mediatur dispo-
sitio in digestionẽ tertiã, & hoc diuersificatur in
hominibus. Non ergo est audiendus sermo eius,
qui dicit, Oportet ut fiat, post complementum di-
gestionis tertiæ ex omni modo: illa enim hora est
hora uacuitatis, cum corpus incipit esse in sparsio-
ne & in omnibus membris sunt reliquæ cibi in uia
digestionis. Et post pauca. Oportet, ait, ne coitus
fiat nisi à desiderio sano, quod nõ excitat aspectus,
aut intuitus, aut pruritus, aut ardor, sed cõmouet
ipsam multitudinem spermatis, & oportet ut uitetur
coitus post facultatem nauseatiã & post euacua-
tiones fortes ex uomitu & fluxu uentris, & colica
passione & diaria facta subito, & post motus cor-
poreos & animales, & post motum urinæ & ster-
coris & Phlebotomiam. Hęc Auicenna.

Haly abbas, Tẽpus, ait, æstiuum grauesq; æstus,
inæqualis aeris autumnus, hæc duo tẽpora coitus
frequentationi, minime oportuna sunt.

Rasis, A coitu, ait, etiã corpora habentes sicca,
ut ab inimico interficiente, sibi cauere debet. Con-
ualescentes quoq; & debiles atq; macri, nec nõ &
quorũ illia & ima uentris debilia sunt & macra, &
quorũ nerui sunt debiles, omnino uitare debent.
Et subinde. Coitu itidẽ nemo uti debet, dum est fa-
melicus, neq; cũ multo cibo ac uino est repletus,
neq; cũ balneo egreditur, neq; postquã uomuerit,
neque post uentris solutionem, neque post phlebo-
tomiam, uel laborem. Ita Rasis.

Cõcinit eidẽ Rabi Moses auctoritate Auenzoa-
ris libro, quẽ de regimine uitæ scripsit ad Solda-
nũ. Sunt nonnulli, inquit, quibus multũ nocet coi-
tus, quibus item parũ, at, eius nocumentum iuueni-
bus, qui sunt humidi, modicum est: offendit aut se-
nes, & conualescentes ab ægritudine, & omnibus,
quibus natura sicca est. Vidimus. n. aliquando ado-
lescentẽ, eodem die, quo coierat, mortuum fuisse,
alium item cui syncope accidit. & recidiuauit in fe-
brẽ, & post paucos dies spirauit. Igitur ut in uni-
uersum dicam, coitus mortiferus est ægris, & cõua-
lescentibus, & siccis temperatura. Nec quisquam
eum exercere debet ante cibi digestionẽ, nec cum
fame, nec cum siti, nec in ebrietate, nec post coi-
tum ire ad balneũ, nec ante sanguinis minutionẽ,
nec post eam infra unum diem.

Inter recetiores medicos, Petrus Apon. & Mi-

chael Sauanorola multa de ueneris oportunitate
loquuntur his locis, quos superius attulimus.

ENARRANTVR EX PROBATIO-
simis quibusq; medicinæ auctoribus, quæ
incommoda Veneris usum se-
quantur. Cap. 5:

HA S ac multas alias, temperamenti, tẽpo-
ris, dispositionis, ætatis, sexus &c. conditio-
nes, ita medicæ artis auctores, ueneris usui
præscribunt, ut fuerint contra, multi, Aueroe au-
ctore, uiri sapientissimi, qui prorsus Venerẽ à con-
seruatione sanitatis excluderint, quoniam cum tot
circumstantiæ ad eius utilitatem exigantur, ut uix
dari queant, & propter minimũ quemq; errorem
euacuationis seminalis, maxima uitæ nocumenta
expectentur, eam in uniuersum damnare, decreue-
runt, Neque perinde genitalia membra, aliorum
data existimant, quàm ad generis multiplicationẽ,
non item ad indiuidualem utilitatem. Huius autẽ
sententiæ Pythagoras primus auctor fuisse uide-
tur, qui, ut Laertius scribit, interrogatus, quando
esset concubendum, Tunc, ait, Cũ te ipso infir-
mior esse uis atque debilior. Cliniam quoque Py-
thagoricã sectæ philosophum dicere solitum ac-
cepimus, tunc adeundum esse mulierem, concu-
bitus causa, ubi nocumentis exponere te destina-
ris. Hanc eandem sententiã Epicurum philoso-
phum approbasse, Galenus testis est. Venerorũ,
inquit, secundum Epicurum nullus est usus salu-
bris. Quod & ex eodem tradit Sabinus, & ipsemet
Galenus in cõmentariis in lib. 3. morborũ popula-
riũ Hippocratis, quo loco de Pythione disleritur,
Atq; id fortasse opinabatur Epicurus, quoniã pu-
tabat sperma esse, atomorum animæ, & corporis
uolentam ablationem, ut prodit Plutarchus lib.
ultimo de naturalibus philosophorum decretis.
Democritum ad eandem opinionem declinasse,
ea uerba quæ ex eo à Plinio citantur prodere ui-
dentur. Venerem, inquit, damnauit Democritus,
ut in qua homo alius exiliret ex homine. Qua au-
toritate Plinius ipse subiungit, Est Hercule ue-
neris raritas utilior. De Zopyro Gordienũ philo-
sopho Plutarchus in Sympoliacis refert, tradidisse
illum in hac concubitus ratione, utendum esse
festina Thaletis elusione, quem cum mater impor-
tunius ad nuptias sollicitaret, ita eam elulisse fe-
runt. *Nondum tempus est ò mater; ætatis quoq;
processu, Non amplius, inquit, tempus est.* Simi-
li modo, inquit, & ad Venerea affici debemus, ut
cubituri illud succinamus. Necdum accomodum
est, itidem & à somno excitati, non amplius tem-
pus est, id est, iam effugit occasio. Quæ profectò
Zopyri admonitio, haud aliud insinuare uidentur,
quàm nunquam esse Venere si sani esse uelimus
utendũ. Diogenẽ Cynicũ in eadẽ fuisse sententiã
illud prodere satis uidetur, quod rogatus à quopiã,
quo tẽpore ducenda esset uxor, *Iuuenibus,* inquit,

Arvis med.
cap. 36.

cap. 3.
lib. 28. c. 6.

Raph. Vol.
cõment. urb.
lib. 30. &
Stobæus.
ser. 66.

nondum, senibus vero nunquam. Porphyrius lib. primo de abstinentia à carnibus, omnino negat Venerea, ad sanitatem conferre. Sed & Plutharchus eo libello, quem πρὸς ἑρμῆν, quasi de tuenda bona valetudine dicas, inscripsit, illud nescio cuius, sum moperè commendat, Vesci citra saturitatem, integrum esse ad laborem, vitale semen conservare, res esse saluberrimas. Idemque eodem libello, Si Venus in corpore malè & præter naturam affecto misceatur, his etiam, qui nondum certum vitium aut corruptionem acceperunt, flegma bilemque movet, exagitat magisq; ac magis excitat. Inter Barbaros Rabbi Moses Aegyptius ex auctoritate Auenzoar. Quicumque, ait, cupit sanitatis continuationem, non assumat coitum, in mente sua, nec recordetur ipsius quantum poterit.

lib. de regi. mi. nia.

RATIONES, QVIBVS MEDICI, Veneris usum noxium, humaneque saluti perniciosum deprehendunt, explicantur. Cap. 6.

SEd nunc quibus in hanc sententiam rationibus agerentur, videamus. Prima erat, quod coitu quantumvis moderato, vita decrescat & abbrevietur. Nam cum coitus non sit aliud quam hominis communicatio, qua se in alia humani generis individua per substantiam propagat & extendit, reuera rationale est, ut tandem ex ipsa communicatione, in eo, se ipso homo minor fiat, ac debilitetur. Non enim humanum bonum, est ut Diuinum, quod ita se ipsum communicat, ut nihil ex seipso deperdat, sed ipsa sui communicatione consumitur. Homo profectò generans, naturam non in uniuersali, quæ nihil est, sed suam propriam communicat; omne autem quantum, id est, mensura aliqua finita comprehensum, per ablationem quæti, id est, alicuius particulæ determinatæ quantumcumq; minimæ; tandem consumitur, iuxta Aristotelis sententiam. Semen autem ad hominis substantiam pertinere, inde apertum est, quod ut Philosophi & Medici uniuersi consentiunt, non sit superfluum in quali sed in quâto. Sperma enim ex sanguine optimè decocto, diggestoque quarta ac nouissima digestionem gignitur. Sperma, ait Pythagoras apud Plutharchum, esse nobilissimi sanguinis spumam, alimenti retrimentum, ut sanguinè quoque & medullam. Et post hunc Aristoteles, Semen esse excrementum ultimi alimenti sanguinei scriptum reliquit. Quod & Galenus tum alibi multoties, tum uerò lib. secundo de Semine, confirmat, docens semen non esse aliud, quam sanguinem in venis; quæ ipsum continent, exquisitè confectum. Soranus Ephesius in Isagoge ad Medicinam, Erasistratus, & Herophilus apud Octauium Horatianum, idem docent. Cõfirmat idè Auicena, cui subscribens Haly abbas, Non est, ait, sperma quemadmodum aliæ superfluitates, quibus omnino natura non indiget, qualia sunt emunctiões, sputa, sudor, urina, & si-

Phis.

lib. 5. de pl. n. iis phis.

lib. 1. de gene. animal.

Cap. 16. Ofa. lib. 3. rec. Med. Fen. 20. tra. Et. 3. c. 3. oraf. 1. ca. 21. 11.

milis, sed ex meliori fit, quæ in corpore est substantia ac laudabiliore. Subditq; subinde. Generatur sperma ex claro puroque sanguine, quò principalia & prima membra uescuntur. Et iterum post pauca. Cum igitur coitus mensuram excefferit, licet non tanta eo quantitas ut Phlebotomia uel aliter euacuetur, vehemens tamen accidit, inde uirtutis dissolutio. Hactenus Haly. Ad hoc etiã Philosophi placitum pertinere uolunt, quod cõmuni ratione loquendi, eos qui uel ex nobis uel ex nostris nati sunt, nostrum sanguinem appellare solemus, iuxta illud Virgilianum.

Proiice tela matris, sanguis meus.

Et Horatius.

Vos o Pompilius sanguis.

Et Persius.

Vos o Patrius sanguis.

Vocamus eos & consanguineos, quasi ex eodè sanguine, id est, eo semine genitos. Hos autem, quos nos, nostrum sanguinem appellare solemus, nostrum semen ab Hæbreis uocari, latius in sancta scriptura patet, quã ut hic omnes, ad hanc rem pertinentes locos, adducere possimus. Satis sit Ioanis uerba referre. Qui non ex sanguinibus, inquit, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Hinc carnis peccata in eadè sancta scriptura, sanguines uocari solent, iuxta illud, quod David post adulterium Bethsabe dicebat. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ &c. In sanguine aut magnam esse vitæ portionem, Plinius scribit, & Galenus non salubre tenet, sæpius uenam incidere, quæ cum sanguine simul & uitalis spiritus decedat. Quod & Virgilius illo carmine intellexit.

Tuaque animam hac effundere dextra.

Quo in loco, Seruius interpres, ex opinione, inquit, eorū dixit, qui sanguinè sedem uitæ uolunt. Hinc in sancta scriptura, sanguis plerūque pro anima ponitur. Hoc solum, inquit, caue, ne sanguinè comedas. Sanguis, n. eorum pro anima est, & idcirco non debes animam comedere cum carnibus, sed super terram fundes quasi aquam, ut benè sit tibi & filiis tuis post te &c. Quod & Augustinus annotauit. Scribit demum Aristoteles, quosdã ex philosophis, sanguinem, animam dixisse, quod & Lactantius & Nemesius Philosophus lib. de natura hominis confirmat. Fuerunt uerò in ea sententia, ut auctor est Nazianzenus, Diogenes & Critias. Docebat etiam Empedocles, animæ principatum esse in sanguinis concretionem, ut tradit Plutharchus lib. de Placitis, Cleantes Crypsippus, & Zuno, ex sanguine esse dicebant, substantiam aut: eius esse spiritum, ut Galenus lib. 2. de Placitis Hippocratis & Plato. scribit. Hinc mortuos exangues appellare solemus. i. sine sanguine, uti & exanimis, id est, sine anima. Hinc Virgilius.

Corpusque exangue sepulcro,

Reddidit Hectorum.

Non quod uerum sit animam esse sanguinè, tum sit

Am. 6.

in art. pu.

D. de Su. l. 1.

In Theogonia.

Ioan. 1.

Psal. 50. Plin. lib. 1. c. 27. Gal. lib. de sangu. p. 11.

lib. de long. et breu. uita. c. 3.

lib. 7. de his. anim. c. 1.

Dem. 12. Quest. m. enit. c. 57. Lactant. de Opif. lib. cap. 17. Nemes. lib. de homin. cap. 1.

Auer. 7. c. 2. c. 156. Ref. lib. 4. c. 17. Red. in 3. Trib. Alib. libro 15. de anim. tract. 2. c. 2. in libr. 22. c. 4. p. 115. j.

sit spiritualis substantia, ab omnibus corporis partibus distincta. Sed quod ut Lactantius Statii interpres inquit, sanguis sit sedes animæ. Itaque hinc pallidos & exangues eos qui Veneri plus æquo indulgent, uidere solemus, quod per excretionis frequentiam, simul cum semine, portionem non minimam sanguinis effundant, quod Aristoteles & Aetius memoriæ prodiderunt.

lib. 6. Theogonia. Arist. Sect. de problem. anim. Aetius T. ora. lib. 1. Sem. 3. c. 8.

ENARRANTVR AVCTORES, tum philosophi, tum medici, qui Veneris usum; vitam breuiorem fieri tradiderunt. Cap. 7.

VERVM nunc eos, qui per spermatis excretionem, quæ in Venere exercetur, vitam breuiorem fieri tradiderunt, aliqua ex parte referamus; neque enim omnes recensere possumus. Consulebat Hesiodus, minimè ducendam uxorem ei, qui senescere non cuperet. Eius est & illud. Uxorem absque titione uirum quantumlibet fortè vrere, crudeque tradere senectuti. Η τ' ἀνδρα καὶ ἰφθιμόν περ ῥέοντα Ἐνεσ ἀπερδ' ἀγῆ καὶ ἐνώμῳ ληραὶδ' ὤχην Hesiodi sententiam Plutharchus, libro de cupiditate diuitiarum, recenset.

Cui & illud Cornelii Galli poetæ lepidissimi concinit de Licoride.

Iamque alios iuuenes, aliosque requirit amores. me uocant, imbellem, decrepitemque senem. Nec meminisse uolet, transacta dulcia uita, nec quod me potius, reddidit illa senem.

Aristoteles etiam in problematis, Quapropter, inquit, Salacia & multi seminis animalia, cito senescunt? semen enim excrementum & amplius efficit emissum. Et propter hoc mulus est longioris uitæ equo & asino, ex quibus genitus est, & fœminæ, maribus, si salaces sint mares. Quapropter & passeres masculi, breuioris sunt uitæ fœminis. Et alibi. Senescunt, ait, mares salaces, & mulieres quæ frequenter pariunt. Quot autem ait Aristoteles, animalia salacia priusquam casta consensescere, ex eo quod de hirco ait Columella comperit. Est autem, inquit, mensium septem fatigabilis ad procreandum, quoniam immodicus libidine, dū adhuc huberibus alitur, matrem stupro superuenit, & ideo celeriter & ante sex annos consensescit, quod immatura Veneris cupidine, primis pueritiæ temporibus exhaustus est. Conueniunt Arabes Medici, Auerroes, Rasis ad Almanforem, Haly Rodan: & ex nostris Albertus Ratisponen. Arnoldus Villanouanus, Valescus Tarentin. Huc Cicero alludit, cum lib. de Senectute, inquit. Libidinosi intemperansque adolescentia effectum corpus tradit senectuti. Et huc fortasse spectat Græcus ille Menandri Senarius.

Βίσις παντὶς ἀπέχθηεν ἀπὸ πάντων γυνή. Vita raritas naturaliter est uis uulnier.

Quasi uidelicet uirorum uita ex fœminarum congressu mimatur. Sed neque diui Ioannis Chryso-stomi, in hac parte, sententia est ommittenda: nã licet ille continentissimus fuerit, ac fortasse uirgo, fuit tamen eruditissimus, & Philosophiæ, & Medicinæ peritus, adeo ut multi eundem cum Ioanne Mesuè, qui librum de medicamentis componendis edidit, confuderit. Is itaque ea homilia, cui titulus est, Quod nemo læditur nisi à seipso, Qui, inquit, in libidine uitam ducunt, resoluta quidem corpora, & omni cera molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatū repleta, quibusque ad cumulum malorum Podagræ tremor & immatura senectus succedit, & eis uita semper cum Medicis & medicamentis. Hactenus Chryso-stomus. Neque uerò inepte quidam, uitã quã nunc fruimur, priscorum illo patrum ætate breuiorem in præsentium seculorum in temperantiam reiciunt. Vnde Solomon quantumvis unius solum & quinquaginta annorum à sancta scriptura, cum è uita dicebatur, asseratur, senex tamen multò ante mortem uocatur. Fecerat hoc profusa illa Veneris licentia, qua seipsum ex hauserat. Enim uerò, ut Albertus docet; in coitu subtile calidum & humidum exhalatur, remanetq; viscosum & frigidum, humectans & non augens.

Ant. Elot. 2. p. sum. 2. 5. c. 1.

3. Reg. c. 11. lib. 9. de a. ma. tract. 1. c. 2.

Neque uerò solus homo, aut sensu præditæ animantes uitæ abbreviationem per Venere accipiunt, sed insensibilia quoque, quæ vim tamen generandi obtinent, ut plantæ, arbores, herbæ ut lactucæ, caules &c. quæ nimium seminis producunt, cito quoque deficiunt, moriuntur & arescunt, quod non modò Aristoteles, Theophrastus, Plinius, Iunius Columella &c. Demonstrarunt, sed is præter horum auctoritatem facile deprehendet, qui experimento comprobare poterit. Certè eas plantas, quæ uel in fructibus producendis sunt præcoquæ, uel plus æquo fœcundiores, cito emori & consensescere uidemus.

VENERIS VSVM, VIRES naturales corporis minuere; corpusque debilius reddere. Cap. 8.

SECVNDA causa, ob quam hi Veneris usum sanitatis considerationem pertinere nollunt, huic est affinis, quod scilicet vires corporis, quantumcumque robustas, debilitet & enervet, & ex fortissimis, homines clumbes efficiat. Atque id quidem præter ipsum rerum experientiam, quæ omnium est optima magistra, eisdem ferè rationibus comprobant, quibus breuitatem uitæ persuadebant. Cum enim semen, ut superius ostendimus, sit sanguinis purissimi portio, consentaneum est, ut per seminis excretionem uirtus quoque corporalis marcescat. Aristoteles enim uerò dissolutionem & imbecillitatem manifestam consequi, ubi uel minimum seminis decesserit, auctor est. Et paulo post. Plurimis, inquit, & magna ex parte

lib. 1. de gen. ani. c. 18

parte ira accidit, ut venire exoluantur debilitenturque. Docet etiam Auicenna, hominem ex coitu vique adeo debilitari ac discolorari (ut eius interpretes loquitur) ut si quadragies tantum sanguinis emitteret, non tantum pallesceret atque tabesceret. Atque id quidem, cum vniuersis animalibus sit commune, videmus enim equos, emissarios, verueces, hircos, &c. tempore coitus maciores esse, homini tamen potissimum in vsu veneris accidit. Cuius ratione Aristoteles. Cur, inquit, omnium maxime animantium, homo postquam concubuit, dissoluitur & languescit? An quod semen proportione sui corporis, plurimum emittit?

Sec. 4. Proble. 6.

Sed cur plurimum emittit? An quod minus cibum is conficit, & omnium maxime animantium humidus natura & calidus est: quarum rerum altera, feminis copiam reddit, altera naturæ vim efficit ad semen creandum, semē etenim tale est, quamdiu seruatur. Et rursus. Cur, ait, qui concubunt, magna ex parte languere solent? An quod semen omni ex parte corporis, secretio est? &c. Porro id quod ait, hominem pro corporis magnitudine plus feminis reliquis animalibus emittere. Iterum lib. 3. de generatione animalium, cap. ultimo, & lib. 7. de natura animal. cap. 2. confirmat. An uero semen ex omnibus corporis partibus fecernatur, nec ne, iisdem prolixè disputat lib. de generatione animal. 1. c. 17. & seq. & ante eum Hippocrates, siue ut Galeno placet, Polybus lib. *περι γυναικων*, idest, de genitura, ubi asserit, huius rei argumentum esse, quod qui Venere vsi sunt, tam parua re dimissa, adeo delasciuntur, ut dici nequeat. Sed Hippocratis aut Polybi uerba audiamus. Lex, inquit, omnia corroborat, verū genitura viri prouenit ab omni humido, quod in corpore existit, ita ut id quod robustissimum fecernitur est.

Sec. 4. Proble. 21.

Argumentum autem eius quod robustissimum fecernitur est: quod à Veneris vsu pauca adeo re emissa, inbecilles reddimur. Quam sententiam olim Sphærus Bosphanus apud Laertium in vita Zenonis, & Censorinus priscorum auctorum adductis opinionibus, multis rationibus confirmat. Sequitur eandem Auicenna, & posteriores Medicum Latini, tum Arabes, vno quod sciam Auero excepto, qui ex solis testiculis, quemadmodum lac ex folis māmīs progigni multis rationibus demonstrat. Credit enim ille sanguinem illum purissimum quartæ digestionis, per venas, ad testiculos descendere, quemadmodum idem sanguis descendit in feminis ad mammas, illicque virtute ingenta, in semen conuerti, quemadmodum lac, in mammis. Hinc ex veteribus grammaticis nonnulli, castra quasi casta dicta volunt, quod virtutis militaris retinendæ gratia fœminæ omnes, ut ait, Quintilianus, in milite Mariano à castris expellerentur. Vnde Propertius.

lib. de nat. die. Auic. Fern. 20. v. 3. c. 3. Gentil. Fulg. ibid. Alb. lib. 15. de anim. v. 3. c. 1. 2. 3. Pes. Apon. diff. 34.

Seru. lib. Aeneid.

Romanis utinam potuissent castra puellis, Essent militiæ sarcina fida tue.

In epist. Aretib. ad Lycor.

Atque hinc Suidas & Athenæus Veneris masculinum

inuentum in Italos retulerunt, qui belli tempore per leges in castris, fœminas habere prohibebantur, tanquam, scilicet pueris eo tempore uti licuerit. Huic autem legi Scipionem principium dedisse Polyenus ad Antonium & verum imperatores scribit. Nam quod Venus armata apud Laedemonios coleretur, alio spectabat. Huc pertinebat, quod Augustinus scribens contra Faustum, inquit. Poetas scribere Venerem non quidem Martis esse uxorem sed adulteram, utpotè quæ militiæ incongrua sit. Scribit etiam Plato Iccum Tarentinum, Astillum, Chrysonem, Diopomum & alios athletas, tametsi robore & bona corporis habitudine propensiores in libidinem esse, uictoriæ tamen cupiditate, quam ex Olympicis aliisque certaminibus cupiebant, nullam unquam exercitationis suæ tempore Venerem cognouisse. Quod & omnes athletas facere solitos Galenus quoque narrat. Et simplicius Philosophus, Athletæ, inquit, à Venere abstinent amore oleaginæ coronæ, quæ in Olympiis dabatur. Et de Icco Aelianus quoque meminit. In eandem rem Clemens Alexandrinus, aiunt, inquit, athletas non paucos abstinere à Venere propter exercitationem corporis continentes, quemadmodum Crothoniensem Astylon & Chrysoem & Hymereum. Idem rursus. Robur, inquit, corrumpit coitus, quod in animantibus rationis expertibus, & in iis, qui in exercitatione uersantur, (intelligit autem athletas) clarè apparet: quorum hi quidem, qui abstinent, superant aduersarios. Atque huc fortasse Paulus alludit, dum ad Corinthios inquit. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant &c. Confirmant & idem ueteris historiæ exempla. Narrat enim Plutarchus ex Dositheo, 31. lib. rerū Lydicarum, quod cum Sardiani, qui cum Smyrncis bellum gerebant, legatos misissent, se non ante ab obsidione discessuros, quam uxores ad libidinem concessissent, ancilla quædam, honesta forma, ad herum Philarcum accurrès, Mittite, inquit, ancillas liberali ornatu. Quod cum factum fuisset, Sardiani earum coitu defatigati, ac uiribus exhausti, continuo capti sunt.

lib. 8. frons gemas. Laert. lib. 1. c. 30. Plus. in la. am. ap. rem. In Chrysonem & lib. de fort. R. lib. 8. deleg. 8. 57.

lib. 6. de lib. cis aff. Incom. Ep. v. c. 1. lib. 1. 1. de var. lib. 3. in.

lib. 2. Pa. c. 10.

lib. 7. c. 53.

Pom. lib. de med. R. an. v. c. 1. 10.

In Pater. 56.

lib. 9. c. 10.

In Apolog. 110.

Plin. in p. ra. c. 57.

Nem. c. 15.

Plin. in sum. illust. lib. 1. c. 1. In leg. 15. animal.

rum opprobrium ostensis referunt, aliorum tendit. Aliud est amor, aliud Venus, amor vires addit, quapropter aliquarum rerum publicarum legibus, sancitum legimus, ut uxores ac liberi in castra deferrentur, quo eorum amore perciti viri, & pro earum libertate pugnantes, nihil turpe designarent. In qua parte neque pueriles amores Hieronymus Rhodius Philosophus, apud Athenæum reprobatur. Quod tamen longe ab honestate & naturæ regulis abest. Venus autem, idest, actus ipse carnis, quem coitum vocant, vires & victoriam abripit. Sed his ac similibus historiis, veterum auctorum monumenta sunt plena, quapropter ad alia transeamus.

VENERIS VSVM, A DEO vires humani corporis resolueret, ut uitam, nonnunquam eximat. Cap. 9.

DEO' verò aliquando Venere vires naturales soluuntur, ut (quod est frequentissimè deprehensum,) quidam in ipso medio coitu fuerint repentina morte sublatis; nam cum suapte natura debiles essent, & immoderata delectatione, quæ suo pregenio corpus & animum relaxat, absorbentur, spiritum ipsum vitalem, qui per arterias à corde in vniuersum corpus deriuatur, extinxerunt. Enimvero ut Plinius est auctor Cornelius Balbus prætorius & Q. Heterius eques Romanus, in Venere obiit. Tradit etiam Petrus Damia, principem quandam Tarentinum, dum cum meretrice congrederetur animam exspirasse.

Scribit Pontanus & Rausius, Beltrandus quædam Barchinonensem, cognomine Ferrarium, in ipsa Venere extinctum. Pyndaros Græcorum carminum Lyricorum (ut Fabio placet) principi idē euenisse commemorant, quanquam aliter Valerius Maximus sentiat. Quo mortis genere & Speusippus Platonicus, ut Tertullianus scribit, peremptus est. Extat & Menelai cuiusdam in media Venere defuncti, à Ioanne II. Pontific. Maximo editum.

Inter opus medium lasciuia morte solutus, Hic situs est & imit, iam Menelaus humum. Qui blandè veneri vitæ sacrauerat annos, Haud aliter vitam, ponere iussus erat.

Quod genus mortis non ut Iulio Firmico placuit astrorum vi, his decretum erat, quod nimirum nati fuerint Pleiadibus, idest, sexta parte Tauri in occasu existente, & beneuolis stellis simul cum maleuolis, hunc eundem locum equata radiatione respicientibus, sed ut recte Galenus inquit, quod animales particulæ, non solum seminali humiditate destituantur, ex superfluo coitu, sed etiam vitali spiritu, qui ex arteriis euocatur, cum spermatica humiditate. Huc spectare suspicatur Andreas Tiraquel. vir meo quidem iudicio, præter in credibilem & prodigiosam lectionem, quod eius fœlicif-

lib. 3. Astro. nom. c. 6.

lib. 1. de sperm.

In leg. 15. animal.

lima monumenta testantur, in nullo disciplinarum genere non eruditissimus, quod Venerem variæ vrbes, non modò natalium sed mortis quoque, presidem fecerunt. Libitinam enim in cuius æde sepulchralia vendebantur, non aliud quàm Venerem intelligebant, quod Plutarchus prodidit in Numa Pompilio, hoc argumento admonentes, eandem, quæ causa vitæ est, esse quoque & mortis, non paucis. De qua Dea, multa quoque Lil. Giraldus, tum in sepulchralibus, tum sintagmate, de iis gentium, 13. & ante eum, M. Varro lib. 2. de lingua Latina, & Cicero de natura Deorum. Quæ etiam ob eandem rem *αυτοφθορον*, idest, homicidam appellatam ex Plutarcho in *ερωτικα*, qui *αυτοφθορον αφοροδινος* templi meminit, idem Tiraquellus, non sine magnis rationibus existimat.

COITVM, ANIMALIBVS quoque viribus, perniciosam esse. Cap. 10.

NEQUE verò tantum Venerem vires naturales exoluere, sed animales quoque, eas inquam, quæ ad sensus pertinent, profus euertere, medici docuerunt: nam cum ea cerebro ingens nocumentum inferat, & ex cerebro per neruos in sensoria spiritus animales deriuntur, quibus sensationes fiunt, læso profectò cerebro, sensus quoque omnes continuo lædi est necesse.

Porro Venerem cerebro officere, omnes quot quot sunt alicuius auctoritatis Medici confitentur. Et in primis Galenus in lib. 3. morborum popularium Hyppoc. Idemque docet salacibus adeo per frequentes libidines cerebrum minui, ut in cuiusdam hominis dissectione caput penè cerebro uacuum repertum fuerit. Ex quo ipse colligit, magnam spermatis partem, in coitu ex cerebro fecerni: quod ex eius imitatione posterjares medicum Arabes, tum Latini, & Græci, docuerunt. Anicenna, Fen. 20. traçt. 3. c. 1. Albertus Ratissponensis lib. 22. de animal. c. 4. Arnaldus Villanouanus in speculo introductionum medicinalium. c. 83. Et lib. de Regimine sanitatis, p. 2. c. 6. &c.

Atque hinc fortasse eorum placitum, qui semè cerebri portionem existimarunt, originem habuit. In qua sententia non modò fuerunt Galenus, lib. de Philosophica historia, & Alecmeon Philosophus apud Plutarchum, libro de placitis Philosophorum. 3. Sed Hippocrates quoque, medicorum parens lib. de aere & aqua & regionibus, adiiciens & huius rei signumque hi, quibus uenæ post aures inciduntur, deinceps non spermatisent, & si aliquid tale emittunt, id non esse prolificum. Quod etiam Gregorius Nisenus, Nemesius Platonicus, Constantinus Africanus, Albertus, Arnoldus &c. scriptis comprobant. Hinc spadones caluus effici non posse, Hippocrates lib. 6. Aphor. & lib. de Natura pueri, & Aristo. lib. 3. de histor. anim. c. 11. & Sectio. 10. problem. 56. & Plin. lib. 11. naturalis

Part. vlt. c. 4. Greg. lib. de virgi. anim. c. 17. Nem. lib. de nat. homi. c. 24. Const. lib. de coit. Al. ber. fen. 2. 2. 3. v. 7. c. 3. Arnal. brauiar. l. 2. c. 251.

lib. de gene.
anum. 5. c. 3.

ralis historiar. c. 37. docent. Quod & de pueris affirmat idem Aristoteles. Nesciunt enim caluicium, quod adhuc multum cerebri, nondum scruente Venere obtineant. Nunquam enim ante Veneris ætatem, capillorum defluuium euenire solet, quod is ipse Philosophus, & post illum Plinius eo loco, quo statim adductus est, annotauit. Atque hinc caluos ad libidinem propensiores hirtis hominibus, Aristoteles eodem loco affirmat, quapropter Alexander Trallianus, quem ego semper inter Græcos Medicos in summo pretio habere soleo, eos qui caluicium vitare cupiunt, à Venere abstinere præcipit. Atque huc pertinere volunt, Caluam Venerem, cuius simulacrum à Romanis colebatur, ut Lactantius Firmianus, Iulius Capitolinus, Vegetius Renuus, & diuus Augustinus, memoriar. prodiderunt. Quamquam potius ad victoriam à Gallis, factis ex sceminarum capillis tormētis, obtentam referant, quod & Lilius Giraldus in *Venere* annotauit. Referunt ad hanc cerebri inanitionem Iunius Columella & ante eum Aristoteles, quod boues execti maiora cornua gerere videntur. Hoc enim eadem ratione, qua capillitium Eunuchis, & pueris accidere crediderunt.

lib. 1. c. 2.
Lect. li. 1. c. 20.

Capitolinus
in vita Ma-
ximorum.
Vegetius li-
bro quarto
de re milit.
Augu. epist.
44. Colum.
lib. rei rust.
6. c. 2. Ari-
sto. Sect. 10.
prob. 56.

INTERNAL HOMINIS
sensoria, veneris vsu, subuerti.
Cap. 11.

VERVM nunc ad particularia descendamus. In primisque, quantum detrimenti interni sensus, per Veneris vsu accipiant, ex auctoribus ostendamus. Memoriam profectò coitu lædi, Aetius Tetrabili, 2. Sermone. 23. quod de ammissa memoria eiusque remediis præcipit, apertè indicat. Veneris, inquit, vsus sit rarissimus. Neque enim ad totum sanitatem conducit, neque de animæ ratiocinationes: immo & tristitiam inducit, & lancinatio illa in coitu contingens conuulsioni quodammodo & spasmus coequata est. Et per, frigeratio, quæ succedit, congelat quodammodo ac stupescit intelligentiam. Hactenus Aetius, qui & antea crediderat homines ex concubitu fieri obliuiosos. Læsa verò memoria, & sensum communem, & Phantasiam, & si que sunt aliæ internæ hominis potentiar, lædi necesse est. Cum aut solo officio, non item subiecto distinguantur, aut si distinguuntur, eadem sit omnium ratio.

VISVM ALIOS QVE SEN-
sus, magnoperè, vsu Veneris lædi.
Cap. 12.

SED ad organum visus venio, oculos videlicet, quos ea re summoperè conturbari, & ratio ipsa docet, & auctores demonstrant.

Certè si cerebrum, à quo vis sentiendi in oculos reliquaque sensoria deriuatur, coitu læditur, ipsa rerum consequentia, necesse est & oculos, & ipsa eadem sensoria retundi & flaccescere: nam quod à cerebro in oculos, spiritualis illa sentiendi virtus defluat, Plin. lib. 11. c. 37. Galenus libro 7. de placitis Hippocratis & Platonis, & Aetius Tetrabili. 2. Sermone. 3. c. 1. tradiderunt. Præcipitque Galenus lib. 4. de compositione medicamentorum secundum locos. c. 8. ex Archigene influxionibus circa oculos in principio conuenire cibi & potus paritatem, & maximè omnium rei Veneris abstinentiam: Quod idem & posteriores Medici præceperunt. Aetius Tetrabili. 2. Sermone. 3. c. 4. & Auic. fen. 20. 3. tract. c. 11. & 33. tract. 1. c. 5. Ralis ad Almansorem lib. continen. 11. c. 4. Arnaldus, & nouissimus omnium doctissimus, Menardus Ferrariensis lib. 6. Epist. Medicinal. epist. 4.

De hac autem re ita quærit Aristotelis. Cur iis, qui rem Veneriam immodicè agunt, oculi & clunes manifeste subsident, partes, quarum altere propæ, alteræ procul à genitalibus absunt. Vitium quod in ipso etiam coitu partes hæ perspicuè collaborant, cum rem studiosius ipse perscrutantur, & se cogant, nitanturque in semine emittendo. Itaque quantum alimentum facile liquefcere potest, id præsum, extruditur. An quod ob hoc, hæ calefactæ præcipuè contubescunt. Concubitus autem caloris agitur facultate, eaque maximè sentiunt calorem, quæ in agendo commouentur. Oculi autem partesque sedi proximè, perspicuè collaborant, haud enim fieri potest, ut semen profluat, nisi partes coagantur illæ, nisi que oculi demittantur, quippe cum partibus his coeuntibus, humor quasi manu ex uesica præmatur, oculisque coactis cerebrum sua dimittat. Oculos uerò & locum his proximum, uim ad procreationem maximam obtinere, docent illinimenta, quæ mulieres tam steriles quam sæcundæ experiuntur, utpotè cum uis ad se mitti hinc debeat. Sunt autem & oculi & res omnium pingues atque obesi. Ergo quod partes hæ rem Veneriam efficacius adiuuant, caloris particeps sunt, cuius tabifica ui extenuatur, multumque sui succi ad semen excerni patiuntur. Calor enim (si corpus uel pingue non est, uel si pingue quid est, sed non tamen laborat) æque liquefacere nequit, ut latè in Venere patet. Hucusque Aristoteles. Idemque docet apertius multò, problemate tertio.

Et ne in re, ex ipsa, ut diximus, ratione euidenti, æquo simus prolixiores, & de singulis externis sensibus peculiarem tractationem instituentes, satis sit nobis in hac parte, Rufi Ephesii & Aetii auctoritas, quæ uniuersali sermone, de omnibus sensibus pronuntiet. Qui concubitus sæpius indulgēt, neque exactè uident, neque ut oportet audiunt, neque alios sensus integros possidēt. Diuus quoque Chrysothomus, ea homilia cui titulus est, *quod nemo læditur nisi à se ipso*, is ait, qui in libidine uitam

lib. 4.

Sect. 4. b. 2.

lib. 11. nat.
lib. 4. 37.

Tenab.
Serm. 3. 2.

agunt, sensus omnes tardi sunt, graues, obtuli, & quodammodo iam sepulti &c. Narrat diuus Ambrosius commentar. in Lucam lib. 4. c. 17. enarras illud Lucæ, *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus*, Theotimi cuiusdam historiam, quæ ad hanc rem pertinere videtur, in hæc uerba. Theotimus cum graui oculorum morbo laboraret, Medici coitu interdixerunt: uerum is uxoris amantissimus ac libidinis impatiens, non potuit sibi temperare, quin uxorem amplecteretur. Isque cum esset in ipso estu feruentis libidinis & consuetudinis apparatu, uenissetque in mentem interdictum Medicorum *καίρι* ait, *φιλανθρωπία*, id est, uale amicum lumen, nimirum intelligens sese uoluptatem eam per breuem, oculorum dispendio emisse. Tiraquelus, huc pertinere uult, cupidinis pueri cæcitatem quod scilicet immodica libido oculis admodum obsit. Idque Maruli Constantinopolitani testimonio comprobatur, qui in cupidinis descriptione lib. 1. Epigramatum, ita ab eo quærat.

Quæ fors eripuit lucem? immoderata libido.
Quamquam fortasse ea cæcitas in moralem effectum, quod nimirum cæcos amantes redat, nõ corporis sed animæ oculis, referri queat.

Sed nunc ad rem reuertor. Docet Plinius, his, qui immoderata Venere utuntur palpebras decidere. Et demum adeo concubitus oculorum caliginis, albuginis, pruritus, cæcitati & reliquis ocularibus morbis aduersatur, ut quedam medicamenta, quæ his potissimum morbis profunt, non nisi ex uirginibus, nec nisi castis & puris, sumpta profunt. Præcipit Matthæus Burdegalenus Collyriū, quod inter cætera confici debet ex Lotio pueri uirginis, eoque utendum esse casto & puro.

MOTIUA CORPORIS
uirtutem, coitus vsu torpescere.
Cap. 13.

DI E A M V S deinde de motiua hominis uirtute, quæ non minus quam sensus, ad uitam, à natura necessaria iudicatur. Eam profectò Venere detrimentum accipere, id quod superius demonstrauius, cerebrum per coitum euertere satis indicat. Nam cum animales spiritus à cerebro per spinam medullam in uniuersos musculos, qui motionis animalis sunt instrumenta, deriuetur, obleso cerebro & medullam & neruos lædi est necessarium. Arescente enim uerò cerebro per coitum, & medulla quoque, quæ eiusdem & plerique docti docuerunt, est naturæ, exarescet, arescente autem medulla spinali, quid oberit, cur non statim nerui quoque arescant, & musculi perinde studeant? Hinc Hippocrates tradit medullam spinam maximè siccescere, cum uenulæ medullam petentes læpiuntur atque obturantur, & cerebri meatus corporis malignitate id patitur sed præ cunctis nimio coitu arescere. Et sunt multi in ea sententia, ut semen è cerebro (quod iam diximus) per spi-

lib. 11. 11.
637.

Tenab.
Serm. 3. 2.

nam ipsam, in membra genitalia defluat. Quam sententiam Plutarchus in Platonem refert dicentem; semen haud aliud esse, quam vertebralis siue spinalis medullæ defluuium. Querit quoque de hac re Aristoteles. Cur spadones calui effici nequeunt? Cui quæstioni respondet, id accidere, quod spadones, ut antea diximus, multum cerebri obtineant, quod eis contingit, quod rem Veneriam non agant. Subditque, *Semen enim labi per spinam è cerebro uidetur*. Qua de causa boues quoque castrati, cornua gerere maiora putantur, nec non & mulieres, & pueri cum calui non sint, eadem ratio esse creditur. Quod autem hic maliebre Capillitium, quemadmodum & spadonum & puerorum in feminis defectum reicit, ad suam illam sententiam pertinet, qua sceminas nullum in opere Venerio semen excernere mordicus tenet. Cuius tamen contrarium, sapientissimos, tum ueteres, tum recentes medicos approbasse uidemus. Porro quod nerui, per quos corporis partes instrumentales mouentur, à cerebro per medullam spinalem descendant, præter ipsam humani corporis anatomiam, Galenus multis locis demonstrat, ut lib. de Hippocratis & Platonis decretis. 1. 2. 7. & 8. libro de neruorum dissectione, lib. 1. & 7. de vsu partium, lib. de Semine. 1. c. 5. & 8. lib. de motu musculorum, lib. 4. c. 17. & lib. 7. c. 3. Docetque lib. 7. de placitis Hippocratis & Platonis, neruos eandem cum cerebro habere substantiam, nisi quod compactiori materia constituti sunt, ne facile à quolibet patiantur, ideoque eos cerebri auxilio indigere. Eadem itaque ratione, qua cerebrum per vsu Veneris læditur, nerui quoque partium instrumentaliū lædentur. Quod præter Galenum in commentariis Aphoris. Hippocratis. lib. 3. Oribasius lib. 1. Euporiston. c. 22. & li. curationum. c. 144. Aetius. 1. Tetrab. Serm. 3. c. 8. Auicenna 33. tracta. 1. c. 5. & in 20. eiusdem tractatus. 11. Ralis lib. continen. 11. c. 4. Valefcus Tarenti. in Philonio, lib. 6. c. 2. & ante hos oēs Cornelius Celsus li. 1. c. 9. & li. 3. c. 27.

PECVLIARIBVS CORPORIS
membris, vsu Veneris nocere.
Cap. 14.

HINC Celsus inter ueteres Latinos medicos eruditissimus, Veneri non modo Paralysim, qua membra quedam resoluuntur & spiritu motiua destituta, marcescunt, sed Apoplexiam oriri plerunque docet, in eis que rarissimo coitu uti consulit, quod etiam Celsus Aurelianus eiusdem ordinis homo confirmat. Hinc etiā Podagrâ, Chiragrâ omnesque iuncturarum morbos oriri, aut eius vsu uehemētissimè exacerbari, idem Cornelius Celsus demonstrat. Vbi etiam scribit, quosdam cum uno anno integro, à uino & Venere sibi temperassent, eos morbos euasisse. Idem docet Galen. lib. 6. morbo. popularium Hypp. lib. 6. commentar. eiusdem Hyppoc. c. 28. Atque iterum,

lib. de placit.
lib. 5. c. 3.

Sect. 10.
probl. 56.

De gen. ani-
ma. lib. 1. c. 20.

lib. 3. c. pa-
stre. c. 1. li.
1. Chiron.
c. 6. Corn li.
1. c. 9. & li.
4. c. 24.

rum, c. 30. refertq; ad id, quod illic Hippocrates scribit, Spadones & pueros, ante vsum veneris, non pati Podagram. Plinius etiam secundus, vt libello, qui cum Cornelii Quinti Trotulæ, Marcelli, Scribonii, Largi Sorani Ephelii, L. Apulei, Antonii, Musæ Aemilii Macri, Strabi Galli, Cælii Aureliani, & Theodori Prisciani, libris de Medicina circunfertur, cognominatur, aut ut Tiraquellus vocatur, & ego verius existimo, Plinius Valerianus lib. 3. de re Medica. c. 14. prohibet ante omnia, ne Podagricus mulierem contingat. Actius quoque Tetrab. 3. Serm. 4. c. 7. & rursus, c. 20. docet, venerẽ Podagricos extreme lædere, præsertim si asidue aut intempesiue ea quis vtatur. Quod voluptas per se, neruorum corporum robur ac firmitatẽ dissoluat, multoq; magis si cum vehementi motu perficiatur. Ob hoc enim membra affecta imbecilliora fiunt, & promptè & absque ullo impedimento, in se confluentia retrimenta suscipiunt. Idem docent Paulus Aegineta lib. 3. c. 78. & rursus lib. 7. c. 11. Octavius Horatianus lib. 2. rerum Medicarum. c. 21. Auicenna Fen. 2. 3. tract. 2. c. 24. Rasis ad Almanforem lib. 9. c. 90. & lib. diuison. cap. 2. Et demum diuus Chrysostomus, homilia superius allegata, de his, qui in luxuria vitam egerunt, eorumq; languoribus loquens, Quibus addit, ad malorum cumulum Podagra tremor & immatura senectus succedit. Inducit & Epilepsiam, quam comitiales morbum Latinis appellare placuit, ut auctores sunt Cornelius Celsus lib. 3. c. 23. Galenus lib. 6. morbor. popul. Hippocrat. Paulus Aegineta lib. 3. c. 13. Alexander Trallian. lib. 1. c. 21. Ioan. Mesuẽ in eo libro, qui Grabadin. idest, Antidotarium inscribitur, cap. de Epilepsia. Auicenna 2. 2. 3. tract. 2. c. 11. Rasis lib. 1. continen. c. 5. Nam quod Celsus illo eodem loco docet, Epilepsiam in pueris, plerunque sub initium veneris solui, non ad ipsam venerem sed ad ætatem, quæ tunc ualida incipit esse, & in morbos dominari referendũ est.

Sed nunc ad grauisimas quasq; peculiare corporis passiones peruenio. Certè veneris vsum, Hydropem, qui morborum omnium est turpissimus, plerũque inducere, Celsus lib. 3. c. 21. aperte prodit. Vbi & illud quoque addit, quod si quis ex eo morbo conualuerit, tamen alienum esse ei debere veneris vsum. Leporam etiam quæ Hydropi turpissime proxima est, venere contrahi Actius Tetrab. 4. 1. c. 125. Scribit, docetq; coitum huic morbo esse infestissimum. Idemq; docet Auicenna in 4. 3. & iterum in 7. c. 4. Estque huius rei signum, quod ut Archigenes scriptum reliquit, nullus spado Lepra turpatur.

Inducit quoque Alociam, idest, depilationem siue capillorum defluuium, ut superioribus planet, cum de caluitio, quod ex cerebri diminutione prouenire dicebamus, loqueremur. Febrem Ethicam, idest, consuetudinariam per vsum libidinis prouenire, Rasis lib. 4. ad Almanforem. c. 17. & Auicenna 2. 2. 3. tertii, tracta. 2. cap. 24. & plerique

alii Medici docuerunt. Phthifim siue Phthoen aut Tabem, etsi quidam inter hæc discrimen agnoscant, per uenerem propagari, Hippocrates lib. 2. de morbis, & Cornelius Celsus lib. 3. c. 22. & Lucianus in Saturnalibus, docent.

Colicam præterea passionem & generat & grauisimè auget, ut Cælius Aurelianus lib. Chronio. 4. c. 7. & Auicenna 2. 2. tertii tract. 2. c. 11. Febres etiam adurentes, etiam si Febres sint ex slegmate, ut eiusdem Auicennæ auctoritate scribit Petrus Aponen. in com. probl. Arist. p. 4. c. 50.

Scabiem deinde, vnde Auicenna in 7. quæst. tracta. 5. c. 7. Scabiosos omnino coitum dimittere præcipit: cum enim mouere materiam ad exteriora, & exitare vaporem calidum, putridum venientem ad superficiem cutis, illicque putrescere.

Tusim quoque, Celsus lib. 3. c. 23. & Lucianus in Saturnalibus per uenerem inuehi docent. Quod illud. P. Virgilii pertinet.

*Latus deficit & periculosam,
Cum tusi miser expuit saluam.*

Gonorrhæam, quam seminis profluuium appellaueris, quaque percitos, Dominus à templi ingressu, quemadmodum læproso & arcet, Paulus Aegineta ex ea deriuari docet, li. 3. c. 57. Actius etiam Tetrab. 3. serm. 3. cap. 34. auctoritate Galeni, eos, qui morbo afficiuntur, iubet, omnem de rebus ueneris cogitationem excludere. Quod & Tralliano placuit, lib. 8. c. 9.

Infert veneris quoque vsum, ignominiosas illas passiones, quas Græci Medici Satyriasm & Priamismum appellare placuit, nos membrorum genitalium tetiginem & immodicum præter naturam rigorem vocare possumus, quæ duo aut sunt idem, ut Actius Tetrab. 3. ser. 3. c. 34. & Theodorus Priscianus, siue, ut alii uolunt, Octavius Horatianus. Medic. rerum lib. 2. cap. 11. docent, aut distincti languores, ut nonnulli alii arbitrantur. Has verò passiones vtu veneris induci, Cælius Aurelianus. morbor. acut. libro tertio capit. 18. & Paulus Aegineta lib. 3. c. 53. docent, quanquam Galenus auctor quoque sit, eos quoque morbos ex veneris abstinentia aliquando deriuari, quod eius quoque auctoritate Actius Tetrab. 3. Serm. 3. cap. 32. confirmat.

Quin verò, ne morborum immensum aceruũ, quem à Venere prouenire Medici tradiderunt, singillatim percenseamus: infer uenus omnium morborum morbum, Epidimiam quam pestem Latini vocant, cuius rei sufficiens testimonium præbent

Cornelius Celsus
lib. 1. c. 10.

Rasis

lib. de Pestilentia c. 4. Auicenna 1. 4. c. 1.

Valescus Tarentinus libello etiam de Pestilentia c. 8.

* PRAECIPVA

Leonardus
Fuesini.

Leni.

Seff. 4. pro-
ble. 18.

lib. Saturni.
7. 4.

Linus lib. 2
arabe con-
dita & Ple-
ter. in Mar-
ta Cornela.
no.

P R A E C I P V A C O R P O R I S
membra per Veneris vsum lædi.
Cap. 15.

LAEDIT libidinis vsum præcipua etiam corporis humani membra, quibus euerfis, hominem subsistere, est impossibile. Nocet in primis capiti, ut auctor est Oribasius lib. Eupor. 1. c. 22. quod nimirum cerebri, quod maximè vtu veneris læditur, in eo sedes sit.

Nocet cordi & hepatis, quæ duo cum cerebro, ternarium illum membrorum vitaliũ constituunt, quod Arnaldus in speculo suo annotauit.

Pulmoni etiam detrimentum asferre, testis est Oribasius Eupori. 1. c. 22.

Pectori item, coxædicibus, vesicæ, pedibus, gurgulionibus, ex Aetio Tetrab. 1. Ser. 3. c. 8. quod èt de pectore, loco quo diximus, Oribasius testatur.

Nam libidinem ventri plurimum officere, Aristoteles testatur. Cur, inquit, res ueneria uentrem refrigerat, & siccatur? An refrigerat, quoniam calor. Calor in concubendo excernitur. Et siccare quidem coitus ueneris potest, quippe cum euaporari, dum calor exit, necessarium sit: exit autem cum refrigeratur. Adde etiam, quod feruor coeundi, siccare nimium potest. Hucusque Aristoteles.

Venerem etiam stomacho, omnium membrorum humani corporis, præsepi, immo verò, ut iuniores Medici vocant, coquo, & quem Macrobius eiusdem corporis patremfamilias appellat, perniciosam esse, Galenus lib. 3. morborum populariũ Hippocratis, cõmẽt. 1. quo loco, de Pythione quodam differit, & Aetius ex Philagrino Lycio Macrensi, Tetrab. 3. Ser. 3. c. 34. vbi & eos, qui stomacho laborant, iubet abstinere à spectaculis & lectionibus quæ ueneris rei vsum in memoriam reuocare possunt. Consentit & Auicenna lib. 3. fen. 3. tract. 1. c. 36. & tract. 1. c. 11. & in 13. eiusdem. 3. c. ultimo primi tractatus. Stomachũ autẽ lesum, vniuersis humani corporis mēbris, exitiũ asferre, Apollonius ille Aesopi, de illis aduersum eundem stomachum coniurantibus, quem Menenius Agrippa ad conciliandã plebẽ Patriciis vsurpauit, satis indicat.

Renibus nocere libidinem eorũque vicis, Galenus lib. 6. morbor. popularium Hippocratis, commen. 6. Aetius Tetrab. 1. Serm. 3. c. 8. & iterũ Tetrab. 3. Serm. 3. c. 2. Rufi Ephelii auctoritate confirmat. Rursusque Ser. 3. c. 30. ex Archigene Apameo, qui Romæ sub Traiano vixit. Aristoteles sectio. 4. proble. 2. huius causam reddit. Renes, inquit, omnium maximè sentiunt, quia uicino positi sunt, & ipse quoque seminis transitus, cum per ea loca perspiciẽ agatur, extenuare proculdubio potest, adimit enim, non addit per suam istam propinquitatem. Sic Aristoteles.

Ante quos omnes Hippocrates lib. de morbis intraneis, scriptum reliquit, vnum ex quatuor renũ morbis, maximè fieri ex nimio coitu. Ad quod

alludit, ut Andreas Tiraquellus annotauit, quod renes Varro *ἀνορετικὸν*, quod est fluere dictos arbitrat, quia riuus ab eis obsceni illius humoris oriatur. Quanquam Galenus & posteriores Medici riuos eos non semini sed excernendo lotio destitutos decreuerint; de qua re multa Andreas Vessalius lib. 5. de humani corporis fabrica. c. 10. Carolus Stephanus lib. 2. de dissectione partium humani corporis, & Ioannes Valuerdis Hispanus lib. 3. de historia compositionis humani, & reliqui, qui non modò ratione, sed ipsa anatomica demonstratone, speculantur. Quod etiam Aristoteles ex eo demonstrat, quod nullum animal pennatum, scammatum, aut corticatum, & in summa quæcunque lotium non faciunt, renibus à natura sit præditum, & tamen omnia semen excernunt.

Obscenum ergo humorem, non semen; sed feculentum & serosum humorem, vrinam scilicet, Varro nominauit. In qua tamen re parum moror. Verum Tiraquello adstipulatur, quod Hippocrates libro de genitura, inquit, semen cum ex cerebro in medullam spinæ peruenit, renes confestim petere, ex ipsisque per medios testes, impudenda penetrare: quod & Aristoteles confirmare videtur. Renes, inquit, omnium maximè sentiunt, re, scilicet, ueneriam. Et ipse quoque seminis transitus, cum per ea loca perspiciẽ agatur, extenuare proculdubio potest &c. Verum ego, qui nũquam mihi persuadere potui, quanquam id summorum hominum sententia, quod hac disputatione non semel dixi, approbatum uideam. uel semen à cerebro defluere, uel per spinam in genitalia descendere, uel quod reliqui docent, ab omnibus corporis mēbris excerni, sed ut antea innui, ab ipsa substantia testiculorum, quemadmodum lac à mammarũ carne fabricari, in uasaq; spermatica, ipsis testiculis affixa, reponi, de qua re fortasse alibi, renũ ex ueneris lesionem non in seminis transitum, sed in eorum maiorem laborem & excalfactionem, quam ex uicinitate genitalium, in libidinis actionibus contrahant, ut is ipse quoque Aristoteles testatur, reiicio. Porro quod renes aut lumbi, in utriusque testamenti scriptura, pro ueneris usurpentur, ut quod Dominus ad Dauid inquit. *Filius tuus* qui egredietur de renibus tuis. Et illud fortasse. *Scrutās corda & renes Deus, & ure renes meos & cor meum*, & similia innumera, quæ passim in sancta scriptura, uel renum, lumborum nomine, continentur, ut cum Iacob repromittit Dominus reges orituros de lumbis eius. Non eo tendunt, quod ea ex parte semẽ profluat, sed aut quod lumbis genitalia membra per uenas, arterias, neruos, tendones &c. Sint affixa, indeque eorum motus pendeat, aut quod magis puto, & quod Aristoteles superius exposuit, quod ex partes, in semine excernendo, magis reliquis collaborent. Rem, inquit, Aristoteles, studiosus ipsæ persequuntur, nitunturque in semine emittẽdo. Sunt etiam lumbi, siue renes earum rerum, quæ non manibus, sed

in l. 15. con-
nub.

li. 3. de Sym-
pt. caus. lib.
natur. facul.
lib. de foetus
form. lib. 6.
de anat. ad
minis. lib. 5.
de vsur. etc.
li. 3. de par.
anim. c. 9.

Seff. 4. pro-
ble. 2.

3. Reg. 8.

Gen. 35.

Seff. 4. pro-
ble. 2.

B b toto

toto corpore, fiunt, ex quarum genere sunt; res veneræ, subiectum, *Quapropter* accingere renes, aut lumbos, quæ dæ loquendi rationes, in sancta scriptura, sunt frequentissimæ, capere vires & fortificari significat; robur verò earum quæ brachiis fiunt digiti nomine, designantur: de qua re alibi apertius. Quanquam scio Isychium Presbyterum in leuiticum scribentem, renes coitalium feminum appellasse, quod fortasse boni verti poterat, nisi alibi dixisset, In renibus coitalis operationis, esse semina. Eodem fortasse errore Tertullianus, renes vocat conscios feminum. Nam quod quidam ex sanctis patribus, ex verbis Iob, *virtus eius in lumbis eius et fortitudo illius in vmbilico ventris eius*, viris in lumbis, fœminis contra, in vtre luxuriam esse docent, non id significat, quod vasa feminaria, viris in lumbis, fœminis in vmbilico sita sint, absit, immo si res ad Philosophiæ & anatomîæ filum expèdenda sit, potius fœminis semen, si quod habent, ex lumbis descendit, habent enim fœminæ non in scroto inter crura pendentes, ut mares, sed lumbis & matricis posteriori parte, affixos testes, ex quibus non dubium, & vis prolifica & seminaria, & perinde libidinis desiderium deriuatur. Dicitur ergo, viros in lumbis, fœminas in vmbilico habere luxuriam, propter coeundi rationem, quod scilicet conuersi coeant, contra aliorum animalium rationem, renibus vt Aristoteles dicebat, laborantibus. Aut viris quidem propter superiores ratios, quod scilicet illic sita sit vis coeundi, fœminis autem quod præter vim coeundi cum mare quam in ventris musculis sitam habent, eo loco situs sit vterus, in quo venus celebratur, & semina cõcipiunt.

Huc spectat quod vel Astrologi vel Mythologi, idest, Fabulatores, cum reliqua membra vel signis vel Diis dispertiant, lumbos & inguina, veneri tanquam præsidii tribuunt, quod scilicet vtriq; sexui dominetur.

Officit præterea coitus lateribus, eadem ratione, quod nimirum labori, quem, quod sint partibus genitalibus propinqui, necessario impendunt, ex quo excalescentiam immodicam contrahunt. Quo pertinet quod Iuuenalis ad quendam inquit.

*Nec queritur,
Quod lateri parcas.
Et Ouidius Naso.
Vidi ego cum foribus, lassus prodiret amator.
Inualidum referens, emeritumque latus.*

Multa Catullus & Martialis læpidi poetæ, ut quidam volunt, sed ut ego puto, inuerecundi, oblcæni, & Christianis auribus indigni, carmina hac loquendi phrasi resperferunt. Sunt & apud Virgilium in oblcænis carminibus nonnulla. Sed illud quod Suetonius Tranquillus memoriæ prodidit, non est silentio tegendum, Valerius Catulus consulari familia iuuenis, stupratum à se C. Caligulam a late ra sibi contubernio eius defessa, vociferatus est.

Demum venerem dentibus qui neque decoris neque digestionis sunt, minima portio, officere

Cœlius Aurelianus lib. Chronion. 2. c. 4. & Aetius 1. Tetrab. Ser. 3. c. 8. auctores sunt: sed de nocumētis, quos veneris vsus præcipuis humani corporis membris infert, hæc dixisse satis sit, nam singulos, qui à veteribus & recētoribus auctoribus enumerantur, uelle per censere, opus esset immensum.

A N I M O, M V L T A D E T R I M E N T A usum ueneris inferre. Cap. 16.

DE animi detrimentis iam nonnulla dicamus. Et in primis in his numeramus eas de quibus superius loquuti sumus; Apoplexiâ, Epilepsiam & similes morbos, qui non modò corpori officiant, sed animum per sensus alienationem inuadant. Quibus annumerare oportet, atrebilis insauitissimam intemperiem; per quam in uarias Maniæ speciēs homo pertrahitur: quam Venerem promouere Galenus lib. 6. morborum popularium Hippocratis, com. quoq; sexto, & Rasis lib. 1. continen. c. 2. apertè testantur.

Verum intus progrediamur. Quis dubitat, homines intemperantes; per coitum, qui nobis cum bestiis est cõmunis, à cunctis mortalibus inter eas numerari? Alexander ille orbis dominator, ut auctor est Plutarchus, duabus se potissimum rebus mortalem esse deprehendit, somno & uenere. Vt uti hæc duo præcipuè à Diuinitate essent aliena. Multa scriptis mandauit Aristoteles in hac sententiam lib. Moralium Nichomachior. 3. c. 10. Verum ea sunt perspicua magis, quæ Sectio. 28. problēm. 2. in hæc uerba inquit. Cur duorum tantummodò sensuum ratione, homines incontinentes uocamus, idest, tactus & gustus? An propter uoluptates, quæ pariter nobis ac ceteris animalibus omnibus per hosce sensus administrantur? Quod igitur communes eas cū bestiis habemus, spernimus, & solas omnium aut maximè uicio probroque damus. Itaque hominem eis addictum uituperamus, etiam incontinentem atque intemperantem appellamus, quoniam à terribimo uoluptatum genere ducatur. Hactenus Aristoteles.

Docet idem alibi, uoluptates esse impedimento prudentiæ: atque quo magis hisce quispiã gaudet, eo magis impediri prudentiam, ut in uenera fit uoluptate. Neque mihi alienum ab hac sententia animum Seneca gerere uidebatur, cum dicebat nihil esse tam mortiferum ingenis, quam luxuria, quanquam illic non de sola carnis libidine, sed omni uitæ licetia, cuius maxima portio carnis uoluptas est, loqui uideatur.

Et ut omittamus uehementem illam totius animæ uirium alienationem, per quam ita mens suo loco mouetur, ut elegantissimi quique Medici, eam paruam Epilepsiam uocant, quod quidam Hippocrati, quidam Democrito, quidam Eriximacho tribuunt, alii uerò ex quibus Galenus, spasmm quendam appellauerint, ut inquam

lib. 1. in Le. nis.
lib. de resur. car.

Saty. 6.

Catullus ad Flauium. Martialis lib. 11. ad 200. 1. epist. 105.

In uita. 4. a. an. lib. de discret. ad laser. & mic. & 5. pr. problēm. c. 1.

lib. 7. Eth. c. 9.

inquam hanc omittamus, quod fortasse breui temporis momento soluantur, quis dubitat harum voluptatum studiosos, stuporem quandam & mentis obtusitatem contrahere, per quam sapientibus plerunque & mente præditis, stulti putantur? Necessè est profectò, ut inferioribus animæ uiribus, per voluptatem oppresionem corruptis, mēs quoque, quæ ab eis in præsentis status cõditione dependet, in consensum trahatur. Atque id cum ipse humana uitæ vsus, quotidie ostendat, amplioribus uerbis exigere non est opus. Rectè ergò diuus Grægorius Pontifex, mentis cæcitatē ex uenere oriri dixit. Cui Augustinus, accedens, nihil ait, esse sentio, quod magis ex arce deiiciat animum uirilem, quam blandimenta fœminea, corporumque ille contactus. Sed de hac re, multa auctores Theologi comentantur, quæ si quis videre uoluerit, quantum animi uiribus vsus ueneris noceat, facillè colliget.

Neque aliorum pertinere puto, quod veteres prudentiæ & literarum Deam Mineruam, atque Musas disciplinarum prædices inuentricesque, uirgines esse uoluerunt (Camenæ enim, teste Pompeio, quasi castæ dictæ sunt,) quam quod per hoc insinuare uelent, literarum animique cultores, castos esse debere. Refert Laertius in uita Platonis ab eo conditum, ueneris ad Musas loquentis postulantisque sibi honorem exhiberi, nisi uellent cupidinis furorem experiri, in hunc modum, cõditum Epigramma.

*Α' Κύπρις με' σασι, κοράδια ταν Αφροδίταν
Τιμάτον ητόν Ἴρον ὑμμιν εφοπτίσσομαι (τα
Χ' αἰμῆσαι πωτὶ κύπριν, Α' ρεῖτα ζωμύλαπῶν
Η μὲν διεπεται τὲ τὸ τὸ παδάριον,*

idest.
*Hæc Venus ad Musas, Venerē exhorresceta Nympha
Inuos armatus amor insiliet.
Cui contra, Musa.
Lapidada hæc ioca tolle præcamur.
Aliger ad nos, non uolat ille puer.*

Scribit Gellius nonnulla de animi detrimentis, quæ à uoluptatibus carnis proueniunt lib. 19. noctium athic. c. 2. Sed nos iam commodis & damnis ueneris in medium propositis, quid in ea re sentiamus, oportet explicemus.

C O M M O D I S, E T I N C O M M O D I S Veneris expositis, auctoris de usu eius, iudicium proponitur, & quod uenus per se ad corporis humani sanitatem non conferat quauis per accidens aliquando sit utilis. Cap. 17.

ET quidem si rectè rem dispiciamus, duplex nobis in hac parte quæstio confurgit. Prima, An ueneris usus ad humani corporis

sanitatem sit utilis. Altera, an sit necessarius. Prior duplicè habere potest sensum, unum, an sit per se utilis, alterū, an per accidens. De necessitate etiam eodē modo bipartitus est sensus, an sit necessarius per se, an uerò ex accidenti quopiam superuenienti.

Et ut ad priori dubii dilutionem prius accedamus, nullo pacto credimus, per se quidē & ex intentione naturæ, ueneris usum ad sanitatis considerationē attinere. Cuius rei rationes ex incommodis, quæ cum consequi superius, uariorum auctorum testimonio comprobauimus, proferre possumus. Enimuerò uniuersa illa detrimēta, siue quæ ad uim uegetatricem, siue quæ ad sensus, siue quæ ad moti uā uirtutem, siue demum quæ ad animum pertinebant, rei ueneræ per se conuenire, ex illis ipsis auctoribus, satis illuxit. Non enim ueneri ea Medici tribuunt, ex accidenti aliquo, sed per se, & ipsius ueneris ratione, per se igitur est ad tuendam uel conciliandam sanitatem inutilis, immo uerò non tantum in utilis, sed perniciosa.

Deinde, cum an aliqui, dper se humani corporis sanitatem pertineat inquirimus, nō de quocunquē humano corpore loqui debemus: sed de sano & nihil in humorum qualitate uel quantitate peccante, huic autē sano corpori, aliquid detrahere quis dubitat, illi futurum perniciosum? Ergo coitus per quem sano corpori, nō quæcunquē sed optima, ac omniū purissima substantia detrahatur, per se non modò ad sanitatē non est utilis sed est perniciosa.

Tertiò, Finis specificus & finis indiuidualis sunt prorsus, ut superius demonstrauius, diuersi, quæ admodum enim indiuidualis finis indiuidui tantummodò salus est & conseruatio, etiã si natura nullo pacto propagetur, ita specificus finis totius humanæ speciei, cõseruatio & propagatio est, neque curat indiuidui conseruationem, immo uerò ipsa naturæ propagatio, ut antea dicebamus, quædam indiuidui diminutio est, quoniã cum sit natura limitata, ipsa sui communicatione dissoluitur. Appetitus ergo ille generandi & propagandi naturam, sanitati per se non conuenit, sed illi contrarius: quod si ita est, coitus, ergo, qui illius appetitus est executio, animalis sanitati contrarius est. Atque de prioris quæstionis priori sensu.

In secundo sensu, propter ea, quæ de commodis uel uniuersalibus uel particularibus superius, in priori huius disputatione attulimus, uenerem esse aliqua ratione ad humanam sanitatē, uel tuendam, uel acquirendam, utilem negare non possumus. Potest enim fieri ut corpus humore illo seminali exundet, atque adeò illud, quemadmodū & reliquos eiusdem corporis humores excernere, ad salutē retinendam uel comparandā sit utile: quanquã id tamē non modicā difficultatem habeat, primo quidem propter eorum Medicorum, & Philosophorum auctoritatem, qui nullo pacto, uenerem ad sanitatis considerationem, pertinere absolutè pronuntiat. Non. n. per se tm̄ loquuntur, sed quacū

que rōne & modo, idest, absolute & simpliciter. Deinde quod in illa seminis excretionē non nihil humanæ quoque virtutis & substantiæ colligescat. Non enim tantum semen per venerem foras protruditur sed spiritus quoque vitales, animales & naturales. Sunt etiam adiuncta veneri plurima ac grauissima earum partium, quæ ad vitam ministrandam pertinent, cerebri, hepatis, ventriculi, cordis, renum, ventris &c. detrimēta, quæ excretionem illam quantumcunque propter superflui humoris effusionem salubrem, perniciosam efficiunt.

Atque hic est controuersæ punctus, qui enim venerem, vel vniuersaliter, vel in aliquibus morbis vitalem dixerunt, excretionem tantum humoris superflui attenderunt, qui contra, eandem damnarunt, ad damna quæ humanis corporibus intorquet, expectarunt. Nam aut corpus abundat semine, aut nihil habet superfluum, si posterius, perniciose est omnino uenus, quod non modò vitalibus membris noceat, sed idē corpus substantia priuet; si prius excretio illa quidem salubris est, ceterum quoniam ea sine proximarum genitalibus partiū, ac aliorum membrorum vitalium detrimento, fieri nequit, ex hac parte perniciose est.

Non est autem absolute perniciose & exitialis, quoniam fieri potest, ut excretio seminis sit salubris magis, quam spirituum illa exhalatio, & partiū vitalium lesio sit perniciose. Est ergo ex accidenti, & ab extrinseco utilis uenus, etiā non absolute sed ex parte aliqua, atque hæc in gratiam Galeni, & aliorum Medicorum, qui venerem aliquando ad sanitatem vel conseruandam, vel retinendam pertinere docebant, ita donamus. Quamquā, quod postea dicemus, ea seminis abundantia utilioribus aliis, & quæ minus detrimēti humanis corporibus inferant, modis euacuari possent.

QVOD VENERIS VSVS
per se, non sit ad tuendam sanitatem
necessarius. Cap. 18.

SECUNDA quæstio, quoad primum sensum aperta est, ex priori quæstione, nam si uenus per se ad sanitatem non modò non est utilis, sed est perniciose, non ergo per se necessaria: potest enim homo aut mulier, quantumcunque seminis fecunda, per cibi & potus parsimoniam, per labores, &c. corpus in eam temperamenti conditionem perducere, ut nulla timeri possit seminis redundantia, sine Cerere enim & Bacco Friget Venus, Atque hæc ratione semper Ecclesiastica disciplina virginitatem aut continentiam cum ieiunio coniunxit, quod in vniuersis operibus & scriptis, quæ de ea re veteres Ecclesiastici patres ediderunt, satis perspicue patet. Ita Apostolus, Castigo, inquit, corpus meū & in seruitutem redigo, ne cum aliis

1. Corin. 6.

prædicauerim. Vidua quæ in deliciis est, nempe viuens mortua est. Quis dubitat seminis naturam nutrimentum esse, quarta iam tandem, ut ex multis auctoribus antea demonstraui, concoctione digestum? qui ergò splendide & laute viuunt, & ventri plusquam sit ad corporis necessitatē expediens, aut cibos seminiferos, quales multos Medici describunt, ingerit, is multam seminis abundantiam patitur, necesse est, Contra, qui aut parce uiuit, quod non modò Euangelica regula, sed virtusque temperantiæ, ad eū iure suo postulat, ut ex utraque ueneris & ciborum abstinentia constetur, is nullo semine, quod aut membrorum titillationes, aut morbos excitare possit, patietur. Quinadmodum ergo ut quis quartanam febrem patiat, non est necessarium, potest enim melancholicum humorem, aut bilis adustionem salubri temperamento præuere, ita eos omnes languores, qui ex ueneris abstinentia (si qui tamen sunt) prouenire possent, potest quis cibi potusque parsimonia, ac reliquis, quæ ad carnis macerationem Ecclesiastica disciplina nos docuit, præcauere. In qua parte Christianus homo, qui aduersus carnis delicias, se perpetua militia constitutum esse cognoscit, haud minorem curam adhibere debet, quam in reliqua sanitatis parte procuranda, immo magis multò, quod reliqui humores, corpus duntaxat in uitæ discrimine constituant, seminis autem redundantia & corporis sanitatem pellunt, & animam ad terrima carnis uicia præcipitem pertrahit. Sed hi potissimum in ea re solliciti esse tenentur, qui carnis deliciis iam dudum ualle facientes, sese perpetuæ, corporis castitati & puritati dicarunt.

Deum profectò tentat, qui & delictis & castitati studere se posse confidit. Temperantiam Aristoteles, reliquique Philosophi in utrisque rebus, & carnis & uentris collocarunt.

Immo & continentiam, quo nomine ex vulgari usu pro castitate utimur, ut superius Basilii & aliorum Græcorum testimonio comprobauimus, non modò ueneris sed & ciborum & potus abstinentiam uocamus, ut nimirum quisque intelligat, unā partem absque altera fore impossibilem. Sed quantum ieiunio ac uitæ parsimoniæ cum Euangelico cœlibatu conueniat, postea Latius explicabimus. Nunc ad secundam quæstionis sensum accedamus,

MORBI QVOS VENERIS
abstinentia causet ex Medicinæ auctoribus referuntur.
Cap. 19.

EST autem, utrum ne, detur aliquis humani corporis status, in quo ad recuperandam sanitatem, necesse sit uenrem exercere; in qua re totius huius disputationis cardo conuertitur. Verbi gratia.

Est homo,

Est homo, qui vel ex nimia repletionē vel ex immoderato uictu: seminis abundantiam acquisiuit, quod putrescēs languorē inducit, an ad id euacuandum necessaria sit uenus? Huius autem languoris Michael Verinus qui disticha puerilia conscripsit, de quo dicitur,

Ne pollueretur maluit ille mori.

Exemplum proponitur. Nam quod huiusmodi grauisissimi morbi à Venere abstinentes inuadere soleant, his fortasse quisquam comprobare poterit.

In primis Hippocrates medicinæ conditor, libro de morbis Virginum, cum multas grauissimasque insanias, quas fœminæ nobiles & ueneris ignaræ patiuntur, usque adeo ut plerumque laqueo uitam finiant enarrasset, eisdem ueneris usum tanquam unicū remediū prescribit. Ego uero, inquit, iubeo uirgines, cum hmoi patiuntur, quæ citissime uiris cohabitare. Si n. conceperint, sanæ fiunt. Si uero huiusmodi non affuerint ipsis, simul cum pubertate aut paulo post corripientur, si non viro nupserint. Hactenus Hippocrates. Cui Plato totius philosophiæ parens, in hæc uerba consonat de fœminis loquens. Vulua quoque matrix quæ in fœminis eadem ratione animal audiu generandi, quando procul à fœtu per ætatis florem, aut ultra diutius detinetur, ægrè fert moram, ac plurimum indignatur: passimque per corpus oberrans, meatus spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis vexat angustias, morbis denique oibus premit, quousque utroque cupido amorque; quasi ex arboribus fœtū fructuū producant, ipsum deinde decerpunt, & in matricem uelut agrum spargunt. Hactenus Plato.

lib. 6. de lib. uis. 5.

Galenus præterea: sunt nonnulli, inquit, qui nisi assidue coeant, capitis grauedine molestantur, cibos fastidiunt, ac febribus obnoxii sunt, deterius coquant, & appetunt, ac denique torpore, pigritia, ac melancholicis accidentibus molestantur. Equidem noui quosdam, quibus hmoi erat natura, qui præ pudore à libidinis usu abstinentes, torpidi pigrique facti sunt, nonnulli etiā melancholicorum exemplo prætermo dum mæsti ac timidi, cibi et tū cupiditate tū concoctione uiciata. Quidam uxoris mortem lugens, & à cœcubitu, quo antea creberrimè usus fuerat abstiniens, cibi cupiditate amisit, atque nec exiguum quidem cibum cœcoquere potuit, ubi uero se ipsum cogendo plus cibi ingerebat, protinus ad uomitū excitabatur, mæsti etiam apparebat, non solū ob has causas, sed etiam (ut melancholici solent) citra manifestam occasionem. Hactenus Galenus. Subditque, hæc ergo consideranti mihi uisum est longè maiore ex recenti semine, quam menstruis, corporis noxam euenire posse, præsertim in his qui suapte natura uitiosis abundant humoribus, ac pleni sunt, atque in otio educati, quique cum nihil ad libidinem reliqui fecissent, affatim continere ceperunt: Hucusque Galenus.

1. 3. Mac. 5. 62.

Auicenna quoque de eadē re loquens, quandoque ait, accidit huiusmodi, ut in ualis seminalibus aggregetur sperma plurimum & corrumpatur, &

infrigidetur, & conuertatur ad qualitatem uenenosam, & accidit ei, sicut epilepsia. Et alibi: Plurimorum quorum complexio requirit coitum, cum ipsum dimittunt, infrigidatur corpus, & cadit appetitus cibi, ita ut et non recipiat. Et rursus post pauca. Quandoquidem accidit uiro ex dimissione coitus & abundantia spermatis & frigore & conuersione ipsius ad uenenositatem, aut (ut alii legunt) ad uictositatem, ut mittat sperma ad cor & cerebrum, uaporem malū uenenosum, sicut accidit mulieribus ex coarctatione matricis. Sic Auic. eo loco. Alibi etiā, Retentio spermatis, inquit, est mala ualde. Et in canticis, coitus ait, commendatur in iuuenibus quatenus per eū à nocentis perniciosis liberentur. In quæ locū Auerroes, si coitu inquit, uili non fuerint, contingunt eis morbi magni & illaudabiles.

21. seruii
rrac. c. 2.
lib. 1. c. 153

Halyabbas eadē ferè docet in hæc uerba; si seminis superfluitas suis aucta in uasis, coitu non purgetur, nec poterit eā expellere natura, in inguinibus sit, & illis simul extensio, omni que in corpore grauitas, sepeque suis sperma calefit in uasis, fitque febris, quoniam membra, hæc quidem post illa, calefiunt, donec cordi calor ille continetur. Nonnumquam eius uapores ascēdunt ad cerebrū, ubi & pessimos generat morbos. Et post pauca, Dimissio coitus, hebetudine sensuum & intellectus parit & capiti accidit grauitas, & uisui tenebræ, & frangitur corpus, & appetitus imminuitur ciborum, & nonnumquam complexio declinat à statu suo. Aliquoties etiam patitur maniam ex uaporibus spermatis ad cerebrum ascendentibus: Sæpe quoque fit corpori frigus, & nonnumquam tremor præcordiorum, pectoris attractio: Sæpe etiam scotomia & uertigo. Hactenus Halyabbas.

lib. 5. Theoric. c. 36.

Præterea quam graues ac periculosi morbi ex ueneris abstinentia, in his qui uictus rationem non ita attenuarunt, ut nihil aut parum spermatici excrementi generetur: ex his, quæ Galenus parum antea dicebat: manifestum sit. Ex recenti inquit, semine quam ex supressis menstruis uidetur mihi longè maior noxa euenire posse corporibus, eorum præsertim, qui suapte natura uitiosis abundant humoribus, pleni que sunt, & in otio educati, quique cum antea nihil fecissent ad libidinem reliqui, affatim continere ceperunt.

lib. 6. de loc. aff. c. 5.

Quam graues uero, quam prodigiosi, quamque immedicabiles morbi, ex menstruorum suppressione deriuentur, ex his fœminis, quibus mentes deficiunt, facile est cognoscere. Scripsit his, præter multa, quæ reliquis omnibus suis operibus insper sit Hippocrates libros duos, quos de mulieribus morbis appellare placuit, ex quibus in hanc rem proferrī potuissent, nisi in hoc toti expendere uentur, sed quædam eius uniuersalia tantum uerba audiamus. Is igitur cum causam ob quam fœminas menstrua retinere contingat, uterorum occlusionem, & obturationem posuisset, occlusionisque causam ueneris abstinentiam dixisset, confestim adiungit. Si non fuerint, inquit, educta mēstrua, mulier hæc patie

li. 1. de morbis mulieribus.

B b 3 tur.

tur. Suffocatio, aliàs atq; aliàs in ipsam irruet, & fo-
bris aliàs atque aliàs corripiet, ac horror & lumbo-
rum dolor: hæc patietur in tertiis mensibus si ipsi
non prodierint. In quartis verò si non egressi prio-
ribus exitum fecerint, et tunc tertii mēlis afflictio
nibus oibus magis affligetur, & maximè tempore
mensium. Deinde minus. Sepe verò etiam à do-
lore libera sibi esse videbitur. Erunt autem in quar-
tis hæc signa, Vrinam multam ac crassam, ciici &
aliàs atque aliàs. Et venter ipsius durus erit, & ma-
ior quàm prius, & dentibus fremet, & cibum auer-
fabitur & vigilabit. Hæc patietur in quartis men-
sibus. Si verò curetur etiam in his sana euadet.
Et in quintis, si non multi menses descēderint, do-
lor adhuc fortior accidet. In sextis verò iam incu-
rabilis est. Et iuxta priora quidem signa magis do-
lebit. Deinde ad ea etiam, hæc adderunt, anxia
erit & aliàs atque aliàs seipsam iactabit & animo
deficiet, & pituitā vomet, & sitis fortis ipsam cor-
ripiet. Nimirum dum exuritur, venter ab vteris
sanguine plenis, & ad contactum dolebit maximè
pectinem, & aliàs atque aliàs, acutè febricit, & vte-
ri aliàs atque aliàs murmurabunt, dum videlicet
sanguis in ipsis commouetur ac discurrit. Et ven-
ter consueto modo non secedet, neque vesica uri-
nam excolabit, maximè cum vteri ad stomachum
qui nervosus est, mulieri allapli fuerint, & ad ven-
trem irruerint. dolet spinam & totum dorsum, &
lingua ipsius refrenatur. Et hanc non claram ha-
bet, & animi deliquium adest, aliquibus etiam uo-
cis priuatio, & stomachus mordetur, & flauabilis
exit, & spiritus offendens, & anxia est & iactat se-
ipsam & ardet. Postquam autem transmutati fue-
runt, & vesica tenuem sanguinem ab uteris trahat,
tunc urina mingitur rubra. Et dolet quidem re-
liquum corpus maximè uerò collum, & spinam, &
lumbos ac inguina, Et ipsi adhuc progressè & uen-
ter attollitur & crura supra modum intumescunt,
& tibie ac pedes. Et mors succedit. Et circa hanc
quidem sic finiunt menstruæ purgationes. Ad sex
menses occultatæ fiunt, item hæc. Quibusdam
mulieribus menses bimestres in uteris existentes
multi ad pulmonem procedunt, & ubi recepti fue-
rint omnia patiuntur, quæ in tabe dicta sunt, & nō
est possibile ipsam superesse, fiunt & hæc. Qui-
busdam suppurati fiunt menses, ubi per duos aut
tres menses moram traxerint. Hoc autem maxi-
mè fit si à febre fuerint combusti. Signa uerò sunt.
si suppurati fuerint, dolores enim incidunt in pe-
ctinem, & pulsationes fortes & contractum non
sustinet, & si melius habitura est, menses hi ipsi
erumpunt in pudendum, & procedit pus ac sanguis,
& procedit graue olens, ad septem, aut octo, aut
nouem dies &c. Et subinde. Si uerò non con-
tinget, ut menses ipsi impudendū procidant sup-
purati, facti, ad partes supra inguem iuxta lateris
mollitudinem erumpent, citra tuberculum, utpo-
tè pure rupto, & illa parte purulenta graueolentia,
procedent, & si hoc fiat, mulier non superstes ma-

net. Si uerò etiam superstes maneat, semper fle-
rilis erit. Hactenus Hippocrates. Sunt et in eius di-
uiculis libris in hanc multa.

Galenus eius discipulus & interpret, tot de hac
re immensis illis suis voluminibus disputat, ut inte-
gre librum & cum iustè magnitudinis ex illis con-
ficere liceret. Sed ex multis pauca ad solam aucto-
ritatem proferrelibet. Quòd si longiori inquit, tē-
pore, supprimatur menstrua, nullamque medicus
vacuationem promoueat, tumor aliquis præter na-
turā in ilibus interdū oritur: ostendens nimirū ex
internis partibus, quampiā esse inflammatā. Non-
nullis pannus in extremitū parte excitatur, velu-
ti viris, quoque eodem in loco nonnunquam oriri
solet. Qui pannus in quadā muliere fuit suppuratus,
adeò ut opus fuerit sectione. Iuxta hanc ip-
sam partē, vidimus colon intestinū & suppuratum
& sectū, interdū ignorantibus medicis imperitis,
quid nā inciderent, interdū intelligentibus quoq;
Cæterū quoties suppurari cōtingit collū, semper
facile curationem recipit, vteri uerò sectiones æ-
grius cōglutinatur. Itaq; symptomata hmōi cōsue-
uerunt sequi suppressa mēstrua, ac præterea, lūbo-
rū & colli & scapulis dolor, qui ad oculos usque
radios extenditur, itē febres ardentes vrinæ cū ru-
bra quadam sania, perinde ac si aqua in qua nuper
maciatæ carnes ablutæ fuerint, fuliginem quis mi-
scuisset. Quibusdam vrina aut difficulter redditur,
aut omnino supprimitur. Sic eo loco Galenus.

Aetius de eadē re sic loquitur, Mulieribus, quæ
non purgantur consueto more, sanguinis reiecta-
tionis, ac syderationis periculū imminet. Nam sup-
presis mensibus, molesta accidentia consequuntur.
Totius corporis grauitas, Nauseæ fastidia hor-
ridi quidā discursus, velut in his quæ cōceperunt.
Non tamen ita sicut his quæ cōceperunt, uteri oscu-
lū clauditur, illis, n. oclusio adest cū quadā duri-
tia. Dolores insuper circa lumbos, scemora, col-
lū, scapulas & oculos radices adsunt. Febres itē
assiduæ concomitantur, & urinæ nigræ sunt cū quo-
dam seroso ac sanioso humore. Difficultatem ac
etiā stillicidiū urinæ patiuntur. Et quædam in me-
lancholicū atrabilis morbū aut insaniam delabun-
tur. Cutis superficiem dolent, & inflammationes
ac ignes sacros diuersimodè sustinent. Hæc Aetius.

Tertiò, inter omnes medicos tum veteres tum
recentes conuenit eam passionem quæ Græcis
ὀσφρησις, idest, spirationis ob vterum, oblatio
Latinis autem strangulatio vteri, & suffocatio ma-
tricis uocatur à seminis putrefactionem deriuari.
Est autem hæc passio, vt Paulus Aegineta docet,
vulvæ in superiorem partem ascensus in societa-
tem afflictionis principes corporis partes ducen-
tis, veluti carotidas, cor panniculos cerebri quos
Græci μυρμηκας dicunt. De huius autem morbi
causis ita scribit Galenus. Conuenit inter oēs me-
dicos, hūc affectū magna ex parte uidiis euenire,
idque maximè si antea probè purgarentur, ac pa-
rerent, atque uirorum concubitu gauderent.

Quibus

Quibus rebus omnibus priuatæ, quid probabilis
excogitare quis posset, quàm quòd ob retēta men-
strua, uel semen cohibitum, huiusmodi mulieres
uteri dispositionibus crucientur, siue eas apnæas,
idest non spirationes siue suffocationes, quis uoca-
uerit, siue etiam fortunam contractiones sint mē-
bris. Idq; fortasse magis à semine contingere po-
test, utpotè magnam uim obtinente: ut est enim
mulieribus humidius, ita etiam frigidius proinde
ipsum excerni oportet, præsertim si naturaliter
multo femine exuberat mulier. Id uerò uiris quo-
que euenire solet, quippe non parua est horum
differentia. Igitur uteri peruersiones, eoque dixi-
mus modo ad suppressa sequuntur mēstrua, eas ta-
men ob hoc accidentium, quæ in animalis corpo-
re apparent, causas esse, nequaquam putandū est,
quippe qui communem habent causam plenitudi-
nem à suppressa menstruorum purgatione eueniē-
tem. Quæ uerò citra peruersionem aut menstruo-
rum retentionem uidiuas molestant noxæ, hæc ob
retentum semen euenire putantur, & subinde re-
tenta menstrua, & semen cohibitum, fluctuosam
quādam refrigerationem excitant: quæ subinde
cordi & cerebro communicantur, contigit etiam
refrigerato utero, quo tempore menstruæ purga-
tiones effluunt, uel ob difficilē quempiam abor-
tum, ueluti quis sanguinis eruptionem ab utero re-
pente sistere properauerit. Loquitur & ibidem de
eius morbi signis. Ego uerò, inquit Galenus, mul-
tas uidi mulieres histericas, alias quidem sine sen-
su immobiles, iacere, cum obscuro paruoque pul-
su, adeò, ut in quibusdam nec percipi quidem pos-
sit, alias sentientes quidem & moueri potentes
abque integra ratione, sed tamē animi defectio-
ne & difficili respiratione laborantes: alias etiam
brachia & crura contrahentes. Ex quibus conie-
cturam feci, multas esse uteri affectuum differen-
tias, uel pro causæ efficientis magnitudine, uel pro
specierum quarundam uarietate inter se differen-
tes. Probat autem Galenus, has histericas passio-
nes potissimum à semine retēto provenire. Quod
autem inquit ad hos affectus excitandos, semen
maiores, menstruum minorem uim obtineat, fa-
cile intelligitur ab his mulieribus, quibus cum nō
sint uidiuæ purgationes supprimuntur, quāuis enim
pluribus infestentur accidentibus spiratione ta-
men non priuantur, neque animi defectione, neq;
aliis quoque accidentibus laborare uidentur. Præ-
terea ex eo, quòd sunt uidiuæ quædam, quæ licet
æque ut antea, aut paulo minus purgantur, nihilo-
minus similibus corripiuntur accidentibus. Quip-
pe Medicæ, quæ eas exquisitè tetigerunt, fatentur,
circa uterum notas quasdā apparere. Nam ceruix
eius inclinata uidetur, interdū quidem ueluti sur-
sum retractus sit uterus, interdum uerò ueluti ad
latus trahatur, non ueluti animal errabundū, aliàs
ad alium locū discurrit in mulieribus uterus, sed
ab extensione retrahitur. Hucusque Galenus. Ad-
ditque subinde quot nam sint huius passionis

species in hunc modum. Igitur inquit prima spe-
cies, hoc est, in qua immobiles sine sensu iacent,
cum obscuro paruoque pulsu, cuius Heraclides
ponticus in suo commentario mentionem fecit,
multam exhibet de ortu suo ambiguitatem. Ait. n.
sub hac specie neque pullum neque spirationem
mulieris deprehendi posse. Atque ob id dumtaxat
non uideri mortuam, quod exiguum in mediis cor-
poris partibus calorem haberet ac astantes quoq;
medicos quæsiuissè ait, an nondum sit mortua. Rur-
sus nonnulli Heraclide posteriores credentes ser-
uari, aliquid spirationis, quamuis ipsa non appa-
reat carptæ lanæ flocculus coram naribus suspendi
iubent, ut exactè deprehendantur, Nam spiritus
aliquis inter spirandum, tum intro, tum foras cur-
sus deferatur. Sunt qui poculum aquæ plenum ori-
uentriculi imponere præcipiunt, quippe immotū
omnino seruari humore aiunt, si tota perierit spi-
ratio. Itaque si omnes ita affectæ mulieres inte-
riissent, simplex esset quæstio, cum uerò nonnul-
læ seruatæ uideantur, geminā oriri quæstionem
necesse est inuestigantibus nobis, tum dispositio-
nem ob quam spirationis munus deperditur, tum
uel magis, quomodo uiuere possint, quæ nihil
omnino spirant. Quippe in confesso est, & spira-
tionem à uita, & uitam ab spiratione separari non
posse, adeò ut uiuentem non spirare, & spirantem
non uiuere sit impossibile. Atque hæc quæstio
quanquam superiore difficilior uideatur, non est ta-
men perinde difficilis: quippe facile sustinebitur,
si latebris inclusa animalia consideres, nulla appa-
rente in ipsis spirationis nota. Hoc enim cogno-
to, perspectisque animalibus utpotè frigidis, atq;
eo demonstrato, quòd maximus respirationis usus
est, ut infimus calor ex refrigeratione & uentila-
tione seruetur, haud ita difficilè fuerit, perpende-
re, exiguum illum calorem, in ipsis derelictum, ar-
teriarum cordis quàm officio cōseruari, quæ actio
à quibusdam medicis transpiratio ueluti ea, quæ à
thoracis pulmonisque officio prodit, respiratio
uocatur. Itaque pereunte ob uteri affectum spira-
tione quoniam uniuersum corpus refrigeratur, id
enim manifestè uideatur, fieri potest, ut nulla pro-
deat ab ore spiratio, quamuis ea quæ in arteriis fit
nequaquam interceptatur. Verum potest adeò
esse exigua ut sensum omnino effugiat hucusque
Galenus.

Huius grauisissimi morbi accidētia Paulus Aegi-
neta in hæc uerba describit. Accidit inquit lan-
guentibus imminente quidem iam paroxismo tar-
ditas mentis, segnitias, infirmitas crurum, pallor
uultus, species luminum per crassa, instante uerò
iam strangulatione, in somnium delatio quam
κατάφραση uocant, dementia corripiuntur, instru-
mēta sensuum detinentur, uox obmutescit, crura
contrahuntur, malæ demum rubescere incipiunt.
Et uultus uniuersus plenus fit. Remissionis uerò
tempore, promanat quadam muliebribus locellis
humiditas ad tactum, & borborygnus hoc est uen-
tris

lib. 6. de lib.
aff.

Tetrab.
Serm. 4.
25.

lib. 6. de lib.
aff.

lib. 6. de lib.
aff.

end. lib. 6.
de lib. affec.
cap. 5.

lib. 3. c. 71.

tris strepitus, & progreditur aliquod in testimonium & ipsa quoque uulua paululum flasciscit & languescit, tunc denique ad se redeunt, sensumque recipiunt. Mouetur porro morbus ille quodam circumitu quemadmodum & morbus comitialis, fracta scilicet uulua. uel seminaria uel alia quapiam materia, aut materia in ea marcida & putrefacta. Arteriarum motu aspirationeque priuata mulier, manum utero admouit ut uaporum ascensum inhibeat: curua manet, astantium uoces audit, quantum respondere non possit: colore, sensu, motuque orba, mortem gelidam praefert, comitiali correpta spumans os habet, contra uteri strangulatu affecta, non priuatur, tamen omni aspiratione ut in attonito. Praeter dicta praefocatione uteri, praecedunt, cordis tremor, capitis dolor, seipsam alloquitur mulier, aliquando fitit, uultus, oculi, & labra, quandoque rubore suffunduntur, oculis conuulsi, nec ipsos aperire potest. Praesentit item aliquid ascendere a pube per aluum & umbilicum usque; ad os uentriculi, stomachum deinde, dentibus stridet, stringit maxillas, quandoque manus brachia & fibias mouet, animam demum egisse putares. Si ex semine, corrupto scitur, quoniam a longo tempore non coiuit cum uiro quamuis passim icta sit cupidinis sagittis, aut uirgo est ferre iugum apta, uel mulier in deliciis, otioseque uiuens quae Cereri remulentoque Deo indulget, sobriis Nymphis reiectis atque sibi deest

En quod reijciat, tenera brachia collum

Plures quidem relatae & pristinae salubritati restitute sunt, nonnullae uero in ipso paraxismo uitae in mortem subito commutarunt, pullibus quidem crebesceribus ac densatis inordinatimque diffusis, Deinde & asphigia id est nulla uenarum pulsatione, secuta, exiguo uero humore superficiem irrorante, respirationem aut primum quidem ad nihilum redigente & obscurante postea uero omnino amputante, caeterum hic langor hyeme atque autumno ingruit iuuenibus procliuiibus ad libidinem, sterilibus, & potissimum si propter medicationem infecundae fuerint, & aliis refrigeratis. Hucusque Paulus.

Scriptimus & nos de odem langore multa ex Plinio, Aetio, Cornelio, multisque ueteribus auctoribus, libro secundo de reeta in Deum fide, ubi tanta tamque graua eius symptomata esse diximus, ut multi gentiliu auctoru huiusmodi foeminas, resuscitatas a mortuis fuisse, memoriae prodiderint.

EX SUPERIORIBVS LOCIS, RATIONES ad Veneris necessitatem aliquando persuadendam, formantur.

Cap. 20.

ERGO cum sit medicorum auctoritate conuictissimum, ex retentione seminis in uiris & mulieribus, aut in foeminis tantum men-

struorum, quae etiam retento semine supprimuntur, multos eosque grauisimos morbos plerumque accidere, dubitari potest, num qui eos inciderunt, ad quaerendam tantummodum bonam ualitudinem uoto castitatis abrupto, coniugali saltem ueneri uacare possint, Est autem ratio maxima dubitandi, quod morbos profigare & sanitarum quaerere ad ius naturae pertinere uideatur, iuri autem naturae contrarium uotum non tantum non ligat, sed ab omnibus perniciosum iudicatur. Nam si diuinis legibus in uouendo aduersari nullo pacto licet, profecto nec naturae, aeternis decretis, quae etiam Diuina sunt, & maioris, quam ea quae per leges uoluntarias proponuntur ponderis, licebit aduersari. In malis promissis, inquit, Isidorus, rescinde fidem, in turpi uoto muta decretum: quod incaute uouisti ne facias, impia est promissio quae scelere adimpletur. Et Augustinus. Non semper ait, promissa omnia soluenda sunt, denique ipse dominus frequenter suam mutat sententiam sicut scriptura indicat. Bono quidem animo promissum castitatem, sed ea indeteriorem exitum uergit promissio, dum inde sequitur homicidium. Homicidium enim est, non tantum cum gladio inuadimus, sed cum medicinis quae mortem profigare possent, non occurrimus. Hac ratione Galenus non modo medicorum optimus, sed homo moribus ad legis naturae normam compositis ornatissimus, a uiris probis & philosophiae studiosis, uenerem aliquando exerceri docet, ad corporis scilicet languores & morbos declinandos. Nam cum libro illo sexto de locis affectis, cuius antea non semel meminimus multas easque grauisimas aequitudines, quae ex retento semine proficiscuntur, enarrasset continuò, unde in uiris uirtute studiosis, desiderium illud ueneris oriatur, his uerbis ostendit. E quidem ait perpendi, in his naturalem exercendi ipsum (coitum scilicet) cupiditatem huius rei causam esse: cum enim & tale (semen scilicet) & tantum fuerit, neminem non ad sui excretionem ui quadam extimulat. Ita Diogenem Cynicum, narrant, alioquin omnium mortaliu quod ad continentiam pertinet constantissimum, libidini tamen indulsisse, non a copulata illi uoluptate, ueluti bono aliquo illectum, sed ut noxam, quae a retento semine prouenire solet, euitaret. Eum meretrix adire pollicita, cum diutius cessaret, ipse manu pudendis ad mota, semen proiecit, ac uenientem deinde mulierculam remisit, inquiens, Manus hymenem celebrando te praue nit. Haecenus Galenus, subditque. At, plane constat modestos uiros, non ob uoluptatem, sed ut ab impedimento praeseruentur libidini indulgere, perinde ac si nulla fuisset ei uoluptas coniuncta. Sic etiam reliqua animalia ad uenerem excitari arbitror, non quod existiment uoluptatem boni cuiuspiam speciem praese ferre, sed ut semen quod ob retentionem ipsis molestum est, excernant, haud secus quam eiciendi stercoreis, excernendaeque urinae desiderio,

22. quae
c. In meo

21. quae
N. In meo

rio, suapte natura moueri consuerunt. Subditque; exemplum mulieris cuiusdam, quae ex longo iam tempore uidua, cum praeter cetera mala, neruorum quoque molestiis uexaretur, ac dicente obstetrice uterum esse retractum, remediis ad huiusmodi affectus consuetis uti decreuisset, illis adhibitis, partim ob ipsorum calorem, partim etiam quod inter curandum, manibus tractarentur partes muliebres, oborta titillatione cum dolore, & uoluptate, quemadmodum in coitu accidere solet; excreuit crassum plurimumque semen, at ita a molestia sua liberata est mulier. Ita Galenus. Porro historiam Diogenis plane cynico, id est canino philosopho dignam, Agathius scholasticus libro septimo Epigrammatum Graecorum meminit, eo epigrammate, cuius initium est

Πόιν τις προς έρωτας τοι τριβον. &c.

Vbi etiam meretricem laidem esse inquit, Refert idem de Diogene Lodouic. Coelius ex Plutarcho lib. 8, c. 3. Cum ergo uenus in his feminalis humoris repletionibus medicinae humorem superfluum excernentis rationem habeat, uidetur ea in usum, etiam his qui castitatem immo & uirginitatem uouerunt posse uenire. Non enim saluti propriae, & ad uitam corporalem tuendam, probatis remediis renuntiare potuerunt; cum inter uniuersas hominum caedes ea potissimum execrabilis iudicetur, quae ab homine in se ipsum exercetur.

COMMVNIS HAERETICORVM dilucio proponitur & eliditur.

Cap. 21.

HVI rationi ab uniuersis scholasticis auctoribus responderi uideo, idcirco uoto castitatis obligatis, non licere, in quocumque uitae corporalis discrimine, coniugali ueneri uacare, quod post uotum, castitatem abruptum, sit intrinsecè malum, intrinsecè autem malum, nullo modo posset rectè fieri. Afferunt & illud Apostolicum, *Non sunt faciendae mala, ut inde ueniant bona* praesertim cum bonum, suo opte genere minus est, quam malum. Nunc uero aiunt bonum in hac parte, quod per ueneris exercitium quis lucrari possit, uita corporalis est, malum autem quod ad illud consequendum fieri oportet, uita spiritualis interitus. Nam scriptum est. *Vouete & reddite domino Deo uestro &c.*

EVERTITVR PRECEDENS

dilucio, Cap. 22.

VERVVM haec responsio tantum abest, ut difficultati satisfaciatur, ut rursus statuere quaestionem uideatur. Nam quod quaerimus hoc est. Vtrum ne post emissum castitatis uotum, mortis discrimine instante, idem uotum, uitae lucranda gratia, uiolare sit illicitum. Ratio autem dubitandi est, quam diximus, quod uotum, quod

a proprio uoluntatis arbitrio ac liberè proficiscitur, legibus naturae nullo pacto praedudicare uideatur.

Nam si uota omnia, uel obedientiae, uel paupertatis, uel castitatis, Romani pontificis tamquam supremi reipublicae Christianae administratoris, iuxta sanioerem ac magis uulgarem Theologorum sententiam subdita emittuntur, ita ut uota omnia solemnna eiusdem pontificis rationabili uoluntati quantumcunque absolute emittantur praedudicare nequeant, cur non & naturae quae uitam conseruari arctissime iubet, praesertim cum aliud aut nostra reipublicae necessitas, ut in bello pro patria, non postulat, aut proximi salus spiritualis permittit, leges exceptae quoque in quacunque uoti sponse uidebuntur.

Nature iugum, necessarium est, & nobis impositum, uotum, uoluntarium est. Voluntarium autem iugum, id quod erat ab alio impositum & necessario ferendum, posse excludere, nemo unquam dixit. Quod si hoc in quarumcunque legum oppositione uerum est quid obsecro accidet, ubi per solam propriam uoluntatem naturae leges emouentur?

Nemo dixerit reipub. humanas leges mihi impositas, per alias quascunque per meam uoluntatem susceptas, eludi umquam posse, multo ergo minus naturae leges quas mihi ad indiuidui uitio nem, quemadmodum & reliquis animantibus medulitis inseruit, per ea quae nemo a me exegit, excludi poterunt.

Duos appetitus atque procliuitates, singulis animantibus natura tribuit; ad suam speciem propagandam, unum, ad uitae & indiuidui conseruationem, alterum, sed hunc acutiorem, illum retusioerem: maior est enim ad uiuendum & propagandam uitam propensio, quam genus amplificandū. Vnde huic, praesertim in hominibus, qui iustitia ac ratione ducuntur, non quacumque materiam, sed eam quae cum iustitia, honestate &c. coniuncta esset, permisit, haud enim ex omni foemina generare licet, sed ex ea, quae per matrimonium, nostra facta est. Contra uitae conseruandae appetitionem, nullis terminis clausit, sanitatem enim & uitae incolumitatem petere, undecumque licet. Enim uero hominem non occidere & natura nobis indidit, & Deus, cum ueteri, tum noua legislatione praecipit, & nos id ipsum cum reliquis Diuinis legibus seruare promissimus, & tamen mihi inuasore, occidere leges humane diuinaeque permittunt. Proximo fortunas suas auferre eo inuito eadem natura & Diuina lex prohibet, sed cum sum inuito discrimine constitutus, illi eas surripere & in meos usus conuertere, absque furti scelere possum, & tamen & furtum, & homicidium ut intrinsecè mala, quoque perhibentur.

Nam quod quis caulari posset homicidium quidem & furtum mala esse intrinsecè, sed inuasoris occisionem, & rei alicuius ablationem, etiam inuito domino, necessitate urgente, non esse, aut homicidium

micidium aut furtum, nihil est, & parum argumen-
ti vires demolitur, præter hoc enim quod ut alibi
ostendimus, hæc & uera sunt homicidia, & furta
etsi licita, quod nihil præsertim ad secundæ tabulæ
præcepta pertinens, sit intrinsecè malum, sed ut
Aristoteles cuius uerba isti prauè interpretantur,
κατὰ οὐρανὸν per se malum, cuiusmodi loquedi for-
me longè diuersa ratio est, præter hoc inquam, nos
etiam dicere possemus uenerè, coniugalem præ-
sertim, tum quidem prohiberi, & esse intrinsecè
malam post emissum uotum, cum uitæ necessitas,
quæ in his præceptis, quorū exempla subiecimus,
non includitur, non aliud postulat: tunc enim ue-
nus non quatenus uoluptas est, sed quatenus me-
dicina est, ut Galenus dicebat, assumeretur. Aper-
tius id in ieiunio facto ex uoto uideri potest, quod
si non modò in uitæ sed in salutis quoque notabile
detrimentum uergat, absque ulla culpa dimitti po-
test, quoniam nimirum in uotis, propriis quæ obli-
gationibus, quæ à nostra uoluntate oriuntur, sem-
per uitæ necessitas intelligatur excepta. Itaque esto,
uotum castitatis abruptum, sit per se malū sicut
homicidium & furtum, aut quod isti maximè con-
tendunt, intrinsecè malum, tamen uenus medici-
næ, immo uitæ conseruandæ causa sumpta, non
erit uoti castitatis abruptio, quemadmodum,
neque extrema in necessitate res alienas ad meā
uitam necessarias, furripere, aut uiolenter inua-
forem occidere iuxta eorum sententiam, neque
furtum est, neque homicidium. Nam si furtum est
rei alienæ inuito uero domino ablatio, extra ne-
cessitatis conditionem, cur non uoti quoque ab-
ruptio aut uiolatio erit, ueneris post uotum casti-
tatis emissum extra mortis discrimen & non aliàs,
exercitium?

Quod deinde ex Apostolo proferunt, non esse
facienda mala ut inde ueniant bona, tantundem
ualet, contendunt enim superiores rationes, uene-
ris exercitium, in ea uitæ aut salutis conditione,
non esse malum sed bonum, immo non bonū tan-
tum, sed à natura ad uitæ conseruationem præce-
ptam, & proinde necessariam. Itaque probandū
fuiſſet ad coniugalem uenerem, post uotum casti-
tatis emissum, instante mortis certissimo & pro-
babili discrimine, declinare malum esse, ut Apo-
stolica regula locum haberet, frigida est ergo hæc
respōſio & quæ nullatenus homini uel parum phi-
losophiæ consulto, satisfaciatur hoc enim quod in ea
respondetur controuertimus, an scilicet, sit intrin-
sice, ut hi loquuntur, aut ut Aristoteles loquitur,
per se ipsum malum, id est extra necessitatis aut
casus alicuius urgentis conditionem uotum casti-
tatis urgente mortis discrimine per uenerè coniu-
galem, id est uxorem, aut uirum accipiendo, soluere.
Nam quod non sit intrinsecè malum, rationes
quas obrulimus, haud inualidè comprobare uiden-
tur, quod si esse per se malum, ut Aristoteles lo-
quitur, & scholastici maiori ex parte locutione
metaphisica decepti, intrinsecè malum appella-

runt, posset tamen nihilominus ex accidenti rerū
conditione, aliquando benefici, quod si aliquan-
do, maximè ergo dum uitæ discrimen urget.

DILVITVR HAERETICORVM
argumentum, ex ipsius medicinæ
præceptis. Cap. 23.

ERGO ea responsione omissa, tres aliæ
mihi ex triplici disciplina, Medicina (nimi-
rū,) Philosophia eaque mores moderatur,
& Theologia, in eam rē adhiberi posse uidentur,
quæ cuiusque iudicio quantumuis rigido (satis mi-
hi persuadeo) omnem in hac parte scrupulum
eximent.

Et ut à priori exordiamur. Quis dubitat. his lan-
goribus, qui feminis retentione & putrefactione
oriuntur, aliam præter uenerem adhiberi posse me-
dicinam? Enimuerò neque Galenus, neque Hyp-
pocrates, neque ullus probata auctoritatis medi-
cus, siue de Græcis aut Romanis, siue de Barbaris,
& Arabibus, siue de ueteribus aut recentioribus,
loquamur, nunquam ita ueneris usum ad eorum
langorum exterminium necessarium docuit, ut
nullo alio remedio eisdem sentiret posse subueniri
uenerem, ad eorum morborum medellam uti-
lem omnes dixerunt non item necessariam, immo
uerò inter omnes, qui de hac re loquuntur, solum
Hippocratem legi, qui libello illo de morbis uir-
ginum uenerem suaserit. Ego uerò inquit, iubeo
uirgines, cum huiusmodi patiuntur, quam citissi-
mè uiris cohabitare, si, n. coneeperint sanæ sunt,
reliqui, Medici cum à feminis retentione morbos
huiusmodi ortos doceant, ueneris tamen, nullam
habent rationem, non quod ea eis langoribus nō
sit utilis, sed quod sint multa alia præter uenerem
remedia, quæ æquo efficaciter, humiditatem semi-
nalem absorbentia, ægrum sanitati restituant.
Agunt de remediis suffocationis uteri, quam a fe-
minis retentione in foeminis oriri superius uario-
rum medicorum auctoritate comprobauimus, ex
Græcis quidem ueteribus, Hippocrates lib. de na-
tura muliebri, libro item secundo de morbis mu-
liebribus, lib. de uictus ratione in morbis acutis
prope finem. lib. de internis affectionibus quibus
locis nunquam ueneris meminit. Agit Galenus
ea de re, libro de causis morborum. lib. de intro-
ductione impuls. lib. 9. de compositione medica-
mentorū secundum locos, lib. de demum 6. de lo-
cis affectis, cap. 5. qui locus à nobis antea non se-
mel allegatus est. Aetius Tetrab. 4. serm. 4. cap.
70. & 71. ex philagrino lycio Macrensi remedia
profert. Paulus Aegineta lib. 3. cap. 71. Actuarius
Zachariæ filius lib. 2. de præuidētis ex urina cap.
12. & lib. 3. de medicamentorum compositione,
& demum lib. 5. Methodi Meden. Alexāder Tral-
lianus lib. 9. cap. 10. & multis aliis locis. Oribasius
lib. 6. c. 36. ex Rufo Ephesio. Ex Latinis, Corne-
lius Celsus lib. 4. cap. 20. Trotula qui utrum Cor-
nelium

nelius Celsus lib. 4. cap. 20. Trotula qui utrum
Cornelium ante, asserit, an eo posterior extiterit,
non satis mihi constat lib. integro de passionibus
muliebribus præsertim cap. 4. quo huic morbo
absque ulla ueneris mentione, remedia præscri-
bit. Marcellus Sedites sub M. Antonio uetustus
satis medicus, lib. de medicamentis à capite, ad pe-
des cap. 33. Scribonius largus sub Tiberio Cæsare
lib. de compos, medic. cap. 122. ex quo auctore
nulta usurpat Galenus, tum alibi, tum uerò lib.
de compositione med. secundum locos, qui & si
Græcè à nonnullis scripſisse credatur, in qua sen-
tentia fuit Ianus Carnarius, in Marcelli præfatio-
ne, inter Latinos tamen medicos, uel ob uetustū
Latinorum usum, numerandus uidetur. C. Plinius
secundus, siue quod magis credo Octauius Hora-
tius lib. 4. de re medica cap. 29. Theodorus Pri-
scianus lib. 4. ad Timothæum quem περιτὴν γυναικῶν
de muliebribus scilicet passionibus inscripſit c. 2.
Cælius denique Valerianus multis in locis eorū
librorum, quos de longis ac temporalibus morbis
inscripſit.

Ex his qui simplicia descripserunt, Plinius, Theo-
phrastus, Lucius Apuleius, Aemilius Macer, & om-
nium frequentissimè diascorides in diuersarum
plantarum historia. Iuniores quoque, medici præ-
ter uenerem multa quoque tum ex Arabibus, tum
ex Græcis ad huiusmodi langores ex feminis retē-
tione prouenientes, siue in foemiis siue in Mascu-
lis præpulsandos excogitarunt, docentes eam uti-
litatem quæ ad id, ex uenere capi alioqui poterat,
posse cum eodem sanitatis fructu, cōpensari, inedia,
diffuetudine, frictionibus, balneis, exercitio,
corporis, & animi meditationibus uictus & potus
ratione desiccante; ac demum medicamentis, cū
simplicibus tum uerò compositis quæ exundans se-
men absorbeant, quarum iugentem siluam, Græ-
ci, Latini & Barbari medici præscripserunt. Nam
quemadmodum sunt multa quæ uel emortuam ue-
nerem excitent, qualia sunt, quæ Galenus lib. de
simplic. medic. 5. dist. 6. c. 2. Paulus lib. 1. cap. 35. &
sequen. & iterum lib. 3. c. 5. Aetius Antiochenus
Tetrab. 1. serm. 2. cap. 237. & iterum Tetrab. 3.
serm. 3. cap. 35. Oribasius Cōpen. cap. 6. & lib. 14.
cap. 66. Trallianus lib. 9. cap. 9. Marcellus Burde-
galensis Galeno ferè coetaneus lib. de medicamē-
tis cap. 33. & ante hos Plinius lib. 26. cap. 10. &
lib. 28. cap. 8. & cap. 10. lib. item 31. cap. 5. & de-
mum lib. 21. cap. 12. Ex Barbaris Auicenna 23.
tractatu. 1. & 17. 18. 29. 20. 21. & 22. Haly abbas
libro pract. 8. cap. 5. Rasius ad Almanſorē tract. 5.
cap. 62. & lib. diuis. c. 79. & in antidotario ipsius
lib. diuisionum cap. 43. Ex Latinis iunioribus, Con-
stantinus Calsinensis monachus lib. de coitu. Ar-
naldus uillanouanus lib. breuiarii. 2. c. 25. & lib.
de sterilitate tractatu 2. cap. 3. & cap. 7. & copio-
sius lib. de coitu, Michael Sauanorola tract. 6. cap.
20. Antonius Guaynerius lib. de ægritudinibus
matricis cap. 25. & demum Manardus lib. 1. epi-

stolarum medic. cap. 2. inter simplicium scripto-
res Theophrastus lib. de Historia plantar. 9. cap.
20. ut inquam huius generis sunt multa, quæ uene-
rem irritant, ita, quoque sunt multa tum simplicia
tum composita, quæ abundans semen absorbent,
atque adeò ueneris appetitum retundant. de qui-
bus Galenus lib. 5. de sanitate tuenda lib. de sim-
plicium medic. facult. cap. 23. Aetius Tetrab. 3.
serm. 3. cap. 34. ex Philagrino Oribasius lib. 14. ca.
66. Actuarius lib. 4. cap. 8. Paulus Aegineta lib. 1.
cap. 38. Trallianus lib. 9. cap. 9. Cornelius Celsus
lib. 4. cap. 21. Ex simplicium medicamentorum
auctoribus Theophrastus, Plinius, Emilius macer,
Apuleius & Dioscorides in historia uictis,
cauabis, anethi &c. In hoc medicamentorum or-
dine reponuntur ut Galenus inquit, frigida omnia
siue edulia, siue medicamenta, sicca quoque etiam
si calida sint, siccitate sua genitalem humorem a-
bundantem perimunt. Sed de his auctores, his lo-
cis quos adduximus, multa loquuntur.

De mensuris deinde præter uenerem educe-
dis multa quoque medici commentantur. Hypo-
crates lib. aph. sect. 5. aph. 28. Galenus lib. 5. de
simplic. medic. facult. cap. 21. lib. de curandi ra-
tione per missionem sanguinis. Aetius Tetrab. 1.
serm. 3. 154. Oribasius lib. 14. cap. 65. Paulus Aegi-
neta lib. 1. cap. 47. Actuarius lib. 5. Meth. cap. 6.
& denique Cornelius Celsus, Trotula, Marcellus
Burdegalensis, Scribonius largus, Socanus Ephe-
sus, Octauius Horatianus, Cælius Aurelianus,
Theodorus Priscianus, Auicenna, Auerroes, Rasius,
Haly abbas, Arnaldus, Sauanorola, Constantinus
Afer, Valeſcus Tarentinus &c. Theophrastus, Plin-
ius, Apuleius, Aemilius Macer, & omnium copio-
sissimè Dioscorides in historia Iridis, Meu, Afari,
Cinamomum, Costi, Iunciadorati, balsami, chan-
camonis, Helenii, sampluctu, Amaraci, Abrotoni,
Styracis, Iliæ, Lycii, Viticis, oleæ siluestris, loti,
sgmidali amari, ficus, ciceris, lapathi, brassicæ sa-
tiuæ, chondryllæ, lactucæ siluestris, caucalis, ocy-
mi, orobanches, porri, ampeloprasii, nasturtii, Ha-
spii, ciclamini, capparisi, Hederæ, Aristoteloctus
tertius, centaurii maioris & minoris, structionis,
aphodeli anemonis, agarici, eringii, absintii, ori-
gani, tragorigani, pulegii, eliliphaci, Calamitæ,
Thimi, Sanſuci, baccharis, Panacis eraclii, ligusti-
ci, Sefelis masiliensis, Tordylonis, Sifonis, foenicu-
li, orofelini, petrofelini, hiepomaratii, hypofeli-
ni, smyrnii, dauci, melanthii, laſerpitiū, sagapeni
aut euphorbii, clinopodii, chamedrios, meliſophi-
la, prasii, triphillii, serpillii, rutæ, anisi, libonotidis,
libii, stachys, polii, Artemisiæ, leucoionis, anthe-
mis, eritrodani, anagyris, alismæ, hyperici, cestrii,
xyphii, heliocryſii, mandragoræ, vrticæ, adianti,
myrti siluestris, lauri alexandrinæ, daphnordis,
chamædaphnis, helebori nigri & albi, ampelime-
lenis, heliotropii maioris, staphilini, schordii, peo-
niæ, coris, necdii, tragii, myrti, cyperi, casisæ, myr-
rhæ, myrices, hypocisti, acaciæ, bupeſtris, rapha-
ni,

ni, erucæ, cœpis alii &c. Vini absyntites, Vini hyfopites, Vini aromatites; Vini daucites, Vini he-leborites, dictamicites, sed de medica dilutione iam satis, Nam si quis de sceminarum morbis quæ ex retentione deriuantur plura desiderat, habet præter ueteres, & nostri temporis eruditissimos medicos & simplicitas ut uocant, qui de ea re eruditè præcepta medica traddiderunt, præsertim uerò Nicolaum Rocheum, & Ioannem Marinellum quorum prior latina lingua, posterior Thufca, omnes huius modi morbos, eorumque remedia descripserunt.

SOLVITVR HAERETICORVM
ratio, secundò, ex præceptis moralis philosophiæ, & proponitur Almayni dilutio. Cap. 24.

NVNC ad secundam dilutionem, quæ ex Christiana morum philosophia sumitur, peruenio. Ergo inter eos Theologos, qui Aristotelis moralem disciplinam cum nostra Theologia copularunt, Ioan. Almain Parisiensis Theologus, in his rebus, quæ sola necessitate assumuntur, ex quo genere, in his, qui uitæ aut salutis causa castitatem desererent, coniugium esset, duplicem rationem necessitatis constituit, unam quæ ab extrinseco, alteram quæ ab intrinseco proueniret, Verbi causa, tenetur quis ad ieiunium, aut à carnibus abstinere, instat tyranni uolentia, eum uel à carnium abstinencia, uel à ieiunii obseruatione reuocare contendens, quod olim, in Machabeis fratribus erga carnes porcinas accidisse uidemus. Non est, ait, etiam cum aperto mortis discrimine ullo pacto parèdum: quaquam in hac parte inter Diuina & humana præcepta discriminè agnoscitur. Nam si quod præcipitur, à Diuina auctoritate descendit, quoniam Deo magis quam hominibus obedire oportet, cōtempto tyranno, ieiunium est tenendum, aut cibus prohibitus non attingendus: contra, si humanum, Ecclesiasticum scilicet, regium &c. quoniam nos cum mortis discrimine obligare non potuerunt, ad præceptum tyranni ieiunium soluere, aut carnibus per humanas constitutiones prohibitis, uesci permittitur, Quod si aut soluendi ieiunium, aut uescendi prohibitis cibus, necessitas ab intrinseco ueniat, siue lex quæ eas res prohibet, Diuina sit, siue sit humana, dummodò non sit naturalis, contra easdem leges utrumque licebit. Ad huius doctrinæ normam de rebus omnibus, quæ sunt simpliciter uoluntariæ, inuoluntariæ uerò ex accidenti, & secundum quid, de quibus Aristoteles lib. Ethicorū. 3. multa differit, loquendum existimat; atque ad eò cum uotum castitatis, quod aut explicite, ut à religiosis, aut implicite ut ab inordinibus sacris constitutis, offertur, sit simpliciter uoluntarium, non enim aliqua uolentia (quod certum supponimus) ab illis extortum est, quotiescumque ab eo aliqua necessitate reuocan-

tur, ad eandem sententiam, eo Theologo iudice, exigere oportet. Quod si uerum est, considerandum erit, in his, quibus à castitatis obligatione declinandi necessitas imminet, primò quidem quis sit eius necessitatis auctor, à quouè descendat, deinde quo uinculo ad castitatem primùm fuerit obstrictus, cum in his duobus totius quæstionis dilutio & explicatio conuertatur, Nam si castitatis obligatio, à diuina lege ortum habet, aliter quidè, sin uerò ab humana lege, & ecclesiastica tantum, aliter sentiendum est. Deinde expendenda erit necessitatis origo, Nam si homini sit extrinseca, aliter, contra, si intrinseca & à proprio naturæ principio deriuata, multò aliter, sed expendamus iam singula.

EXAMINATVR ALMAYNI RE-
sponso. Cap. 25.

ERGO cui matrimonii ineundi necessitas ex lege Diuina est, quanquam tyrannica uolentia, siue ingenti scelere parere non possit, necessitati tamen quæ ab intrinseco descendit, obtemperare licebit, Vnde secularibus, Sacerdotibus, Diaconis aut Subdiaconis, si ea sententia, quæ eos nullum genus uoti, cum ordinantur, elicere, sed solius Ecclesiasticæ legis auctoritate, in castitate contineri, sibi persuasit, uera sit uitæ, immo & salutis discrimine urgente, siue ab intrinseco, siue ab extrinseco deriuetur ad uitam conjugalem licebit descendere. Itaque si quis à Tyranno, Sacerdos secularis, obiecto mortis supplicio, ad nuptias cogere, cum lex Ecclesiastica, ut isti docent, cogendi quempiam ad mortem, facultatem non habeat, parere tenebitur, aut saltem poterit, idem deinde, si quempiam eorum morborum, qui à feminis corruptione deriuantur, incidit: quoniam necessitas non ab extrinseco, sed ab intrinseco uenit, etiam si ad castitatem seruandam Diuina lege obstringeretur, medicorum consilio, nulla conscientia formidine deterritus, nuptias celebrare poterit. Nisi fortasse quod isti aiunt, necessitatem ab intrinseco descendentem, Diuina præcepta posita, euacuare, non de quacunque naturali necessitate, sed de certissima, qualis in cibi defectu instat, sit accipiendum. Nam ueneris remedium in huiusmodi morbis, cum sit medicina non est usquequaque certum. De Religioso, qui omnium consensu non humano, sed diuino præcepto, obstrictus castitati tenetur, alia ratio est, hic enim extrinseco tyranni precepto eius, quod uouit contrarium præcipiens, parere quidè non tenebitur, at naturæ necessitati, quæ homini intrinseca est, si uitam conjugalem postulet, obedire poterit Diuinas enim leges, eas præsertim, quæ non natura, sed sola uoluntate constant, non in omnium euentu homines obligare, sed cum uitæ periculum intrinsecum non imminet ex facto Dauidis, qui esuriens cum laycus esset, sacros panes

propo-

propositionis ad naturam suppledam necessitatem accepit, persuasum habent.

Atque hæc sententia, apud eos Theologos, qui inter sacros homines seculares, & eos, qui uoto castitatis religioso tenentur, nullam agnoscunt differentiam, sed utrobique uotum inesse credunt, (licet illis implicitum, in his contra explicitum, quæ sententiam, nos auctore Deo, libro sequenti certam faciemus) nullam habet periculum, Nam cum ea sententia etiam necessitate ab extrinseco deriuata aduersus humanas, ab intrinseco aut descendentes aduersus Diuinas leges ualere credat, & naturales tamen leges, nullam uel intrinsecam uel extrinsecam necessitatem uires obtinere, manifestè decernit. Non enim ullam necessitatem ab idololatria, periurio impietate, homicidio, adulterio &c. horum criminum reos excusare permittit. Quod pertinere uolunt quod tertio libro Ethicorum Aristoteles inquit, pro huiusmodi rebus extrema quæque potius mala patienda, quam aliquid eorum delignandum quo loco & Alemeonem Euripedeum irridet, qui interficiendæ matris causas aliquas habere se credebat, quod si ita est cum non modò religioni deuoti, sed etiam sacri homines uoto castitatis solemnè implicito, uel explicito obligentur. Cumque uotum reddere non tantum iure Diuino sed naturali quoque sit necessarium, nulla necessitas, siue ea ab intrinseco principio, siue ab extrinseco oriatur, ad idem uotum castitatis excludendum par erit, sed horum uterque in quocunque mortis uel infirmitatis discrimine continere tenebitur: quoniam scilicet aduersus iuris naturalis uigorem, nulla deest exceptio.

ALMAYNI RESPONSO
reprobatur. Cap. 26.

NEQVE mihi in eam dilutionem, aliquid posse excogitare uideatur, nisi fortasse quicquam, hunc rigorem iuris naturalis quod omne genus necessitatis transcendat, non ad quoduis naturale ius, sed ad id duntaxat, quod natura cunctis hominibus, absque ullo humane libertatis arbitrio, imposuit: pertinere contendat. Nam reliquum, quod humanam uoluntatem auctorem habuit, ad quod humanam uniuersam siue cum hominibus, siue cum Deo uitæ pactiones & contractus referri uidentur, multo aliam habere rationem, tum hominum prudentia præditorum ciuiles contractus, tum Romanorum Pontificum frequentes dispensationes & priuilegia sufficere conuincunt. Enim uerò contractibus pactionibus, stipulationibus aut promissionibus stare, natura præcipit, at, ab his, qui reipublice præsent, etiam cum non in deteriorè exitu uergunt, ab illis absoluiuntur. Iuramentum reddere, uotum emissum soluere, et si quis sunt huius generis alia. Pontificis Romani auctoritate soluuntur in qua re sicut nulla inter catholicos est controversia, ita in illis, quæ sine nobis à natura iubentur, qualia sunt Deum unum colere, non periurare, parètes nenerari, non occidere &c. dispensatione

pontificalium posse cadere, communi sententia reprobatur. Et licet iuramenta reddere, contractus & pactiones seruare, in uniuersum sumpta, ad ius naturæ impositum pertineat, hoc tamen iuramentum reddere, aut hoc pactum inire à mea uoluntate ortum habuit. Esse autem inter hunc duplicem iuris naturalis ordinem in obligando discriminè, ex eo quod inter hominis uoluntatem & naturam ipsam obseruamus, facile deprehendimus. Natura ipsa, quæ non est aliud quam Deus ipse, sub ratione prouidentia & quatenus ordinem semel rebus inditum in rebus à se conditis, administrandis cōseruat, sicut est uitæ auctor, ita eius est domina atque adeò, quod illa sine nobis imposuit etiam cum mortis ab intrinseco uel ab extrinseco oriens certissimo discrimine inuolubiliter teneri debet, uoluntas nostra contra, quæ iuris naturalis secundi ordinis auctor est, sicut nobis uitam non impertit. Ipse enim Dominus fecit nos & non ipsi nos, ita neque hominibus cum mortis discrimine uinculum potest iniicere, sed semper in eius legibus, huiusmodi euentus, in quibus uita periclitatur, intelliguntur excepti.

AUCTORIS PHILOSOPHICAE RE-
sponso explicatur, & Almayni regula rursus rationibus Theologicis impetitur. Cap. 27.

QUAE ratio me, ut ab ea responsione declinem plurimum, impellit, neque enim in rebus præsertim Theologicis, & in fidei controversiis, quibuscumque rationibus nobis satisfacere debemus, sed solidis & illis, quæ prorsus omnem difficultatem euacuent. Nam speciosa & fucata doctrina, non modò solidis ingeniis, & quæ ad uiuam oia resecare cōsueuerunt, non persuadent, sed insuper ueritatis hostibus ingentes in pietate aggressiones faciendi, occasionem tribuunt.

Sed ad rem. Puto ego nullam maiorem in hac parte difficultate urgere, quam in reliquis religionis, pietatis, aut uirtutis actionibus. quæ admodum enim in his præstandis etiam cum propria uoluntate sumuntur, non nunquam immò uerò semper, aut salutem nostram, ledimus, aut uitam breuiorem nobis reddimus; aut (quod accidit plerumque) mortem, non cum hominum uiperio, quod praua opera, legibus naturalibus aduersa committuntur, sed summa cum laude, & proborum hominum commendatione, incidimus, ita etiam corporis & animæ puritatem Deo semel oblatam, aut labores aut dolores aut demum mortem, aut ab intrinseco aut ab extrinseco proueniens, discrimina, reuocare non debent. Et certè nonnulli theologi dum singula quæque ad suas regulas exigunt uolunt, ueritate amittunt, & ex rebus planissimis, & quæ sola communi hominum proborum approbatione quæ ingenium (teste Aristotele) in humana uita uim obtinet, terminari potuissent, spinosissimas controversias, quibus à melioribus studiis retardemur, inducunt: quæ res, utinam in multis ex nostris scholasticis, uiris alioqui doctis & ingeniosis, non lausimè pateret: dum enim res morales, quas non mo-

Cc do ratio

1. Eibi.

Arist. 1.
Ethic. cap. 3.

do ratio ipsa, sed nobiles quoque philosophi crasso ac pedaneo modo, & potius ex hominum studio acclamatione, quam ex exacta discussione tractandas, docuerunt; ad philosophicas, metaphisicas aut logicas subtilitates imprudenter pertrahant, uniuersa confundunt, neque satis quid in ea sit agendum ostendere ualent, cum tamen morum doctrinam non tam ad subtiles disputationes usque ad raucedinem exercendas, quam actionum humanarum gratia inuentam fuisse; summus ille philosophorum Aristoteles doceat. Maximus itaque error est omnia eodem pacto uelle exigere & ad examen exactum & rigorosum excutere. quod si ad aliquam regulam exacte humanae actiones excutiendae sunt, est ea, uel Diuina uoluntas, uel hominum proborum usus & commendatio, quae diuina Diuinum, aut naturale uocamus: non item humana ratiocinatio, quae plerumque in huiusmodi rebus turpissimos paralogismos admittit. Illud, inquit, Aristoteles, prius concessum apud nos constat, omnem de agendis disputationem, figura quadam, non autem exacte pertractari oportere. Sed iam ad rem.

Ethic. 2. c. 2.

Quis nesciat, si ad eas regulas, quae uitam hominum in primis obseruandam docebant, exigantur, non modo uirtutes, sed neque artes plurimas, sine quibus ipsa eadem humana uitam agi foret impossibile, absque proprii homicidii scelere coli non posse? Agedum. Si nunquam nisi cum Diuino uel naturae praeceptum instat, aut salutem corporis ledere, aut uitae cursum diminuere, aut mortis discrimini se obicere homini licet: quo pacto sine ingenti crimine, aut literarum studio, quod si quid aliud iugi illa meditatione humidum radicale exugit, corpus uiciosis humoribus replet, melancholicis affectionibus subiicit, & denique salutem, cum uitam ante cursum naturalem abrumpt, quis uacare poterit? Quo pacto Agriculture & uitae rusticae, urbanis deliciis contemptis, animu intendere sine crimine possit? An non esset damnabile uitae genus, mercatura, qua quis.

Horat.

*Per mare pauperiem fugiens, per saxa per ignes.
Impiger extremos currit mercator ad Index.*

Quid de militia dicamus? quae quemadmodum ut in pace uiuamus, summè est necessaria, ita nullum est eo uitae genere turbulenti, & maiori certiorique uitae periculo magis obnoxium, adeo ut icogens prodigium sit, turmatim homines, gloriae dumtaxat, & plerumque humanae, stipendio ad certum uitae exitum conuolare, sic ea regula sequenda est, quae actiones nostras uoluntarias tunc damnat, cum aut uitam, aut salutem ledimus? Nullus mercator, nullus miles saluabitur, quoniam iuxta regulam sapientis, *Qui amat periculum peribit in illo.* Immo uerò si tanta aut salutis, aut uitae corporalis ratio habenda est, quis nos à peccato homicidii excusare poterit, nisi omnes medicinae cognitionem, qua noxia ab innoxiiis, & quae uitam ledunt ab his, quae eandem propagant, discerna-

Ioan. Gerson,
in tract. de
abstin. car-
nis.

mus. Sed ad uirtutes naturales & euangelicas uenio: fortitudo, uirtus est, qua homo in bello pro patria aut religione sese mortis periculo exponit, quae inter omnes morales uirtutes tantò splendidius nitet, quantò maiori cum periculo, uitae; immo maiori cum mortis certitudine obitur, haec autem uitae discrimina, cum sint alii multi, qui patriam aut religionem tueri possint, spontaneam esse, nemo non uidet. Obedientiae uirtus, quae cum uoluntarie, maiori ex parte suscepta sit, summa in Christiana uita commendatur, quanta habeat salutis corporales & uitae detrimenta, qui eius exercitium, in ecclesiasticis historiis priorum maximè temporum obseruauit, satis cognoscit. Christiana charitas, etiam in operibus, ad quae euangelice uitae rigore non tenemur, quas super erogationes, theologis nostris uocare placuit, non tam propriae uitae quam alieni commodi rationem habet, immo tunc maximè laudatur, cum minimè debetur, cum propriae salutis aut commodi ratione non dicitur. Nam quis eum uirum summis laudibus non excipiat, qui etiam cum propriae uitae discrimine, aut notabilis salutis detrimento, Euangelii seminandae gratia per uarias urbes & prouincias dicurreret? *Charitas* inquit, Apostolus non querit, quae sua sunt. Vitam corporalem pro uita corporali proximi commutare, ius naturae non iubet ad id, in quibusdam, gentilibus etiam, commendari, nemo non nouit. Et demum, ne singula percurramus, si ea regula sit exactè seruanda, Christianae uitae disciplina ieiunia dico, pergrinationes, flagella, pedum nuditatem, uentis asperitatem & scabricie colere, praesertim cum id peccatis admisis satisfaciendi necessitas non praescribet, danabile erit, nam cum huiusmodi exercitationes sint omnino uoluntariae, & à nostrae uoluntatis arbitrio deriuatae, tunc dumtaxat erunt cum uirtute coniunctae, quando salutem aut uitam corporalem non ledant. Nam per haec magis quam per uitae continentis instituta uitam absorberi, res ipsa indicat, unde illud, quod Iudei cum Christo disputantes dixerunt. Quinquaginta annos nondum habes & Abraam uidisti? ad uitae Christi austeritatem, qui cum paulo post triginta haberet, quinquagenarius uidebatur, quidam ex ueteribus auctoribus pertinere uolunt.

Falsa est itaque illa doctrina quae in liberis actionibus, ita uel salutis uel uitae rationem habendam esse credit, ut nullatenus liceat eam ledere, aut per opera uirtutis, breuiorem reddere. Et alioqui si ita se res haberet, sanctae uirgines, quae cum absque uitae Christianae detrimento uiuere potuissent, solo uirginitatis amore pellecte, ne eam perderent, uitam tyrannis obtulerunt, immo & sancti martyres qui à nullo postulati, eorundem tyrannorum rabie sunt excepti, non modo ex euangelice uitae officio non fecissent, sed grauissimè peccassent, quorum tamen utrorumque in Euangelica historia non paruus est numerus. Enim uero, religionem protesta-

1. cor. 11.

Ioan. 9.

ri,

ri; nisi cum de ea re postulatur, nemo tenetur, est ergo uoluntarium, & à libera uoluntate profectum, seipsum offerre, peccat ergo, quia ut seipsum prodatur, neque ab extrinseca neque ab intrinseca necessitate compellitur. Virginitatem quoque seruare iuxta eas regulas, illa tantum tenebitur, quae in uitae periculum, absque religionis detrimento, minas à tyranno non patitur. Nam si eidem tyranno mortem illi minitanti ni cibos Ecclesiastica dumtaxat disciplina prohibitos attigerit, parere, potest uirgo, immo debet ne uitam cuius non est auctor sine causa pessundet. Cur non obsecro, eidem nuptias eius tantummodo postulanti non item Christianae religionis abiurationem, morem gerere poterit, cum uirginitatis propositum solo propriae uoluntatis pondere, quod multò minus est, auctoritate Ecclesiastica conceperit? Itaque uoti uirginalis aut continentiae perpetuitatem, nihil mortis periculis ab intrinseco obstantibus, tam sanctum est in finem usque uitae protrahere, quam dum homo non postulatur ad Christi uel fidei testimonium, uoluntarios cruciatus perferre, aut ne propositum uirginitatis amittat uirgo, uitam in discrimen adducere, potissimè cum non sit in Christi aut religionis contumeliam, sed ob amorem tantummodo, quod Dorothea Alexandrina de multisque uirginibus Ecclesiasticae historiae prodiderunt.

Neque omnino putare possum, alioquin eam doctrinam, quae actiones uoluntarias & liberas, id est quae à maiori quam humana potestate non inducuntur, uitae aut salutis corporalis rationem habere docet, quam quod uelint, posse nos uti libertate nostra, cum ad eam rerum conditionem coercesmur, ut aut uita perdenda sit, aut ille obeundae. Verbi causa. Quis inter Turcas captiuus, ad carnes feria sexta comedendas compellitur, aut uirgo solum uirginitatis perpetuae absque ullo uoto propositum abiicere, propter nuptias à Tyranno Christiano, quod accidere potest, postulatur, docent, & illum carnis, & hanc matrimonii si sibi libeat, usum, abiecta carnis abstinentia, quam sola Ecclesiastica lege seruabat, aut propositum castitatis, quod sola propria uoluntate conceperat abrupto posse accipere absque ullo peccato. Nam neque ecclesia illum cum mortis periculo, ut aiunt, ad suas leges conseruandas potuit compellere, neque huic solum propositum castitatis, necis corporalis uinculum potuit iniicere. Caeterum quod uel ille uel ista, aut pro Christianae consuetudinis, qua sextis feriis à carnibus abstinemus, aut pro uirginali puritate seruanda, uitam impendere nequeant, eos sentire, persuaderi non possunt, cum semper fuerit summa cum laude conuinctum, salutem, & uitam pro uirtute, etiam cum minimè debetur, neque ad eam ulla necessitate cōstringimur, insumere. Immo uerò semper in Christiana republica, maiori laudis applausu suscipitur, uirtutibus indebitis, quam debitis ui-

te pondus impendere. Neque (crede mihi) Machabei fratres si pro relegibus humanis prohibita, sancta tamen, & iam dudum suae patriae consuetudine usurpata, uitam posuissent, minorem commendationem suscepissent, quam nunc pro Suilla declinata, suscipiunt. Neque id rebus factis, ex uoto, suam excellentiam detrahit, nam qua ratione illes liberas excedat, & qua ratione contra ab huiusmodi actionibus, liberis excellentur, postea dicemus. Et iam si iuxta Theologorum saniorè sententiam, immo iuxta Christianae humilitatis & modestiae doctrinam à sanctis patribus, uerisque Theologis inuita usurpatam, ego, nisi Christi decus, aut scandalum imminet, famam & nomen meum, quod uita multò potius Aristoteles non sine magna ratione iudicauit, possim prodigere, quare ob castitatis & corporalis puritatis custodia, uitam & salutem meam non licebit impendere?

3. Ethic. c. 1.

Sed ais, Ergo si is, qui solo Ecclesiastico praeccepto à carnibus arcetur, instante tyranno ut comedat, sine peccato potest comedere, & ea uirgo quae solum propositum castitatis concepit, cum à tyranno ad nuptias postulatur, potest illi consentire, is aut ea, quae uotum habet quoque, in ea rerum & uitae conditione constituta, ne uitam corporalem perdat, eidem tyranno consentire poterit, & proiecto uoto castitatis ad nuptias, sine scelere committat, nam ut antea diximus, in uinculis, quae à nostra uoluntate oriuntur, semper uitae discrimen intelligitur exceptum, ut si quis carnes comedere, aut sexta feria ieiunare uouerit, non modo mortis sed leuis quoque morbi conditio exempta praesumitur. Manet ergo morte, ea praesertim quae ab extrinseco prouenit, imminente, qui castitatem uouerit exemptus, & ea libertate donatus, quam hi, qui nondum eiusdem castitatis uotum emiserunt, sunt praediti.

Huic ergo cauillo respondendum puto inter pericula mortis, quae ab intrinseco principio deriuantur, ingens esse discrimen, neque omnia eadem fore libra ponderanda. Sunt quaedam caetera, ex physica ratione euidencia, quale est, quod isti exemplificant, de eo qui uel cibo careret, uel ei alius, quam per Ecclesiasticas leges prohibitus, non apponeretur. Est hoc mortis periculum, certitudine naturali, quoniam tum experientia, tum ratione constat, humidum radicale, nisi humido cibali foueatur, à calore innato & naturali absumentum, deindeque eundem calorem, effica deficienti necessario marcescere. At uenem in huiusmodi langoribus, & si nullum esset aliud reliquum remedium, quod tamen falsum esse superiori dilutione comprobauimus, non certò sub uenturam, & langorem profligaturam putamus. Nam cum per modum medicinae assumatur, medicina uerò uel ex se, uel ex corporum habitudine sint incertae, ut Aristoteles quoque annotauit, nulla humana conditione fieri potest certum, eam aegro pro futurum,

lib. 2. Ethic.
cap. 2.

cum contra uitæ uirginalis aut continentia mutatio, certissimum afferat detrimentum. Ita- que cum Deo, tum certissimo uinculo naturali, quo promissum reddere debemus, tum uerò Diuino præcepto, quo uota soluere præcipimur, sumus obstricti, ab his propter incertam salutem, quam ex uenere speramus, solui non possumus. Verum de secunda dilutione iam satis. Nunc ad tertiam ac postremam accedamus.

TERTIA HAERETICAE obiectionis dilutio. Cap. 28.

EST autem ea, à Christiana Theologia deriuata, quæ planè excellentem ac Diuinum quemdam uirtutum gradum, uniuersam humanam rationem transcendentem, Christo auctore mundo intulit, ea non tam humanum rationum, quod tantum uirtutibus moralibus clauditur, quam Diuinum amorem, fidem, spem, & charitatem tanquam amulum insequitur, atque ex his, non item ex morali, ac humana philosophia procedit. Per hanc sanctæ Virgines & Christi serui, Deo, suo creatori ac redemptori, non modò animarum & affectuum, sed ut corporum quæ per religiosa uota semel eidem maclarunt, igne tribulationis & charitatis accensa quotidie holocausta offerunt. Neque tam attendunt, quid corporum necessitas postulet, quam quid Deus pro eo corporis sacrificio rependat; sciunt nullam Deo uirtutem comprobari, quæ non fuerit tentationibus impetita. Sciunt non coronandum, nisi qui legitime certauerit. Sciunt imponentem manum ad aratum, & retrò aspicientem, regno cælorum ineptum iudicari. Sciunt denique, non modò per prauarum cogitationum & libidinum insultus, sed etiam per huiusmodi langores, nonnunquam à Deo ad probationem; & uirtutis exercitiu, nonnunquam à Diabolo ad perditionem, Dei seruos & ancillas tentari, quo scilicet à sancto continentia & uirginitatis proposito; auocati, non modò excellentis coronæ spem amittant, sed etiam certum baratrum perditionis incidant. Ergo uigilare oportet sanctorum illorum trium uirorum exemplo, in media illa morborum fornace, Deo gra-

Dan. 3.

tias agere. In his langoribus præsertim qui à uirginitatis custodia deriuantur, uirginitas ipsa tanquam aurum in fornace purgatur, & Deo digna efficitur. Sic sacrae uirgines Petronilla Petri Apostoli filia, Virgo & alioqui pulcherrima, in uniuersa corporis paralisi iacere permittitur. Sic sancta uirgo Clara, penè totam uitam, grauissimis langoribus attrita peregit. Prodest, in sanctis uirginibus ad uitæ custodiam, præsertim his, quæ libidinis impetus & Diaboli actus fortasse non patentur, langoribus conteri, quò per eos carnis impetus retulo, spiritus imperet. Prodest, & ad uitæ meritum, Virtus enim omnis in infirmitate perficitur. Intelligant itaq; Christi serui & uirgines, à sancto uirginitatis aut castitatis proposito, per quascunq; ægritudines aut necessitates, se ad uitam coniugalem non magis, quam per alias quascunq; Diaboli aut carnis tentationes, quibus resistere Christus docuit auocandas, atq; ad eò iuxta Pauli Apostoli sententiam, timere debent, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus eorum à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Verum de hac Theologica dilutione, latissimus apud sanctos patres, qui de castitate aut uirginitate libros ediderunt, campus patet, atq; hæc de priori huius controversiæ parte, in qua de corpore sanitatis detrimentis quæ à castitate deriuantur, institutus est sermo.

Porro secunda parte, ea quæstio locum habet, qua quæri solet, an post emissum castitatis uotum dari possit aliqua rerum conditio, in qua extra salutis corporalis necessitatem, uotarius, ad coniugium aut debeat aut possit properare. Id autem cum, aut generis humani per pestes, aut bella obliterati, aut nostræ in qua uiuimus reipub. ut cum hæres Imperii deficit; bellaque timentur, dumtaxat necessitas postulare posse uideatur, Priori quidem parte, prima huius libri controversia, in qua ea, quæ à naturæ iure obiciebantur diluimus, satis ex sanctorum Patrum scriptis responsum arbitror. Posterior uerò, nihil aliud postulat, quam an post uotum emissum ob patris aut reipub. non fictam sed uerâ salutem, locus sit dispensationi, de qua re, libro sequenti, sumus uerba facturi, quare ad alia properare oportet.

2. cor. 9.

2. cor. 11.

Heb. 13. 1. cor. 7.

Eph. 5.

1. cor. 3.

CONTROVERSI A QVINTA,

IN QVA DEMONSTRATUR, COELIBATVS

ET CASTITATIS STUDIUM, NIHIL VI

hæretici falso docent, matrimonio detrahere.

PROPONUNTUR ADVERSARIORVM RA-

tiones quibus persuadere moliuntur, nos per cœlibatus & castitatis

leges & uota, matrimonio detrahere. Cap. 1.



VINTO loco, quorundam Hæreticorum nostrorum temporu prodigiosum commetum & planissimum nugamentum eludendum est, quo infani homines, eos, qui post habitis & cõtemptis nuptiis, bonis quidem illis sed minus gloriosis, quod satis præcedenti libro ostensum est, uirginitati castimoniam ue se mancipient, matrimonio facere contumeliam, & Deo eius institutori ingentem facere iniuriam, uideri uolunt. In quam rem, quasi nos cum Eneaticis Ebionæis aut Hieraticis, hæreticis nuptiis detraheremus, ingentes tum ex scripturis, tum ex sanctis patribus earum laudes congerunt, quibus nos apud suos plebes, quasi certo impietatis testimonio traducat, & infames efficiant, Honorabile inquit Paulus, connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Et rursus. Sanctificatus est uir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem. In eadem quoque Epistola, Veritamen inquit, neque uir sine mulier neque mulier sine uiro in Domino. Iubet & ad Ephesios scribens, mulieres uiris suis subditas esse, sicut Domino quoniam uir caput sit mulieris sicut & Christus Ecclesie rursusque uiros uxoris dilectionis uicem rependere. Viri inquit, diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam & se ipsum tradidit pro ea &c. Quod doctrinæ genus, & Petrus Apostolus in priori sua Epistola commendat, Mulieres ait, subditæ sint uiris suis, &c. Post quæ, uiri ait, similiter cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori uasculo muliebri impartientes honorẽ, tãquam cohæredibus gratia uitæ, ut non impediantur orationes uestre. Ita isti.

Verum si continuo rebus perfectione inferioribus & minus præstantibus uirtutibus officiat, & detrahat, qui heroicis studet, & ornari cupit, confessioni profectò idest illi Christianæ uitæ generi, quo sine martyrio, quis Christo uiuere & mori, nulla fidei protestandæ oblata occasione, apud se decernit; maiores nostri, quibus martyrio nihil prius ducebatur, nihil cupidius expectabatur, manifestam irrogabant iniuriam. Nam plerosque legas, persecutionem non tam passos quam tyannos ac persecutores ipsos, ut potirentur cœ-

lesti corona, fuisse persecutos. Bonum erat illo quieto ac paccato uitæ genere, Christianis, uirtutibus abundare, sed melius multò, per fidei testimonium uitam Christo reddere. Itaque qui ad maiora nititur, minora perinde non contemnit, aut mala ducit, uitæ profectò cœlibatum præstare matrimonio, multis, superiori libro & rationibus, & scripturæ & sanctorum patrum locis demonstrauimus: immo non quacunq; ratione prestare docuimus, sed ita ut qui nubat, quidem, iuxta Apostolicum testimonium non peccet. Si accepis uxorem inquit, non peccasti, & si nupserit uirgo non peccauit, contra uerò castus cœlibatus, non modò non peccat, sed ingentem quoque felicitatis coronam promerere accipit. Qui uxorem ducit, inquit Ambrosius utique non peccat quia quod concessum est, facit. Si uerò contempserit, meritum sibi collocat & coronam. Porro quòd huic maiori perfectioni sese obstringere per uotum castitatis hominibus liceat; aperte beatus Augustinus testatur. Ad eundem est, inquit, uita æterna, in qua est quædam ægregia gloria; non omnibus in æternum uicturis, sed quibusdam sibi tribuenda. Cui consequendæ parum est liberatum esse à peccatis, nisi aliquid ipsi liberatori uoueatur, quòd non sit criminis non uouisse; ac reddidisse sit laudis. Et rursus. Præsumite itaque, fideite, roboramini, permanete qui uouetis & redditis Domino Deo uestro uota perpetuæ continentia, non propter præsens seculum: sed propter regnum Cælorum. Ita August. An non mihi obsecro, ad cœlestem illam coronam, quæ uirginitati aut castitati respondeat, cape scedam; ego uinculum uoluntarium, absque nuptiarum iniuria iniicere potero? quis ita sentiat præter frigidus & insulos nuptiatores, qui non tam matrimonii laudibus pellecti; quam carnis & libidinis studio, omni castitati bellum indicere instituerunt?

1. cor. 7.

in com. 1. cor. 7.

de S. uirg. cap. 14.

Cap. 19.

EXPLICANTUR, APOSTOLICI

loci ab aduersariis adducti.

Cap. 2.

PORRO quorsum Paulus Apostolus, tam magnificis titulis coniugium exornauerit facile aduersarii, si parum animis attendere uoluisent, deprehendere potuissent. Cœlibatus &

uita uirginalis, cum per se satis essent commen-
dabiles, nulla laude aut commendatione ege-
re debantur, quanquam in hac parte Paulus quoque
non cessauerit. Matrimonium contra, adeo Chris-
tiani hominibus erat suspectum, ut etiam post
magnificas laudes, à multis fuerit reprobatum.
Sic idem Apostolus, turpioribus nostris membris
maiores nos honorem circumdare, quam hone-
stioribus, quæ nulla extrinseca honestate egēt, ad
Corinthios scribit. Quæ putamus inquit, ignobi-
liora membra esse corporis, his honorem abundan-
torem circudamus, & quæ inhonesta sunt nostra,
abundantorem honestatem habent. Honesta au-
tem nostra nullius ægent. Quod si matrimonium
nulla ægeret per se commendatione, tria illa bo-
na, fides thori, prolis in Dei honorem educatio,
& sacramenti mysterium, quæ Theologi tum ve-
teres, tum recentiores annotauerunt illud excu-
sare non dicerentur, quod enim per se ipsum satis
est laudabile, excusatione non indiget.

Loca Pauli singula iam excutiamus. Docet Pau-
lus Apostolus eo loco, qui ex Epistola ad Heb. ac-
cipitur, ea à coniugibus licite, & aliquando sancte
fieri, quæ ab aliis sine scelere, nec cogitari qui-
dem possunt, tantamque esse matrimonialis tho-
ri honestatem, ut illa cohonestare possit, quæ sine
maxima ignominia effari, atque ab impuris & mu-
lierosis hominibus, absque summo flagitio admit-
ti non possunt. præsertim si suas leges coniuges
obseruent, quibus Christianorum matrimonium,
ab eorum qui ignorant Deum, matrimonio maxi-
mè distingui docet Augustinus. Nimirum ut car-
nis concupiscentiam, in usum iustitiæ ita conuer-
tant, ut non modò generandi filios in humani ge-
neris propagationem, sed regenerandi eosdem &
Dei filios efficiendi, animum possideant. Nā quod
id eo loco sibi velit Apostolus, verba quæ an-
nectuntur insinuant. Fornicatores inquit, & adul-
teros indicabit Deus. Non itaque coniugium cœ-
libatui aut statui uirginali, sed fornicationi & ad-
ulterio, reliquisque illicitis coniunctionibus con-
fert.

Secundus locus ex Epistola ad Corinthios, nul-

lum alium habet sensum, quam quod in his con-
iugibus, qui ex infidelitate conuertuntur, non-
nunquam, ille, qui in infidelitate permanet, ad fi-
dem & salutem per illum, qui iam credidit pertra-
hatur: quam salutem Apostolus suo more; sancti-
ficationem, aut sanctitatem appellat. Nam quod
sanctitas, aut sanctificatio, salutem quæ per fidē
& dilectionem contingit, apud Paulū, reliquosq;
Apostolicos & euangelicos scriptores intinuet,
notius est, quam ut in adducendis locis immora-
ri debeamus.

Quod deinde ait idem Apostolus, neque ui-
rum sine muliere, neque mulierem sine uiro in
Domino, ad curationem, non item ad coniugium
& matrimonialem cohabitationē pertinet, quod
satis tunc clarescet, quando totus locus integer
recitetur. Vir inquit, non debet uelare caput
suum, quoniam imago & gloria Dei est. Mulier
autem gloria uiri. Non enim uir ex muliere, sed
mulier ex uiro. Etenim non est creatus uir pro-
pter mulierem, sed mulier propter uirum, ideo
debet mulier uelamen habere supra caput suum,
& propter angelos. Hucusque Paulus, de uiri di-
gnitate. Et nequis fœmineum genus, aut uile, aut
regno Cœlorum improbum putaret, continuo
ad eius dignitatem, ex natura, ipsa demonstran-
dum, progreditur. Verum tamen inquit, Neque
uir sine muliere, neque mulier sine uiro in Do-
mino. Nam sicut mulier de uiro, ita & uir per mu-
lierem, omnia autem ex Deo.

Demum quod & Paulus & Petrus, aut uiros
uxores diligere, aut uxores uiris subditas esse, eas-
dem præueneri docent, ad omnes homines, & uō
ad hos dumtaxat, qui nuptiali uinculo coniuncti
sunt, uelle pertrahere, extrema dementia est. Nō
ergo uitæ cœlibatum per uxorem, quam cum quis
non habeat, diligendam accipiat, cohabitationem
Paulus excludit, sed eos quos uel fides in eo
uitæ genere occupauit, uel illis postea eiusdem
uitæ coniugalis institutum arrisit, permuam si-
bi beneuolentiam cohærescere præcipit, quod &
nos quoque Diuina lege necessarium esse confi-
temur.

1. cor. 7.

1. cor. 12.

Heb. 13.

1. cor. 7.

1. cor. 6.

Heb. 10.

Luce. 1.

lib. de 5. uir

cap. 4.

CONTROVERSIAM SEXTAM

IN QUA EAE HAERETICORVM CALVM-

NIAE DILVVNTVR; QVIBVS PROBARE

moliuntur, votum castitatis rem esse nouam in Ecce-
lesia, & veteribus seculis inuolatam.

OSTENDITVR EX SANCTA SCRIPTURA

ipsa Euangelicæ legis initio in Ecclesia fuisse cœlibatus & castitatis
perpetuæ vota.

Cap. I.



ERVM nunc ad potissimum ad-
uersariorum locum accedamus,
quo vel castitatis vota, vel Ecce-
siasticas leges de sacro cœlibatu
seruando, adeo euertere molian-
tur, ut neque Apostolicis, seculis,
neque sanctorum patrū memoria, in Ecclesiæ usu
fuisse, satis sibi persuadent, nam quo pacto cum
Euangelica doctrina conuenire, nobis persuadebi-
mus, quod antiqua illa Ecclesia, quæ uerum Chri-
sti sensum percepisse cognoscitur, nunquam ha-
bit in moribus? In qua calumnia elidenda is or-
do est à nobis seruandus, ut prius, ex scripturis, de-
inde ex sanctis patribus, tertio ex Ecclesiastica hy-
storia, quarto ex Ecclesiasticis definitionibus, sem-
per ab Ecclesiæ nascentis exordio, uotum uirgi-
nialium, aut castitatis studium, à Christianis coli-
cō sueuisse ostendemus. Sed ad primum veniamus.

Ergo, cum multa à multis probatissimis aucto-
ribus, ex sancta scriptura, ad uotum usum osten-
dendum proferantur; duo mihi loci, id omnium
uolentissimè demonstrare uidentur, quorum prior
ex Lucæ Euangelio, cap. 1. quo loco Gabrielis cum
Virgine colloquium describitur, secundus ex prio-
ris Epistolæ ad Corinthios cap. 5. ubi de uiduis eli-
gendis Apostolus præcipit, desumitur. Neque enim
tam locorum multitudinem quam eorundem uolentia,
& neruoso rigore, Christiana dogmata stabili-
liri cōfidimus. Verum nunc ad priores accedamus.

Sacro igitur nuncio, quæ celitus acceperat bea-
tissime uirgini suggerente, eaque de modo ac ra-
tione tā insoliti partus dubitante, quomodo, inquit,
fiet, istud, quoniam uirum non cognosco. Quæ uerba
non tantum præsentis illius temporis, quæ satis
aperta angelo erat, castitatem, sed eius perpetuò
conseruandæ propositum seu uotum, insinuare,
uniuersi catholici tractatores scribunt; sed nobis
paucorum testimonio in hac parte sufficere.

Itaque Augustinus de Mariæ uirginitate uerba
faciens, ipsa quoque uirginitas, inquit, eius gratior
& acceptior, quia non eam conceptus Christus, ui-
ro uoluit, quam conseruaret ipse præcipuit, sed
priusquam cōciperetur, iam Deo dicatam, de qua
nasceret, elegit. Hoc indicant uerba, quæ sibi
fœtum annuntianti angelo Maria reddidit. Quo-
modo inquit, fiet istud quoniam uirum non cogno-
sco? quod profecto non diceret, nisi Deo uirginem
se ante uouisset. Sed quia hoc Israelitarum mores

adhuc recusabant, desponsata est uiro iusto, nō ui-
olenter ablata, sed potius cōtra uolentem custodia
turo, quod illa iam uouerat. Quamquam etiam hoc
solū dixisset, quomodo fiet istud, nec addidisset qua-
niam uiro non cognosco, non quæsiisset utique pro-
missum sibi filium, quomodo fœmina paritura es-
set, si concubitura nupsisset. Poterat & iuberi ui-
ro permanere, in qua Dei filius formam serui con-
gruenti miraculo acciperet, sed exemplo sanctis
tutura uirginibus, ne putaretur sola uirgo esse de-
bita, quæ prolem etiam sine concubitu concipi-
ere meruisset, uirginitatem Deo dicauit, cum ad-
huc quid esset conceptura, nesciret, ut in terreno
mortalique corpore, celestis uite imitatio, uoto fie-
ret, non præcepto, amore eligendi, non necessitate
seruendi, ita Christus nascendo de uirgine, quæ
antequam sciret, quis de illa foret nasciturus, uir-
go statuerat, permanere, uirginitatem sanctam ap-
probare maluit, quam imperare, ac sic etiam in ip-
sa fœmina, in qua formam serui accepit, uirginita-
tem esse liberam uoluit. Hactenus Augustinus.

Idem repetit lib. 23, & 24, contra Faustum Ma-
nicheum, & lib. de nup. & concupiscentia, quæ lo-
ca, quod tunc à Petro Lombardo magistro senten-
tiarum, tum à Gratiano Decretorum compilato-
re, recitentur, huc adducere non oportet.

Est autem hoc loco notandum Ambrosium,
contra Græci & Latini sermonis proprietatem, eo
lucæ loco uerbum *ἠκούσα* conuertisse *cognoui*
quod & Erasmus annotauit, nam quæ ratio esse po-
terat obsecro, sacratissimam uirginem, de eius,
qui annuntiabatur, partus, possibilitate dubitare,
quod uirum non cognouisset, cum id etiam & reli-
quis uirginibus nubentibus accidat, quæ cum eo-
usque uiros non cognouerint, postea tamen co-
gnoscunt? Declinanda est etiam Pauli Burgen-
sententia, qui cum apertè ab Ecclesiasticis aucto-
ribus illis uerbis, uotum uirginitatis annotari li-
benter fateatur, Ipse tamen eam uiri nescientiam
aut ignorantiam non in uotum quod ante nuptias
emississet beata uirgo, sed in gradum quandam uir-
tutis, quæ purgatis animis tribuit, refundat. Sunt,
inquit, uirtutes quædam, quæ ciuiles aut politica
uocantur, quibus in cōmuni uita administranda
homines utuntur; sunt & exemplares quædam, quæ
in Deo tantummodò quasi uirtutum idæa consti-
tunt; sunt purgatiuæ quædam, quæ non modò rei-
pub. administrationi subseruiunt, sed etiam homi-
nis

Lombard. 4. Sen. dist. 30. Gratia. 27. q. 2. c. suffic. cial.

In addit. 6. c. 1. Lucæ.

nis animum ad rerum celestium contemplatione disponunt; Sunt demum purgati animi, alia, quæ nullos vitiorm impetus patiuntur, ad quod virtutum genus Virginis beatæ, quæ fluctibus tentationum, non quatiebatur, castitatem, referenda est, ita ut verbum *non cognosco* non voti propositum, & voluntatis decretum, sed priuationem tentationum insinuet, & corporis & animi habitum, carnalis concubitus prorsus nescium indicet. Verum huiusmodi interpretamenta, præter hoc quod tū veteribus, tū recentioribus theologis, quos scholasticos vocamus, qui omnes, post Augustinum & Lombardum, votum eo verbo innui, cognouerunt; planè aduersatur, omnino ridicula est, & potius ad Macrobiū, Plotinū, Iamblicū, Porphyriū, &c. Philosophiam, quàm ad Christianam Theologiam pertinens. Nam quàm vera sit ea virtutum, aut potius graduum virtutum partitio, quàm ut plerumque multa, quidam Christiani Theologi, à Platonicis Philosophis usurparunt, alibi fortasse copiosè demonstrabimus, nisi quod illud in his fuerit intolerabile, quod cum peripatheticam Philosophiam plus satis fortasse sectentur, Platonica, immo non Platonica, sed à posterioribus discipulis inuenta dogmata contra omnem rectè philosophandi rationem, misceant, per quantum virtus illa, aut virtutis gradus, quem peripathetici Diuinum aut heroicum vocarunt; à purgati animi virtute Platonica distet, si quis nesciat, indignus est, qui de Platonica aut Peripathetica Philosophia disceptet. Itaque ridicula sunt ista & indigna quæ hominem Christianum à prisca illa sanctorum patrum interpretandi ratione auocent, tale est & quod Thomas Caietanus in eum locum, subtiliter annotauit, non ad uoluntatis habitum à carnis actionibus abstinendi, sed ad tempus præsens quo illi angelus loquebatur, referri. Nam cum angelus intulisset, *Ecce concipies* &c. Beata virgo existimare poterat (quod & factum est) non in futurum conceptionem differendam, sed statim faciendam, quapropter eadem ab angelo percontatur, quæ ratione id fieri queat, cum tunc temporis quod conceptura denunciatur, uirum eiusdem cōceptionis cooperatorem non habeat, ac si diceret, quo pacto ego altissimi filium nunc potero concipere, cum viro nunc, qui iuxta naturæ consuetudinem, ad prolem gignendam necessario exigitur, non cohabitent, neque ab illo cognoscar? Verum hæc potius ad Methaphisicas illas, & aridas subtilitates, quibus plerumque in interpretandis scripturis Caietanus exercetur, quàm ad rectam & solidam eandem tractandi rationem pertinere uidetur. Nam ecce tempus præsens denotare potius quàm futurum, nullus unquam præter Caietanum obseruauit. Deinde si tempus præsens denotaret, à uerbo tamen *concupies* ad futurum significandum traheretur. Quis enim hæc uerba ecce concipies, ad futurum non pertinere contendat?

4. Sc. d. 30

PETRI MARYRIS, IN
precedentem interpretationem, calum
niæ proculcantur. Cap. 2.

RECLAMAT tamen Petrus Martyr Florentinus, neque permittit ex hoc loco beatæ uirginis uotum castitatis posse comprobari. Primo quidem quod in eo nulla uoti fiat mentio, deinde quod eo tempore quo angelus ad eam accessit, iam esset desponsata. Nemo autem matrimoniū contrahit, qui secum iam statuerit obstringi uoto ad uirginitatem seruandam. In scriis inquit, rebus, non lusit mater Dei, sciebat per matrimoniū coniuges, tradere sibi potestatem corporis. At uirginitatem Deo uouere, & tunc corpus uiro tradere, quo pacto inter se consentiunt? Tertio, quoniam etsi Deiprouidentia sacratissimæ uirginis integritatem non uiolandam decreuisset, & tamen eam Iosepho tum ad celandum diabolo, incarnationis mysterium, tum ad pudicitia uirginalis umbram, tum demum ut esset infantia saluatoris & mulieris infirmitatis fidelis curator adiunxit, Virgo tamen à Deo electa; non præsentiebat, aut ullo pacto sciebat se Dei matrem futuram, quæ expectabatur uirgo conceptura, unde iuxta cursum atque morem sub lege Mosaiica receptum, suam uitā instituit, & ut ceteræ puellæ gentis Iudaicæ nuebant, ipsa quoque nupsit. Ita Vermelius.

Verum quanti ista, ac similes hæreticæ nugæ, quæ in Veterum Patrum doctrinam summa cum procacitate suscitantur, sint faciendæ, ex his quæ iam scripsimus facile deprehenditur. Nam quod hoc nomen *votum* in illo uirginis colloquio non ponatur, parum refert, dum res ipsa uoti, id est, firma animi constitutio de uiro non cognoscendo ponatur. Multa enim in scripturis uerissimè contineri dicimus, quæ nomine ipso non continentur, quale est filium esse patri *deus pater*, id est, cōsubstantialē, quod Ecclesiastici patres ex illis Christi uerbis *ego et pater unū sumus* colligunt. Nā quod Vermelius obiicit, ad filii cōsubstantialitatem demonstrandam, multa esse scripturæ loca, ad uotū aut uirginis demonstrandū, nullū posse dari, ad hæreticā rōnem disputandi pertinet, quæ semper nescio quos insulos furfures oculis coarguentiū solet offundere. Nā primò multa ista scripturæ testimonia, nō erant ad eam aperta, ut hæreticis Arrianis concluderent: immo si naturarum diuersitas, semel in Diuinis personis quemadmodum & nostræ memoriæ multis hæreticis, arrisisset, tam eisdem locis ad agnoscentiam unitatem adigeretur, quæ ad uotum cognoscendum, nunc per hunc locum impellitur. Sed nos id quod Vermelius neget, uoti rem ex hoc loco colligi, tam apertè, quàm ex illo Ioannis loco unitatem, demonstrari, superius credo comprobauimus, superest nunc, ut eius interpretationem, quæ uoti rem, eludere conatur audiamus.

Audiuerat inquit, ab Angelo, quod esset conceptura & paritura; interrogat, quomodo ista futu

ra

ra essent, quod licet esset sponsa, non tamē adhuc uiri congressus admitteret. Subditque prudens fanè uirginis interrogatio quia si conceptus & partus, qui ei prædicebatur, ordinaria usitata ueritate futurus esset, dixit hoc obstare, quo uir nō admisceretur. Sin uerò extra ordinem, ac supra naturam de modo cupit doceri, atque tacite innuit, quod si deprehenderetur grauida cum adhuc maritalis congressus esset expers, pudor & fama eius periclitaretur. Ridetque quæ nos deinde, quod quemadmodum olim Anaxagoras, quodlibet colligamus ex quolibet. Cum Moses, inquit, cap. 6. Exod. dicat: Quomodo audiet me Pharaon, cum sim labiis incircuncisus? potest ne hinc demonstrari Mosē uouisse labiorum incircuncisionem. Profecto locutionis forma est eadem. Beata Virgo dicit, Quomodo fiet istud cum uirum non cognoscam? Et Moses ait, quomodo audiet me Pharaon, cum sim labiis incircuncisus? Nicodemus quoque respondit Christo, quomodo potest homo nasci, cum sit senex? ex tua dialectica (alloquitur autem Ricardum Smytheum, uirum Ecclesiasticum & catholicum) hinc quoque licebit inferre Nicodemum uouisse senectutem. Hæc tunc Petrus, in huiusmodi sannis extruendis, in uiros orthodoxos, homo sibi satis gratus, sed omitteremus uerba, & ueniamus, ad solidam rōnis uerbera.

Dic mihi per Deum immortalē Vermeli, quantum ne tibi uirginis interrogatio prudens uideatur, si denuntianti Angelo, illam Dei filium concepturam & parituram, eadem, quod erat compertissimum, id est, se neque cognouisse, neque tunc cognoscere uirum, ab Angelo exquireret? fac obsecro nunc Titia uerbi gratia, socrati desponsa, te, mente prophetica præditum, filium, qui totius suæ gentis futurus sit gloria, denuntiare; causetur illa, aut querat à te, quo pacto id sit possibile, cum nec tunc uirum cognoscat, nec usque ad illam horam cognouerit, agamus quæso ingenuè & seponere pariter hæreticam pernicitiam rogo; nonne stulta tibi uidebitur & stupida? Tu concipiendum filium in futuro denuncias, non conceptum antea aut qui nunc concipiatur, quid opus ergo est, querere quomodo sit conceptura, si uirili concubitu utendi iam inde potestatem habet? Si sacratissima uirgo tantum dixisset, Quomodo fiet istud? fortasse tollerari posset, quod dicis de duplicis modi concipiendi discrimine, naturali & supernaturali, de quorū utroque certior fieri cupiebat, at causam addit interrogationis *quoniam uirum non cognosco*, quo pacto ergo, non erit stulta sapientissimæ uirginis interrogatio? Sed tu ac tui similes, sicut neque finceram fidei confessionem corrumpere, & hæreticis neuis nō timetis respergere, ita neque Dei matri, immo & ipsi Christo stultitiam & imprudentiam non timetis impingere.

Veniamus tamen ad uirginalis interrogationis duo illa membra, quæ absque ulla causa tu fingis, demus Angelum responsurum, quod in primo me

bro interrogationis collocas, ordinaria usitataque ratione futuram conceptionem. Tunc, inquit, dixit hoc obstare, quod nondum uiro admisceretur. O sapientiam. Obsecro Vermeli, an, quod illuc usque non admisceretur uiro, deinceps, partu præsertim denunciato, admisceri non poterat? quid ea uirgine esset stultius, quæ non dico ab Angelo, sed ab homine quoppiā, à Vermelio scilicet, quæretet, quo pacto conceptura esset, cum uiro nondum fuisset admixta? Vides Petre dum à prisca sanctorum patrum traditione obstipio animo recedis, quantum inepitias, immo quam imprudentem nobis uirginem prudentissimam reddas, dum id, quod nulla unquam femina nisi summo cum omnium hominum risu, dubitare potuit, eam in omnium maxime serio negocio, non cum homine ludens, sed cū Dei nuntio loquens, ab eo uis rogasse. Sed sis tu quantum uelis stultus, per me tibi ac tuis semper libebit inepitire, & nobis ridendi materiam subministrare; sacratissimæ tamen uirgini imprudentia & ridiculæ quæstionis notam inurere uobis per nos nunquam erit integrum. Finge tibi Michaelē illum ex Iudæo Christianum, qui hodie Gallis in astrologiis iudicis summus habetur, tibi expellere tua, te filiū sublaturum, uaticinari; Responde tu, uel uerè uel mendaciter, Quomodo fiet istud quoniam sceminam nondum cognoui. An non stultus iudicaberis & sibilis & sanna exciperis ab omnibus? Itaque quantumcūque ad luxuriæ & scortationis tuæ patrocinium, sanctis patribus & spiritui sancto reluctari pergas, locum istum obscurare non poteris.

Sed de secundo interrogationis uirginalis membro, quod erat, an si supernaturali ratione conceptura esset, quo pacto id accidere deberet, iam dicamus. Tunc inquit, de modo cupiebat edoceri uirgo. Haud obsto. Sed non simpliciter quærebat modum sacratissima uirgo, non enim simpliciter rogauit *quomodo fiet istud?* sed quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco? non ergo tunc absolute querit de modo, sed supposito decreto uoluntatis suæ, de nō cognoscendo uiro, querit, quo pacto id, quod per naturam erit impossibile, à Deo illi præstaretur. Nam aliòqui si hunc animum in ea quæstione uirgo non habuit, tam stulta erat quæstio in hoc secundo sensu, quàm in primo. Atque ita profectò Angelus aptissimè respondit, Quæris gratissima Deo uirgo, quo pacto istud, quod tibi Diuino Imperio denuncio, sit possibile, aut quo pacto ordine sit efficiendum, cum animum hab eas nunquā ad uirum accedendi. *Spiritus sanctus superueniet in te* &c. Quid ais Vermeli, an non sunt hæc apertissima & sole ipso clariora? Colligimus ne Ecclesiastici quodlibet ex quolibet, ut olim Anaxagoras?

Nam quod hunc lucæ locum, nihilo magis uirginis uotum, persuadere credis, quàm locum exodi uotum in circuncisionis labiorum Mosæ, aut locum Ioannis, uotum senectutis Nicodemī, pro hæretica

hæretica imprudentiæ facis, qui ut suas idoloma-
nias tueantur, risum hominū incidere non verentur.
An non tibi in circuncisionis labiorum & fenestris,
quæ sunt res naturales & necessariæ & uirginitatis,
quæ res est libera & in nostra potestate constituta
aliquid uidetur esse discrimen. Si quis quærat
quomodo currere possit, cum sit utroque pedecaudus,
impossibilitatem currendi, non uoto voluntatis,
sed naturæ necessitati tribuimus. Si quis tamen
roget, Quomodo possum proximum ledere, aut uxorem
eius, thorumque inuadere, quoniam iniustitiam
non agnosco? Animi propositum, firmamque
constitutionem, de nulli irroganda iniuria, statim
concepis. Sunt ergo inanes ac frigidæ Vermeli
ratiunculæ, nisi quod homo hæreticus, ut suam
sententiā tueatur, Euangelica uerba peruertere
non formidat, & ea ex indicatiuo modo in
subiunctiuum detorquere, ac si uirgo dixisset,
Quomodo fiet istud cum uirum non cognoscam.
Cum tamen illa dixerit *quoniam uirum non cognosco*?
Præsens autem in dicatiui non modo actum
sed habitum denotat, ut non uescor hoc cibo,
non bibo uinum &c. non tantum me hoc tempore
aut non uesci aut non bibere significat, sed
habitum non uescendi aut non bibendi importat,
cum ergo se uirum non cognoscere beata uirgo
inquit, habitum & firmam animi constitutionem
non cognoscendū indicat. Porro id firmum animi
propositum, quod Euangelium indicat, nos uotum
appellamus, quod uirginitatis perpetuæ uirtutem
alteri quam Deo ab eadem sacra uirgine dicatam
suspicari non possumus.

Secundæ ratiunculæ Vermelii, nullus est uigor;
potuit enim beatissima uirgo, ut ex Augustino &
Petro Lombardo antea recitauimus, prius quidem
quam Iosepho nuberet, uirginitatis propositum
concipere, & postea ex eius consensu exprimere,
& se Deo dicere, cum enim ei angelus loquebatur
desponsata iam erat, & ei animum suum in hac
parte persuasisse poterat, præsertim, non iuueni,
ut quidam absque ullo testimonio immo contra
ueterum patrum sententiam contra ueteremque
picturam, quæ ingentem in huiusmodi traditionibus
habet auctoritatem, sed seni & probato uiro,
qui ita uirginalis pudicitia custodisse poterat,
ut libidinis desiderio, Diuino uirginis proposito,
non aduersaretur, Nam Iosephum non elegantem
iuuenem, sed etate grandeum, immo uerò aliorum
filiorum parentem qui, in Euangelio fratres
Domini, uocantur, extitisse; Epiphanius, Hyppolitus
Martyr, Nicephorus Calixtus & omnes penè
quotquot ex ueteribus Græcis & Latinis legi,
uno excepto Hieronymo, qui in Heluidium scribens,
eius fortasse hæretici subuertedi odio magis,
quod illum ueritatis haberet testimonium,
absque ulla cōtrouersia, aut ueterum opinione
docent. Idque etiam Iacobus frater Domini
& Hierosolymorum Episcopus in proto
Euangelio, quo libro de beatæ uirginis uita,
institutione & filii Dei conceptione agit, me

Euseb. Eccl. Epiph. her. 28. & her. 68. Nice. et Hypp. lib. 1. Epiph. Eccl. 63.

moriæ prodidit, Et ne de uirginitate illius contē-
damus, certè de eius prouectiori ætate, & quæ ad
res Diuinas potiusquam ad carnis opera idonea
esset, nemo dubitauit, Itaque aut beatissima uirgo
absque cœlesti reuelatione Diuino tamen instinctu,
uirginitatis desiderium concipiens, postea accepta
à sponso facultate, uotum emisit, aut eadem
omnino ante coniugium propriam uirginitatem
Deo consecrauit, quod fieri potuit aut Diuino
instinctu, aut quod magis puto, Diuina reuelatione,
quam postea sponso patefecit. Neque mirari
debet Vermelius aliquid horum à sacratissima
uirgine factitatum, cum ea eiusque educatio
& uita institutio legis Euangelicæ principium
esset: Euangelica hystoria, duntaxat ea memoriæ
prodidit, quæ nostræ religionis præcipua capita
uidebantur, atque ad eam uirginis natiuitatem,
educationem, institutionem, desponsationem, &c.
grauitatis causa committit, ea tamen omnia
fuisse peculiaria, & supra aliarum Israeliticarum
uirginum conditionem, non est dubitandum.
Cur mirum obsecro Vermelio atque cæteris
hæreticis uideri debeat, eam quæ uirgo conceptura,
paritura, & permansura postea erat, Diuinam
de uirginitate seruanda reuelationem accepisse?
Immo id cum ipsa uirginali interrogatione,
qua rogat angelum quomodo istud fieri possit,
quandoquidem uirum non cognoscat coherere
uideatur, Nam cum antea, de seruanda uirginitate
patet actionem accepisset, ne quaquam hæc
Angeli annunciatio qua conceptura & paritura
dicebatur, cum illa coherere uidebatur, fuerat
enim reuelatio, non de partu, sed de uirginitate
conseruanda Deoque dicenda. Quod mihi
plurimum persuadet eiusdem sacratissimæ
uirginis uotum, non conditionale sed absolutum
fuisse, ut prudentissimè Scotus animaduertit.
Præter hoc, quod ea conditio, ob quam, quidam
conditio uoluit, in omnibus humanis propositis,
ac uotis; intelligatur inclusa, ac perinde omnia,
& religioforum, quæ maximè absoluta uideri
possunt, uota conditionalia essent, quod est
absurdissimum, quis enim unquam absque
diuinæ uoluntatis conditione uouit? immo
uerò iuxta communionem, & sanio-
rem sententia, non modò Deo, sed summo
Ecclesiæ pastori cum uouemus, uota nostra
subiicimus, si enim illi aliquando uisum
fuerit propter reipub. Christianæ, immo
propter prouintia utilitatem, que
empiam à uoto, quod absolutissimè
prestitit; eximere libertatem
habet illum uoto soluendi,
de qua tamen re libro sequenti
exactius tractabimus.

Huc contendunt, quæ à sanctis auctoribus de
Uirginis & Iosephi coniugio; frequentissimè
traduntur; licet enim inter eos uerum
coniugium intercessisse, conueniant;
eosdem tamen, non tam coniuges
quam sponfos fuisse, concedere uolunt;
Iosephumque non tam uirum quam
uirginalis puritatis custodem,
datum persuasum habent: Sic
Hieronymus eo loco, quo Iosephum
uirginē fuisse

Lomb. 4. Sent. 4. 3.

se docet; Maria autem inquit, quam putatus est
habuisse, custos potius fuit quam maritus. Chryso-
stomus deinde in illa uerba defuncto Herode &c.
Vides inquit, quod Ioseph, non ad coniugium
Mariæ erat electus, sed ad ministerium eius.
Eunte autem illa in Aegyptum & redeunte, nisi
desponsata illi fuisset, quis ministerium tantæ
necessitatis impletet? &c. Immo & Augustinus,
qui omnium maximè inter beatam uirginem &
Iosephum: uerum contendit fuisse
matrimonium, eam ueritatē non ad
significationem refert, sed ad perfectionem.
Inter quos inquit Augustinus: perfectum
fuit coniugium, perfectum quidem, non
significatione, sed sanctitate. Sanctiora
sunt enim coniugia pari uoto continentium.
Significationem uocat communionem,
qua Christi & Ecclesiæ coniunctio
designatur, iuxta illud. Hoc sacramentum
magnum est. Ego autem dico in Christo &
in Ecclesia &c. Matrimonia autem,
tunc perfecta esse cum utriusque
coniugis commixtio accedit. Ambrosius
testatur: In omni inquit, matrimonio,
coniunctio intelligitur spiritualis,
quæ confirmat & perficit coniunctorum
commixtio corporalis. Hieronymus
quoque in illa Abdiæ prophetæ uerba,
Quapropter in filiabus uestris fornicabuntur,
& sponsæ uestræ adulteræ erunt.
Notandum est, inquit, quod in filiabus
dicit fornicationem futuram, & in
coniugibus adulteria, quæ sponsali
coniunctione inician- tur, & commix-
tione corporum perficiantur. Porro
quod sancti auctores, imperfectionem
quandam in Uirginis & Iosephi
matrimonio collocet, quanquam eos
de imperfectione accidentali loqui
putant (quod essentialis in mutuo
uoluntatis consensu sita sit) eorum
scripta perspicue testantur. Vnde
Origenes. Inueta est habens in utero,
à beato Ioseph, qui licet eam non
contingeret (ut putabatur uxoris)
omnia nouerat. Et infra, si tibi
uxor nominatur, etsi in desponsatione
uxor tibi esse dicitur, non tamen tibi
uxor est, sed Dei uirgeniti mater est,
ætterna. Et subinde. Dico coniugem,
propterea ut diabolo uirginitatem
eius occultem, & leges instituta non
destruam. In sequentibus demonstrabo,
quod neque ista tua coniug secundum
consuetudinem coniugii habeatur.
Nec istæ qui etiam generatur, tuus
filius esse credatur. Ita Origenes.
In eandem sententiam Chryso-
stomus, in illa uerba priusquam
conuenirent. Non dixit priusquam
in sponsi adduceretur domum.

Hunc enim morem seruabat antiquitas,
ut sponsæ in sponso domibus haberentur,
ut autè generi Loth. apud focerum
leguntur habitare, cum sponsi
nondum sibi copulatis lege
coniugii, sic & Maria habitabat
cum sponso. Et infra. Neque enim
eam uoluit de domo expellere,
sed dimittere. Et infra, Noli timere,
accipere mariam coniugem tuam.
quod sermone sponsam similiter
indicauit, sicut etiam eos, qui
adhuc sponsi sunt, generos
appellare scriptura consueuit.
Quid enim est accipere nisi
domi profectò retinere? Iam enim

Contra Heluidium. Math. 1.

Hom. 2. in Math.

Apud Lombardum. 4. d. 30.

Eph. 5.

lib. de patri. & grat. 27. q. 2. c. 1. omni. 27. q. 2. c. Quapropter

In Math.

27. q. 2. c. 3. in omni.

Hom. 4. in Math. 27. q. 2. c. priusquam.

Gen. 19.

Math. 1.

illam mente dimiserat. Hucusque Chryso-
stomus. Hieronymus præterea, in illa uerba,
Jacob autem genuit Ioseph uirum
Mariæ. Cum uirum audis, tibi non
subeat suspitio nuptiarum, sed
recordare consuetudinis scripturarum,
quod sponsi uiri, & sponsæ
uocentur uxores. Et infra ea uerba
inuenta est, habens &c. non ab alio
inueta est, nisi à Ioseph, qui penè
licentia maritali futuræ uxoris
omnia nouerat. Et infra. Ioseph
filius David &c. Iam (ut supra
diximus sponsas uxores appellari
constat) quod plenius liber aduersus
Heluidium docet, Augustinus in ea
uerba Angeli, *noli timere* &c.
Coniugem inquit, nominauit, quia
futura erat uxor, qui Augustinus
etsi aliquando id perfectum
matrimonium appellauerit, quo pacto
sit accipiendus, Gratianus docet;
perfectum inquit, intelligitur, non
ex officio, sed ex his quæ
committantur officium coniugii,
ex fide uidelicet, prole, & sacra-
mento, quæ omnia inter Christi
parentes fuisse idem, Augustinus
docet. Omne itaque nuptiarum
bonum impletum est, in ipsis
parentibus Christi proles, fides,
sacramentum, prolem cognoscimus
ipsum dominum; fidem, quia
nullum adulteriū; sacramentum,
quia nullum diuortium. Demum
beatus Gregorius in quadam
Homilia sic quippe discipulum
post resurrectionem dubitare
permisit, tamen nec in dubitatione
deseruit, sicut ante natiuitatem
suam Ioseph habere Mariam
sponsam uoluit, qui tamen ad
eius nuptias non peruenit. Nam
ita factus est discipulus dubitans
& palpans testis ueræ resurrectionis,
sicut sponsus fuerat & matris
custos integerrimæ uirginitatis.
Ita Gregor. Immo uerò ad eam
beatæ uirginis matrimonium
sancti auctores detriuerunt,
ut non pauci illorum ea ratione,
matrem à Christo Ioanni
traditam arbitrentur, quod
etsi tunc Ioseph uiueret, nulla
illi, quod nondum uera fuisset
uxor, fieret iniuria. De qua re
ita Chrysostomus.

Si enim cognouisset eam,
& loco habuisset uxoris,
quomodo illam dominus, quasi
absque solatio, & nihil penitus
habentem discipulo commendasset,
iubens illi ut eam reciperet in
suam? Eius sunt & illa. Sicut enim
postea, illam commendauit
Christus ipsi discipulo, sic & nunc
angelus copulat sponso, non in
fœdus solemne coniugii, sed
consortium communis habitationis.
Idem sentit Ambrosius, Ioseph,
inquit non cognouit eam, nam
si uir iustus eam cognouisset,
nunquam à se discedere passus
esset, nec dominus, qui uxorem
præceperat à uiro non recedere,
nisi causa fornicationis
commendans eam discipulo,
auctor diuortii fuisset.

Hæc omnia illic diriguntur,
ut Vermelius ac reliqui hæretici
intelligent, quod quantumcunque
Diuina prouidentia sacratissime
uirginis famæ & honori, puerique
saluatoris infantia, matrimonio
pro uiderit, non tamen id
conubium ex reliquis matrimoniis
metiri oporteat. Nam cum in
reliquis conjuges non modò in
mutuam cohabitationem, & uita
subsidiū, sed in promiscuam
corporum traditionem consentiant,
& sibi uicariam potestatem

In Math. 27. q. 2. c. cum uirum.

lib. de bon. con. 27. q. 2. c. omne.

Hom. 26. 27. q. 2. c. 2. sic.

Hom. in Math. 27. q. 2. c. si enim.

In Luc. 23.

tem tribuat, in hoc tamen sanctissimo virginis conjugio, propter votum, non conditionale sed absolutissimum, ex Diuina reuelatione factum, nulla fuit in corpora mutua potestatis: atque hoc, sancti hi auctores sibi volunt, cum aut eos non fuisse verè coniuges, aut inter illos non fuisse perfectum matrimonium scribunt, non quod essentialiam rationem matrimonii fortasse negare velint, quamquam id postea sequenti quoque libro sumus examinaturi, sed quod coitus qui in hac parte deerat, accidentalem perfectionem ademerit, à qua tamè vulgò uirum & foeminam appellari coniuges, omnes fatemur. Vouerat sacratissima uirgo Diuino consilio & reuelatione virginalem pudicitiam, non si coniugi postmodum placeret, nam id nihil corporum coniunctionem postea impediret, neque si Deo gratum esset, nam id nisi cognouisset gratissimum, nequaquam absque aliarum sanctarum feminarum sui populi exemplo fuisset aggressa. Sed absolutè. Cumque incarnationis tempus instaret, oporteretque eandem virginem ad tegendum eiusdem incarnationis mysterium sancto alicui viro nubere, eodem Diuino consilio quæsitus est ille, qui minimè diuinæ ordinationi aduersaretur, quique beatissimam virginem Deo iam per votum consecratam, non ad procreandos liberos, quos fortè ut Eusebius Epiphanius, & Nicephorus scribunt iam habebat, sed ad custodiam acciperet, atque hæc ad secundam Petri Martyris rationem respondisse satis sit.

Nam quod ait in tertia eandem beatissimam virginem omnino ad normam aliarum Israelitarum virginum, vitam suam instituisse, heretica blasphemia est, immo nos contra asserere non dubitamus, eam ad custodiam virginitatis Diuinitus monitã, etsi quorsum illud esset fortasse ignoraret. Sed hæretici quemadmodum in Deum sunt blasphemii, ita in sanctos sunt impudentissimi. Quæ quæso maior impudentia, Christi matrè & à Deo inter omnes mortales electam virginem, non alia Diuina prouidentia, neque alia ratione vitam & mores instituisse asserere, quam reliquas cões virgines?

PROBATVR EX PAULO
Apostolico seculo vota castitatis in
vfu fuisse. Cap. 3.

1. Tim. 5.

AD Paulum iam uenio, qui in priori Epistola ad Timotheum uiduis eligendis præcepta eidem Timotheo tradens, ita scribit. Adolentiores uiduas de uita, cum enim luxuriantes fuerint in Christo, nubere uolunt, habentes damnationem quoniam primam fidem irritam fecerunt: Quem locum & ad uotum castitatis, quod in earundem uiduarum Ecclesiastica electione ad perpetuam castitatem conseruanda, emitteretur, pertinere, & Græci & Latini patres absque ulla discordia docent. Quæ enim tunc temporis ad Ecclesiasticum ministerium, siue ad foeminæ illud Diaconii genus assumeban-

tur, & alendæ Ecclesiastico censu recipiebantur, si mulse Christo sponso deuonebant. Sic profecto hunc locum, Tertullian. lib. de Monogamia interpretatur. Ad eas inquit, Paulus dirigit, quales supra denotat, iuueniles uiduas, quæ in uiduitate deprehensæ, & aliquandiu affectatæ, postquam in deliciis habuerunt Christum, nubere uolunt, habentes iudicium, quod primam fidem resciderunt, illam uidelicet, à qua in uiduitate inuentæ, & professæ eã, non perseuerant: propter quod uult eas nubere, ne primam fidem susceptæ uiduitatis, postea rescindant: Non ut toties nubant, quoties in uiduitate tentata, immo & in deliciis habita noluerit perseuerare. Hactenus Tertull. qui inter oēs Ecclesiasticos interpretet uerbum *καταστραφέντων*, quod Paulus posuit, non lasciuisse aut luxuriasse aduersus Christum, sed eundem in deliciis habuisse, contra aliorum consuetudinem, interpretatur, Sed quæ benè, cum idem non modò castitatis uotum, sed professionem (quod uerbum aliò qui nouum, & à monachis inuentum aduersarij causari poterat) agnoscat, non est opus discutere. Ambrosius. Prohibet, inquit, Paulus adolescentulas uiduas in hac suscipi professione lubricæ enim ætati, fides facile haberi non debet, quippe cum quærundam exempla præcedant, quæ post professionem uitæ, deliciarum oblectatione, nomen, non opera uiduitatis habent & conuersæ nuptiis sollicitantur. Hieronymus in Epistola ad Gerontiam, adeo in his uerbis præcedentis uoti, obligationem agnoscat, ut uerbum Apostoli *καταστραφέντων*, adulteratè fuerint aduersus uirum suum Christum, interpretetur, quanquam illud in ea Hieronymi interpretatione omnino mihi displicet, quod uerbum *De uita* quod Paulus ad Ecclesiastica ministeria refert, cum de uiduarum electione loquatur, ad Timothei pudicitiam, castitatis custodiam referat, quasi uerò Paulus, quas uiduas à sua conuersatione repellere deberet, præciperet, quæ interpretationem nonnullos tum ex ueteribus tum ex recentioribus Theologis imitatos fuisse absque ulla causa uideo. Augustinus lib. de sancta uiduitate ad Iulianam. In coniugali, inquit, uinculo, si pudicitia conseruatur, dånatio non timetur, si in uiduali continentia & uirginali excellètia, uirtus muneris amplioris experitur, quæ expetita & electa, & deuoto oblita, iam non solùm capessere nuptias, sed et si non nubatur, nubere uelle dånabile est. Nã ut hoc demonstraret Apostolus, non ait, *cum in deliciis egerint* in Christo nubant, sed *nubere uolunt*. Habentes inquit, dånationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, & si non nubendo, tamen uolendo: non quia ipse nuptiæ uelut malum damnandæ iudicatur, sed dånatur propositi fraus, dånatur fraus uoti fides: damnatur non susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiori. Postremo damnantur tales, non quia coniugale fidem posterus inuenerunt, sed quia continentie primam fidem irritam fecerunt: Quod ut breuiter insinuaret Apostolus, uoluit eas dicere habere dånationem, quia post amplioris sanctitatis propositum, nubunt. Hactenus Augustinus.

Primasius
Beda, l. 1.
& Thoma

Augustinus. Quam sententiam & in Psal. 73. In illa uerba *Vouete & reddite domino Deo uestro &c.* Quis, ait, quod uouere uoluit, uoueat, attendat, ut quod uouerit reddat unusquisque Deo quod uouit, si respicit retrorsum malum est. Nescio quæ castimonialis nubere uoluit: quid uoluit? Quod & uirgo quælibet. Quod & mater ipsius, aliquid malè uoluit? malè planè. Quare? Quia iam uouerat Deo suo. Quid enim dixit de talibus Paulus cum dicat uiduas adolescentulas nubere si uelint? Et subinde. Quid autem ait, de quibusdam quæ nouerunt & non reddiderunt? Habentes inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Vouerunt, & non reddiderunt. Hucusque Augustinus.

Comparatque illic uouentes & non reddentes uxori Loth, quæ retrorsum contra Diuinum mandatum respiciens in statuam salis conuersa est. Repetit eandem sententiam libro de nuptiis, & concupiscen. ad Pollentium, eadem uerba psalmi interpretans, unde inquit Apostolus de quibusdam, qui continentiam uouent, & postea nubere uolunt, quod eis antequam uouissent utique licebat. Habentes inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt. Consentiant eadem interpretationi Sedulius, Beda, & Primasius, Anselmus, Bruno, Lombardus, Thomas, Lyranus & in summa quotquot ex Latinis interpretibus catholicis, siue ueteribus, siue recentioribus legi. Consentiant Græci patres, ex quibus Chrysostomus, ita in eum locum scribit, Adolescentulas inquit, uiduas deuota. Cur id? quia cum fornicatæ fuerint nubere uolunt. Quid est cum fornicatæ fuerint? cum in lasciuiam fuerint deliciasque resolutæ. Itaque formæ, & uero cuiuslibet modesto diceretur. Dimitte illam, alterius enim fuit ostendit ergo illas & uiduitatem simpliciter, & absque iudicio elegisse. *Et uidua igitur Christo uiduitatis professione consentit.* Apertius Theophilactus. Quam luxuriatæ fuerint, id est, quando lasciuierint, & deliciatæ fuerint, ac quando superbæ fuerint aduersus Christum, non recipientes neque retinentes Christum sponsum ad nuptias, deinde excidunt. Non enim uiduarum statum, adeoque coelibatum elegerunt cum iusta consideratione. Animaduerte hic, quod & uidua Christum sponsum habeat, quemadmodum & uirgo.

Et subinde in ea uerba *quoniam* primam fidem irritam fecerunt. Fidem ait, appellat foedus. fellerrunt inquit pactum, quod *cum Christo sponso fecerant*, ac propterea habent condemnationem. Sic Theodoritus, ac reliqui Græci patres hunc locum interpretatur, uiduas scilicet quasdam à Paulo reprehendi, quæ non certo rationis, aut animi iudicio, neque ritè uidualem statum, elegerint; & in eo, castè uiuere professæ, diu malè castimonialiam dissimulassent, in lasciuiamque deinde, & delicias resolutæ aduersus Christum; quemadmodum adulteræ aduersus uiros, recalcitrasent, &

superbissent, & sponsum eum retinere uelut dedignantes, renubere uellent. Neque illa quæ alenda recipiebatur, alio pacto recipiebatur, quam hodie sanctimonialis, quæ omnibus bonis renuntiantes, & Christo & eius Ecclesiastico ministerio, per sequentis uitæ spacium perpetuo uoto nuncupabant. In Christi ergo contumeliam post se mel exhibitam fidem, rursus de nouo marito cogitabant, ut sit *σπινθηρ* licentius immoderatus agere, lasciuire, ferocire, deliciarum, a uerbis *εργον* *αυferρε* & *νικ* habentæ translaturam, à iumentis, quæ nimio pabulo frenis minus obtemperat, sed eis reuulsis, suo feruntur arbitrio, siue à *σπινθηρ* *durum* quod iam tales animates intractabiles sint, nec regi possint, quod uocabulum ut Erasmus annotauit, in sacris literis nouis, hic & Apocalipsis 18. ter habetur.

Deinde *κατα* in compositione additum significat *contra* & ferè in malam partem seu in incommodum eius, qui apponitur, in genitiuo, quoties hunc casum ea præpositio asciscit, ut sit *κατα* *εργον* *νικ* *αυferρε* *εργον* *αυferρε* ferocire aduersus Christum & in eius iniuriam lasciuire, cuius prætextu ad intemperantiam usque alitæ sunt.

RECITANTVR IN HANC
Catholicam interpretationem, Petri
Martyris, calumniæ.

Cap. 4.

VERVM nunc iam Petri Vermelii Martyris cõgregia dilutio audienda est, credit enim neque ex hoc loco quemadmodum neque ex præcedenti, uotorum usum comprobari, quod multa in eo Apostolico loco tanquam certalumat, quæ eius iudicio sunt profus ambigua. Nam quod nos certum habeamus, fidem eo loco pro uoto accipi, apud illum profus ambiguum est, cum significare possit conuentionem & pactum initum cum Ecclesia, quando suscipiebat uiduas. Etenim, inquit, est euidentissimum, non potuisse matrimonium cum illo statu consentire, ad quem accedebant, scilicet ut Ecclesiæ inseruissent, & alerentur simul omnes uiuendo, Quia mulier nupta marito subdita est, & necessario illi parere tenetur. Vidua uerò de qua Paulus loquitur suo ministerio obedire debuit, in curandis debilibus, infirmis in informandis aliis rudibus cum Puellis, tum mulieribus ad quas ministrorū Ecclesiæ non erat frequens accessus.

Insuper nuptæ cum suis uiris, habitant edunt & bibunt, ubi ipsis uisum fuerit, & domestica curare debent, quæ omnia cum illa Ecclesiastica uocatione pugnant. Adde, quæ ne grauaret Ecclesia, par erat, ut quæ uirum haberet, ab eo aleretur. Credit ergo Vermelius, fidem de qua loquitur Apostolus, non uotum, sed pactum designare. Id autem pactum erat, ut tãtis per dum Ecclesiastico muneri inseruieret, ad matrimonia non declinarèt, quod id genus uite cum Ecclesiastico ministerio cõuenire non posset,

D d ut

In apologia
contra Smy-
thæum.

ut milites, cum authorantur promissione uel sacramento militari, ad hæc, uel illa facienda, uel cauenda, sese adstringunt: quoad fuerint in ea militia, cum tamen uotum nullum edant. Sed ne aliqua turpia, inquit, committerentur, pollicebantur Ecclesiæ se purè ac castè victuras, ne tamen uoto, quo Deo aliquid offerrent: Diuina quippe lege omnes astringimur ad purè castè que uiuendū in statu & conditione, qua pro tempore agimus; Habebant ergo uiduæ istæ damnationem, non ex eo, quòd nubere uellent, sed quia fregerant fidem prius datam & pactum violauerant, quo se pollicitæ fuerant in ministerio castè uiuere, idque non præstiterant, in lasciuia & scortationem lapsæ. Vnde duo pacta duasque conuentiones inter vi duas illas & Ecclesiam, mihi Vermelius constitue re uideretur, vnā qua sese Ecclesiastico ministerio inferuire promittebant, quæ pro eo tempore matrimonium excluderent, alteram, qua in eodem ministerio castè se uiuere spondebant, ne Ecclesiasticum ministerium turpitudine aliqua fedarent. Coarguit autem Apostolus uiduas illas, non quòd contra priorem promissionem nubere uellent, quis enim, inquit, eas nubere prohibuisset? Sed quòd contra secundam, adhuc in Ecclesiastico ministerio impudicè agerent, & scortarentur. Atque id significare uult, quod ait Apostolus cum luxuriato fuerint in Christo, quam sententiam Hieronymo tribuit in Epistola ad Gerontiam.

Secundò, dubium est Vermelio, uocem illam *primam* ad fidem uoti prius datam referri, ut communis habet interpretatio. Sed ad Christianismi professionem, quam istæ uiduæ lasciuientes & nubentes extra Christum violabant, deficiebantque à religione Christiana, indeque propterea damnationem habebant, atque post Satanam ibat. Quod uerò dictio *primam* non ad uotum in electione emissum, sed ad Christianismi religionem & susceptam fidem pertineat, inde sibi uidetur elicere, quòd potius illa fides, postrema quam prima, dicenda esset, nam post illam, nulla alia ab eisdem uiduis tributa fuerat fides.

Tertia ambiguitas est in uerbo, *damnationem*, *κρίμα* iudicium. Nam cum nos ad Dei iudicium, quod uotifragæ uiduæ subibunt, referamus, ille ad hominum iudicium mauult referri, quòd nimirum huiusmodi uiduæ quæ semel Ecclesiastici ministerii ararum manus imponentes retrorsum respexissent, instabiles ac uanæ ab hominibus iudicantur, & à plerisque malè audirent. Cumque hoc frequenter accideret, allegendo uiduas iuniores ut in Ecclesiis mos inolefcebat, Paulus conatur occurrere, ne istæ offensiones atque perturbationes in Ecclesia usu uenirent. Nam istas fidelium sugillationes, uiduæ, quæ sic ob infirmitatem propositum mutauerant, non ferentes, à Christo alienabantur. Et post Satanam paulatim abibant.

Atque hæc est quarta & postrema ambiguitas, quòd Ecclesiastici auctores, *abire post Satanam* pu-

tant, non aliud esse quam à uoto descicere, atque adeò matrimonia quæ post uotum contrahuntur, omnino damnanda putant. Vermelius uerò *abire post Satanam* non aliud fore existimat, quam à fide Christi & pietate quam in baptismo professæ fuerant, resilire, quod fiebat dum eæ uiduæ, à Christianis sugillabantur propter defectionem coarguebantur. Sic Petrus Martyr in hac parte Lutherū, Caluinum, & Buccerum, ut is ipse fatetur imitatus. Quæ tamen nos ordine euertere & collidere oportet.

D I L V V N T V R V E R M E -
lii calumnia. Cap. 5.

ET in primis, satis profectò esse puto homini Christiano, ueterum patrum & uirorum Ecclesiasticorum auctoritas, quam ex illorum locis, quos antea adduximus, facile est colligere. qua constat, dictionem *fidem*, non ad Ecclesiasticum duntaxat pactū sed ad uotum et, cum id pactum iniretur, emissum, referendam, neque *primam* ad baptismalem professionem detorquendam, sed ad uotum, per quod Christo, uidua, quasi uiro, ut Chrysostomus dicebat priorem fidem dederat. *Damnationem* deinde, non ad hominum iudicium, sed ad Dei damnationem, quam Vermelius & aliæ Apostata ac deuotæ castitatis desertores subituri sunt, pertinere. & demum *abire post Satanam*, esse à uoto castitatis, per cuius fractionem mortaliter peccabant, deficere. Hęc, non omnia, aperuissimè sancti uiri, quos cum propter antiquitatem, qua fere Christi ætatem attingerunt, tum uerò ob eximiam sanctitatem familiaris spiritus sancti magisterium, propriam germanamque Apostoli mentem percaluisse, rationabile est credere; expressissimis uerbis, ut ex eorum locis patet, docuerunt, & tradiderunt. Verum quoniam Martyr pro hæretica insolentia ac procacitate, sanctorum uirorum, in hac parte quemadmodum & in aliis, quas aduersum nos tractat, cōtrouersis, iudicium, & auctoritatem cōtemnit, & præ eximia illa hæretica sapientia irridet, agendū, cum illo in huius loci Apostolici campo (relictò paulisper sanctorum patrum patrocinio) manus cōseramus.

Et ut ad priorē ambiguitatem prius accedamus ubi Vermelius nomen fidei, non ad uotū, quo fuisse in earum electione à uiduis Christo oblata castitas pertinere contendit, multa nobis confutanda esse uideo, quæ ille contra Apostolicā mentē, comminiscitur. Primum quidem, fidē illic, non ad seruiendū in Ecclesiastico ministerio pactum, duntaxat, sed ad uotū castitatis oblatū pertinere. Secundū, eam fidem non esse temporaneā, & pro libidine uiduarum mutabilem, ut uelle nubere, eisdem aliquando liceret, quod Vermelius illis quandocumque uellent absque ullo peccato licuisse, nugatur. Tertium, ridiculum esse, secundū illud, de honestate uiuendo, tamen sperare dum ministeriū gereretur, pactū, quod iisdem cum reliquis hæreticis, in earum electione inter-

cessisse, ex suo cerebro confingit; quæ cum potita & comminuta fuerint, facile patebit, quam uerus fuerit hucusque à patribus traditus Ecclesiasticus sensus.

Verum antequam ad certamen cum homine aliò qui plus æquo sciolo descendamus, Apostolicus locus est nobis excutiendus, & quædam, quæ Petrus & alii hæreticæ defunctionis Symnista prorsus ignorasse uidentur, sunt prænotanda. Ergo principio, duplex à Paulo annotari uiduarum genus, pauperum & desolataram unum, diuitem alterum, initio huius tractationis, qua de uiduis agit, aperte uideamus. Viduas inquit, honora, quæ ueræ uiduæ sunt. Si qua autem uidua, filios, aut nepotes habet, discat primum domum suam piè regere, & mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram Deo. Hic certè, uerè uiduas, à non uerè uiduis Paulus discernit, atque illas honorari præcipit, has uerò, quæ non sunt uerè uiduæ, nullo honore prosequi mandauit. Cuius discriminis ratio, & intelligentia, in uiduæ ethimo, ad quem Paulus in hac parte alludit, sita est. *κρηνη* certè Græcis à uerbo *κρηνη*, *κρηνη*, orbo, desolo, destituo. Sicut uidua. Latinis à uiduando eiusdem significatus uerbo dicitur, Vnde catoni uiduitas pro solitudine & calamitate, quòd bonis uiduet, teste Sesto Pompeio dicitur, & Plauto uiduitas, priuatio. Sunt & qui putent uiduam, quasi ualde iduam, ab iduum die, qui mensem diuidit, hoc est à uiro diuisam uocent, nam iduare uetustis Hebræis idem est quod diuidere. Verè igitur uiduæ, non quæ honestis moribus & statu uiduali dignis, ut uulgò Theologi interpretantur, sed pauperes, & prorsus omni solatio destitutas, appellat Apostolus. *κρηνη*, inquit, *κρηνη* *κρηνη*. Viduas honora (non quasunque sed existentes uiduas) idest, desolatas, desertas & marcescentes. Neque hic diuinare opus est ubi Apostolus ipse suorum uerborum interpret occurrit. Is ergo cum uiduas uerè existentes uiduas, idest, nomini respondentem, honorandas præciperet, quas uerè uiduas appellet, statim prodit, quæ autem uerè uidua est & desolata, quasi ex nominis ethimologia, eadem sit Paulo uerè uidua quæ desolata & destituta. Sic Theophylactus & Chrysostomus, cum dixisset, aiunt, supra, Honora uiduas, quæ ueræ uiduæ, sunt, habentes liberos, per quos curari debeant, iam quæ sit uerè uidua, subdit, Quæ nullum inquiens habeat curatorem, non sobolem, non nepotem, uerum in solum Deum sperat. Has autem uiduas honorandas Paulus præcipit.

Verum quis sit honor iste, quo uiduas affici iubet, iam exponamus. Certè honorem in sancta scriptura non tantum uerbalem aut personalem reuerentiam, qua aliis assurgimus, ac uiam cedimus, caput aperimus, genua flectimus, aut eos nos alia quacunque ratione in pretio habere nos ostendimus, sed etiam aliquando pro elemosyna & liberalitate erga cogenum proximum exercita, usurpa-

ri, nullus qui earundem sacrarum literarum uel tenuem gustum acceperit, dubitare poterit. Sic profectò Solomon cōsultat, ut honoremus Dominum de substantia, idest de facultatibus nostris. Honora inquit, Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & uinò tarcularia redundabunt. Exponit certè eo loco Solomon, quid esset Dominum de sua substantia honorare, nepe de primitiis pauperibus tribuere iuxta illud, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, Et illud; Qui calumniatur egentem, exprobat factori eius, honorat autem qui miseretur pauperis. In hac significatione potissimum honor sumitur, cum à domino parètes honorare præcipimur, quod aperte Christi cum phariseis de mala bonorum temporalium distributione colloquium indicare uidetur. Deus inquit, dixit, honora patrem tuū & matrē tuā, & qui maledixerint patri uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicumque dixerit patri uel matri. Munus quodcumque est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum aut matrē suā. Et irritum fecistis mandatum Dei, propter traditiones uestras. Taxat certè eo loco Christus, iniquam bonorum externorum distributionem: nam cum parentes senes & imbecilles alere Diuino præcepto iuberentur, illi potius gloriolæ captandæ gratia, id quod illis erat tribuendū, templo offerrebant, atque eo pacto Dei mandatum de honorandis parentibus irritū & inane prætextu religionis fiebat. Verū honorē in hac parte pro elemosyna accipi, omnium aperuissimè Paulus hoc loco de quo agimus exposuisse uidetur. Qui bene inquit, præsentunt Presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in terro & doctrina. Dicit enim scriptura. Nō alligabis os boui trituranti, & dignus est operarius mercede sua. Duplicem honorem, catholicorum interpretū sentia, geminū præmiū Apostolus accipit, aut eius quod uiduis tribuebatur respectu, duplum. Nisi fortasse per duplū abundans & exuberans præmiū, more scripturarū intelligere oporteat. Sic Iob, addit Dominus quæcumque eius fuerant duplicia. De muliere quoque forti dicitur. Omnes domestici eius, uestiti sunt duplicibus. Ifaias pro confusione duplici, inquit, sua, duplicia in terra sua possidebunt. Et rursus. Suscepit de manu sua duplicia, pro oibus peccatis suis. Zach. Hodie annūcians duplicia redā tibi. Et apud Ieremiā. Redam tibi duplices iniquitates. Et iterū. Duplici contritione contere eos, Ioan. in Apocalypsi. Duplicate duplicia, secundū opera eius: In poculo, quod uobis miscuit, miscite illi duplū. Quibus omnibus locis nonnullā determinatā quantitatem, sed abundans, magnum, & multum, aut præmium aut supplicium denotat. Duplicem ergo honorē, abundans aut magnum præmium, quo ex apostolico præcepto Presbyteri, quos fortasse Episcopos intelligit, erāt afficiēdi, eo loco accipit Apostolus. Hinc iam quid sit honorare uiduas, quæ uerè uiduæ

Vide Hiero.
in Epist. ad
Geront.
Prouer. 3.

Math. 25.
Prouer. 14.

Exod. 20.
Deu. Ser. 16
Eccl. 6. et 7.
Math. 15.

1. Tim. 5.

Iob. 42.
Prou. 31.
Isa. 61.
Isa. 40.
Zach. 9.
Ierem. 16.

Apoc. 18.

erant, satis constat, non enim est aliud, quā viduas desolatas & auxilio omni destitutas eleemosynis Ecclesiasticis prosequi, quæ cura apud veteres illos Ecclesiasticos patres & Episcopos, qui se non dominos, ut quidam hodie dicunt, sed dispensatores & ministros bonorum Ecclesiasticorum putabant, præcipua erat. Nam cum multæ, non tã fortunæ forte quam voluntate sequendi Christū, omnibus bonis reiectis in Evangelica paupertate vivere decreuissent, in Episcoporum curam recidebant, utpotè, quæ per Evangelii prædicationem à fidelibus vitæ necessaria promereri non possent.

Harum pauperum aut verè viduarum studium, & eleemosyna in utriusque testamenti scriptura, cum pupillorum & pauperum cura commendatur. Viduæ inquit, & pupillo non nocebitis, si leseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, indignabitur furor meus, percutiãq; vos gladio, & erunt uxores vestræ viduæ. Et rursus. Ipse est, inquit, Dominus dominantium, &c. Facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinū, &c. Et denique, ne immensum agerem locorū sine causa adducamus, veram religionem definit. Iacobus, visitare pupillos viduas in tribulatione eorum &c. Atque hæc tenet de verè viduis ex Paulo locuti sumus, quæ primum membrum diuisionis constituebant.

Porrò non verè viduas eas Paulus appellat, quæ cum diuitiis filios aut nepotes habent, quas non Ecclesiasticis thesauris & diuitiis sustentari, aut ullo honore qui in temporalium rerum ad uitã agendam necessariorum exhibitione, consistat, affici iubet, sed tãtummodò, vt discat domum suam regere, & mutuam vicem reddere parètib; quoniam hoc fit coram Deo acceptum.

Nunc iam ad secundam viduarum diuisionem venio, quam non diuitiarum aut fortunarum potentia, sed electio ad Ecclesiasticum ministerium constituit. de qua Paulus illic loquitur, ubi de viduarum electione præcipit. Vidua inquit, eligatur non minus sexaginta annorū, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis testimonium habens. Si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorū pedes lauit, si tribulationem patiẽtib; subministrauit. Si omne opus bonum subsequuta est. Hæc tenet Paulus. Qui tamen uariè à catholicis interpretibus accipi solet. Sunt qui eo loco Apostolum de electione ad Ecclesiam, sustentationem, & alimoniam, loqui, sibi persuadent, contendantq; delicatas & nullius quàm sui ipsius sollicitas viduas, antea indignas esse dictas, quæ in viduarū ab Ecclesiis alendarum catalogum & ordinem referretur, hic quæ omne præceptum de his esse atque dari, quæ Ecclesiæ pascuntur eleemosynis. Hanc sententiã posteriores Latini interpretes, Anselmus, Bruno, quæ Lyranus sequuntur, fortasse Hieronymum imitantes qui lib. 1. aduersus Iovinianum ita scribit. Obserua, quod quæ duos habuit viros, & si annis decrepita, & egenas, Ecclesiæ stipem non

meretur accipere, & nos putabamus Sacerdotum hoc tantum esse priuilegium, ut non admittantur ad altare, nisi qui unam habuerit uxorem. Non solum autem ab officio Sacerdotum digamus excluditur, sed ab eleemosyna ecclesiæ, dum indigna putatur stipe; quæ ad secunda coniugia deuoluta est. Hæc tenet Hieronymus. Eandem interpretationem Sedulius cum recitasset, non reprobatur.

Verum hæc sententia, facillè, cum ex his, quæ nunc diximus, tũ uerò ex Apostolicis uerbis, quæ is eiusdem annectuntur, eliditur. Enim uerò satis apertè comprobauimus prioribus illis uerbis, quibus uerè uiduas honorari præcipiebat Apostolus, Timotheum à Paulo de aliendis uiduis cuiuscunque generis & absque ullo discrimine, eorundem nutriendarum accepisse mandatum. non ergo hic rursus idem mandatum restringendum erat. Præcipiebat Paulus Ecclesiastica stipe sustentari, viduas; neque ad id aliud postulabat, quàm ut essent verè viduæ, ad diuitum & opulentiarum diuitiarum discrimen. Verum autem ibi Paulus definit, non quæ sexagenaria foret, aut unius viri uxor, sed quæ iuxta nominis ethimologiam, desolata est, & nullum habet, à quo victum accipiat, sed in solum Deum totam spem & cogitatum conicit, nocte & die orationibus & obsecrationibus instans.

Deinde, quæ quæso ratio patitur, ut iuniores viduæ, quæ maiori in periculo versantur, ab Ecclesiastica stipe Apostolico præcepto excludantur, contra seniores & quæ prorsus carent periculi suspitione, eadem subleuentur? Nam illud fortasse fuerit intolerabile, quod illam ætatem ab eleemosyna, & Ecclesiastica beneficentia Paulus excluderet, cum paulo antè pronuiciasset, Eum, qui suorum; maxime domesticorum, curam non haberet, deteriore esse infidelis, & fidem planè abnegasse.

An viduæ etsi non essent domesticæ Pauli, non erant suæ, immo uerò non erant domesticæ Dei? Sed quo quæso pacto id præceptum cum illo cohereret, quo ad Galathas scribens iubet vt dum tempus habemus operemur bonum, maxime autem ad domesticos fidei. Quo loco; non est apud Clementem Romanum libro tertio constitutionum Apostolicarum, eorundem Apostolorum ommittenda doctrina; ubi postquam viduarum Deo dicatarum curam Episcopis magnoperè commendauerunt, sed etiam pauperum, O Episcopo memor esto, ipsis quoque adiutricem manum præbens, curamque eorum suscipe, veluti de œconomus oportuno tempore, unicuique tribuens, quæ sibi sunt necessaria, viduis, orphanis, subsidiis non habentibus, & in tribulatione constitutis. Quid enim si quædam viduæ non sunt, & quidam vxoribus non careant, cum tamen subsidio egeant, ob inopiam vel ob morbum, vel ob liberos alendos, oēs debet respicere, omnium curam suscipere, nam qui dona dant, non præcisè illa destinant viduis, sed

in

in vniuersum conferunt voluntaria ea appellantes, quo ut sciens eos qui præcipiuntur vt bonus œconomus diligenter impertias eis de munere. Deus, n. cognoscit eum qui dedit, quamuis absens per te egentibus impertiat: atque ille quidem habet beneficentiæ mercedem, tu uerò probatæ œconomiz laudem, dicq; illis quis dederit, ut ex nomine pro eo orare valeant. Oportet enim omnibus hominibus benefacere, non facientes delectum huius quisnam sit, vel illius. Inquit enim Dominus. Omni peccati te da, nimirum reuera egenti, etiam amicus sit, etiam si inimicus, si consanguineus, si alienus, si sine vxore, si cum vxore uiuat. In omni enim scriptura Dominus de pauperibus præcepit per Isaiã, Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque introduce in domum tuam. Si uideris nudum operi eum, & propinquos feminis tuis despexeris. Et per Danielelem dicit potenti. Idè rex consiliū meū placeat tibi, & peccata eleemosynis redime, & iniquitates tuas in miserationibus pauperum. Et per Solomonem, inquit, Per eleemosynam & fidem purgantur peccata. Et per Dauid rursus ait; Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die magna liberabit eum Dominus. Et rursus; Disperdit, dedit. pauperibus, iusticia eius manet in seculum. Et Salomon, inquit. Qui miseretur pauperis, Domino seeneratur, & secundum donum ipsius retribuetur ei. Et deinceps. Qui obturat aures suas, ne audiat indigentem, ipse inuocabit & non erit qui exaudiat eum. Hæc tenet Apostolica constitutio. Vbi uides quàm sine discrimine Ecclesiasticæ diuitiæ egentibus omnibus impartirentur. Sed, aiunt, idè Apostolus viduas ante sexaginta annos noluisse Ecclesiasticis diuitiis alii, quod cum illis omnibus uiduis non essent satis, illas sustentari deberet, quæ prorsus propter ætatem & ingrauescentiam senium, laborare non possent. Sed cur obsecro si Pauli ratio in uictus acquirendi impotentia fundatur, non etiam iuniores viduas debiles tamen, & quæ uel membrorum defectum, uel ob alios labores ad laborandum prorsus impotentes Ecclesiasticis quoque thesauris alii præcipisset, cum sit eadem immo multò maior ratio? qui neq; tunc ætatem præscriberet, generali sermone duntaxat discernere, ut ex viduæ tantum alerentur, quæ ad laborandum & victum propriis manibus acquirendum debiles essent, nam tunc seniores viduas alendas esse, satis fuisset, apertum. Et cur non erunt multæ sexagenariæ viduæ propter uirum, quas ex bono corporis habitu, adhuc retinent, multò iunioribus multis, ad laborandum potentiores? Itaq; horum interpretum fortasse iudicio, concilium Carthagin. 4. grauisimè peccasset, quod Can. 10. r. uiduas adolentes, quæ corpore debiles sunt, sumptu Ecclesiæ, cuius uiduæ sunt, sustentari præcipit. Demum, & ipsam interpretationem & hanc fugam, omnino euertit, quod Paulus uniuersam uiduam eligendam præcipit. Nam quanta ratio est, ut cum secundæ nuptiæ, immo & tertiæ & quartæ in Euan-

gelico statu sunt licitæ, uidua tamen quæ duobus uiribus, & id foreasse cum nondum in Ecclesiâ gramio recepta esset, uel fornicationem timens, uel parentibus obediens, legitimo matrimonio se tradidit, ab eleemosyna & Ecclesiastica subuentione, quæ etiam peccatoribus debetur, excludatur? quid obsecro bis nupsisse ad eius paupertatē, cui soli eleemosyna debetur, attinet? Quod uerò Hieronymus eam interpretationem fuerit secutus, cum in Iovinianum scriberet, non est mirandum, cum multa in hæreticos scribens, spiritus impetu plerumq; cogat, quæ postea pacatiõni animo discutiens, in aliam commutat, quod & in hac parte illi accessisse, pariter post ostendimus. Sedulius, Anselmus, Bruno, & reliqui iuniores, sola Hieronymi auctoritate ducuntur, unde eodem iudicio sunt metendi.

Sunt & quidam, qui his uerbis, non de quibuscunque uiduis Paulum uerba facere, sed de ea, quæ relictis aut uirginibus aut uiduis præponitur, sibi persuadent, de abbatisa nimirum: quam tamen cum uideant, multò sexagenaria iuniorē, Ecclesiasticis decretis eligi posse; primum quidem respondent, id inordinate fieri, cum contrariū Paulum præscribat. Respondent, secundò, iuniorē ætatem in fornicatione inclusarum, & ut tolerari posse; quàm in eorum, quæ sua libertate continent. Sed hæc interpretatio, ut abest utrumque, loquatur, ut nihil illius antiquitatis a postolice, qua nondum adhuc uirginum aut uiduarum collegia passim erigebantur, habere uideatur. Deinde docere, Ecclesiasticas constitutiones de harum præscriptarū ætate, inordinatas aut uiciosas esse, cui eas tot Ecclesiastici canones præscripserint, ut non iudicet. Scio tamen eam opinionem, ex dicto beati Gregorii Romani Pontificis, quod a Gratiano in uigesima causa quæstione prima refertur, quo omnino iuuenulas ab administratione arceat, nec eligi permittit ante sexagesimum annum, ortum habuisse. Verum ea constitutione Gregorius, in præscriptarum electione Pauli dictum imitari potuit, nec tamen perinde eundem interpretari, itaq; illenon decernit, Paulum de abbatisis aut ut (uocant) prioribus in hac ad Timotheum Epistola loqui, sed hæc ætatem, quam Paulus, his de quibus loquitur feminis præscribit, ille in suis abbatisis attendendam iubet.

AUCTORIS INTERPRETATIO explicatur. Cap. 6.

ERGO ut antea dixi, hoc loco, Paulus, secundam uiduarum partitionem insinuat: nam cum prius de uiduis, quæ erant à uiris uel in diuitiis, uel in paupertate deserte, nec tamen in ullum Ecclesiasticum ministerium ascitæ, Paulus egisset, atq; pauperibus quidem omnibus absque ullo discrimine, Ecclesiasticam stipem, contra diuitibus filiorum aut nepotum educationem, parentumque pietatem, tanquam, quod Deo esse acceptum & gratum præscripsisset, nunc earū, quæ ad

Ecclesiastica ministeria, iuxta eius veteris Ecclesie ritus, eligi debeant, & eorum quæ ad id operis reprobè iudicentur, discrimen constituit. Et prius quidem de prioribus, ubi inquit, *vidua autem eligatur &c.* deinde de posterioribus, ubi ait, *Adolescentiores autem viduas de vita &c.* ac si Apostolus diceret, Egi iam de viduis, quæ pauperes aut diuites sunt, nunc de illis, quæ ex earum numero ad Ecclesiasticas Diaconias, id est, ministeria seligi debeant, præcepta iam accipe. Nam quod Apostolus de electione ad Diaconatum illum fœmineum loquitur, multa conuincunt. Primum quidem, quod idẽ sermonis tenor, in electione Diaconorum seruetur. Diaconi, inquit, sint vnus vxoris uiri, qui filiis suis bene præsent & suis domibus, quæ omnia à viduis etiam reposcuntur, vidua, inquit, eligatur nõ minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimonium habens: si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit &c. Nam quod quidam vnus vxoris viros postulari Diacones, duntaxat fieri putant, ob sacramenti significationem, haud rem satis alte cõsiderasse videntur: nam licet in perfecto ordine, qualis est Episcopatus aut Presbyteratus, fortasse verum esse possit, in reliquis tamen inferioribus gradibus, in Diaconatu præsertim, non ob eam rationem tantum, sed propter bonæ famæ testimonium, quod in huiusmodi hominibus, polygamia & multa matrimonia, intemperantiæ argumentum esse soleant, Apostolicis aut Diuinis constitutionibus, rigide exigitur. Erant eo Apostolico seculo Diaconi non modò altaris, sed ut actiones Apostolicæ narrant, mensarum & pauperum ministri; oportebat ergo eos temperantiæ testimonium ex ante acta uita possidere, id autem nullo magis cõprobari poterat, quàm si in illa secularis vitæ licentia, unica contenti vxore de cœtero, etiam à licitis actionibus carnis sibi temperarent: immo verò & id temperantiæ testimonium, sub eisdem verbis, à Sacerdotibus quoque postulari, postea dicemus. Hac ergo de causa, & non ob sacramenti vllam significationem, à Diaconissis, quæ quemadmodum Diaconi uiris, ita ille fœminis, aut in illis alendis, aut in eis cathedizandis, arbitrio Episcopi, præficiantur, temperantiæ rationes & argumenta postulabantur.

Secundum, quod Paulum, de delectione viduarum, siue pauperum, siue diuitum, non ad Ecclesiasticam substitutionem, sed ad Diaconatum, loqui, aperte mihi uidetur comprobare, est; quod ab eligendis, eorum Christianorum operum exercitiis & quasi præ meditationes postulentur, in quibus, Diaconarum totum penè opus situm erat. Si hospitio, inquit, recepit. Si sanctorum pedes lauit. Si tribulationem patientibus, subministravit. Si omne opus bonum subsecuta est. Ista enim erant eo seculo, quo in Christianum nomen diabolus sauebat, Diaconarum ministeria, præter alia multa, quæ ad res spirituales, pertinebant, quale erat fœmi-

nas cathedizare, ad eas, Episcoporum mandata perferre & alia multa, quæ subinde paulatim explicabimus.

Et ne nos soli, aduersus illos auctores, hanc interpretationem amplexi videamur, sic profectò hunc locum explicarunt, Primasius Africanus, Seditius Scotus, & ante his diuus Hieronymus in huius loci commentario, cuius uerba sunt ista. Tales, voluit eligi Diaconissas, quæ omnibus exemplum viuendi essent.

V I D V A R V M A P O S T O L I C A R U M M U N U S, q u o d e s s e t e o s e c u - l o . Cap. 7.

NVNC iam, quod esset harum viduarum Diaconarum institutum, uideamus. Varius est in Ecclesiastica historia horum vocabulorum usus. Dicebantur aliquando Diaconæ, nõ quæ Ecclesiasticum munus aliquod per se ipsas exercerent, sed quæ Diaconorum essent vxores, quemadmodum Episcopæ, Presbyteræ, & Subdiaconæ, quæ uiros Episcopos, Presbyteros, aut Subdiaconos habebant. Hinc Turonica Synodus secunda, can. 13. cum cauisset ut Episcopi uxorem, ut sororem haberent, hoc est, ne tangerent, aut cum illa commiscerentur, & de continentia sua testimonium clericorum ubique haberent 14. Subinde can. sic diffinit. Episcopum, Episcopam non habentem, nulla sequatur turba mulierum. Canone rursus, 20. Si quis, inquit, inuētus fuerit Presbyter cum sua Presbyteria, aut cū sua Diaconissa Diaconus, aut Subdiaconus cum sua Subdiaconissa, excommunicetur &c. Synodus etiam Antisiodorensis. Non licet, inquit, Presbytero in uno lecto; post acceptam benedictionem cum Presbyteria dormire, nec in peccato misceri, nec Diacono nec Subdiacono. Et Gregor. lib. 4. dialogorum. Presbyter, inquit, Vrsinus, post acceptum ordinem, Presbyteram suam ut sororem dilexit, ut hostem cauit. Multaq; sunt huiusmodi in Ecclesiasticis historiis decretisq; præsertim Græcis.

Erant autem huiusmodi fœminæ, apud Latinos, ut superius annotauimus, uoto perpetuo castitatis astrictæ, à die, qua in virorum ordinatione consenserant: nã apud Græcos, apud quos ordo sacer vsus matrimonii cõpatiebatur, lōge alia res erat, ut lib. 2. multis rōnibus & argumentis conuicimus. Sic Synodos Antisiodorensis, eas post virorum obitum ad secunda cõiugia trãire nõ permittit. Nõ licet, inquit, relictæ Presbyteri, neq; Diaconi, neq; Subdiaconi, post eius mortem maritum accipere, Greg. et Presbyteram aut Diaconam in coniugium ducenti, omnibus in Synodo Romano sub eo coacta, tertio respondētibus, anathema denūtiavit. Adriano quodam cum Epiphania Diacona, quam post sacramentum, in Apostolica confessione præstitum, in uxorem ausu illicito habuisset, & quisquis eis, in tam crudeli actu, consensum præbisset, simul anathe-

1. Tim. 3.

1. Timoth. 5

can. 11.

D. 22. c. Presbyter.

D. 33. cap. Mulieres.

can. 1. b.

anathematizatis. Quo loco, utrum ne sacramentum in Apostolica confessione præstitum, mariti iuramentum, quod de non accedendo ad uxorem post sui ordinationem præstiterat, an ipsius vxoris, votum de castitate perpetua, post uiri ordinationem exhibitum, intelligat, incertum est: sed cum utrumque eo tempore fieret, parum interest, utrum eorum accipiat, sollicitè discutere. Apud Græcos, huiusmodi fœminas, quemadmodum, dum earum uiri Episcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi uiuerent, castitatem seruare non tenebantur, dum illis ante ordinationem coniunctæ forent, ita nec post eorum mortem ad secunda coniugia peruenire, prohiberi reperio. De Episcopis autem loquitur, ante canones sextæ synodi, quorum 13. Episcopi deinceps ab uxoribus arcentur.

Inuenio deinde post Apostolica secula, fœminas quasdam Presbyteras uocatas, non à uirorum ordine, ut præcedentes, neq; item à sacro ordine, quem possiderent, cum nulla fœmina eius, unquam capax extiterit, sed ab ætate seniore, & fortasse ab officio, quod eius ætatis ratione, in Ecclesiis exercebant, dum iunioribus aliis fœminis, arbitrio Episcopi præsidebant, quarum usum in Laodicea synodo parum ante Nicenam, patrum auctoritate, abolitum uideo. Non oportet, inquit, eas, quæ dicuntur Presbyteræ *ἡγεμονικῶς προσηγορευαί*, id est, seniores siue præsertim in Ecclesia ordinari, aut *ἡγεμονικῶς* præsidere. In quæ uerba Theodorus Balsamon. Antiquitus, ait, mulieres quædam uetulæ, in catholicis Ecclesiis sedentes, reliquas fortè mulieres, ad bonum honestumque ordinem seruandum deducebant: quia autem ex earum cõsuetudine, eo, quod honestum est, non rectè utuntur, uel propter arrogantiam uel propter turpem quæstum, quædam offendebantur, prohibuerunt patres, ne deinceps essent omnino in Ecclesiis Presbyteræ siue præsertim. Obicitq; subinde quod nunc quoque in monasteriis, una mulier cæteris præponatur. Cui respondet, longe harum & illarum diuersam esse rationem; nam illæ liberis fœminis, & in unum corpus, religionis ratione, non coalescentibus, imperitabant, hæ contra, ob tonsuram & mundi unanimem renuntiationem, unum corpus existimantur. Deinde, illæ officium in Ecclesia docendi usurpauerant: hoc enim significare uult uerbum *ἡγεμονικῶς* sedere. Hunc canonem ita Gratianus transtulit. Mulieres, quæ apud Græcos Presbyteræ, apud nos uiduæ, seniores, uniuertæ, matricuræ uocantur, tanquam ordinatas, non constitui decernimus. Verum, cum patres concilii Laodicensis Græci essent, immo cum nondum Græcorum & Latinorum ullum eo tempore, ut quo nondum Constantinopolitana Ecclesia extitisset, discrimen fuisset obortum: Cumq; uerba superiora, quæ à Balsam. tanquam uera eiusdem concilii uerba scribuntur, sint ab istis diuersa, potius alicuius alterius latini concilii quam Laodicensis Synodi esse, mihi satis persuadeo: nam eo quoque

tempore, quo iam Græci à Latinis moribus & canonibus dissiidere, ob patriarchatum, quæ multas possidebant, Ecclesiarum, ambitum, cepèrant; harum Presbyterarum usum reuixisse, ex Theophylacto, qui longo post tempore, non modò Laodiceum cõcilium, sed Chrysostomum, à quo pœnæ omnia decerpit, secutus est, satis cognoscere possumus. Is enim illud Matthæi. 19. Qui reliquerit patrem, &c. interpretans, Habebunt, inquit, pro patre Presbyteros, pro matre Presbyteras, siue anus, quæ in Ecclesia sunt. Has non modò ex uiduarum uniuertarum ordine, sed ex uirginibus quoque senioribus deligi, credibile est, quanquã hucusque nihil certi reperio. Teneri tamen ad castitatem, cum uiduis & uirginibus præficerentur, non est dubitandum.

Venio iam ad Apostolica tempora, quibus duotantum fœminarum cœlibum genera, præter uirgines, in Ecclesiastica historia deprehendo; omnesque uiduas aliquando generali nomine appellatas lego. Sed harum quædam, quod tantum in uiduarum ordine constitutæ, nullum Ecclesiasticum ministerium sortitæ fuissent, uiduæ tantummodo generico nomine retento, uocabantur, aliæ quod Episcoporum imperio Ecclesiasticis muneribus deputarentur, Diaconas, id est, ministras appellatas uideo, quanquam aliquando quoque uocentur. Esse autem inter uiduas, quæ uiduæ, ab solito nomine uocantur, & eas, quas diaconas uocant, latissimum discrimen, ex lib. 8. constitutionum Apostolicarum Clemētis Romani, facile deprehendimus. Nam cum uiduam, quemadmodum neque uirginem, non ordinari dicat, de diaconissa tamen paulo ante dixerat, illi adhibita ab Episcopo Ecclesiastica oratione manus imponendas. Ego Bartholomeus dispono. O Episcope impones ei manus, præsentibus Presbyteris, Diaconis, & Diaconissis, ac dices. Deus æterne patris Domini nostri Iesu Christi, opifex uiri & mulieris, qui spiritu repleuisti Mariam, debboram, Annam, Oldam, qui non dedignatus es unigenitum filium tuum nasci de muliere, qui in tabernaculo testimonii & in templo constituisti mulieres custodes tuarum sanctarum portarum, ipse quoque nunc respice super hanc famulam tuam, quæ ad Diaconatum promouetur, & da ei spiritum sanctum, & munda eam ab omni inquinatōne carnis & spiritus, ut digne exequatur commissum sibi officium, in gloriam tuam & laudē Christi tui, cum quo tibi gloria & adoratio, & sancto spiritui, in secula, amen. Eadem uiduarum & diaconissarum distinctio, ex cap. 7. lib. 3. constituti. Apostolicarum percipitur: ubi inter alia, ita Apostoli de uiduis, id est, de his fœminis, quæ amissis uiris, ad Ecclesiastica ministeria pondum ascite fuerant, præcipiunt. Sanctas igitur uiduas esse oportet, obediētes Episcopis, Presbyteris & Diaconis, etiã Diaconissas uenerantes, uerentes, timentes, nõ libertate utentes, neque contra mandatū aliquid facere

cap. 30. b. 31.

cap. 26.

facere volentes, præter sententiam Diaconi, veluti si pergere uelit ad aliquem, ut apud eum comedat, & bibat, uel si ab aliquo quippiam capiat: quod si iniussa aliquid horum fecerit, puniatur ieiunio uel segregetur, ueluti temeraria. Viduas ergo, diaconissas reuereri oportebat. Ad hunc uiduarum ordinem Phœbē illā, cui litteras ad Rom. dederat, ab Apostolo commendatam, Græcis & Latinis eruditioribus consentientibus, pertinuisse non est dubium. Commendo, inquit, uobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchræis, ut eam suscipiatis in Domino dignè sanctis, & assistatis ei in quocunque negotio uestri indigerit. Etenim ipsa quoque assistit multis & mihi ipsi. Verba illa, *Quæ est in ministerio*, Paulus Græce scripsit *ἡ ὄνη διακονῶν*, quæ est Diacona Ecclesiæ Cenchræis &c. In quæ uerba Origenes. Hic locus Apostolica auctoritate, duobus pariter docet, & fœminas in Ecclesiæ ministerio constitui, siue ministras in Ecclesia haberi, & tales in ministerium assummi debere, quæ assisterint multis, & per bona officia ad eam usque laudem meruerunt peruenire, qua religiofam Phœben Apostolus prosequitur. Hieronymi, Sedulii & Primasii scholia in eum locum sic habent. Sicut etiam nunc in orientalibus locis Diaconissæ mulieres in suo sexu ministrare uidentur, in baptismo, dum à sacerdote confertur, aut uerbi ministerio (priuato scilicet (nam publicum illis à Paulo interdicitur) fœminas enim tunc, alias fœminas, priuato colloquio docuisse, ut Priscillam &c. certum est.

Has Diaconissas, uiduas quoque, quod ex earum ordine, quæ temperantia essent insigniores colligerentur, fuisse appellatas, Apostolico seculo, liber tertius Apostolicarum constitutionum ostendit, cuius capite primo, ita Apostoli, Episcopis præcipiunt. Viduas constituite non minores annis sexaginta, ut quodammodo propter illarum ætate, sitis certi, eas bigaminæ suspitione carere. Vocat autem bigamiam, non quam ante ordinationem admitterant, sed quam accepto semel Diaconatu, admittere poterant. Rursus cap. 3. Veræ sunt uiduæ, inquit, quæ uni nuptæ fuerunt, plurimorum testimonio comprobata: uiduæ reuera temperatæ, castæ, fideles, piæ, quæ bene liberos educauerunt: & laudabiliter hospites receperunt, quibus opem ferre oportet, tanquam Deo dicatis.

Et quæadmodum uidua diaconissam denotat, ita uidualis status Diaconarum ordinem significat. Vnde eodem lib. 3. constitutionum sic scribunt Apostoli. Adolescentiores uiduæ ad uidualium statum ne ordinentur, ne forte ea occasione, qua non possunt florem ætatis cohibere, ad secundas nuptias descendentes, negotium habeant. Adiuuentur autem & subleuentur, ne occasione molestiæ carnis ad secundas nuptias delapsi, in re indecora detineantur.

Harum Diaconarum gradum & institutionem;

ad sacros ordines non pertinuisse, satis perspicue ex Ecclesiastica historia colligitur. Earum enim ministerium non ad altare ut Diaconorum, sed ad catechismum honestatis Episcopalis ratione, & ad seminarium cõuersarum curam spectabat. Vnde Synodus Carthaginensis quarta: Viduæ uel sanctimoniales, quæ ad baptizandarum mulierum ministerium eliguntur: tam ad officium instructæ sint, ut possint apto siue aperto sermone docere imperitas & rusticas mulieres; quo tempore baptizandæ sunt, qualiter & baptizatori respondeant, & accepto baptismo uiuant. Epiphanius etiam aduersus Colliridianas. Ministrarum quidem, at quæ Diaconissæ appellantur, ordo est in Ecclesia, sed non ut sacrificent, nec tale quippiam aggredi permittantur, uerum reuerentiæ muliebris gratia, propter balnea & laborum affectionumque uisitationem, ut nudatum mulieris corpus, non à uiris sacrum facientibus conspiciatur, sed à ministrante muliere, cui à sacerdote præcipitur, curam ad tempus denudationis scilicet corporis mulieris, non sanè gerere, ita ut Ecclesiasticæ benè constitutæ disciplinæ ordo, ualde scite & iuxta mensuram regulam munitus sit. Obseruandum ergo, Ecclesiasticum ordinem Diaconissis solum indignisse, quas etiam uiduas nominauit; & ex his ad huc seniores & anniculæ, nusquam uerò Presbyteridas aut sacrificulas constituisse, cum neque Diaconis quidem in Ecclesia creditum sit mysterium aliquid perficere, siue sacramentum conficere, sed tantum quæ commissa sunt, ministrare ac exequi. Idem etiam Epiphanius in Epitome fidei catholice, de eisdem fœminis agens, Diaconissæ, inquit, constituuntur in ministerium mulierum solum, propter reuerentiã, si opus fuerit, balnei gratia aut uisitationis & inspectionis corporum: & ipsæ sunt etiam quæ in unis nuptiis continenter se habuerunt: ab unis nuptiis castitatem seruarunt: uiduitatemque, aut semper uirgines sint. Haecenus Epiphanius.

Apostoli deinde, apud Clementis Apostolicas constitutiones, Episcopo ita præcipiunt. Elige quoque Diaconissam fidelem & sanctam, ad mulierum ministeria: nam accidit aliquando, cum in aliquorum domos Diaconum ad mulieres mittere non potest, propter infideles, mittes igitur mulierem Diaconissam, propter improborum cogitationes: nam ad multos usus muliere diaconissa indigemus, ac primùm cum illuminantur mulieres, Diaconus tangit frõtem ipsarum oleo sancto, deinde Diaconissa eas abstergit. Non est enim necesse mulieres aspici à uiris, sed solum in manus impositione, caput illius unget Episcopus. Ita Clemens. Porro quod Epiphanius inquit, Diaconissas gratia inspectionis corporum, si opus sit aliquando, etiam constitutas, ad eam inspectionem, quæ in quibusdam uirginibus, de quarum integritate ambigebatur, fiebat, pertinere credo, quæ fortasse apud Græcos per Diaconissas fiebat, sed neque

neque id Apostolorum habebat constitutio, neque fœminis profectò religiosis & per uorum castitatis Deo dicatis, dignum uidebatur. Quapropter apud Latinos, etiam ueteri illa Ecclesia, id munus per laicas obstetrices eisdem uirginibus impendi solitum; testantur Cyprianus lib. 1. Epist. 11. & Ambros. Epist. 64. ad Syagrium. Verba Cypriani sunt. Nec aliqua putet se hac excusatione defendi, quod & inspicit & probari possit, cum & manus obstetricum & oculi sepe fallantur &c. Verba Ambrosii prolixiora sunt, quam ut huc transcribantur.

Erat & Diaconissarum ministerium, sacras portas templorum custodire, ut ex oratione Apostolica, qua benedicebantur, parum antea ex Apostolicis constitutionibus, transcripta perspicue apparet. Quod etiam ex capitulo, 61. lib. 2. patet, ubi de ratione ingrediendi templa, & sedendi in illis, præcepta tradendos Apostoli, sic aiunt. Maneant autem hostiarii ad introitus uirorum, illos custodientes, Diaconissæ uerò ad introitus fœminarum, more nauticarum. Beatus Ignatius Antiochenus in Epistola ad Antioch. post prophanam multitudinem, salutatur etiam *ἡ ἁγία τὰς ἐκκλησιῶν ἡμεῶν ἀεικωνίς, τὰς ἐν χριστῷ ἰσοκωνίς*, sanctarum portarum Diaconas, quæ in Christo sunt.

Sunt qui putent, earum Diaconatum, ad publicam quoque homiliarum lectionem extendi, sed hoc falsum est, cum actio illa, aut ad sacrum altaris ministerium aut doctrinæ genus referatur, quorum utrumque omnibus in uniuersum fœminis, Apostolicis & Ecclesiasticis constitutionibus interdicitur. Neque unquam in ueteri illa Ecclesia, siue Græca siue Latina, Diaconissas, publicas lectiones, siue Euangeliorum siue homiliarum, exercuisse, deprehendi. Erat itaque Diaconissarum siue Diaconarum (utrumque enim idem esse existimo, quanquam quidam sine causa, diuersum fuisse arbitrentur) non sacrum, nec ad altare siue publicam doctrinam pertinens, quale erat Diaconorum, sed prorsus ab his rebus alienum ministerium.

EORVM, QUI HAS FOEMINARUM Diaconias, Sacros ordines putarunt, confutatio. Cap. 8.

HINC rectè Ambrosius Cataphrigas reprehendit, qui ex eo quod Paulus post Diaconos, mulieres alloquitur, & illas ad huiusmodi ministeria & Diaconias admittit: eisdem non minus quam uiros, ad sacros ordines promouendas, putarunt. Quam eandem hæresim, Acephalos quoque imitatos fuisse, circa annum Domini, 526. auctores sunt Siggebertus & Marianus Scotus. Fuerunt & in eadem hæresi Quintilliani, siue Pepuziani, aut Priscilliani artoritæ, & Colliridiani, ut in horum hæresibus docet Epiphanius. Ex quibus Pepuziani, fœminas, Episcopos, & Pre-

sbyteros creabant, hoc eodem Apostolico loco decepti: nam cum Paulum fœminas ad Diaconatum promouere, & earum electiones & morum præcepta, quemadmodum in Diaconis fecerat, tradere uiderent, eas non minus quam uiros, ad sacros ordines prouehi, sibi persuaaserunt.

Verum has fœmineas Diaconas, nõ ad sacros ordines pertinere, ex sexto capite actionum Apostolicarum satis aperte uidere potuerunt. Factus est, inquit, murmur Græcorum aduersus Hæbreos *ὅτι παραβιάζοντο ἑντὴν διακονίᾳ καθ' ἑσπερὴν αὐτῶν*, quod despicerentur in Diaconia siue ministerio quotidiano, uiduæ eorum. Erat igitur earum Diaconatus, seu potius Diaconia, non sacrum, sed quotidianæ necessitatis ministerium, quod uiduæ illæ, tum Apostolis, tum fœminis Euangelicis præstabant. Quanquam postea crescente Ecclesia, & rebus ad ampliorem perfectionem prouectis, ad fœminas duntaxat curandas & instruendas redactum fuerat. Verum in hanc rem multa Ambrosius & Epiphanius dixerunt.

Quod autem harum ministerium non fuisse sacrum, quidam, in Concilio Nicæno, canone. 19. & 22. decretum putant, ex Rufino Aquilicenti falli fortasse potuerunt, qui canones Nicænæ Synodi scribens, 22. canone scribit. Sed & Diaconissas, quoniam quidem manus impositionem non accipiunt, etiam ipsas inter laicos esse debere: cum tamen is ipse canone. 19. de Diaconissis nihil loquatur. Verum canonem illum, 22. Nicænæ Synodi, non de omnibus in uniuersum Diaconissis accipi debere, sed de illis duntaxat, quæ à Paulianistis hæreticis creatæ fuerant, isdem canon in tegre recitatus, docere poterit. Si quis, ait, confugit ad Ecclesiã de Paulianistis & Cataphrygis, statutum est rebaptizari debere. Si qui uerò clerici erant apud eos, si quidem inculpati fuerunt & irreprehensibiles, rursus etiam ordinentur ab Episcopo Ecclesiæ catholice, si uero examinati, minus fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. *Similiter autem & circa Diaconos*, & de omnibus, qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma seruabitur. Comemorauimus autem Diaconissas, quæ in hoc ordine inuentæ sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habent, & omnimodò inter laicas habeantur. Similiter autem & Diaconissæ, quæ in catholico canone non habentur, simili loco, id est, laicæ & tanquam non consecratæ deputentur. Haecenus canon apud Iouenium & communia concilia. Gentianus Heruetus apud Balsamonem, eo loco, quo dicitur, similiter autem & circa Diaconas &c. ita conuertit, *Similiter autem & Diaconissis*, & omnino de omnibus &c. & subinde Diaconarum autem meminimus. &c. Hoc itaque canonem, non uniuersum de omnibus Diaconissis, sed de Paulianistis duntaxat, quæ tantum abesse, ut essent Diaconissæ, ut nec dum sacrum baptismum percipissent patres eius synodi loquebatur. Nam quod aliqua Diaconissæ inter laicas non reputarentur,

Glossar de cre. 27. q. 1. cap. Diaconissam.

lib. 3. 11

rentur, postrema pars eiusdem canonis aperte docet, dum dicitur: Similiter autem & Diaconisfe, quæ in catholico canone non habentur &c. Et quod Nicena Synodo non fuerint huiusmodi Diaconisfe ad Laycum ordinem redactæ, ex sequenti deinde Græcarum Ecclesiarum historia, satis aperte patet. Enimvero præter multas, cum ciuiles, tum Ecclesiasticas leges, Diaconisfe post Nicenâ Synodum latas, quæ omnes arguunt, eundem fœminarum ordinem in Græca Ecclesia illis temporibus uiguisse, Chrysostrmus Olympiadem sanctissimam fœminam, generis splendore, opulentia, multarum disciplinarum peritia, ingenii dexte ritate ornatam, menses circiter uiginti uiro copu latam, incorrupto tamen uirginitatis pudore, uiduam, & in ætatis adhuc flore, nondum utiq; trigenem, renubere recusantē, cum ea in religiosâ uitæ exercitio multum promouisset, & hoc opere, se dignam, quæ in Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconisfam ordinaretur, præstitisset, de se quoque ipso, antea benemeritam, à qua cibum accepisset, familiarem habuit, quo cum, ea quotquot Constantinopolim aduenissent, Episcopi, monachi, sancti patres, & uiros religiosos, hospitio exceptos, apprehensa dextra, benignè tractabat: quanquam Nicephorus, Calixtus, Olympiadem non à Chrysostrmo, sed à Nectario eius antecessore, ordinatam dicit, quod & Hermias Sozomenus, antea tradiderat. Fuerunt tamen & à Chrysostrmo in eundem Diaconatum ascitæ Procula, Pentadia, & Siluana, Consulari genere prognatæ fœminæ, illustrissimorum uirorum uiduæ; ut Leo imperator, Georgius Alexandrinus, & Simon metaphrastes, in eius uita memoriæ prodiderunt. Pulcheriam deinde Theodosii iunioris sororem, & postmodum Martiani imperatoris uxorem, Diaconisfam à Flauiano Patriarcha fieri, quo perinde ab aula imperatoris exigeretur, Eudæciam imperatricem, totis uiribus contendisse, Sozomenus scribit. Elpidium etiam Episcopum exauctoratum Episcopatu, quod Nectariam ob iusiurandum uiolatum, communionem interdictam, penitentia nondum peracta, ad Diaconatum uocasset; iidem Nicephorus & Sozomenus scribunt. Eisdem Diaconisfas usq; ad Iustiniani Cæsaris ætatem durasse, argumento est, eius de hac re constitutio, in qua ad Epiphanius Patriarcham de ordinatione clericorum & mulierum scribens, quot per singulas Ecclesias Diaconi, uel mares uel fœminæ essent constituendi, decernit. Appellatque illic Diaconisfas, eodē titulo, quo, clericos, reuerendissimas. Ut determinatus sit, inquit, numerus clericorum, sanctissimæ maioris Ecclesiæ, necnon & ceterarum sanctissimarum Ecclesiarum, huius Augustissimæ urbis, ne reuerendissimos clericos, aut reuerendissimas Diaconisfas tot ordinari conueniat, ut illis alendis sacro sancta maior Ecclesia in necessitatē magni æris incidat alieni.

Nunc penitus earum usum abolitum, Theodo-

Claudius
Spemcaus.
lib. 1. dig-
gest. in 1.
epist. ad Ti-
mo.

Niceph. lib.
13. c. 24. &
25.
Sozom. c. 9.
& 28.

Niceph. lib.
3. cap. 28.
& 9. c. 45.
Sozom. lib. 4.
cap. 24.

Novell. 3.

rus Balsamon in commen. can. 15. concii Chalcedon. quo Diaconisfam ordinari ante quadraginta annos cauetur, in hæc uerba scribit. Quæ in præfenti, inquit, canone tractantur omnino. Diaconisfa enim hodie non ordinatur, etiam si quædam ascetriæ abusuè Diaconisfa dicantur. Est enim canon qui statuit, mulieres in sacrum tribunal nõ debere ingredi. Quæ ergo ad sanctum altare accedere non potest, quomodo Diaconatus officium exercebit? Ascetrias Theodorus appellat, quas nos sanctimoniales aut monachas appellamus, quas hunc honorem nunc, aut eius saltem umbram fortiri docet. Et fortasse eadem quæ semper fuerunt, apud Græcas Ecclesias, nunc quoque Diaconisfa perseverant. Nam quod ille, eas quas sua Ecclesia, habet propterea Diaconisfas appellare uereatur, quod ad altare non accedant, frivolum est, cum Diaconisfarum, siue quæ tempore Apostolico, siue quæ post modum diuersis seculis, in Ecclesia fuerunt, ministerium nunquam sacrum exiterit.

Apud Latinam tamen Ecclesiam harum fœminarum ministerium iam dudum interit, unde Arauiscense concilium, Diaconisfe, inquit, non sunt ordinandæ, si quæ sunt, benedictioni, quæ impenditur populo, capita submittat. Quibus uerbis, aperte Synodus, eas inter laicas constituit.

Epauense præterea, Viduarum, inquit, consecrationem, quæ Diaconisfas uocant, ab omni religione nostra penitus abrogamus, solam eis penitentiam benedictionem, si conuerti ambiunt, imponendo.

Aurelianense secundum, Fœminæ, ait, quæ Diaconatus benedictionem, hæctenus, contra canonum interdicta acceperint, &c. Et rursus, Placuit etiam, ut nulli postmodum fœminæ, Diaconalis benedictio, pro conditionis huius fragilitate credatur.

Tempus Diaconisfarum electioni aptum, ex Paulo hoc loco sexagesimus annus est. Vidua, inquit, eligatur, non minus sexaginta annorum &c. Valentinianus & Theodosius, Augusti nullam nisi emensis, quinquaginta annis, iuxta præceptum Apostoli, ad Diaconisfarum consortium transferri statuerunt, quo loco fortasse, lapsi memoria, quinquagesimum pro sexagesimo posuerunt. Iustinianus imperator ante quadragesimum annum eas ordinari uetuit; cuius sanctionis Gratianus in sua Rapsodia, sub his uerbis meminit. Nemo inter Diaconisfas consecratur sacro sanctæ Ecclesiæ, quæ minor sit quadraginta annis, uel ad secundum matrimonium peruenerit. Idem statutum antea fuerat in Chalcedonensi Synodo, Diaconisfam, inquit, non debere ante quadraginta annos ordinari, statuimus, & hoc cum diligenti probatione. Quem canonem & Vornatiensis Synodus postea renouauit.

Can. 16.

Can. 11.

Can. 16.

Can. 17.

1. Tim. 5.

C. de Episc.
& cleri. lib.
1. l. nulla.

D. 28. cap.
nemo.

Can. 73. b.
apud Gra.
27. q. 1. cap.
diaconisfi.

EX

EX SVPERIUS ANNOTATIS,
locus Paulinus explicatur. Cap. 9.

NUNC iam tandem, post longam, sed necessariam digressionem, ad Paulum atque ad eum ad Petrum martyrem regrediamur. Loquitur itaque Apostolus primo illo loco, de uiduis quæ ad nullum Ecclesiasticum ministerium uocatae erant, hac autem secunda parte, de Diaconisfe, quæ ex integro uiduarum ordine, eo seculo assumebantur, sermonem facit, cum inquit. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si sanctorum pedes lauit, si tribula ionem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est. Quoniam uero castitatis perpetuæ uotum, huiusmodi uiduæ ad Ecclesiasticam Diaconiam eligende, aut Diuina, aut Apostolica constitutione, in ipsa electione præstare solent, ne post uotum ad coniuugia regrediendi ætas ipsa à uoto resiliendi occasio esset, continuo quæ uiduas ab hac electione repellere debeat Timotheus, ostendens, hæc uerba subiungit, Adolescentiores autem uiduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint, in Christo, nubere uolunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, ac si diceret, Dixi ne ex uiduis Diaconisfam eligeres minorem sexaginta annis, hoc non sine causa præcepi: nam cum huiusmodi ministerium annexum habeat uotum castitatis perpetuæ, & ætas iunior carnis insultibus sit obnoxia, quantumcunque in speciem spiritui subdita uideatur, melius est in uniuersum uiduas omnes ætate florètes à Diaconia reprobare, quam eas in status perditionis discrimen adducere, quo uelint contra iuratum cœlibatum, iterum renubere. Subiungit deinde & aliam causam, ob quam ad Ecclesiasticam Diaconiam iuniores uiduæ reprobæ & ineptæ iudicentur, nimirum quod Diaconia ministerium, neque recte, neque cum Christianæ uitæ decore, exercent. Simul autem, inquit, & ociosa discunt circuire domos, non solum ociosæ, sed & uerbosæ & curiosæ, loquentes, quæ non oportet. Erat, inter alia, Diaconarum cura, Christianorum diuitum ad colligendas stipes, quæ in uiduarum & pauperum alimoniam postea concederent; domos circuire, hoc muneris adolescentiores uiduæ ingenti cum Christiani nominis probro, immo plerumq; cum castitatis periculo, præstare solebant. Quapropter eas omnino ab ministerio deinceps arceri, decernit Apostolus. Immo uero nec in statu uiduali, in quo & si non necessaria, uoluntaria tamē erat castitatis custodia, easdem adolescentiores uiduas permanere, permittit. Volo, inquit, iuniores nubere, filios procreate, matres familias esse, nullam occasionē dare aduersario, maledicti gratia. Quo loco, mea quidem sententia, aut cauenda, aut sanè accipienda est Chrysostrmi & Theophilasti interpretatio,

qua uideri possunt significare uelle Paulum de illis uiduis, quæ iam uotū castitatis emisserunt, sermonem facere. Volo (inquit Chrysostrmus Pauli sumpta persona) quia ipsæ uolunt, uolo & ego, adolescentulas nubere, filios gignere, matres familias fieri, domi residere. Longe enim præstat hæc facere, quam illa (intelligit autem illa, quæ Paulus de perfidis Diaconisfe enumerauit) oportebat quippe sollicitè curare quæ Dei sunt, quoniam uero illa non fiunt, melius ista fieri quam illa. Neq; enim Deus irritatur, neq; mala ista discuntur, quippe uiduitas ista nihil parit boni, ex nuptiis uero plurima bona prodeunt, & illud ante omnia, quod negligentia illarum & animo resupino cõsulitur, dum uiduis se subditas norunt. Cur ergo nõ dixit, quoniam uiduæ exciderunt? Magna oportet illas prudentia diligentiaque tractari, ne illa, quæ dixi, patiantur. Hæctenus Chrysostrmus. Theophilastus autem ita. Optatima equidem eas non reitice refoedera, quia uero matrimonium illæ cupiunt, uolo & ego ut nubant, indulgens & acquiescens earum uotis. Satius enim est, eas matres familias esse, hoc est propria curare, suæq; domus curam gerere & operari, quam alienas ædes curiosè pererrantes nugari & ociosi. Ita ille. Et quidem quantum ad Chrysostrmum attinet, nihil sanè uille nobis contrarium dicere uidetur. Omnia enim eius uerba, de uiduis nondum in Ecclesiasticum ministerium ascitis, & perinde uoto castitatis astrictis intelligi absque ulla uolentia possunt. Nam quod inquit, Volo ego quia ipsæ uolunt &c. nihil obest de huiusmodi uiduis accipere, quæ ob ætatis lubricitatem se uelle renubere, aut planè, aut ipsa ætatis uoce consententur. Quod deinde subdit, Oportebat quidem sollicitè curare quæ Dei sunt &c. non aliud significare mihi uidetur, quam quod melius esset post unum matrimonium, ad uirginum imitationem, cogitare quæ sunt Domini: Cæterum, si ita in uiduitate uicturæ sunt, ut Paulus describit, multo satius iudicat renubere, quam diabolo præbere offendiculum, ex illa malarum uiduarum uiduitate, nihil boni, ex matrimonio autem, quantum uis secundò, multa bona prodeunt. Atq; id ipsum quoque Apostolus uiduis, ad Corinthios scribēs, tradiderat. Mulier, inquit, alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit, quod si dormierit uir eius, liberata est a lege, cui autem unum nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanferit, secundum meum consilium. Theophilastus (absit uiro & sancto & docto irreuerentia) neq; Paulum neq; Chrysostrmum in hac parte cõprehendisse uidetur. Non Paulum, qui planè non de fœderatis & deuotis iam uiduis, sed de adhuc liberis sermonem facit, alioqui cur si renubere liceret, eandem damnationem habere diceret, quod fidè frãgentes, nubere uellent. Sed neq; Chrysostrmum fatens perçepi qui etsi obscure loquatur, de liberis tamen uiduis absq; ulla uolentia accipi potest. Falsus est autem, quem admodum & alii quidam, ex nostri

1. cor. 7.

nostri temporis hæreticis, quod putarit uniuersas uiduas, de quibus Paulus loquitur, ad castitatis religionem teneri, uiduæq; nomen esse religionis, quod tamē est absurdissimū; solæ.n. ex omnibus Diaconissæ ad uouendā castitatē coercebantur, reliquæ aut à coniugio abstinere, aut iterum renubere in promptu habebant. Neque ipsa Ecclesiastica sustentatione ad castitatem adigebantur: sed ut diximus, Ecclesiasticæ eleemosynæ, verè uiduis, id est, pauperibus, etiam si nulla uoti religione tenerentur, immo uerò etiam si renubere statim uellent, impartiebantur. Quamquam non eo inficias, communium uiduarum: & Diaconissarum, in diuitiarum Ecclesiasticarum largitione, ingēs esse discrimen, illæ enim uitæ adiutorium & eleemosynam accipiebant, istis contra integra sustentatio iure ipso debebatur, ut quæ iam Ecclesiæ seruiabant, de Ecclesiæ quoq; diuitiis alerentur. Atq; id fortasse incausa fuit, quod quidam ex patribus, uidualem quæcūq; statū, uoto castitatis annexū existimarent, quod scilicet attenderēt, Ecclesiā laicas fœminas nō aliturā, sed aliud erat, uiduas pauperes eleemosynis adiuuare, quod sine discrimine fieri oportebat, aliud easdem alendas, iure ministerii, suscipere. Immo uerò, quemadmodū per Diaconos Apostoli & priores illi Episcopi, uiris, ex Ecclesiasticis eleemosynis, uitæ necessaria tribuebant, quod Apostolica historia indicat, ita per Diaconas, fœminis prouidebant: quod pertinet, quod, ex eisdem Apostolicis actionibus, parū antea attulimus. *Factus* est murmur Græcorum aduersus Hebræos, quod despicerentur *ουρισια* *καθημερινα* in ministerio quotidiano uiduæ earum. Neq; etiam diffiteri uolo, sequentibus Ecclesiasticis seculis, nō modò Diaconissas, sed multas etiā alias uiduas, uoto castitatis, adeò passim studiuisse, ut uidua nomen esset religionis, & castitatis cōsecratæ, cuius rei, multa sunt in decretis Ecclesiasticis testimonia, quæ hic uelle coaceruare, profusum esset inutile, sed ego de Apostolico seculo, nō item de reliquis, quibus multa sunt uariata, sermonem facio.

VIDVAS ILLAS APOSTOLICAS
sive Diaconissas, uotum castitatis non
temporale, sed perpetuum emit-
tere solitas fuisse. Cap. 10.

VERVM nunc iam in Vermelium, Caluinum, ac reliquos eius interpretationis auctores, quæ uotum castitatis ab his Apostolicis uiduis excludit, arma conuertamus. Demonstrauius hucusq; Paulum non de quibuscūq; uiduis, quæ ab Ecclesia alerentur, sed de his, quæ ad Ecclesiastica ministeria essent diligendæ, uerba facere, siue cum uiduæ eligendæ præcepta tradit, siue cum subinde eas, quæ nondum ob lubricam ætatē, carnis periculum emerfissent, repellit. Docuimus unam ex Apostolicis rationibus ac potis-

simam esse, quod post deuotam Christo castitatē, quod erat in ea electione necessarium, ætatis lasciuia, & fortasse indulgentiori pastu, quem in Ecclesia, absq; ulla cura & labore, iure ministerii, sortiebantur, uterentur, luxuriantes & Christo legitimo uiro rebellantes, ad alias nuptias transire, cōtra iuratam fidem, mollirētur. Nunc iam illud est ex ueteri memoria demonstrandum, has Diaconissas, in sui electione, nota castitatis non temporanea, & ut ait Vermelius, *tantisper* dum ministerio fungi uellent, sed perpetua emittere; eaq; nō Ecclesiæ, cui de ministerio pacifcebatur, propter eiusdem ministerii in compatibilitatē, sed Christo propter constitutiones Apostolicas & Ecclesiæ religionē nūcupare. Id profectò si euerimus, actū erit primo congressu de Vermelii dilutione, sed iam id quod proponimus, opere præstemus.

Et principio, Clemens Rom. lib. 3. constitutio num Apostolicarum, Apostolica deuiduarū constitutione præcepta referens, cum eas ante annos sexaginta, nō eligēdas tradidisset, ita subiungit. Si iuniorem, in uiduali statu constitueritis, & illa non ferens in iuuentute uiduitatem, nupserit, dedecorabit gloriā uidualis gradus, & rationē Deo reddet, nō quoniam secundas nuptias secuta est, sed quoniam suam professionem non seruauit, luxuriata Christo. Quare oportet nō temere facere professionem, sed cum consilio & cōsideratione: præstat. n. eam nō uouere, quàm uouere & nō reddere. Hactenus Clemens. In cuius uerbis, quod inquit, non peccare uiduam renubentem, quoniam secundas nuptias contraxerit, in hunc sensum accipiendum est, quod nuptiæ quidem secundæ, ex se ipsis non sunt malæ, quod Montanus & Cataphryges docuerunt, non item quod in professā fœmina non sint malæ, cum aperte dicat, eam peccare obuiolatam professionē, quo perspicue sequenti capite, quo de eadē re agit, his uerbis insinuat. Adolescentiores uiduæ ad uidualem statum ordinentur, ne fortè ea occasione, qua non possunt florem ætatis cohibere ad secundas nuptias descendentes, negotium habeant. Adiuuentur autem & subleuentur, ne occasione mollestiæ carnis, ad secundas nuptias delapsæ, in re indecora detineantur. Nam hoc quoque scire debētis, quod primæ nuptiæ, si legitime fiant, iustæ censentur, ut quæ secundū Dei uoluntatē sunt. Bigamia post professionem iniqua habenda est, non propter coniunctionem, sed propter mendacium. Rursus cap. 3. ita statuunt. Veræ sunt uiduæ, quæ uni nuptæ fuerunt, plurimorū testimonio probatæ, bonis operibus intentæ, uiduæ reuera tēperatæ, castæ, fideles, piæ, quæ bene liberos educauerunt, & laudabiliter hospites receperunt, quibus opem ferre oportet, tanquā Deo dicatis. Hactenus Clemens. Vbi aperte castitatis uotū, nō ad tēpus, sed perpetuò, nec Ecclesiæ, sed Christo, nomine professionis, quod etiam in plerisq; quæ antea adduximus, sanctorum locis, deprehendimus, nuncupari uides.

Sed

Sed ad posteriorū temporum in hac parte testimonia præcedamus Chalcedonen. concilium sub Leone I. & Martiano imper. celebratū, postquā Diaconissas ante annum xl. non esse ordinandas decreuisset, confestim subdit. Si uerò susceperit ordinationem, & quātocūq; tempore obserauerit ministeriū, & postea se nuptiis tradiderit, iniuriam faciēs Dei gratiæ, hæc anathema sit, cū eo, qui illi cōiunctus est. Nō ergo, ut Petrus Martyr inquit, peracto ministerio, renubere poterant huiusmodi uiduæ. Si peracto, inquit, ministerio, &c. deinde nō ministerio aut Ecclesiæ sed Dei gratiæ iniuriā facere dicit. Eundē cañ. postea Vormatiensis synod. eisdem oīno uerbis innouauit. Iustinianus imp. inter multas quas de Diaconissis constitutiones edidit, Castitati iā Christo deuotæ imperiali quoq; p̄uidētia p̄spexit. Immo uerò nō modò, cū hmōi fœminæ ab Ecclesia ad Diacon. accerferent, & cū uotū in electione castitatis susciperēt, renubere nulla rōne poterāt, sed etiā postea q̄ hmōi fœmineus Diaconatus Ecclesiæ legibus, e medio fuit sublatus, si aliqua, earū clā uel furtim bñonē acciperet, p̄petuo perinde castitatis uoto tenebatur obstricta: ut Verm. uideat, nō ministerii rōne, sed fidei datæ de castitate p̄petua seruanda, eas dānationem habere sem̄p fuisse creditas. Fœminæ, inquit, Aurelianensis synod. secūda, q̄ bñonē Diaconatus, hactenus cōtra inter dicta canonum acceperint, si ad cōiugiū p̄batur iterū deuolūtæ, a cōione pellantur: q̄ si hmōi contuberniū, admonitæ ab Ep̄o, cognito errore dissoluerint, in cōionis gratiā, acta p̄nā, reuertantur. Sunt & in decr. Eccles. multæ alię, noīe uiduarū, nuptiarū, prohibitiones, q̄ qm̄ nō tā ad Diaconissas, de quibus Pau. hoc loco uerba facere cōtēdo, q̄ ad simplicē statū uidualem, cui multò post Apostolica tēpora, uotum castitatis, adiunctum diximus, p̄tinere mihi uidentur, ea potius, ad secundam & tertiā huius disputationis partem, in qua uotorum antiquitatem, & eorum inuolabilem obseruantiam, ex sanctis patribus cōprobare cōtēdimus, reseruamus.

REFELLUNTUR SINGULA
Petri Martyris subterfugia. Cap. 11.

HABEMVS uiduarum Diaconissarum uotum castitatis non tēporarium, sed perpetuum fuisse, non à ministerio dependens, neq; ex eius incōpatibilitate oriens, nā illo finito, cœlibatus quoq; finiretur, sed Christo ob statū Diaconatus, quæadmodū & hodie in Sacerdotib. Leuitis, & Subdiaconis cōtingit, dicatū. Atq; id satis abundēq; esse poterāt, ad nostrorū hæreticorū subterfugia occludēda. Verū nunc ad singula descendamus, neq; iā ex malorū, aut antiquitatis p̄iudicio, sed ex ipso apost. contextu rē decernamus. Ait Verm. fidē, quā uiduæ irritā fecerunt, posse accipi de pacto aut cōuentione cū Ecclesia, administrandū in Diacon. ministerio facta, tantisp̄ dū officio

fungerētur. Ego q̄ro, qd uita castæ cū Diaconia uiduali? Rūdet, ob ministerii cū matrimonio incōpatibilitatē, in hmōi Diaconatu cœlibatum postulari, qm̄. s. mulier nupta sit marito subdita, uidua uerò Ecclesiæ. necessitatibus inferuire debuit, infirmis seruiēdo, &c. Deinde q̄ uiduæ cū suis uiris habitēt, comedāt, bibant, &c. q̄ oīa nequaq̄ cū illa Ecclesiæ. uocatione cōueniūt. Primū, sit hoc uerum, qd uult Verm. Quid inde? An nos hodie quoq; nostris sacris ordinibus, ob eorū executionis cū uita cōiugali incōpatibilitatē, in dictū cœlibatū & uitæ castitatē nō dicimus, & tñ planē cōstemur, sacerdotē, aut alium quēuis in ordine sacro cōstitutū, etiā si ab ordinis executione uellet discedere, ducēdo uxorē peccare mortaliter, & ab eo scelerato matrimonio abstrahēdum? Atq; hoc qd nō ob aliud q̄ uotū ordini annexū, & si ad liberiorē ordinis executionē cōducatur, Xpo tñ absolute, & nō ministerio dicet. Deinde, esto, cœlibatus & castitas, ministerii rōne, ab his uiduis assumere, atq; tādū eius obligatio, quādū idē ministeriū p̄duraret, an nō recte tūc quoq; sequitur, castitatis obligationē esse p̄petuā, si Diaconatus p̄petuus erat, atq; adeò uiduā ad Eccl. ministerium assumptā, si quocūq; tēpe post acceptū Diaconatū renubere, graue scelus cōmittere? Diaconatum aut p̄petuū esse, & illi semel dicatā fœminā, nō posse ad uitā secularē trāsire, ex multis, q̄ in hac parte diximus, apertissimè p̄ditur. Sed illud mihi id factis abudē mōstrare uideat, qd Pau. hoc loco sexagenarias postulat. Nā aut senior hæc ætas, rōne p̄petui cœlibatus & castitatis, aut ne deserētes ministeriū, ad cōiugia cōuertant, postulantur à Pau. Prius nō dicet Verm. q̄ nihil interesse putat, eadē uiduas iterū renubere, posterius igitur uerū erit, atq; adeò ministeriū p̄petuū erat. Præter hoc q̄ i uniuersa Apost. & Eccl. hist. uiduā, q̄ p̄ libertatis arbitrio, Diaconatū cederet, & qm̄ uellet, ab eodē resiliere ad uitā secularē, reperire nō poterūt. Quod si ministeriū perpetuū erat, ergo & cœlibatus perpetuus erat iuxta Petri Mar. doctrinā, atq; adeò habere dānationē, ad uelle nubere referēdū erit. Cū, n. secūda illæ nuptiæ, cōtra Diaconatus naturā essent, si Diaconatus perpetuus erat, quocūq; tēpore, post semel acceptū ministeriū, renubere uellent, dānationē habebāt. Verū fortasse p̄petuā castitatis obligōnē, in Eccl. ministerio p̄petuo, & perinde uolentibus renubere, dānationē Apost. tot rōnibus adactus, non cunctabitur Pet. Mar. nobis tribuere, dū eandē obligōnem, non à uoto, sed à pactione & cōuentione cū Ecclesia facta, p̄dire fateamur. Sed q̄ro à Petro, de qua re ea cōuētio fieret? De nō renubēdo dices: nā matrimoniū incōpatibile cū diaconatu illo uiduali, aliquot rōnibus cōprobasti. Ergo uiduæ tūc dūtaxat, dānationem illam Apostolicam habebunt, cū uelint renubere. Quid ergo; tibi ipsi contrarius, asseris, eam dānationem non ad iterata coniugia, post acceptum ministerium, sed ad scortationes

E e tiones

cessario ad Dei iudicium & condemnationem referendum, sed posse ad hominum condemnationem pertinere, nimirum quod uiduæ ad secunda coniugia, dimisso Diaconatu, declinantes instabiles & inconstantes haberentur, & nomine leuitatis à plebisque malè audirent.

Sed hæc ambiguitas quam leuiter solidos animos permoueat, absque magno labore Vermelius uidere poterat. Enimuerò indignum est Apostolico peccatore, Paulum tantifacere hominum iudicia, ut ob ea duntaxat in uiduas stomachetur: nam illas ibi seuerissimè reprehendere, negari non potest. Paulus ubique docet hominum iudicia esse contemnenda, præsertim cum conscientia tuta & secuta est. Mihi, inquit, ad Corinthios scribens, pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Cur ergo nunc in uiduis, quæ, ut Vermelius & reliqui hæretici docent, ob stimulum, & infirmitatem carnis, urgente conscientia, licitè, immo uerò sanctissimè, ad secunda coniugia descendeant, hominum inanem & stultam damnationem, tanti facerent? Paulus est qui iuxta horum sententiam, omnibus non potentibus se continere, non tantum consulit, sed præcipit, ut unusquisque propter fornicationem suam uxorem habeat, & qui docet melius esse nubere quam uri, cur ergo uiduas sibi in hac parte parentes, & ad nubendum necessitate adactas, grauisimis reprehensionibus incesseret? Hoc profectò scandalum, si quod inde oriebatur, non datum erat, sed leuissimè acceptum; ac proinde potius dicere oportebat, *finite, illos ceci sunt, & duces cecorum*. Immo si tantum erat in hac parte iudicium hominum formidandum, non uideo cur Paulum in uniuersum uiduas omnes iuniores à Diaconatu arceret, si iuxta illud peccus Apostolicum & Euangelicum, quo hominum stultitia iudicia contemnere solebat, facere debuisset: nam si ad secunda coniugia declinare, nullum erat flagitium, quid oberat, cur iuniores illæ uiduæ, post aliquantam administrationem, coniugia in carnis remedium non inirent, aut quid Pauli in hac re, quæ eius testimonio licita erat, intererat?

Sed ad illud ueniamus, quod superius attigimus. Si ad coniugia post acceptum Diaconatum declinare, nullum erat scelus, cur eius seculi homines, qui mundi prorsus abiecta cura, turpe duntaxat peccatum existimabant, tam grauibus probris, uiduas illas prosequerentur, ut à fide apostatate & discedere compellerentur? Peccabant igitur in Diuinas leges, & præstitam semel iuramam; fidem uiduæ. At illud in his hominibus mirandum, quod tertio quoque uerbo à seipsis disciscant, & declinent, docuerat certè Petrus, in prima ambiguitate, uiduas non pacifici cum Ecclesia cœlibatū perpetuū, sed honestatem uitæ: nunc quæro à te Petre, & tuo apostata Buccero, qua ratione uiduæ illæ iudicium & contemptum hominum inciderent? Quia non seruauerunt pactū dices, at, pactum erat per te de honestè uiuendo, ergo non seruare pactum erat inhonestè

uiuere, & planè, ut tu asseris, scortari, at, scortari ad Dei iudicium pertinet, erat ergo iuxta tuam quoque sententiam, iudicium siue damnatio, quam Paulus uiduis minitatur, non tantum humana sed Diuina quoque erat.

QVARTA AMBIGVITAS, PETRI Martyris eluditur. Cap. 14.

QUARTA demum ac postrema ambiguitas inde oriebatur, quod putant Vermelius, & ut existimo, reliqui hæretici, abire post satanam non esse à uoto & continentia semel iurata declinare, sed ad Paganissimum desciscere; quanquā Vermelius magis probet, esse impurè uiuere, atque scortari sub prætextu continentia uidualis. Quorū utrunque quantum cū Apostolici loci uera mente conuenit, iam nunc exigendum est.

Et ut priorè interpretationem aggrediamur, ego non inficior, *abire post satanam*, ad fidei reiectionem pertinere posse, sed an hic sensus presenti loco conueniat, id nunc examinandum est. Certè si, ut superius docuimus, *Primam fidem*, fidem in baptismo acceptam, non possumus accipere, abire post satanam, hoc loco, non ad fidei apostasiā, sed ad aliquod scelus in tra fidei religionem commissum, pertinebit: eademque prorsus rationes, quas aduersus secundam ambiguitatem Vermelii formauimus, suadentes *Primam fidem*, de baptisimi fide non posse intelligi, in hac interpretationem formari possunt. Non enim erat, cur oēs uiduæ ad matrimonia licita, ut uult Vermelius, declinantes, tantum humana iudicia, præsertim Diuino iudicio contraria, facerent, ut ob illa, à Christi religione deficerent, neque si aliqua deficeret, ob animi pusillanimitatem, continuo omnes defecturæ erant. Immo uerò neque si grauisimum scelus admisissent, continuo abire post satanam, id est, à fide defecisse erant existimandæ. Sed huius interpretationis absurditas, cum sit eadem omnino cū secunda ambiguitate, ex eius confutatione, satis aperte patet.

Secunda interpretatio, que tamen Vermelio magis placet, multo est absurdior. Neque alia ratione homini perfido placuit, quam quæ ea, quæ nunc elisimus, ridicula uideretur. Vnde cum nubendi uoluntatem necessario regrediendum illi esset, hanc tertiam abeundi post satanam rationem, ab hæretica illa, & ab hac nostra, diuersam tertiam quandam confingit, scortari scilicet, sub prætextu uidualis continentia.

Verum uiduas non scortari, sed lasciuire, & quodam modo aduersus Christum uirum, de alienis amoribus cogitur, superius multis demonstrauimus. Deinde, pactum in quod uiduæ peccabant, non esse honestam uitæ desertionem, sed uoti cœlibatus & castitatis perpetuæ abiectionem aduersus primam ambiguitatem, summis rationibus demonstrauimus. Si ergo, *abire post satanam*, erat conuentionibus factis contrauenire, *abire post satanam*, non erat scortari, erat ergo post pactum castitatis cum CHRISTO initum, ad humanas nuptias

nuptias animam conuertere. Demum, *abire post sanam*, non modò peccatum denotat, sed statum peccati; *abire enim post satanam*, non aliud denotare uidetur, quam sese, non modò per peccatum actum, sed per status conditionem, satanæ captiuum in seruitutem tradere. Id autem scortationibus, quas Vermelius suo ex capite fingit, non conuenit, sed secundo matrimonio, in quo dum perseuerat uidua, quæ Christo castitatis uotum fecerat, semper est in peccato, & in satanæ seruitute; Atque hucusque de ambiguitatibus, quæ contra catholicam interpretationem, Vermelio & reliquis hæreticis oriebantur.

H V N C A P O S T O L I C V M locum, ad uota castitatis perpetua astruenda, magnopere conducere.

Cap. 15.

ELVDAMVS nunc, quod hæretica pertinacia percitus Vermelius subdit, hunc Apostolicum locum, potius esse ad uota castitatis dissuadenda, quam illa comprobada: quod inde sibi satis apparenter deducere uidetur, quod Paulus uiduam ad Diaconatum, cui annexa erat castitas, ante sexaginta annos eligi prohibeat. Deinde, quod uelit, iuniores uiduas nubere, filios procreare, matres familias esse, &c.

Verum id tamen abest ut Vermelio suffragetur, ut nihil sit in illum uolentius. Viduas enim ante sexaginta annos non eligi ad Ecclesiasticas Diaconias, quibus annexa erat castitatis uota, ob id Apostolus præcipit, quoniam cum uotum castitatis seruandum esset, nolebat occasionem dare diabolo. Eademque ratione easdem nubere, filios generare, &c. uelle se inquit, quoniam ob ætatis lubricitatem, nullo pacto, præsertim teste experientia, quantumcunque se castè uicturas sponderet, erat illis fides adhibenda. Vnde Ambrosius prohibet adolescentulas uiduas in hac suscipi professione; lubricæ enim ætatis fides facile haberi non debet, quippe cum quarundam exempla præcedant, quæ post professionem uitæ, deliciarum oblectatione, nomen, non opera uirginitatis habent, & conuersæ nuptiis sollicitantur. Qui enim putat se in Christo, uitam deliciis agere, minimè innocens perseuerat, luxuria enim trahit illum ad sua membra, ut subiiciatur peccato. Deliciæ enim ianuæ sunt peccati: Non enim quo tendat ignoratur, qui fluidam amat uitam. Hæc tenus Ambrosius. Quo loco, & interpretatio uerbi *uarias prouidetur*, profectò elegantissima, est aduertenda, significat enim Ambrosio deliciarum, aut uitam delicatam aut molem agere: nam cum uiduæ pauperulæ plerumque ad Diaconatum, perindeque ad Ecclesiasticam sustentationem promouerentur, uitamque ex ægestate ac penuria, ad delicias & omnium rerum affluentiam, conuerterent, ut fieri plerumque solet, lasciuire incipiebant, & iam de carnis operibus & viro cogitare, pertra-

hente illas uitæ luxuria; at hoc pacto in Christo non exponemus, ut Hieronymus inquit, in Christi iniuriam, sed in Christo, id est, Christi ministerio, aut in Christi diuitiis, quemadmodum plerumque Ecclesiasticas diuitias, Christi patrimonium appellare solemus. Sed ad rem. Non præcipit Paulus iunioribus uiduis nuptias, ut optimè ad Gerontiam Hieronymus comprobatur, sed cauet, ne propter quarundam leuitatem, & lubricos mores, detur occasio Satanae. *Nullam*, inquit, occasionem dare aduersario, maledicti gratia. An uerò, inquit Chrysostronius, matrimonium præcipit absit. Sed nec prohibet quidem. Et subinde in ea uerba, *Quaedam conuersæ sunt retrorsum etc.* Prohibet igitur ab huiusmodi, uiduas atque deterret, non quod adolescentulas esse uiduas nolit, sed quod adulteras fieri uetet, nolens ociosas esse, loquentes quæ non decet &c. Verum de Apostolico loco prolixius fortasse, quam necesse erat, locuti quibusdam uidebimur, nos uerò ad eam prolixitatem hæretica nostrorum aduersariorum pertinacia, non sine fruge, ut credo, adegit. Est enim hic locus, potissimus huius controversiæ campus, atque adeo eos ab eo, summa cum diligentia abigere oportet.

P R O B A T V R, E X V E T E R U M sanctorum scriptis, usum uotorum cœlibatus & castitatis, non nouitium, sed uetustissimum esse in Ecclesia.

Cap. 16.

AD secundum ergo iam huius disputationis locum accedamus, in quo ex sanctorum auctorum monumentis, quemadmodum in primo ex scripturis sanctis, uotorum usum comprobabimus. In qua parte satis uideri poterat, quæ in horum duorum locorum scripturæ, ex eisdem patribus attulimus, omnia enim illuc tendunt, ut non modò uetere illa Ecclesia, sed Apostolico quoque & Christi tempore, uotorum castitatis usum, (de his enim uotis hic loquimur) fuisse conuincant. Verum quoniam nostræ memoriæ hæretici, eadè uota quasi res nouitias, & sanctis patribus incognitas ridet, nos ea ex eisdem auctoribus paulo diligentius oportet extrahere. Et quoniam post Christum, sanctis Apostolis nullos habemus antiquiores, ab eorum constitutionibus, ut potè qui primi omnium extiterint, inchoare licebit.

Extat apud Epiphanium Apostolici canonis fragmentum, quo eos non posse citra peccatum, post uoto semel decretam castitatem, quæquam nuptias celebrare, tradidisse testatur. Proinde, inquit, Diuini Apostoli sanctæ tradidit Ecclesiæ, post diffinitam atque constitutam uirginitatem, scelus esse, nuptias contrahere.

Dionysius Apostoli Pauli discipulus, et si uoti non meminerit, meminit tamen consecrationis monasticæ, per quam olim uiri, tria religionis, quæ uocantur

lib. de Eccl. Ier. c. 6.

tur essentialia vota, emittentes, mundo, carni, ac diaboli pompis, ualle dicebant.

Fuisse etiam in Ecclesia, quandam virginum consecrationem, cui hodie uelatio & professio, perquam Christo dedicantur, respondet Latine Ecclesie, cæremonie & monumenta testatur. Qui, n. ut quidam prudenter annotauit, monachorum aut virginum feruentiores, Deo sanctius seruiendi flagrabant amore, hi se totos Christo Domino deuouendos atque consecrandos efferebant: quod seruendi accuratius Domino desiderium, ubi uoto atque promissione, tota Ecclesia teste, obfirmassent, ab Episcopo legitime consecrabantur, atque iudicabantur, deuoti. Atque hoc est illud, quod etas posterior uotum solemne dixit. Huius Ecclesiastici ritus meminit Ambrosius, de inst. uirg. cap. 17. Virgines, inquit, cum se Deo dicabant, publice à sacerdote ipsas uelante, consecrabantur benedictione, certisq; uerbis rite prolatis ab eo, uniuerso que populo respondente & acclamante, Amen. Est harum virginum sacrarum in Ecclesiasticis decretis, in sanctorum scriptis, & in utriusq; Ecclesie Græcæ & Latine historia, tam frequens memoria, ut non credam necessarium, in adducendis locis, tempus expendere. Ritus autem consecrationis in Pontificali libro Romano continetur. Tempus eiusdem consecrationis erat, in Epiphania & in albis Paschæ, ut docet de ea re Pii primi, Pontificis decretum. Sub anno 147. post consecrationem, quemadmodum nunc post professionem uelum accipiebant, ita ut non alio mihi consecratio à professione distare uideatur, quam quod illa esset muta quædam aut tacita professio, quam, quæ accipiebant, certum erat apud omnes fideles, perpetuam uirginitatem promittere, contra, professio sit uerbalis quædam consecratio. Sed ad antiquitatis testimonia reuertor.

De his sacris virginibus Ignatius Apostolorum discipulus, ad Tolenses scribit. Eas, quæ in uirginitate sunt honoratæ sicut sacras Christo.

Iustinus martyr, in secunda apologia pro Christianis, aperte testatur, esse tunc, apud Christianos plerasq; & plerofq;, sexaginta atque septuaginta annos notos, qui incorrupti permanerent, Quo loco, & si uoti non meminerit, pro eius fortasse seculi simplicitate ac candore, ex Ecclesiastica tamen eius temporis consuetudine, qua quod in reliqui auctoribus uidemus, mos erat frequentissimus uirginibus, consecrandi se Domino, non dubito eum, non de uoluntaria uirginitate duntaxat, sed illa, quæ Deo uoto nuncupata erat, uerba facere.

Tertullianus Afer, lib. de uelatis uirginibus, eas uirgines, quæ in Ecclesias uelate ueniebant, sua etate, *Virgines Dei uocat*, contra eas quæ in compitis, ciuitatis & vicis, aperto capite incederent, in Ecclesiis uero ad querendos maritos nudarent capita, quantumq; Christianæ forent, *Virgines hominum uocat*. Quo uerborum schemata, uirgines sacras, & Deo iam per uotum castitatis coniunctas,

atque adeo maritis non egentes, à uirginibus laicis, & quæ specie ac pulchritudine Christianos uiros, quærent, eundem distinguere. Neque beatus Rhenanus alioqui Ecclesiasticis dogmatibus, haud impense æquus dissimulare non potuit. In eodem libro prope finem, in hunc modum uirgines sacras alloquitur. Ut statum uirginis conserues, mentire aliquid ex his quæ sunt, ut soli Deo exhibeas ueritatem, quamq; non metiris nuptiam. Nupsisti enim Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti uirginitatem tuam, in eodem secundum sponsi tui uoluntatem. Christus est, qui in alienas sponsas & maritas uelari iubet, utiq; multo magis suas. Hæc Tertullianus. Libro demum exhortatorio ad castitatem, uirgines in Ecclesia ordinari docet, per quam ordinationem, haud aliud quam consecrationem, quæ publico ac solemni uoto, edi solita erat, intelligit. Nam sacros ordines uirgo non recipit, iuxta illam constitutionem Apostolicam, *Virgo non ordinatur*, mandatum enim Domini non habemus, propositi enim hoc est certamen, non ad uituperationem nuptiarum, sed ad exercitium pietatis. Verba autem Tertulliani sic habent. Quæ igitur & quæ in Ecclesiis, ordinari in Ecclesia solent, quæ Deo nubere maluerunt, quæ carnis suæ honorem constituerunt, quæq; se iam illius pudoris filias dicauerunt, occidentes in se concupiscentiam non libidinis, & totum illud, quod intra paradysum non potuit admitti.

Cyprianus Carthaginensis Episcopus, frequentissime sacrarum & Deo dicatarum uirginum meminit, sed præsertim lib. 1. Epist. 11. ad Ponnionii fratrem, qua asserit, uirgines Deo dicatas, ac detestatas dormisse cum uiris, per manus obstetricum inspicendas esse, & quæ uirgines inuenta fuerint, Ecclesie admitti, quæ uero corruptæ ad penitentiam duci debere. Legimus (inquit, cum tribus aliis Episcopis ac nonnullis Presbyteris) literas tuas frater charissime, quas per Paconium fratrem nostrum misisti, postulans & desiderans, ut tibi rescriberemus, quid nobis de his uirginibus, uideatur, quæ cum semel statum suum continenter & firmiter tenere decreuerint, detectæ sunt postea in eodem lecto pariter mansisse cum masculis. Et subinde, Quod si se ex fide Christo dicauerunt, pudicæ & castæ siue ulla fabula perseuerant. Ita fortes & stabiles præmium uirginitatis expectent. Idem siue alius eiusdem, aut certe paulo posterioris temporis auctor, nam martyrii ac corporalis persecutionis meminit, quæ post Christianum imperium profus exoleuit, libro de duplici martyrio, Non ne, inquit uidetis totum Ecclesie carum, demittere uultus atque erubescere, quoties aliqua quæ Christo nupsit, dilapsa ex Euangelico conuubernio, defecit ad stuprum aut ad coniugium?

Clemens Alexandrinus Panteni martyris discipulus in Basilidia nos disputans, Est ergo, ait, continentia, corporis despicientia, conuenienter patetis conuentis cum Deo initis: non solum enim in rebus

rebus ueneris, sed etiã in aliis, quæ anima perperam concupiscit, non contenta necessariis uersatur continentia. Quo loco, & uoti paupertatis uirum sanctum meminisse crediderim. Eius sunt & illa. Dicit Dominus. Qui uxorem duxit, ne expulset, & qui non duxit, ne inducat; qui ex proposito castitatis professus est uxorem non ducere: maneat cælebs. Vtrifq; ergo idem Dominus per Isaiam conuenientes dat promissiones. Et allegat subinde, Locum Isaiæ de Eunuchis, Ne dicat Eunuchus &c.

Origenes Adamantius Clementis Alexandrini discipulus, Bonum est, inquit, & primum, uirginitatis gratiam possidere; si autem hoc non potuerit, sed euenerit ei ut perdat uirum uirginitatem, sed etiam cum ille uiuit, debet habere in animo; ut etiam si non euenerit, uoluntatis ipsius & propositum à Diuino coronetur, & dicat. *Hoc uoueo atque promitto* si humanum mihi aliquid, quod non opto, contigerit, nihil aliud faciam, quam incontaminata uirginitate perseuerem. Idem exponens illud Apostoli, *Nolite fraudare inuicem*, nisi forte ex consensu, ut uacatis orationi, &c. Certum est, inquit, quia impeditur sacrificium indefinens, iis, qui conugalibus necessitatibus seruiunt. Unde uideatur mihi quod illius est solius offerre sacrificium indefinens, qui indefinens & perpetuæ se deouit castitati. Homel. etiam 19. in Lucam. Primus, inquit, castitatis gradus est, ab omni coniugio abstinere. Secundus, unam tantum nuptias experiri, ut coniunx apud se statuatur, & uoueat, si quid coniugi humanitus contigerit, nolle se secundas nuptias inire.

Eusebius Cæsariensis Constantino Magno cœtaneus Christianæ uitæ duo genera distinguit, unum eorum, qui adhuc humanis affectibus detinerentur, quos (haud dubio laicos intelligit, alterum eorum, qui uitæ communis Christianæ rationem transcendere contenderent: quos eos qui mundo renuntiaissent accipit. Quo circa, inquit, in Ecclesia Dei duo etiam uiuendi modi instituti sunt, alter quidem naturam nostram & communem hominum uitæ rationem excedens, *Non nuptias*, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens: totus autem profusus à communi & consueta cunctorum hominum uita ab horrens, & soli Diuino cultui, ex immenso rerum cœlestium amore addictus. Qui hunc modum amplexi sunt, quasi ab hac mortali uita se iuncti, ipsumque duntaxat corpus in terra gerentes cogitatione uero atque animo in cœlo degentes, quasi quidam cœlites, reliquorum hominum uita despiciunt. Quippe qui pro uniuerso genere, *supremo omnium Deo sacrati sunt*: idque non bonum inactionibus, non cruoribus, non libationibus, aut odore ullo, aut fumo, aut ignis deuoratione, cõsumptione uero corporum, sed rectis ueræ pietatis sententiis, & purgati animi affectione, ad hæc o-

peribus quoque ac uerbis, quæ à uirtute proficiscantur, quibus rebus Diuinitatem ipsam placantes suum & pro se ipsis, & pro aliis, qui eiusdem sunt generi, administrant sacerdotium. Et talis quidem existit in Christianismo perfectus uiuendi modus. Hucusq; Eusebius. Eius sunt etiam illa secundum leges noui testamenti, non omnino prohibitum est dare operam liberis: uerum qui sunt sacri ordinis & monachi abstinere debent à concubitu uxorium. *Debent*, inquit, *non decet*, quo uerbo planè, uotum aut legem Ecclesiasticam de seruanda sacerdotibus & monachis castitate, significat. Nam priori loco, de eadem uoti obligatione se loquitur, nuptiarum & sobolis renuntiatio, quam fieri à cultoribus eius perfectæ rationis uiuendi, narrat, planè indicat. Ostendit idè & illud quod inquit, eosdem consecratos &c. Et demum id perfectum uirginitatis Christianæ genus, quod illos de quibus loquitur possidere inquit, planè indicat eum de his loqui, qui iam se se per uotum à seculari uiuendi ratione absciderint. Nam qui adhuc ad secularis uitæ rationem, reuertendi facultatem habet, nondum ad perfectæ uitæ rationem pertinet.

Athanasius Alexandrinus Patriarcha, in hac parte frequentissimus est. In exhortatione ad monachos, planè de uotis loqui uidetur cum inquit. Erat uobis certè corpus firmum, etas integra, rudes animi, quamuis angusta pro humani generi uarietate, patebant, uel negociandi usus, uel studium, militandi diuersæ artes, innumera in actibus mundi agenda facultatis officia. Postremo *non deerat uel pauper uxor*, quæ uiuendi pararet uoluptatem, & in ista humanis sensibus pignorum blandimenta: quæ uos omnia corpore & castis sensibus respicientes, Diuinæ sententiæ formam, religiosis actibus custoditis, dicente scriptura. Quicumque plus me fecerit, domum, aut uxorem, aut filios, non est me dignus. Ita eo loco Athanasius ubi uerbum, *erat aut non deerat*, nuptiarum per uotum renuntiatione significat, nã de illis, qui adhuc nubedi potestate habent, nõ diceret, *non deerat, sed non deest*. Idem in historia Antonii abbatis, eundem sanctum senem in hunc modum monachis loquentem inducit. Hostile illis (loquitur autem de demonibus) contra omnes Christianos, maxime uero contra monachos & uirgines Christi, odium est. Eorum semitis laqueos tendunt, eorum mentes impiis ac obscenis cogitationibus, nituntur euertere. Virgines Christi, non alias, quam quæ uoto castitatis quemadmodum & monachi, Christo fidem suam obstrinxerant: intelligere possumus. Librum deinde, quem de uirginitate inscripsit, nõ ad quascumque uirgines, sed ad eas quæ Christo per uotum castitatis obligatæ erant dedisse multa conuincit. Primum quidem libri titulus *περὶ τῆς ἀσχηλευσίας* de exercitatione, *ἀσχηλευσία* solis Deo dicatis monachis aut uirginibus tribui, nullus qui unquam Græcorum auctorum opera degustauit, ignorat. Deinde hoc idem ostendit, quod statim in eius belli exordio inquit

Lind. in panopl.

Ineiuslib. argum.

lib. 2. Stro. mat.

Cap. 56.

Homil. 17 in Luc.

Li. 8. cõf. Apost. ca. 30.

Homil. 23 in Num.

Lib. 1. de demonibus Euan. ca. 8.

3. lib. in mas.

inquit. Virgines Christi non minus Christo nuptas, quam seculares hominibus. In quam rem illud adducis. Hoc sacramentum magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. De quo loco, sequenti controversia dicemus. Tertio, demonstrat idem, uniuersa illa uiuendi ratio, quam illic prescribit, quam sacris uirginibus, & Deo per uotum castitatis nuncupatis, conuenire non est dubium. Quorum enim arcta illa, ieiunia, mundi & pecuniae contemptus, & reliqua, quae illic prescribit, uirgini adhuc potenti ad humanas nuptias conuerti, dicerentur. Sed ubi res est aperta, coniecturis agere non est necessarium. Illic ergo, quas mentis comites adhibere debeat sacra uirgo, prescribens: non discumbes, inquit, ad edendum panem tuum cum mulieribus solutioribus & scurrilibus, nisi compellat necessitas: *tu enim sacra es Domino Deo*, tuusque cibis ac potus sanctificatus est, nam precibus sacrisque rebus sanctificatur. Virgines pia, Deoq; dedit, tecum capiant cibum. Docet deinde, uirgines Deo dicatas, sub regula esse debere. Vt, inquit, uirgini, quae non est sub regula. Est enim ueluti nauis non habens gubernatorem. Etenim cum fractis gubernaculis, non habeat uiae ductorem, iactatur fluctibus &c. Libro demum de passione & cruce Domini, Omnes, inquit, professi sumus, & omnes debitores sumus professionis, adeo ut necesse sit persolvere uirginem quidem uirginitate, quam professsa est, continentes uero continentiam, coniugatos pudicitiam, mutuanque; inter ipsos charitatem & amorem, quo loco nihil potest esse expressius.

Hylarius Pictauiorum in Gallia Narbonensi Episcopus, qui in Constantium Augustum librum scripsit, in expositione illorum uerborum, *Tibi reddetur* uotum in Hierusalem, in Gentium Philosophos disputans. Cernimus, inquit, nudos Philosophos algere, ipsi etiam coniugiorum usu, magistri abstinent. Haeretici sicco panis cibo uiuunt. Sed quis tandem, ociosi huius propositi profectus est? Totum hoc maneat ridiculum est, & cum ipsis superstitionis causis miserabile. *Deo ergo* uouenda sunt, contemptus corporis, castitatis custodia, ieiunium tolerantia, atque ideo ait. Et tibi reddetur uotum in Hierusalem. *Epiphanius* Constantiae Cypri Episcopus, in Apostolicos haereticos scribens, usum uotorum castitatis, eo tempore in Ecclesia fuisse, docet ab Apostolis acceptum. Verum quoniam eius de hac re testimonium, primo huius capituli loco collocauimus, & multa ex eodem inferius, cum locum illum Apostoli, *Melius est nubere quam ui*, interpretemur, sumus allaturi, hic ab eorum dem locorum recitatione supersedeo. Meminit & in Ariomanitas, uirginum septingentarum castitatem professarum, quas Arrius seduxerit. Sed hunc locum, cum ad historiam pertineat, inferius, cum uota in Ecclesia fuisse, ex Ecclesiastica historia demonstremus, referemus.

Vt ad Basilium Caesariensem Capadociae Ar

chiepiscopum, cuius scripta adeo uoti mentione sunt reserua, ut is a quibusdam nostrorum temporum haereticis, uotorum castitatis, in Ecclesia auctor fuisse referatur. Cum tamen non uotorum auctor, sed monasteriorum in quibus sacrae uirgines uiuerent, ut de illo Nazianzenus memoriae prodidit, fuerit institutor. Immo uero non ille primus omnium, monachorum & sanctimonialium coenobia excogitauit, cum multa antea extitisse, eorum qui excellentium monachorum uitas descriperunt, Athanasii, Dorothei, Hieronymi, Theodoriti, Palladii, &c. Scripta testatur, sed eos ad urbes & oppida deduxit, ut ab his populus Deo gratiam iuendi rationem ac cultum Diuinum ediscerent. Itaque gregori Nazianzeni de hac re uerba subiicere non pigebit. De ipsius uero castitate, habeo tantum dicere, quod eam usque ad extremum diligentissime seruari. Integer enim corpore, & omnis expertus, perpetuo permansit. Cum nulla magis uirtus angelis celestibus, & comparari possit, quam etsi quidam matrimonio inferiorum putant, quod humanum genus ex ea deficere uideatur, magnopere tamen errarunt. Neque Deus ipse, nisi discipulis suis, & se plane sequentibus, tradere uoluisset exemplum, uirgo ex uirgine natus permansisset. Basilus igitur hanc adeo dilexit, ut de uera uirginitate sermonem etiam conscripserit, per quem corporis pulchritudinem, in animae decorum transfert. Omnis enim gloria filiae regis ab intus. Nam exterior quidem pulchritudo, facile corrumpitur: materiam libidini & incontinentiae praebet. Interior autem Christo tantum sese uero sponso manifestat, cui prudentes illae uirgines obuiam eunt. Ut autem non solum sibi, sed & aliis quoque proficeret, primus coenobia excogitauit, ritumque illum monachorum antiquum atque agrestem, ad ordinem formulamque religioni propriam reduxit. Cum enim animaduertisset, eos, qui in communi uita, hoc est, inter alios mixtum agunt monasticam, licet abstinentiam seruent, aliis quidem utiles, sibi uero nequaquam existere, cum in multis eos necesse sit uersari malis, quae uita quietae ac plane perfectae, contraria uidentur, eos uero, qui in solitudine procul ab aliis agunt, firmiores sane proposito, magisque Deo coniunctos quam supradictos uideret attamen sibi tantum utiles, cum rerum experientiam nequaquam tenent, nec cum aliis commercium ullum habeant, utrumque uita genus coniungere conatus est. Quamobrem monachorum coenobia, haud procul ab his, qui in hominum societate uiuunt, aedificari iussit, neque omnino separauit, ut & propinquitate, cum opus charitatis exposceret, adesse ualerent, disiti alioqui propriis terminis, ne quies eorum, aut pax, interrumpi per multitudinem posset, nec ipsi monachi actionis merito, quod ex impendenda aliis pietate esset, priuarerent, neque rursus eorum actio, per tumultus, inutilis efficeretur. Ut alter alterum hoc modo iuuare posset, & monachorum uitam con-

Gregori
Nazianzeno.

conuersationem eorum, qui in communi agunt, pia fiet, & ipsi ex monachis quietem, constantiam, sapientiam, contemplationem, ediscerent. Quemadmodum tellus ac pontus inuicem se iuuant ac suscipiunt. Haecenus de Basilio Theologus. Hos ergo ubi coegisset Basilius in urbes, ac e monachis & Anachoritis, coenobitas fecisset, uiuendi regulam Euangelio consentaneam illis conscripsit, tribus uotis, paupertatis, obedientiae, & castitatis munitam, quam ab eo tempore in summo pretio habuit, & nunc habet Orientalis Ecclesia, quae admodum & occidentalis, sumptas inde, Benedicti, Francisci, Dominici, Augustini, Bernardi, &c. Sunt Basilius ad monachos & uirgines, non quoscunque, sed quos ille huiusmodi regula, donauerat quae nunc plane & tunc uota habet castitatis, multa opuscula, sermones & tractatus. Ex quibus nunc habentur, constitutiones asceticae, siue exercitatoriae aut monachales. Item, sermones exercitatorii siue monachales, numero septem: quorum quarto, professionis castitatis aperte meminit. Itaque ait, ante promissionem castae uitae, licet uolenti, iuxta id quod concessum ac legitimum est, & uitae consequentiam sibi congruam diffinire, & se ipsum nuptiarum coniugio committere. Verum, eum, qui praecipuus est, per propriam professionem, custodire conuenit se ipsum Deo, uelut sacra quaedam Deo dicata donaria, ut ne sacrilegii crimen incurrat, sed ne dicatum per professionem Deo corpus, rursus communis uitae ministerio sordidum faciat. Meminit eiusdem professioni sermone 6. ad quandam canonicam, id est, uita regularis obseruatricem. Reuera, inquit, non paruum certamen est, ut is qui professus est, ea, quae ad professionem consequuntur, superinducat, &c. Librum demum de uera uirginitate, non ad quascunque uirgines, sed astrictas uoto castitatis, ab eo scriptum, multa quae in eo libro continentur, indicant. Illud tamen ad suadendum satis esse uidetur, quod in eo scripsit. Multae uirgines uirginitate professae, per dilectionis nomen, paulatim ad affectus carnis praesens consuetudine delatae, meretrices & adulterae atque alienae non solum ab omni desponsatione, sed etiam a legitimis secundum carnem nuptiis, penitus deprehensae sunt. Uirginitatem enim Domino professae, deinde a carnis uoluptatibus concitatae, scortationis peccatum, nuptiarum nomine, uelare uolunt; non ignorantes, opinor etiam si ignorantiam simulent, quod quae sponsi sui dexteram praeteriit, neque huius est sponsa, quem illegitime reliquit, neque illius, cui seipsam, per affectum uiciosum adiunxit, iuxta leges uxor reperiri potest, &c. Meminit idem Basilius in Epistola ad Amphilochiu, can. 18. 19. 20. & 24. uotorum castitatis uirginum, monachorum, & uiduarum. Hinc quorundam nostrae memoriae nebulonum sententia confunditur, qui opus illud *Ασκητικόν*, id est, de monasticiis exercitiis, haeretica plane licentia, Basilio detrahunt, nescio cui Eustachio Sebastienis tribuentes,

Nam cum stylus & dicendi character si idem qui Basilius, & constet Basilius omnium primum asceticorum siue monachorum coetus in saniore formam per regulam reductos, in urbes aduocasse, ut ex Gregorii Monodia & ex multis Epistolis, praesertim, 63. & 73. colligitur, quae impudentia est illi hoc opus adimere? Deinde, constat Rufini testimonio, Basilius instituta monachorum scripsisse. Quae ergo alia esse suspicari possumus, quam ista, quae tum Graece, tum latine, eius nomine circumferuntur, cum neque eruditio, neque stylus dissideant. In eo autem libro ea uerba continentur, nempe asceticis siue monachalibus, omne tempus primae aetatis oportunitate esse dicimus, ad suscipiendam eruditionem & timorem Domini, firma tamen erit professio uirginitatis, ex qua adulta iam aetas esse coeperit, & quae solet nuptiis apta deputari. Oportet tamen infantes uoluntate & consensu parentum, immo ab ipsis praetibus oblatos, sub testimonio plurimorum suscipi. Ut omnis occasio maledicti gratia, excludatur, hominum plurimorum. Haecenus Basilius.

Gregorius Nazianzenus quid in hac parte sentiret, ut cognosceremus, satis erant, quae antea ex eius Monodia, attulimus; sed is quoque, tum alibi multoties, tum in oratione quaedam, qua interpretatur illud, *Non omnes* capiunt uerbum istud, &c. cuius a nobis antea non semel facta mentio est. Et oratione ad uirginem quandam, multa de Christi sponsarum uirginitate tradit. Virgo, inquit, sponsa Christi sponsum tuum semper glorifica, te ipsam tam sermone quam sapientia puram coferua, quo splendida uiuas cum splendido, in secula, siquidem coniugium hoc, longe praestantius est, quam corruptibile. Et rursus. Sed & hoc audi uirgo, nequaquam illi qui praesens, cohabita, cum Christum habeas sponsum, qui ob puritatem tuam Zelotypus existit. Et iterum. Proinde uirgines solum Christo uigilate, letaque; sponsum lampadibus suscipite, quo una ingredienti, sponsi pulchritudinem inspicere, & supernis admisceri ualeatis mysteriis. Etenim uero supposita eorum temporum consuetudine, qua iam passim, non modo in paternis domibus, sed cateruatim in monasteriis, sub unius praesentis administratione, uirgines uota Christo castitatis reddebant, ego alias Christi sponsas intelligere nequeo, quam, eas, quae illi iam per uotum, fidem castitatis obstrinxerant. Et quid obsecro aliud possumus coniugium earum & Christi in hac parte accipere, quam uotum, per quod, ut Athanasius & Basilius libris de uirginitate scribunt, uirgo Christo non minus uere nubet, quam si uiro alteri corruptibili nubet. Immo uero non tantum propriorum uotorum, sed alienorum quoque usum tunc fuisse, qui tamen nunc exoleuit, eius oratio in funere matris, Basilio praesente, satis testatur. Refert enim illum, se ac fratres suos, antequam, ederentur, a matre Deo solitos offerri, quod & de beati Bernardi matre, in eius uita, Alemenus Monachus

lib. 1. Ecclesi-
ast. c. 11.

Math. 19.

Vide sermo
5. exercita-
tor Basil.

Monachus Altrifiodorensis quoque; memoriae prodidit. Ceterum, inquit Gregorius; quae ad nos pertinent, nec memoria fortalis sunt digna tanquam indignissimus, ut quid de nobis sperari deberet: idicium tamē sint magni illius conatus; nos enim antequam nasceremur Deo uouit, nequaquam de futuro sollicita, & quam primum nati essemus, Deo se nos oblaturam nec oratione sua est defraudata; neque ille hostiam oblatam reiecit &c. In oratione demum funebri pro sorore Gorgonia, eandem, uirginitatem cum nuptiis copulasse, inquit, quod profecto alia ratione quam communi eius ac uiri voto: ac promissione, quemadmodum de aliis quoque; sanctis uiris ac foeminis legimus, fieri potuisse, non potest intelligi. Sed de Gregorio satis.

Gregorius alter Basilii frater Nifenus Episcopus, librum de uirginitate edidit elegantissimum; quem non ad quascumque; sed ad sacras Deo uirgines, quas frater eius Basilus, regula, & religiosus institutus formauerat, scribere multa in eodem libro conuincunt.

Zeno Veronensis Episcopus, Ambrosio Mediolanensi, paulo antiquior, multa de sacris uirginibus in quadam homilia de continentia scripsit. Esse quae suo tempore in usu uirginitatis & castitatis vota, satis indicat Epistola. 64. eiusdem Ambrosii, quae est ad Syagrium Zenonis successorem qui uirginem sacrā, de stupro à quibusdā falso accusatā, atque à Zenone absolutā, rursus ad eorūdem fortasse petitionem, ab obstetricibus inspicere fecerat. De qua re ab eodem Ambrosio reprehenditur.

De ipso iam Ambrosio dicamus, cuius aetate, non modò vota castitatis & continentiae sed uirginum amplissima monasteria, in formā eius, quae nunc est religionis, in Latina Ecclesia constituta fuisse, adeo est etiā aduersariis persuasum ut eundem huius rei auctorem fuisse putent. Itaque is, libro 3. de uirginibus. Discite, inquit, quantas Alexandria totiusque orientis & Africana Ecclesia, quotannis sacrare cōsueuerit. Pauciores hinc homines prodeunt, quam illic uirgines cōsecrantur. Item mox. Atunt etiam plerique; maturioris aetatis uirgines esse uelandas: neque ego abnuo, sacerdotalis esse cautionis debere, ut non temere puella ueletur. Spectet planē, spectet aetate sacerdos, sed fidei uel pudoris spectet & maturitatem uerecundiae, examinet grauitatis canonicum morum senectam, pudicitiae annos animos castitatis. Tamen deinde si matris tuta custodia, comitū sobria sedulitas, si haec praesto sunt, non deest uirgini longeva canities, si haec defunt, differatur puella maioribus quam annis. Et inferius paulo. Ne mirere in adolescentulis professionē, cum legeris in paruulis passionē. Haec tenus Ambrosius scribit & ille librum exhortatoriū ad uirginē deuotā quam non aliam intelligit, quā eā, quae se Christo deuouit. In quo inter alia ita inquit. Deuouisti animā tuā ad destruēda oīa, quae sunt huius seculi. Quomodo autem, quid quaeris seculū, cui renuntiasti? &c. Et rursus. Vbi sunt illa, pro quibus fidē opposueras, quā perdidisti,

si, melius enim fuerat, te non uouisse quā uouere & non facere. Scripsit & librum ad uirginē lapsam & Christo dicatā, quod ex eius libri initio manifestē proditur. Virgo, inquit, nobilis dicata Christo, sapiens, erudita, ruit in foueam turpitudinis, & pepercit iniquitatē. Eius sunt demum illa uerba. Sed ille iter facit Domino Christianus, qui professionis suae exhibet ei fidele seruitiū, & castitatē, quā promisit custodit, tamē me quā corpore. Sūt. n. plerique; qui singularē uitā proponētēs, singuli esse non possunt.

Hieronymus, tot diuersis operibus & tractatibus, uotorū castitatis, non modò in uirginibus & uiduis, sed etiā in coniugibus habet testimonia ut si huc omnia essent afferenda, iustū uolumen efficerent. Libabimus tamen potissima quaeque; non tam necessitate coacti, cum ex Paulini loci interpretatione, quid ille non modò de sua aetate, sed Apostolica etiam, sentiat, satis sit exploratum, quam ut praecipuorum Sanctorum patrum sententias hic necemus. Is igitur in illa Apostoli uerba, *Si acceperis uxorem non peccasti*. Illos, inquit, dicit non peccare si nubant, qui nondum Deo uouerint castitatem. Ceterum eos, qui uel in corde suo eam Deo promiserint, habere damnationem, si ad nuptias descendant, quia primam fidem irritam faciunt. In Epistolam ad Thessalonicen. priorem, in illa uerba, *Quoniam uindex Dominus de his omnibus*, Non solum inquit, de fornicatione & publica turpitudine, sed etiam de proposito transgressione. Quisquis enim continentiam Deo uouerit, fecit sibi illicitum, quod licebat. Rursus in Epistola ad Timot. priorem, in illa uerba, *Habentes damnationem &c.* Haec regula, inquit, non solum in uiduis, sed in uirginibus continentibus, quae primam fidem irritam fecerunt, intelligenda est. Epistola ad Demetriadem secunda, plena est huiusmodi testimoniis, quae in hac parte, an sit Hieronymi, an alicuius alterius parum interest, cum ab ea, non doctrinā, sed eius aetatis testimonium postulemus. Neque uerò, ut de eius auctore dubitem Erasmi hominis, omnium, quos unquam ulla secula tulerunt, inferendis in hac parte iudiciis, leuissimi, ac planē ridiculi, censura cogit sed quod uideam, ueterum quosdam, de eadem dubitasse, ut August. & Bedam. In ea itaque; eius auctor, quem neque eius temporis, neque doctum, nullus unquam haereticus, neque Erasmus ipse negare potest, eandem uirginem ita alloquitur. Contempsisti uirgo coniugium licitum tibi, priusquam contemneretur, maioris praemii amore flagrans uouisti Deo non imperatam, sed laudatam uirginitatem, consilio Apostoli, legem tuam fecisti latiorē, certaminis ingressa campum, non tam laboreni, quam brauium uictoriae cogitasti. Legeras credo, illud Euangelicum, de perpetua castitate praconium, & ipsius te Domini sermo ad amorem seruandae uirginitatis accēderat; qui Petri super hoc sententiam, ipsa rei magnitudine, ac difficultate laudauerat. & uoluntariis spadonibus regnum caelorum promit-

promittens ait. Qui potest capere, capiat. Rem itaque; tam magnam non impero, sed offero, &c. Meminit subinde professionis castitatis Demetriadis, frequentissimē. libro de laude uirginitatis, sacras uirgines ad altare solitas consecrari docet, & eadem Dei sponsas per uotū effectas docet. In obiurgatione Susanæ, Non es, inquit, memorata diem sanctum, diem Dominicæ resurrectionis, in quo Diuino altari te obtulisti, uelanda: in tanto namque solemnī conuentu Ecclesiae Dei, inter lumina neophitorum, inter candidatos regni caelestis, quasi regina regi nuptura processeras. non est memorata, qualis ad te die illo est facta allocutio: *Aspice filia*, intuerē uirgo, quantus ad sponsi tui & Domini gloriam conuenerit populus, seruare te oportet fidem, quam sub tantis testibus polliceris. Semper cogita, cui uirginitatem tuā sponderis: facilius te oportet, sanguinem cum spiritu fundere, quam perdere castitatem. Quantis in illo die consecrationis tuae dictis, & multis super castitate praconis, sacro uelamine tecta es: ubi omnis populus dotem tuam subscribens: non atramento, sed spiritu pariter acclamauit, *Amen*. Neque tantum uirgines aut uiduas, sed coniuges quoque; Hieronymi tempore, uota castitatis ex consensu emittere solitas, idem in Epistola ad Rusticum testatur. Narrauit, inquit, mihi uxor quondam tua, nunc soror atque conserua, quod iuxta praecceptum Apostoli, ex consensu abstineritis uos ab opere nuptiarum, ut uacaretis orationum. Et subinde. Redde igitur, quod praesente Domino spondidisti, &c. In Epistola ad Sabinianum Diaconum. Mos esse, inquit, in Aegypti & Syriae monasteriis, ut tam uidua quam uirgo crinem abscisum monasteriorum matribus offerant, & à sacerdote flameum ad altare suscipiant. Verum cum Hieronymus in hac parte aduersarij hostē, ut illi absque ullo pudore confitentur, iuratisimum habeat, ex eius libris plura testimonia colligere, non est necessarium.

Ioan. Chrysostomus multa sui temporis habet testimonia, sed ex multis pauca huc proferemus. Libro 3. de Sacerdotio aperte uirginum professionis uita, eius scilicet, quae nullo vinculo religionis tenetur (nam aliarum licet est iudicium) enarrasset, At uirgo, inquit, ad maiora se accinxit certamina, ut potē quae caelestis illius Philosophiae emulatrix, profiteretur se angelicam uitam in terris referre: cui item propositum est, illa eadem praestare, quae caelestis illae atque incorporeae uirtutes praestant. Et subinde. Neque enim hic agitur de marito, sed de Christi neglectu ac contemptu, neque ipsa sterilitas probum ignominiamque; tantum, sed interitionem parit. Et rursus. Iam uirgini, quam sponsus Christus aderit, non satis est accepto libello repudii abire, sed odii illius penas luit, supplicium aeternum. Meminit & uoti castitatis ad Theodorum monachum scribens,

qui locus in sequenti disputatione narrabitur. Denique libro de uirginitate cap. 39. de qua uirgine aut uidua locatur Apostolus, cum inquit, *Dico autem non nuptis & uiduis, &c.* exponit, docens non de his, quae se voto Christo consecrarunt, sed de liberis & solutis uirginibus & uiduis, eo loco fieri sermonem. Quod testimonium etiam sequenti disputationi, qua de uoti obligatione agemus, referuamus.

Optatus Afer, Episcopus Meleuitanus, Ambrosio, Hieronymo, & Augustino, coetaneus, suo tempore per Africam frequentissimum fuisse, uotorum usum, non uno loco significare uidetur, lib. 2. de Schismate aduersus Parmenianum, quod opus Augustinus magnopere lib. 1. contra Epist. Parmeniani commendat, inter reliqua scelera donatistarum, illud quoque; commemorat, quod quidam eorum Episcopi, uirgines quasdam Deo sacras constuprauerunt. Inde, ait, reuertens Urbanus Formensis, & Felix Idicriensis, inuenerunt matres, quas de castimonialibus fecerunt mulieres. Ecce quales frater Parmeniane Episcopos celebras. Et subinde. Interea supra memoratus Felix inter crimina sua, & facinora nefanda, ab eodem comprehensa puella, cui mitellam ipse imposuerat, à qua paulo ante pater vocabatur, nefarie incestare minimè dubitauit. Et quasi de peccato sanctior fieret, sedi uelociter properauit. Libro item 6. in Donatistas inuehitur, quod semel sacratas Deo uirgines, & iam professas castitatē, mitellis, quod indumenti genus, Deo deuota uirginitatis insignie apud eos erat, impositis, iterum profiteri cogent. Spirituale, inquit, hoc genus nubedi est, in nuptias sponsi iam uenerat uoluntate, ex professione sua, & ut secularibus nuptiis se renuntiasse monstrarent, spirituali sponso soluerant crines: iam caelestes celebrauerant nuptias. Quid est, quod eas iterum crines, soluere coegistis? Quid, inquam, quod ab ipsis per uos exacta est professio secunda? Quis est alter spiritualis sponsus, cui iterum nubent? Quando mortuus est, cui nupsit, ut iterum nubant? Nudastis denuo capita iam uelata, de quibus professionis detraxistis indicia, quae contra raptos aut petitores, uidentur inuenta. In mitella, indicium est uoluntatis, non castitatis auxilium, ut eam iam dum deuotam, ne quoniam sponsabat, perseveret petere, aut ne raptor audeat violare. Signum est ergo, non sacramentum. Inuenistis igitur huiusmodi uirgines, quae iam spiritualiter nupsent, quasi secundo coegistis ad nuptias, ut crines iterum soluerent, imperastis. Hoc nec mulieres patiuntur, quae carnaliter nubunt: ex quibus si alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis festiuitas: non in altum tollitur: non populi frequentia procuratur: detraxistis igitur, non capitis ornamenta, sed, ut supra diximus, bonae uoluntatis indicia: iam consecratas Deo aspersistis, etiam falsa aqua perfudistis. Haec tenus Optatus.

August.

Augustinus Hipponensis Episcopus in eo illo scriptorum pelago, tam est in cōmemorandis, sui temporis, votis assiduus, ut à quibusdam aduersariis, cum scholasticis & posteriora temporum auctoribus, tanquā superstitiosus condēntur. Is ergo tractatu. 9. In Ioānis Euāgelium. Illi, inquit, qui uirginitatem Deo uouēt, quāquā ampliorē gradū honoris, & sanctitatis in Ecclesia te neant, non tamen sine nuptiis sunt: nā & ipsi pertinent ad nuptias cum tota Ecclesia, in quibus nuptiis spōsus est Christus. Tractatu deīde. 13. Omnis, ait, Ecclesie, uirgo appellata est. Diuersa mēbra Ecclesia, diuersis donis appellari uideatis, atq; gaudere: alii coniugati, alia cōiugate, alii uidiuati uxoribus, ultra nō quærunt, alia uidiuata maritis, ultra nō quærunt: alii integritatem ab ineūte ætate conseruant, alia uirginitatem suam Deo deuouerunt. Is ipse in psal. 75. in illa uerba, *Vouete & reddite, &c.* Posteaquam omnibus Christianis, uota quædam esse cōmunia, dixit, quæ non sunt alia, quā Diuina præcepta. Sunt etiam, inquit, uota propria singulorum: alius uouet Deo castitatem cōiugalem, ut præter uxorem suam nō nouerit alia; sic & fœmina, ut præter uirum suum, non nouerit alium; Alij etiam uouent, & sic experti tale coniugium, ultra nihil tale pati, nihil tale concupiscere aut sustinere, & ipsi uouerunt aliquid maius quā illi. Alij uirginitatem ipsam, ab ineunte ætate uouent, ut nihil tale vel experiantur, quale illi experti sunt, & reliquerunt. Et isti uouerunt plurimum. Alii uouent, domum suam esse hospitalem omnibus sanctis aduenientibus &c. Postremo, in præfatione, libri de bono coniugali, & lib. contra hæreses, dum Iouiniani hæretici errorem describit, multas sanctimoniales uirgines, iā ætate pronectas, eius persuasione, ad matrimonia descisse docet, sed eius multa testimonia, sequenti disputatione, collocabimus.

Hilarius, non ille Pictauiensis, qui non paucis annis Augustinū præcessit, ut potē qui in Constantium, Constantini, magni, filium, Atrianum imperatorem scripsit, cuiusq; summo cum honore Augustinus quasi ueteris scriptoris, Epist. 48. lib. 2. de Doctrina Christiana, lib. 6. de Trinitate, Libro de Natura & gratia contra Pelagianos. c. 62. lib. contra duas Epistol. Pelag. c. 4. & lib. 1. contra Iulianū meminit, cuiusq; nos antea testimoniū collocauimus, sed ut ex eius Epistolis colligitur, Syracusanus episcopus, in Epistol. priori ad Augustinum, Sciatis, inquit, sanctitas tua, fratrem meum, cuius maximè causa hinc discessimus, cum matrona sua ex consensu, perfectam Deo continentiam deuouisse.

Fulgentius Afer Episcopus, Ruspenis, eiusdē fere ætatis homo, in Epistola ad Gallam uiduam, multa de Christiana uirginitate philosophatur, quæ planè, non ad uirginitatem illam liberam, & uoto solutam, sed ad illam quæ tūc tēporis, quod i operibus Am brosii: Hieronymi &c. planè deprehē-

ditur, erat in usu Ecclesie frequētissimo, uoto scilicet obligata, necessario pertinere uidetur. Idem in Epistola ad Probam, de uirginitate, planè indicat se, non de uirginitate, quacunque sed de Christo deuota, uerba facere. Et ne ad id probandū totam penè eam Epistolam afferamus, eius per oratio satis hoc indicat. Hæc, inquit, humili compunctione considera, & uirginitatē, quam Deo uouisti, non solum carnis integritate, sed cordis humilitate conserua.

Timotheus, cuius Genadius & Saluianus Episcopus meminerunt, qui per eadem tempora, occulto uerò nomine, quatuor libros, nō minori eruditione, quam zelo Ecclesiastico plenos, ad Ecclesiam dedit, posteaquam de uiduali cōtinentia uerba; uirginitate multa locutus fuisset, de coniugatis ita loquitur. Nam de coniugibus, cōtinentiā professis, & spiritu Dei plenis dubitare quis debeat, quin sua hereditibus mūdānis seruire nolint, qui seipos mūdo eliminauerint? quomodò enim ad se pertinētia, aliis addicāt, qui ipsos se sibi denegant? tam noua. n. uirtute præditi, concessasq; & quod maius est, expertas corporum voluptates admirabilis continentie, auctoritate, calcantes, quemadmodum aliquid rerum suarum, non Deo uoueant, qui ipsum intra Deum esse fecerunt. Et subinde. Transeamus ad sacras uirgines, quibus legem deuotionis saluator ipse præscripsit, exemplo scilicet decem uirginum. &c.

Reliquorum temporum auctores, Gregorium dico Romanum Pontificem, Bedam presbyterū, Rabanum, Maurum, Prosperū Aquitanicum, Anselmum Cantuariensem, Ricardum & Hugonem de S. Victore, Bernardum, Rupertum Tuitiensem, & si qui sunt alij, qui sub ortis in occidenti religionibus claruerunt, cum fuerint maiori ex parte ordinis S. Benedicti, aut aliarum religionum, quas scimus uoto castitatis obstrictas, in hanc re huc uelle proferre, ociosum esset, eos enim non modò uotum meminisse, sed uniuersam, quæ hodie in Ecclesiasticis scholis uersatur, doctrinā tradidisse, satis norunt aduersarii. Minusq; de his auctoribus, qui à trecentis annis theologiam pertractarunt, ambigere licebit, cum omnes post Lombardum distin. 38. 4. Sentent. & simplicis & solemnis uoti doctissimè naturam & obligationē discussissent.

OSTENDITUR VOTORVM
castitatis antiquitas, ex ecclesiasticis
sanctionibus. Cap. 17.

HINC IAM, quo loco eorum & quorundam aliorum semichristianorum, qui docent uotum castitatis usum, rem esse in Ecclesia nouitiam, & à monachis inuentam, sit habenda, uideri poterit. Verum ad tertium disputationis locum, id est, ad Ecclesiastica decreta, iam ueniamus. In qua parte caput quoq; futurū, erat Apostolicus

Apostolicus canon, apud Epiphanium, cuius antea meminimus, nisi satis esset, eum semel illic collocasse. Vnde ad reliquorum temporum, quæ Apostolos subsecuta sunt, concilia & Ecclesiasticas definitiones, gradum facere oportet.

In quorum ordine, primum ab Apostolico seculo, Ancyranum, post Marcellinum Pontificem celebratum, occurrit, circa annos Domini. 308. neque enim ante ea tēpora, Ecclesiasticis patribus, ob uarias tyrānorum persecutiones, concilia cogere licuit, nisi fortasse cōcilium appellare libeat, Carthaginense illud, quod de rebaptizandis in uniuersum hæreticis, sub Cypriano Episcopo, & Martyre, legem fidei contrariam tulit, & illud quod sub Dionysio Romano Pontifice, & Aureliano Imperatore, ad Pauli Samosatensis hæretici dispositionem, auctore Eusebio, coactum est: quæ cum haberent causas particulares, & si concilia uocanda essent (quod tamen aggregatoribus nunquam placuit) non est mirandum uoti castitatis non fuisse mentionem, cum neq; aliarum rerum, quas certum est ad uitam Christianam pertinere, non meminerint. Ancyranum ergo concilium, quod primū omnium post Apostolica tempora, & nomen concilii obtinuit, & de uitæ Christianæ moribus, cepit animaduertere, can. 19. ita statuitur: Quot quot uirginitatem pollicitam præuaricati sunt, *professio ne contempta*, inter digamos, id est: qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debent. Uirgines autem puellas, quæ tamquam sorores, cum nonnullis uiris habitare uolunt, ab eorum confortio prohibemus. In quæ uerba Theodorus Balsamon, eos, qui suam Deo professionem, uotumque de uirginitate seruanda, irritum reddunt, patres digamorum definitioni, hoc est, pœnæ subiiciunt. Quia autem nonnullæ uirgines se futuras professæ, multos offendebant, eo quod cum quibusdam uiris habitabant, qui dicebantur esse earū fratres, hoc quoque patres prohibuerunt. Verum de huius canonis pœna, sequenti disputatione dicemus.

Gangresis Synodus sub tempora Constantini magni & Siluestri Romani Pont. tum cōpluribus aliis locis, tum uerò canon. 9. Sacrarum uirginum & continentium, in hæc uerba meminit. Si quis uel uirginitatem, uel continentiam professus, tanquā abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc solum, quod continentie & uirginitatis bonum, sanctum propositum est, anathema sit. Rursusq; canone. 10.

Si quis propter Deum Uirginitatem professus, in coniugio positus per arrogantiam uituperauit anathema sit.

Meminit & Illibertinum concilium, sub eadem tempora, celebratum in Hispania ueteriori, can. 13. Uirginum Deo dicatarum, sed ille canon, ad futuram disputationem, de uoti obligatione, pertinet.

Synodus Carthaginensis prima, sub Marco Pon-

tifice celebrata, nomine sanctimonialium, quas non tantum uirgines, sed reliquis quoq; uotis religionis astrictas, intelligere oportet, uirginum uoto castitatis obligatarum, in hæc uerba meminit. Nullus igitur nullaq; sanctimonie & uirginitati, deseruiens, propter blasphemiam Ecclesie, si uobis placet, in una domo cum extraneis penitus cōmorari debent. Vniuersi dixerunt. Qui nolunt nubere, & pudicitie meliorem eligunt partem, hæc uitare debent.

Romana Synodus secunda, sub eodem Siluestro, Sacris Deo uirginibus nuptiales benedictiones ab Episcopis impertiri prohibuit, ante probatam pudicitiam. Nullus inquit, Episcoporum uirginem sacratam, si maritale (Christi nimirum) experire rit consortiū, benedicere attentet, nisi eam probauerit, septuaginta duorum annorū esse constitutam ubi probabitur iudiciū ueræ pudicitie, & in septuaginta duobus annis requirens uerū Christum, pudicitia custodita, uictō uertice, introducatur ad nuptias Christi, uelamen capitis ferens, non cordis. Nulla schemata monachorum oportet fieri, nisi prius viginti quinque annis ætatis, iam euacuato omni seruore diaboli, inueniat sibi mundū uas, spiritus sanctus. Quæ ultima synodi uerba, ad monachorum professionem pertinere, nemo dubitat. Et tamen sub Constantino Cæsare & Romæ ubi frequentia illa monachorum, quæ tunc temporis in Aegypto florebat, nondū fuerat exorta, eadem synodus celebrata est. Ut Erasmus, & aduersarii apertè agnoscant, monastica uota, non heri, aut nudius tertius, opera monachorum horum temporum extulisse caput. Sed ad alia progrediamur.

Synodus Valentina in Gallia sub Damaso Pontifice, can. 2. puellarum Deo deuotarum meminit: sed eius canonis textum, sequenti disputatione scribemus.

Synodus Carthaginensis tertia, Leuitas & uirgines, ante viginti quinque annos, cōsecrari prohibuit. Placuit, aiunt, ut ante viginti quinque annos ætatis, nec Diaconi ordinentur, nec uirgines consecrentur.

Carthaginense, 4. ab Episcopis Ducentis habitum, Sanctimonialis, inquit, uirgo, cum ad consecrationem sui, Episcopo offertur in talibus uestibus applicetur, quibus semper usura est, professioni & sanctimonie aptis. Meminit & eius, qui religiosæ scemini preponendus erat: ex quo haud dubium colligitur, eo iam seculo, non modò per uota castitatis, Christo sacrari uirgines, sed eas sub religioso instituto uiuere. Sic autem habent uerba canonis. Qui religiosæ scemini preponendus est, ab Episcopo loci probetur. Meminit & uiduam, notum castitatis præuaricantium can. 104.

Toletana prima synodus, sub Anastasio Cæsare, can. 9. Nulla, inquit, professa, absente Episcopo, uel Presbytero antiphonas in domo sua, cum confessore uel seruo faciant. Rursus, 16. De uotā

peccant non recipiendam in Ecclesiam, nisi peccare desierit: & si desinens, egerit aptam penitentiam, decem annis, recipiat communionem. Priusquam autem in Ecclesiam admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Christiane mulieris accedat: quod si admissa fuerit, etiam hec que eam receperit, habeatur abstenta, corruptorem etiam par pena constringat.

Chalcedonense concilium vniuersale, can. 16. Deo dicatarum virginum, & monachorum meminit, sed eius de hac re statutum, ad sequentem disputationem referuamus.

Can. 26. *Meluitanum* in Africa, cui Augustinus interfuit temperis uelandarum uirginum meminit. Itē placuit, ut quicumque Episcoporum, necessitate periclitatis pudicitie uirginalis (cū vel petitor potens, uel raptor aliquis formidat, uel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso, compuncta fuerit, ne non uelata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) uelauerit uirginem, seu uelauit, intra viginti quinque annos ætatis, non ei obfit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est. Intelligit autem Carthaginensem, 3. cuius can. 4. nec Diaconas ordinari, nec uirgines uelari, ante 25. ann. constitutum fuerat.

Casaraugustanum, sub eisdem temporibus, in Hispania celebratum, non uelandas esse uirgines, que se Deo deuouerunt, nisi quadraginta annorum probata ætate, quam sacerdos prius comprobauerit, statuit.

Can. 19. *Agathense*, in prouincia Narbonensi, de sanctimonialibus, qua ætate uelentur, canonem edidit, in qua re ab Africanis Episcopis magnopere dissident. Nam cum illi, uigesimali quintum ætatis annum præfixissent, hi non minus quam quadraginta postulant. Sanctimoniales, aiunt, uita earum & maribus, probati sint, ante annum ætatis suæ quadragesimum non uelentur. *Can. deinde, 28.* decernunt uide patres monasteria puellarum, longius à monasteriis monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocari.

Can. 27. *Arausicanum*, sub Leone primo, de uidualis & cuiuscumque alterius uoti castitatis obseruatione, canones edidit. Viduitatis seruandæ professionem, ait, coram Episcopo in secretario habitam, imposita à Presbytero ueste uiduali, non esse uiolandam. Raptorem uero talium, uel ipsam, talis professionis defertricem, merito esse damnandam. Et rursus. Hi uero, qui sunt desertores professionis castitatis præuaricatores habendi, & his omnibus penitentia legitima consulenda.

Can. 28. Statuit hoc tempore, Turonica prima Sinodus, in eum, qui se sacratæ uirgini copullasset, grauissimas penas.

Epauensis synodus, sub Gelasio Pontifice, monasteriorum puellarum meminit. Monasteria, inquit puellarum, non nisi probatæ uitæ & ætatis prouectæ, ad quascumque earum necessitates, uel ministraciones, laici permittantur intrare: ad faciendas

uero missas, qui ingressi fuerint, statim, exacto ministerio, regredi festinabunt, alias autem clericus, nec monachus inuenis, vllum ad puellarum congregationem habebit accessum, nisi hoc, aut paterna, aut germana necessitudo personæ, probetur admittere.

Can. 5. *Parifense* primum concilium, circa tempora Pelagii Romani Pontificis, sacrarum uirginum meminit, & earum raptoribus penas statuit.

Can. 19. *Aurelianense* quintum, circa eandem tempora, de sceminis præuaricatricibus, & deuotam castitatem deserentibus, canonem quoque edidit.

Can. 1. *Matifconense*, etiam eadem ætate, de puellis etiam Deo dicatis, ita statuit. Nullus Episcopus, Presbyter, Diaconus, clericus, uel quicumque secularis, in monasteriis puellarum, nisi probatæ uitæ, & ætatis prouectæ, præter utilitatem, aut pro quacunque reparatione monasterii, in quacunque earum necessitate habitare aut secretas collocauit habere præsumant, nec intra saluatorium aut oratorium, ingredi permittantur; præcipue Iudæi non pro quorumcumque negotiorum occasione, puellis intra monasterium Deo dicatis aliquid secretius colloqui, aut familiaritatem, uel moras habere præsumant.

Hispalense secundum, sub Sifibuto rege catholico, per uniuersam Bethicam, Deo sacrarum uirginum monasteria omnia, monachorum administratione gubernanda decreuit: singulisque monasteriis unum probatissimum monachum dari præcepit, qui prædiis earum rusticis uel urbanis intendat, qui fabricas extruat, &c. ut Christi famule pro animæ suæ tantum salute sollicitæ, solis Diuinis cultibus, operibusque sanctis inseruiant.

Can. 13. *Aurelianense* primum, in monachum uoti castitatis desertorum, animaduertit.

Can. 4. *Toletanum* quartum, sub Honorio primo celebratum, monachos, non modò quos propria professio, sed quos paterna deuotio obtulit, ad uitam secularem regredi non permittit. Monachum, inquit, aut paterna deuotio, aut propria professio facit: quidquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad seculum interdicimus regressus. *Can. deinde 55.* duplicis generis uiduarum meminit, liberarum, & uoto castitatis aut religionis obligatarum, illis liberam nubendi potestatem indulget, has, si ad nuptias transire decreuerint, ab Apostolo damnatas pronuntiat.

Can. 12. *Toleranum* sextum, sub eodem Pontifice penas quoque in castitatis, aut uoto expresso, aut habitus portatione tacite promissæ, constituit, qui cano ad sequentem disputationem pertinet.

Can. 5. *Idemque*, Toletanum decimum, sub Recifuntho gothorum rege fecit.

Can. 19. *Vormatiensis* quoque synodus sceminas que fuissent sacro uelamine consecratæ, si fornicatæ fuissent, uelamen disponere non permittit, sed penitentia iugo submitti, ut ad indulgentia & remissionis ualeant gratiam peruenire.

missionis ualeant gratiam peruenire.

Vide can. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 49. &c.

Pauo ante hæc tempora, sub Dono, & Agathone pontificibus, sexta synodus uniuersalis, que terra Constantinopolitana dicitur, in multis canonibus monachorum Monastriarum & monasteriorum meminit. In religioso autem proposito, præsertim eo seculo, uotum castitatis includi, aduersarii non dubitant.

Nicena secunda, siue generalis septima synodus, sub Adriano Pontifice, Constantino & Irene Constantinopolitanis imperatoribus, multis locis quoque monachorum & monacharum meminit.

Vide can. 18. 19. 20. 21.

Triburienfis Synodus, sub Arnulpho imperatore Germano, idest, anno Domini, 895. de uirginitate, & monachis propositum religionis deserentibus, canones edidit. Constitutionisque Gelasii Romani Pontificis meminit.

Can. 25. & 26.

Oxonienfe concilium, quod & Anglicanum appellari solet, multas constitutiones, tum sceminis, tum maribus, Monachis uiles, edidit.

Can. 14.

Lateranensis demum, sub Innocentio III. Vienensis sub Clemente V. Lugdunensis sub Bonifacio VIII. ac reliquarum synodarum, tum uniuersalium, tum prouincialium, que per uarias orbis prouincias, post hæc tempora celebrata sunt statuta, in quibus uoti castitatis patres Ecclesiastici mentionem fecerunt, huc adducere, cum de his ætatibus aduersarii non dubitent, non est opus.

VOTORVM CASTITATIS antiquitas, ex Romanis Pontificibus demonstratur. Cap. 18.

QUARE ad Romanorum Pontificum decreta peruenio, que in hac parte sunt paucissima, ea uidelicet Dei prouidentia, ne quod nunc blasphemio ore mentiuntur hæretici, uota castitatis, & eorum obseruantiam, ab eisdem Romanis Pontificibus, quos per diti homines Antichristos uocare solent, inuenta & Christiano populo contra libertatem Euangelicam intorta, aliqua ueritatis imagine scribere uideretur. Sed quis nunc eos, omni risu dignos, non uideat, qui per uniuersas Christiani orbis prouincias, ab Ecclesiæ nascentis exordio, tot canones de hac re conditos perpendat, cum ab Romanis Pontificibus, quibus id acceptum refertur, paucissimi prodierint?

Can. 12. & 13.

Primus ita inter Romanos Pontifices, Innocentius. Primus in Epistola ad Vitricum Rothomagensem, de his sceminis, que Christo spiritualiter nubunt, & postea ad nuptias conuertuntur, canones edidit.

Can. 5.

Leo quoque primus de sacris uirginibus, que uim Barbaricam pertulerunt in Epistola ad uniuersos Episcopos, per Mauritaniam Casariensem constitutos, que inter in Epistolas, numero octuagesima septima est, qd esset agendum, que uel locum, apud alias uirgines, retinere deberent, rescriptis.

Gelasius primus quo tempore deuotis uirginibus

sacrum uelamen esset imponendum, ad Episcopos per Brutios & Lucania constitutos, in hunc modum scripsit. Deuotis uirginibus, nisi aut in Epiphania rum die, aut in Albis paschalibus, aut in Apostolorum natalitiis, sacrum minimè uelamen imponatur, nisi forsitan (sicut de baptismo dictum est,) graui languore correptis ne sine hoc munere de seculo exeant, implorantibus non negetur.

Symmachus demum sub ann. Domini. 499. canone condidit, quo tam uirgines sacras, quam uiduas uoto castitatis obligatas à nuptiis reuocaret.

Can. 3. & 4.

Sime & multæ Christianorum imperatorum leges, que ab exordio Christiani imperii, diuersis temporibus, deuote Deo castitatis aduersus sacrilegos late sunt, quas oes ad sequentem disputationem ideo referuamus, quonia ad custodiam & obseruantiam uotorum de qua eo loco agemus, pertinere uideantur.

EX ECCLESIASTICIS HISTORIIS, ostenditur, usus uouendi castitatis antiquitus. Cap. 19.

ATQVE Hactenus quidem de tertio huius controversiæ loco, idest, Ecclesiasticis constitutionibus, in quibus uoti castitatis, aut religionis, quod illud amplectitur, uel sit memoria; nunc, ad Ecclesiasticas historias, in quibus, quartum ac postremum disputandi locum, collocauimus, oportet ueniamus, que non minus quam præcedentia, eorundem uotorum antiquitatem, ab Apostolicis temporibus, in hæc usque tempora, ostendit, & ab oculis constituit.

Et principio, est in hac parte, notissima apud Abdiam Episcopum Babylonicum & Christi discipulum, Aephigeniæ uirginis regis Aetiopum filie, & Christo per Mathæum Apostolum & Euangelistam consecratæ historia, cuius coniugium, cum Hirtacus eiusdem regni successor, aut inuasor, ambiret, ab Apostoloque, obnixè postulasset, ut in ea, que iam Christo, per eundem Apostolum dicata fuerat, & congregationi ducentarum uirginum præfecta, ad nuptias per sua libera sua operâ impediret, in frequentissimi ma hominum concione, huc ad eos que Christo nomina sua prædicatione dedissent, sermonem habuit. Audi te sermonem meum omnes filii Ecclesiæ, audite, & intelligite oia que audistis, ut maneat scripta in cordibus uestris, Deus uester nuptias benedixit, & ipse permisit amorem corporibus dominari, in sensibus carnis, ad hoc ut uir diligat uxorem suam, & mulier diligat uirum suum. Ecce autem uidimus frequenter euenisse, ut uxor uirum suum exerceat usque ad interitum & uenenum & gladium & repudiium. Similiter & uir sue coniugi molitur. Cum sit carnis tanta charitas, ut stimulet mentis incensum. Porro quid si non esset iste stimulus amoris in carne concessus? Ergo hic stimulus, si cum amore Dei usum suum exhibeat, & amore filiorum, uir mulierem accipiat & mulier uirum, bonus est, & non est contra præceptum Dei, ita tamen ut mulier alterum uirum penitus nesciat, si militer & uir omnino alteram feminam perhoreat.

in uis. Mathæi Apostoli.

Dei enim regula si custoditur à conjugibus à for-
de coniunctionis eos mundat. Et post nonnulla,
quibus, qualis futurus sit Christianis hominibus,
vltus rerum humanarum exponit, de sacramentis-
que differit, cupiens Hirtaco nuptias Ephigeniæ
dissuadere, subiungit. Si hodie desponsatam regis
seruus regis vsurpare audeat, non solum offensam
sed etiam crimen tam grande, incurrisse digno-
scitur, vt merito viuens, tradatur flammarum in-
cendio: non ideo quidem, quia duxerit vxorem,
sed quia sponsam regis sui accepisset. I, etiam tu
o fili carissime rex Hyrtace, sciens Ephigeniam
filiam regis decessoris tui, sponsam regis cœle-
stis esse effectam, & sacro velamine consecratam,
quomodo quæso poteris, sponsam potentioris te
tollere & tuo eâ matrimonio copulare? Post quæ
verba, cum rex uehementissima, in Sanctum Apo-
stolum, ira incaluisse, isq; eius minas non esse ti-
mendas, ad populum Christianum locutus fuisset,
sancta virgo eius pedibus aduoluta, sic inquit. Ob-
secro te per ipsum, cuius Apostolus es, ut impo-
nas super me, & super has uirgines, manus, ut per
uerbum sint Domino consecratæ, ut possimus e-
uadere minas illius, qui adhuc uiuente patre meo
& matre, multa minabatur &c. Et subinde. Tunc
Apostolus confidentiam habens in Domino, ni-
hil penitus Hirtacum metuebat, & imponens ue-
lamen, super caput eius, & supra capita omnium
virginum, quæ cum ea erant, eas benedixit, &c.

In eius ui-
96,
97,
98,
99,
100,
101,
102,
103,
104,
105,
106,
107,
108,
109,
110,
111,
112,
113,
114,
115,
116,
117,
118,
119,
120,
121,
122,
123,
124,
125,
126,
127,
128,
129,
130,
131,
132,
133,
134,
135,
136,
137,
138,
139,
140,
141,
142,
143,
144,
145,
146,
147,
148,
149,
150,
151,
152,
153,
154,
155,
156,
157,
158,
159,
160,
161,
162,
163,
164,
165,
166,
167,
168,
169,
170,
171,
172,
173,
174,
175,
176,
177,
178,
179,
180,
181,
182,
183,
184,
185,
186,
187,
188,
189,
190,
191,
192,
193,
194,
195,
196,
197,
198,
199,
200,
201,
202,
203,
204,
205,
206,
207,
208,
209,
210,
211,
212,
213,
214,
215,
216,
217,
218,
219,
220,
221,
222,
223,
224,
225,
226,
227,
228,
229,
230,
231,
232,
233,
234,
235,
236,
237,
238,
239,
240,
241,
242,
243,
244,
245,
246,
247,
248,
249,
250,
251,
252,
253,
254,
255,
256,
257,
258,
259,
260,
261,
262,
263,
264,
265,
266,
267,
268,
269,
270,
271,
272,
273,
274,
275,
276,
277,
278,
279,
280,
281,
282,
283,
284,
285,
286,
287,
288,
289,
290,
291,
292,
293,
294,
295,
296,
297,
298,
299,
300,
301,
302,
303,
304,
305,
306,
307,
308,
309,
310,
311,
312,
313,
314,
315,
316,
317,
318,
319,
320,
321,
322,
323,
324,
325,
326,
327,
328,
329,
330,
331,
332,
333,
334,
335,
336,
337,
338,
339,
340,
341,
342,
343,
344,
345,
346,
347,
348,
349,
350,
351,
352,
353,
354,
355,
356,
357,
358,
359,
360,
361,
362,
363,
364,
365,
366,
367,
368,
369,
370,
371,
372,
373,
374,
375,
376,
377,
378,
379,
380,
381,
382,
383,
384,
385,
386,
387,
388,
389,
390,
391,
392,
393,
394,
395,
396,
397,
398,
399,
400,
401,
402,
403,
404,
405,
406,
407,
408,
409,
410,
411,
412,
413,
414,
415,
416,
417,
418,
419,
420,
421,
422,
423,
424,
425,
426,
427,
428,
429,
430,
431,
432,
433,
434,
435,
436,
437,
438,
439,
440,
441,
442,
443,
444,
445,
446,
447,
448,
449,
450,
451,
452,
453,
454,
455,
456,
457,
458,
459,
460,
461,
462,
463,
464,
465,
466,
467,
468,
469,
470,
471,
472,
473,
474,
475,
476,
477,
478,
479,
480,
481,
482,
483,
484,
485,
486,
487,
488,
489,
490,
491,
492,
493,
494,
495,
496,
497,
498,
499,
500,
501,
502,
503,
504,
505,
506,
507,
508,
509,
510,
511,
512,
513,
514,
515,
516,
517,
518,
519,
520,
521,
522,
523,
524,
525,
526,
527,
528,
529,
530,
531,
532,
533,
534,
535,
536,
537,
538,
539,
540,
541,
542,
543,
544,
545,
546,
547,
548,
549,
550,
551,
552,
553,
554,
555,
556,
557,
558,
559,
560,
561,
562,
563,
564,
565,
566,
567,
568,
569,
570,
571,
572,
573,
574,
575,
576,
577,
578,
579,
580,
581,
582,
583,
584,
585,
586,
587,
588,
589,
590,
591,
592,
593,
594,
595,
596,
597,
598,
599,
600,
601,
602,
603,
604,
605,
606,
607,
608,
609,
610,
611,
612,
613,
614,
615,
616,
617,
618,
619,
620,
621,
622,
623,
624,
625,
626,
627,
628,
629,
630,
631,
632,
633,
634,
635,
636,
637,
638,
639,
640,
641,
642,
643,
644,
645,
646,
647,
648,
649,
650,
651,
652,
653,
654,
655,
656,
657,
658,
659,
660,
661,
662,
663,
664,
665,
666,
667,
668,
669,
670,
671,
672,
673,
674,
675,
676,
677,
678,
679,
680,
681,
682,
683,
684,
685,
686,
687,
688,
689,
690,
691,
692,
693,
694,
695,
696,
697,
698,
699,
700,
701,
702,
703,
704,
705,
706,
707,
708,
709,
710,
711,
712,
713,
714,
715,
716,
717,
718,
719,
720,
721,
722,
723,
724,
725,
726,
727,
728,
729,
730,
731,
732,
733,
734,
735,
736,
737,
738,
739,
740,
741,
742,
743,
744,
745,
746,
747,
748,
749,
750,
751,
752,
753,
754,
755,
756,
757,
758,
759,
760,
761,
762,
763,
764,
765,
766,
767,
768,
769,
770,
771,
772,
773,
774,
775,
776,
777,
778,
779,
780,
781,
782,
783,
784,
785,
786,
787,
788,
789,
790,
791,
792,
793,
794,
795,
796,
797,
798,
799,
800,
801,
802,
803,
804,
805,
806,
807,
808,
809,
810,
811,
812,
813,
814,
815,
816,
817,
818,
819,
820,
821,
822,
823,
824,
825,
826,
827,
828,
829,
830,
831,
832,
833,
834,
835,
836,
837,
838,
839,
840,
841,
842,
843,
844,
845,
846,
847,
848,
849,
850,
851,
852,
853,
854,
855,
856,
857,
858,
859,
860,
861,
862,
863,
864,
865,
866,
867,
868,
869,
870,
871,
872,
873,
874,
875,
876,
877,
878,
879,
880,
881,
882,
883,
884,
885,
886,
887,
888,
889,
890,
891,
892,
893,
894,
895,
896,
897,
898,
899,
900,
901,
902,
903,
904,
905,
906,
907,
908,
909,
910,
911,
912,
913,
914,
915,
916,
917,
918,
919,
920,
921,
922,
923,
924,
925,
926,
927,
928,
929,
930,
931,
932,
933,
934,
935,
936,
937,
938,
939,
940,
941,
942,
943,
944,
945,
946,
947,
948,
949,
950,
951,
952,
953,
954,
955,
956,
957,
958,
959,
960,
961,
962,
963,
964,
965,
966,
967,
968,
969,
970,
971,
972,
973,
974,
975,
976,
977,
978,
979,
980,
981,
982,
983,
984,
985,
986,
987,
988,
989,
990,
991,
992,
993,
994,
995,
996,
997,
998,
999,
1000,

Vid. uita
Lypom.

Consecrauit & Paulus Apostolus Teclam in Ico-
nio, & Clemens eiusdem discipulus Domicillam
Romæ, ut earundem virginum historie testantur.
Sed ad posteriora tempora iam progrediamur.
• *Narrat* Eusebius Cæsariensis Episcopus libro

4. de vita Constantini, eum legem, quæ cœlibi-
bus ius adeundæ hæreditatis adimebat, e medio su-
stulisse, quod illa, plerunque læderetur innocen-
tia; sed Constantini verba referre præstat. *Multis*
adempta est à natura soboles, & si precibus imbe-
cillitatem istam naturæ plurimis superarunt. Alii
vehementi Philosophiæ studio correpti, non odio
prolis, aspernati muliebrem societatem, caruere
liberis. *Castitatem uirginalemq;* modestiam, ample-
xatæ quædam, *corpus atque animum* vitam etiam il-
libatam consecrauerunt Deo. Cur autem publicè
uindicandum hoc, cum admirandum ac receptum
omnibus est? Magna ille quidem & præstans ani-
mus; opus, ingenium naturæ sperauit. Hæc sanctus
simus imperator. In quibus uerbis multa conside-
rare licet. Primò quidem, multas castitatem uir-
ginalem, & corpus & animum Deo consecrasse.
Deinde, eum morem, non tunc primum exortum
sed in Ecclesia Christi iam dudum receptum & ap-
probatum. Tertio, quod huiusmodi fœminas ui-
ros, non vituperet, quod hæretici faciunt, sed eo-
rum animos, quasi præstantissimos & naturam su-
perantes, admiretur. De qua re, paulo post Euse-
bius. Illos, inquit, mirificè solebat honorare, qui
in Christiana Philosophia uitâ reclinarunt, (quod
de monachis, qui tunc iam per Aegyptum erant fre-
quentissimi, Eusebium dicere non est dubium) un-
de uirginum chorum, solum non adorabat. Istic
habitare Deum cui se puellæ deuouerant, arbitra-
batur. Quid ad hæc heretici.

Rufinus Toranus, Aquileien. Hieronymo coe-
taneus & competitor, lib. 10. Ecclesiasticæ histo-
riæ auctor est, Helenam eiusdem Constantini ma-
gni parentem, ad querendam Dominicam crucem
profectam, uirgines sacras, quas ibi iam uitæ regu-
lari obstrictas reperit, ad conuiuia summa deuo-
tione ac pietate inuitasse. Reliquit etiam, inquit,
hoc indicium religiosi animi regina uenerabilis.
Virgines, quas ibi reperit Deo sacras, inuitasse
ad prandium, & tanta eas deuotione curasse dici-
tur, ut indignum crederet, si famulorum uter-
etur officii. Sed ipsa manibus suis, famulæ habitu
succincta, cibum apponeret, poculum porrigere-
ret, aquam manibus infunderet, & regina orbis
ac mater imperii, famularum Christi se famulam
deputaret. Hactenus Rufinus.

Eandem historiam, sed breuius, recenset Socra-
tes lib. 1. Ecclesiasticæ historie, capitulo 17. ubi
postquam Helenæ ædificia, quæ in ea protectione
tum Ierosolymis, tum in Bethlem, extruxerat,
Erat, ait, circa ista religiose affecta ut & unâ cum
aliis in classe mulierum oraret, & uirgines in Ec-
clesiastico canone conscriptas, ad conuiuium uo-
caret, per quam semetipsam ministrando, edulia
ad mensas apportaret. Idem narrat Theodori-
tus Cyriensis Ecclesiasticæ histo. libro primo ca-
pitulo decimo octauo.

Auctor est quoque Rufinus Basilium magnum
Cæsariensè Archiepiscopus, per Ponti urbes
&

& opida, monasteria utriusque sexus construxisse,
ea quæ uiuendi institutus formasse: de qua re nos
antea, ex Gregorii Nazianzeni Monodia, multa
diximus. Patet autem hinc, non modò Basilium
non fuisse uotorum castitatis inuentorem, sed ne-
que monasteriorum, ut illic quoque annotauimus
cum ut ex præcedentibus apparet, Constantini
tempore iam passim, absque alicuius noui aucto-
ris mentione, in Ecclesia haberentur. Quod si an-
te Constantinum non fuisse ædificata, quisquam
contendat, haud multum grauabor, dum antea ea
dem ædificari, per Tyrannorum persecutiones nõ
licuisse, ingenuè fateatur.

Epiphanius lib. 2. contra hæreses, tom. 2. hæresi.
69. Narrat Arrium septingentas uirgines sacras
Alexandriæ seduxisse. Eius uerba sunt. Dimidium,
inquit, pallium is semper indutus & stolam, dulcis
erat in colloquio, persuadens semper animas, ac
blandiens: quapropter valde cito, septingentas
uirginitatem professas, in unum contraxit. Et fa-
ma est, ipsum etiam Presbyteros, & Diaconos duo
decim, abstraxisse.

Theodoritus, & Nicephorus, Calixtus, auctores
sunt Publiam nobilissimam fœminam, Ioanis An-
tiocheni matrem, quæ parum temporis in matri-
monio transegerat, adiunxisse sibi sacrarum uirgi-
num cætum, in eoque continuis Christi laudibus
inferuisse. Cumque Iulianus Apostata prætergre-
deretur, risu eum & conuicio dignum existiman-
tes, illa Dauidicorum carminum altiori uoce con-
cinuisse, *Simulacra gentium argentum & aurum,*
opera manuum hominum. Similes illis fiant, qui fa-
ciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Quod ubi
preuaricator audisset, silentium eis imperasse, il-
lasque magis psalmis incubuisse, illud accinentes.
Exurgat Deus & dispareatur inimici eius. Publi-
que postea accersitam in maxillis atrocissimè per-
cussam.

Refert & Nicephorus Calixtus lib. 10. Ecclesiast.
historiæ, c. 39. Iouinianum prauorum hoium licè-
tia commotum, quæ Iuliani Apostatæ memoria, ex
eius in Christianos mores odio, lasciuendi in sa-
cras fœminas inoleuerat, legem tulisse, qua earum
raptores aut inuafores capite plecterentur. Verba
Nicephori ita habet. Ad perfectum prætorio, quo
que, generalem dedit constitutionem ut deinceps
capitaliter in eam animaduertetur, qui sacram
uirginem, non dicam rapere, sed attentare tantum
modò, iungendi matrimonii causa, aut oculis im-
pudicos ei adicere auderet: eamque legem ut pro-
mulgaret adductus est. Quod homines quidam
improbi, atque impudici, scelestas atque incastas
huiusmodi nuptias, vel vi illata vel persuasione ad-
hib

CONTROVERSIAM SEPTIMAM,

IN QVA ADVERSUS HAERETICOS VOTORVM CASTITA-

tis perpetuitas, ex Sanctorum patrum monumentis, & ecclesiastica

doctrina asseritur & propugnatur.

PROPONITVR ADVERSARIORVM DE VO

ti castitatis perpetuitate, sententia. Cap. I.



AMVS nunc de voti castitatis obligatione, in qua parte non minus nobis negocium facessere moliantur aduersarii, quam in eius antiquitate & usu: nam cum fortasse superioris disputationis argumētis acti uotorum huius generis usum olim in Ecclesia extitisse, quidam eorum non magno pere grauentur concedere; illud tamen nulla prorsus ratione putant admittendum, eorundem uotorum obligationem fuisse perpetuam, sed conduntaxat, durasse tempore, quo ei, qui se eidem uoto obstrinxerat, fuisset collibitum. Enimvero cum hi, castitatem non humano studio, sed Diuino prorsus munere, ab hominibus obtineri, doceant, quae admodum Prophetiam, Linguarum donum, &c. & eo tunc tempore, quo incentiua libidinis hominem adurere incipiunt, donum, pro Dei libera uoluntate sublatum, intelligant, pro Dei castitatis, quod absque Dei munere implere prorsus est impossibile, perinde obligationem euanescere atque diffuere, arbitrantur.

Itaque Caluinus, ad eos, qui uotis monasticis praecētis religiosoque uiuendi instituto proculcato, quos Apostatas & defectores appellamus, consolandos. Primum quidem dicit uota castitatis perpetua, quantumcunque ab hominibus confirmantur, à Deo abrogari, atque adeo nullius esse obligationis. Deinde, & si obligationem inducerent, ex conscientia erronea, dum ut ille, inquit ignorantia Dei uotarii tenerentur, nunc postquam ueritatis notitia sunt illuminati, Christi gratia liberō esse pronuntiat. Vocat autem ueritatis doctrinam homo nefarius, suas ac similiarum perditorum hominum idolomanias, quemadmodum & ignorantiam, Ecclesiasticam fidem. Quamquam nec huiusmodi deuotae religionis & castitatis desertoribus, ut idem dicit, altera defensio desit, quam eius uerbis recitari, non erit importunum, ut, quibus rationibus Lutherus, Zuinglius, Bucerus, Pelicanus, Musterus, Oecolampadius, & reliquorum apostatarum monachorum greges, suas in hac parte conscientias munierint, Catholici non ignorent. Docet itaque uotarios, aut nunquam fuisse uoto castitatis obligatos, si nunquam fuerint ad cœlibatum idonei, aut eo duntaxat tempore, seruandi uoti obligationem habuisse, quo idonei extiterint, id est, quo nondum ueneris stimulis ad fœminas inuitarentur: nam si uotum, inquit, impossibile, certum est animae exitium quam seruata uult Deus, non

perditam, sequitur in eo non esse permanendum. Quam autem sit impossibile uorum continentiae in his, qui singulari dono praediti non sunt, antea se satis demonstrasse putat. Subditque pro illa, quae huic nebuloni familiaris est impudentia, quae potius, quam solida eruditione, & suis est gratus, & in nos pugnare consueuit. Neque ignotum est, quanta obscenitate scateant ferè omnia monasteria, & si qua uidentur honestiora magis quam uerecunda esse aliis, non ideo tamen casta sunt quod impudicitiae malum intus praesunt ac continent. Ita scilicet horrendis exemplis hominum audaciae uiscitur Deus, cum suae infirmitatis immemores repugnante natura, id affectat, quod est illis denegatum, & contemptis remediis, quae Dominus illis ad manum dederat, contumacia & obstinatio ne in continentiae, morbum superare se posse confidunt. Quid enim aliud quam contumaciam, esse dicemus, ubi quis admonitus, sibi coniugio opus esse, idque sibi à Domino, remedii loco dari, non modo id contemnit, sed etiam sacramento se adigit, ad contemptum? Haec tamen Caluinus, similiaque Walphan, Petrus Martyr, Philippus ac reliqui haeretici comminiscuntur. Post quorum sacratissimum oraculum, quis Apostata quæso, amplius de sua salute, quantumcumque libidinibus immersus ambigat. Sed ò infelicissimos homines, qui harum similiarumque; uanissimarum ratiuncularum umbris, æstum conscientiae accusantis, compescere casto labore moliantur. Nos certe huiusmodi neniās, & putidas ac inanes fabulas in minutissimum puluerem, superius, cum de castitatis possibilitate ageremus, redigimus, Vnde hic iterum eam pedore, uirorum eruditiorum & Ecclesiasticorum naves offendere, non libet. Quare ad alia, quae partim aduersariorum quidam, ad uotorum obligationem elidenda afferunt, partim nos uetustatis lustratione, in eam rem afferri posse comprehendimus, ut eorum causam adiuuemus, oportet sermonem conuertamus.

PROPONUNTVR ADVERSARIO

rum rationes, quibus persuadere moliantur, uota castitatis & cœlibatus non esse perpetua. Cap. 2.

ERGO in primis, ex Apostolo Paulo nos agrediuntur, qui ad Corinthios scribens, non nuptis, & uiduis non se continentibus nubere praecipit, subdens rationem, *Melius enim est nubere quam uiui*. Et rursus ad solutos & solutas. Si autem

autem acceperis uxorem, non peccasti, & si nupsit rit virgo, non peccauit. Et iterum de uirgine. Non peccat, si nubat. Est & illud maximi momenti, quod cum multum utriusque sexus cœlibatum consulisset, quod id uiuendi genus ad vitam ex Euangelio agendam, sit accommodum, ne quis uotorum aut praceptorum huiusmodi vincula, cum Christiana libertate cohaerere putaret, subdit. Porro hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam sed ad id quod honestum est, & quod facultatem praebet sine impedimento, Dominum obsecrandi. His omnibus locis Paulus, iis, qui aduruntur, aut se se continere nequeunt, matrimonium tanquam unicum remedium, offerre uidetur. Cumque non ad hos aut illos, sed in uniuersum ad omnes sermo ne dirigat, non modo solutis, sed uoto etiam obstrictis, idem remedium exhiberi, credendum est.

Adducunt & in eam rem quorundam patrum testimonia ut Cypriani, qui in Epistola ad Pompeium, qua inter caetera, de quibusdam uirginibus quae post uotum lasciuire cum uiris dicebantur, ita consulit. Quod si se ex fide Christo dicauerunt, pudice & caste, sine ulla fabula, perseuerent. Ita fortes & stabiles praemium uirginitatis expectent. Si autem perseuerare nolunt, uel non possunt, *Melius est ut nubant*. Haec Cyprianus.

Augustinus deinde, lib. de bono uiduitatis, eorum reprehendit sententiam, qui post decretam Deoque deuotam uirginitatem, nuptias ueras, non posse contrahi, arbitrantur. Proinde, ait, qui dicunt, talium nuptias (loquitur autem de sacris uirginibus, & quae Christo uirginitatem dicarunt) non esse nuptias sed potius adulteria, non mihi uidentur satis acute ac diligenter considerare quid dicant. Fallit eos quippe similitudo ueritatis. Quia enim coniugium Christi dicitur eligere, quae Christiana sanctitas non nubunt. Hinc argumentantur quidam dicentes. Si uiro suo uiuo, quae alteri nubit, adultera est, sicut ipse Dominus in Euangelio diffiniuit, uiuo ergo Christo, cui mors ultra non dominatur, quae coniugium eius elegerat, si homini nubit, adultera est. Qui hoc dicunt, acute quidem mouentur, sed parum attendunt hanc argumentationem, quanta rerum sequatur absurditas. Haec tamen Augustinus.

Tertio loco Ecclesiastica decreta produunt. Exstat enim concilii Chalcedonenensis canon, non minus ab Ecclesia Latina quam à Graeca approbatus quo eadem matrimonia, rata firmaque censentur, Si qua, inquit, uirgo se dicauerit, Deo, similiter & monachus, non licere eis iungi nuptis, si uero inuenti fuerint hoc facientes, maneat excommunicati. Statuimus uero in eis posse fieri humanitatem, si ita probauerit, loci Episcopus.

Ancyra Sinodus, uirginibus uotifragis, non aliam poenam irrogat, quam quod in numero digamorum computentur. Quicumque, ait, uirginitatem profitentes, professionem suam irritam reddunt, hi bigamorum diffinitionem impleant.

Accusant itaque Ecclesiasticos pastores aduersarii, quod libidinis remedia à Christo tributa, coniugia scilicet è medio tulerint. De illisque, putant illud Pauli uaticinium accipiendum, Spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedet quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & attendentes doctrinis demoniorum in hypocrisis loquentium mendacium & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere &c.

DAUIDIS TESTIMONIO, PERPETUITAS VOTORUM DEMONSTRATUR. Cap. 3.

ATOYE ita isti, uotorum castitatis obligationem, non perpetuam, sed temporariam putant, neque matrimonii uirtute insuperabilem, ut Ecclesia de uoto solemniter docet, sed superabilem prorsus. Quo loco nos, pro nostra disputandi consuetudine, duo, auctore Christo, praestabimus. Primum namque catholicae Ecclesiae doctrinam, quae docet, omnes qui se aliquo uoti genere ad castitatem cuiuscunque generis obligarint, ad matrimonia, absque grauissimo scelere, non posse conuerti, dignis argumentis, à sacra scriptura, patrum testimonio, Ecclesiasticis decretis, imperatorum Christianorum legibus, ac tandem rationibus demonstrabimus. Deinde secundo loco, eorum qui uoto solemniter, se se idem castitatis nuncuparunt, coniugia nulla esse & prorsus irrita conuincemus, atque inter haec aduersariorum argutias illidemus. Verum iam ad primum.

Monet Dauid, ut quicumque Deo afferre munera consueuimus, non uoueamus duntaxat, sed reddamus etiam. Vouete inquit, & reddite Domino Deo uestro, omnes qui in circuitu eius affertis munera. Cuius loci priorem partem, cum perpetuo catholici interpretes liberum consilium interpretati fuerint, posteriorem praecipit semper crediderunt. Sed id praecipit non in omnibus, eodem pacto uouentes obstringere eodem consensu approbarunt. Nam cum propter ea uota, quae uel ratione personae, uel eius rei, quae uouetur causa, inualida ac nullius obligationis iudicantur, duplex sit apud Theologos uotorum ualidorum genus, temporarium unum, perpetuum alterum, in temporariis, temporarium duntaxat, in perpetuis contra, perpetua obligatione inducere, iuxta promissionis naturam semper crediderunt. Itaque quae sacrificium uouisse aut oblationem, eleemosynam, ieiunium &c. neque ad semper sacrificandum, neque ad semper ieiunandum aut eleemosynam tribuendam sed ad illam duntaxat, quam Deo per uotum obtulit actionem, teneri decreuerunt, cum eum, qui his aut similibus rebus perpetuo praestadis, se se deuouisset, nemo à perpetua obligatione absoluerit. Hinc concordia uniuersalique sententia, cum recentiores, tum ueteres Ecclesiastici auctores, cum qui perpetua castitate Domino deuouisset, at eius solutionem teneri, peccareque grauissimè tanquam Deo perfidum & mendacem, qui à iura debita castitate, ad quodcumque genus carnalis copulae declinasset, sanxerunt.

PETRI

PETRI MARTYRIS IN HVNC
Dauidicum locum, calumnia proponitur.
Cap. 4.

VERVM quæ tandem hæretici nostri in hæc doctrinam excogitarint, audiamus. Petrus Martyr Florentinus, qui vehementissimi in cœlibatum & castæ vitæ institutum, nostra memoria, diabolo agente, militauit, in Apologia aduersus Ricardum Smythæum Anglum, irridet eundem, quod hanc veterem Ecclesiasticam doctrinam illi obiecerit. Primò quidem quod ex Dauidicis verbis hæc præcepti & consilii distinctio nõ colligatur. Deinde, quoniam simili ratione in illis verbis, Seruite Domino in timore & exultate ei cum tremore, primo loco consilium, secundo præceptum dari, contēdi poterit, quod illud primum, hoc posterius, collocetur. Tertio, ex psalmi scopo, hoc esse falsum, facile conuinci posse putat. Is enim psalmus, insignis alicuius victoriæ, quæ Israelitico populo acciderat, gratiarum actio est. Ideoq; populus, tanto præcepto beneficio, ut auctori eius Deo gratias ageret, non consilio, sed præcepto, constringitur. Quæ tamen gratiarum actio, & si in animo primùm celebratur, & verbis tamen pro ut illa tempora exigebant, victimis & oblationibus externis, testificanda erat. Atq; id circo præcipit, ut voueant & reddant. Itaq; Dauid, ut Dei propheta, impulsus cœlesti spiritu, commemorat populo datam aliquam salutem, iubet ut voueant, & præcipit ut vota nuncupata reddant, quo perfecta sit gratiarum actio. Ab hac autem, colendi Deum per uota, cæremoniis & sacrificiis expressa ratione, quicūque Euangelico seculo uiuimus, libertateq; Christiana fruimur, per Christum erepti sumus.

Atq; hinc colligunt, præcepta illa vouēdi & reddendi, iam quemadmodum alia legis Mosaicæ madata, prorsus abolita, nullamq; obligationem Euāgelicis hominibus inducere: vnde eam doctrinam quæ priorem huius partem, consilium, posterio-rem, præceptum, docet, falsum esse inferunt, tantum enim abest ut vouere & reddere, nunc ad consilium aut præceptum pertineant, ut potius præceptum sit, neq; vouere neq; reddere cæremonialia, Christi morte facta fuerint mortifera. Ita isti. Sed nos quantum huiusmodi nugæ catholicam doctrinam perturbent iam expendamus.

R E F E L L I T V R E T R I
Martyris calumnia. Cap. 5.

ET quidem, quod primo loco inquit, huiusmodi distinctionem ex Dauidico contextu non colligi, falsum, est, & si enim eo loco explicate Dauid non dicat, se hoc consulendo, illud

verò præcipiēdo, dicere, quod fortasse Vermelius postularet, ipsa natura rerum satis hoc ostendit. Deo enim aliquid uouere, liberum cuiq; est, reddere tamen quæ semel uoueris, non liberum, sed necessarium est. Atq; hinc cum sciamus plerūq; per imperatiuum, consilia, plerumq; etiam præcepta denūtiari, ex ipsa rerum natura, non item ex verborum inflexione, hoc consilium, illud contra, præceptum, decernimus. Vnde stultè admodum Vermelius putat, nos duntaxat verborum modos & inclinationis, formam attendere.

Atque hinc, quàm sit, quod secundo loco obicit, ridiculum, facile intelligi potest. Et si enim eadem sit in his verbis, *seruite* Domino in timore, & exultate ei cum tremore, forma loquendi, non tamen eadem est materia. Timere Deum, non consilium, sed præceptum est, Exultare deinde ei cum tremore, necessaria ratio religionis postulat, non ergo, unum consilium, alterum præceptū erit, sed ambo, non tam ex forma loquendi, quàm ex ipsa natura religionis, præcepta necessario iudicabuntur.

Psalmi Scopus, qui tertio loco obicitur, omnino cum catholica interpretatione cohæret. Nam ut demus, eum psalmum in alicuius magnificæ victoriæ gratiarum actionem, aut à Dauidē, aut ab Asaph, compositum, in qua parte nihil morari libet, non tamen inde Vermelius rectè colligit, primam partem. *Vouete* scilicet, præceptum aliquod continere. Quod ex ipsa legis Mosaicæ ratione, nõ erit difficile demonstrare. Enimuerò cæremoniæ & sacrificia, quæ in gratiarum actiones Deo offerbantur, non erant villo præcepto necessaria, sed pro vouentis arbitrio libera. Quod Leuitici libri ubi hostiæ offerendæ describuntur, cap. 1. 2. & 3. satis indicat, cum contra vota, quæ pro peccatis fiebāt, necessaria forent, non absolutè, sed ex suppositione. Quod cap. 4. 5. 6. &c. eiusdem libri, quo que proditur. Non ergo in votis, quæ in gratiarum actiones fiebant, vlla potuit præcepti necessitas intercedere, cum essent voluntaria, & nullo legis præcepto præscripta. Iudæos autem, quantumcumque Dauid, Asaph, aut quicumque alius fuerit, eius psalmi auctor formam imperatiui in loquendo assumunt, ad aliqua alia præcepta, quam ad ea, quæ in lege continebantur expressa, teneri, nemo, absque ingenti ignorantia, sentire potuit. Formæ enim imperatiuæ, quæ in exhortationibus Prophetis sunt frequentissimæ, nullam nouam obligationem inferunt, sed præscriptam illam, quam à Mose in lege susceperunt, ad memoriam reuocant. Itaque quantumcumque Dauid, per formam imperatiui modi loquatur, nullum nouum præceptum inducere potuit, sed eius uerba, iuxta legis obligationem duntaxat, sunt explicanda. Atque ad eò, cum uota, quæ in gratiarum actionibus, fiebant, siue id, quod in anima celebrabatur, siue id, quod foris per victimas & externas cæremonias prætendebatur, spectes

species, nullam ex lege haberent necessariam obligationem, hæc Dauidis loquendi forma, *Vouete*, nullam Israelitico populo nouam præcepti necessitatem inferre potuit. Sed est duntaxat adhortatio, ut catholici tractatores perpetuo consenserunt. Secundam uerò partem, præceptum crediderunt, tum aliis locis legis Mosaicæ tum ipso nature iure, quod promissionibus & stipulationibus quantumcumque liberè factis, non modò Iudæos, sed omnes mortales, stare cogit, cōmoniti. Nam liberam esse aliquando hominibus, votendi quodcumque uellent, potestatem, & tamen post emissum uotum necessarium esse soluere (quod hic cōtendimus) perspicue satis lex ipsa, ex qua Dauidis uerba sunt interpretanda, indicat. Si quis, inquit, virorum, uotum uouerit Domino, aut iuramento se constrinxerit, non faciet irritum uerbum suum, sed omne, quod promisit, implebit: Quid clarius? Quis non hic in conditionali particula, Si, quæ huius loci priori parti affigitur, uouendi libertatem non intelligat? Quis contra in secundo post uotum emissum, non uideat inesse necessitatem præcepti. Rursus. Cum uotū uoueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requireret illud Dominus Deus. & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absq; peccato eris. Agè hic Vermeli, an non huius loci prior pars libertatem, posterior necessitatem importat? Item. Quod semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promissisti Domino Deo tuo, & propria uoluntate, & ore tuo locutus est. Iterum. Animal, quod immolari potest, si quis uouerit, sanctum erit, & mutari non poterit, nec melius malo, nec peius bono. Et sub inde. Omne quod, Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non ueniet, nec redimi poterit. Quidquid fuerit semel consecratum, sanctum sanctorum erit Domino. Ruina, inquit Solomon, est homini deuotare sanctos, & post, uota retractare. Et demum. Si quid, inquit uouisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Sed quodcumque uoueris redde. Multoq; melius est non vouere, quàm post uotum, promissa non reddere. Ergo Vermeli, haud meritò, à te ridentur catholici uiri, cum Dauidem prophetam ex lege, reliquoque Dei uerbo, naturaliue iure, quod omnibus mortalibus commune est, interpretantes priorem illam partem, liberum consilium, posteriorem, præceptum importare docent. Quod si eum locum Dauidis subterfugiendo, te catholicæ doctrinæ uigorem declinare putes, stultus sanè es, cum hi, quos nunc adduximus, eandem tibi ac tuis, absq; ulla tergiuersandi facultate, ingesturi sint difficultatem. Omnes enim hi loci planè liberam potestatem uouendi faciunt, cum tamen quod semel deuotum est, seuerissimè exigant. Cur ergo per te ac tuos, nobis post tot præsertim, cum eruditissimos viros & antiquissimos, tum sanctissimos pa-

tres, ex his locis, castitatis semel Deo liberè deuotè, soluendæ necessitatem, non licebit colligere?

R V R S V S I N E V N D E M
Petrum Martyrem. Cap. 6.

SED *ais*, Deum colendi rationem per uota, Euangelii aduentu per Christum, prorsus abolitam. Id ego, si de uotorum illo genere, quod erat in Mosaica lege frequentissimum, victimis, inquam sacrificiis, oblationibus, ac reliquis typicis cæremoniis, quæ per Euangelium, tamquàm uanbra per lucem euauerunt, intelligas, libenter accipio. Immo non modò id uotorum genus etiã post promissionem, nunc Euangelico seculo, soluere nobis non est necessarium, sed prorsus esse perniciosum concedimus. Cæterum si uelis omne genus uotorum, duntaxat in illa Mosaica legislatione licuisse & uiguisse, aperte falleris, cum sub lege naturali, & ante Mosaicæ aduentum, uota Deo facta per sanctos Patriarchas legamus. Iacob enim uotum uouit Domino dicens. Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in uia per quam ego ambulabo, & dederit mihi panem ad uescendum, & uestimentum ad induendū, reuersusq; fuero prospere ad domū patris mei, erit mihi Dominus, in Deū & lapis iste quem erexi in titulū, uocabitur domus Dei, cunctoꝝq; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Deinde, in nouo quoq; testamento, uota fuisse non modò uilia, sed necessaria, aperte locus actionum Apostolicarum de Anania & Saphyra demonstrat, qui quod Apostolico more & eius Ecclesiæ, quæ tunc erat, consuetudine, fortunas suas uniuersas Domino obtulissent, de pretio defraudantes, sibi partem seruaerunt. Quapropter non modò spiritali, sed corporali, ad aliorum disciplinam, morte mulctantur.

Quamquàm in hac parte, nullum uotum intercessisse, multis contendat Vermelius. Docet enim eos, non ob uotum, sed ob auaritiam & hypocrisim, & mēdaciū, quibus, reliquis, qui sincero animo omnia sua tribuebant, imponere uolebat, punitos. Sed cur hæreticus homo scripturas uniuersas, quantumcumq; apertas, sursum deorsumq; nõ confundat, ut insaniam, quam aduersus Ecclesiastica dogmata, semel inducit utcumq; tueatur? Profecto Petri uerba planè indicat, uotum illic intercessisse. Anania, inquit, cur tentauit Satanas cor tuū mentiri spiritui sancto, & fraudare de pretio agrionne manens, manebat tibi, & uenudatū in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non est mētus hominibus, sed Deo. Obsecro te per Deum immortalē Petre, quid est mētiri? An nõ cōtrariū eius, quod aut asseritur, aut promittitur facere? Duplex Philosophi ac Theologi mēdaciū genus posuerūt, assertoriū vnū, quādo id contrariū eius, quod est, aut fuit, asseritur; alterū promissoriū cū promissis pactis cōuentisq; non stamus. Petrus Apostolus, Ananiā & Saphyrā, Deo

& Spiritui sancto mentitos docet, quo ergo genere mendacii dicemus? An non promissorio, quod scilicet promissioni quam Deo fecerant, non steterint? Nam si Deo mentiti sunt, ut Petrus Apostolus inquit, non ergo Apostolis ac reliquis fidelibus, sed Deo ipsi suarum facultatum largitione promiserant; quoniam nemo metitur, nisi cui promiserat. Porro Deo factam promissionem, non esse votum, si dicas, ab omnibus stultus & ineptus censeberis. Vouerant igitur Ananias & Saphyra, & ob uoti transgressionem, non item ob mendacium Apostolis factum, puniuntur.

Deinde, quod quidam alii ex aduersariis, immo & ipse Vermelius comminiscuntur, eo Apostolico tempore, cum adhuc legis Mosaicae seruandae conseruando nondum obsoleuerat, uotis agere cum Deo licuisse nunc non licere, eadem lege Mosaica prorsus sepulta, tam friuolum & vanum est, quam praecedens. Et si enim de uotis quibusdam caeremonialibus, & tantum ad Mosaicum illum statum, ratione typice significationis, pertinebant, quale illud, quo Paulus se se tondit, & quod quatuor illi uiri super se habuisse commemorantur ut non subito, sed cum honore quodam Synagoga sepeliretur, aut quod est uerius, ne Iudaei scandalizati a legis Euangelicae religione recederent, id sit uerum, de uotis tamen moralibus, & quae ad caeremonias lege praescriptas non spectabant, quale Ananiae & Saphyre reliquorumque; fidelium, eo tempore uotum erat omnino falsum est. Semper enim licitis promissionibus stare cogimur, naturae iure. Promissiones autem licite sunt, quae ob typicam significationem cum Euangelio non pugnant, quae omnes lege Mosaica praescribuntur. Ergo cum sua promittere, aut castitatem uerere, neque sit ex uotis lege Mosaica praescriptis, neque ullam habeant typicam significationem, cuius ratione, cum Euangelica luce pugnet, semper erunt obligatoria. Non enim ad umbraticum illum statum, sed ad naturae conditionem, huiusmodi uota pertinent. Iam si Ananiae suas fortunas Deo deuouere, quod nondum esset plane Mosaica lex abolita, licuisse donemus, Petrum tamen Christi Apostolum & vicarium, eum, ob omissam legem Mosaicam, quae iam per Christum obsoleuerat, tam graui supplicio mulctasse, non est uerisimile. Dissimulantur profecto legis Mosaicae caeremoniae propter Iudaeos, non item praecipiebantur, & multo minus eius transgressiones puniebantur. Superest igitur, uotum Ananiae non ad legem Mosaicam atinuisse, sed ad Euangelicam & naturalem.

Deinde, locus Apostolicus in Epistola ad Timotheum priori, de uiduis, quae cum castitatem uouissent, lasciuire in Christi iniuriam incipiebant, & uolentes nubere, post Satanam conuertebantur, uelint nolint haeretici, ut superius in eluctabili liter ostendimus, uota quaedam in Euangelica uiae diuinae ratione, non modo uilia, sed necessaria post promissionem esse, apertissimè demonstrat.

Nec putare debent haeretici, nos magnopere

in hac parte laborare, an uota in Euangelica lege sint Dei cultus, & si enim id, de uotis monasticis agentes, multi uiri catholici inuictissimis argumentis conuincerint, nos tamen, hic ubi tantum de obligatione seruandae castitatis promissae agimus, hoc solum contendimus, licere, nunc, & semper licuisse, cum Deo uotis moralibus id est, quae nulla lege Mosaica praescribentur, nullamque mysticam significationem cum Euangelica lege pugnantem retinebant, agere. Non enim uotis colere Deum, & cum illo uotis & promissionibus agere, conuertuntur, sed prorsus sunt diuersa. Ego quidem Socrati, aliquid possum promittere, nec tamen perinde Socrate colere dicor. Ergo cum promissio Deo facta, uotum proprie uocetur, per hoc quod cum illo promissionibus agam non perinde illum colo, sumendo cultum pro religione. Itaque esto in Euangelico statu quod haeretici maxime obtinere conituntur, Deus uotis & huiusmodi promissionibus non coleretur, sed ut illi aiunt, fide sola & animi pietate, ad huc tamen promissionibus, & stipulationibus Deo factis stare cogimur. Nam si ad naturae iura, quae lex Euangelica non peruertit, sed perfecit, hominibus non mentiri pertinet, cur non pertinebit, non mentiri Deo? Nam quod isti deblasterant, huiusmodi promissiones esse impossibiles, quam sit inane & frigidum, superius satis multis ostendimus.

RURSUS, DAVIDICVS LOCVS
exigitur, & haeretica doctrina confunditur. Cap. 7.

SED ad locum psalmi 76. reliquosque, quos ex Mosaica lege attulimus, reuertor. Si propterea huiusmodi loci nostris haeticis duntaxat ad Mosaicam legem pertinere credantur, quod lege Mosaica aut veteri fortasse testamento contineantur, cuius sunt nonnulli ex illis, qui Euangelico tempore nullam habendam esse rationem. Cum mane Persa ac multis aliis veteribus haeticis putant. Cur etiam illa iam euauisic non dicent, quibus Deum unum colere, non peierare, pariter honorare, non occidere, non mechari non falsum testimoniū dicere, &c. iubemur? Cur & illa in lege Euangelica uigore obtinebunt, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus uester. Quod tamen Petrus Apostolus, in morum Christianorum exhortatione usurpat. Vnusquisque patrem suum timeat, non facies calumniam proximo tuo, Non morabitur opus mercenarii apud te, non facies aliquod iniquum sed iuste iudicabis, non consideres personam pauperis, & non honores uultu potestis, iuste iudica proximo tuo, & reliqua omnia, quae Leuitici. 19. capite continentur? Immo cur quae cumque ad iustitiam politicam bonamque; moram compositionem spectant, quae Solomō, reliquique; Prophetarum tradiderunt, hodie quoque; nihil iuris in nos obtinere non dicemus? Ergo non omnia, quae in lege Mosaica ueterisque; illius populi doctrina continebantur, ad solum eius statum pertinebant, sed multa quoque; ad Euangelicam uitam extendunt.

Neque;

Neque deinde hic nostris haeticis ea fuga prodeit quicquam, quod lex quoque moralis Christi, aduentu fuerit euacuata, nam licet id (quod tamen est falsissimum & haeticum) quantum ad iustitiam tribuendi vires, quod ipsi maxime contendunt, uerum esset non tamen perinde sequitur, eandem legem non esse obligatoriam, cum non ad iustitiam conciliandam duntaxat lex moralis fuerit a Deo tributa, sed ad populi mores componendos, ad civilem uitae rationem continendam &c. & si enim aduersarii legem moralem, id est, quae bona opera elicit, ad iustitiam nihil ualere doceant, quod, ut putant, ea sola fide contingat, illius tamen omissam iustitiam hominibus adimere non dubitat. Quod tamen multi apud nos ignorare mihi uidentur, qui eo pacto in aduersarios scribunt, ac si nullam bonorum operum rationem haberent, aut uincuique ex propria animi sententia uiuere liceret apud haeticos licere. Ad solam animi iustitiam conciliandam, illi opera nostra inepta docent, quod per fidem solum, ut illi credunt, obtineatur, caeterum, illa non modo uilia, sed prorsus necessaria ad iustitiam per fidem acquisitam retinendam, libere fatentur. sed de hac re lib. 2. primae Ecclesiasticae Centuriae, multa dicimus.

PROBATVR DAUIDIS LOCVM
non ad solum Israeliticum populum, sed
ad gentes quoque; pertinere atque
adeo, non ceremoniale,
sed morale esse.
Cap. 8.

PRAEETEREA Dauidis consilium de uouendo, & praecipuum de reddendo uotum non ad solum illam Mosaicam legem pertinere, sed ad Gentes quoque; quae eidem legi non subdebantur, propagari, textus ipse Hebraicus planissime conuincere uidetur. וְכָל הַיְהוּדִים וְכָל הַיִּשְׂרָאֵלִים וְכָל הַגּוֹיִם וְכָל הַיְהוּדִים וְכָל הַיִּשְׂרָאֵלִים וְכָל הַגּוֹיִם, id est uouete & reddite, siue restituite, Domino Deo uestro omnes qui in circuitu eius estis. Quae uerba plane non ad Israeliticum populum duntaxat, quod communis de uersio innuere uidetur, sed ad finitimas quoque; gentes, quae soli legi naturali parebant, extendi, ratio ipsa & historia docet, qua ut patet ex actionibus Apostolicis, Parthi, Medii, & Elamitae, Cretes, Arabes, & qui habitabant Mesopotamiam, Capadociam, Phrygiam, & Pamphiliam, Pontum, Asiam, Aegyptum, & partes Lybiae, quae est circa Cyrenem, & aduenae Romani, & demum Profelitti ex multis Iudaicae prouintiae, non modo uicinis sed remotibus partibus, ad Deo munera offerenda uotaque; reddenda conueniebant. Certè Arabes, imo & Aethiopes Deo Israel munera misisse, Cauda reginae, non Hebraeae sed Ethnicae, Eunuchus ostendit. Ioanes etiam Euangelista testatur in triumphali illi

Christi ingressu in Hierusalē, multos ex Gentilibus in ea urbe fuisse. Erat autem quidam Gentes, ex his qui ascenderant, ut adoraret in die festo. Erat igitur uouendi Deo Israel consuetudo non modo Iudaeis sed omnibus uicinis & finitimis nationibus, atque adeo psalmi exhortatio, non modo ad Iudaeos, sed ad finitimas quoque; gentes, quae cum lege Mosaica nihil habebant commune, propagatur. Atque hunc sensum doctissimi quique; interpretes siue Christiani, siue Hebraei, semper secuti sunt. Franciscus Vatablus in Roberti Stephani Bibliis, ita eum locum conuertit. Nuncupate uota, & persoluite ea Domino Deo uestro, quot quot estis in circuitu eius. Sanctus Pagninus Lucensis. Vouete & reddite Domino Deo uestro, omnes qui estis in circuitu eius. Relatium, eius non Deum, sed Dei populum profecto refert. Biblia Ferrariensis, quae hisce annis excellentissimi Herculis Gonzage, ducis Ferrerensis auspiciis, a Iudaeis ex Hebraico in Hispanum sermonem, summo rigore & uerborum proprietate seruata conuersa est; ob quod ingens beneficium Hispani eidem principi nos plurimum debere, non ingenuè confiteri, fuisse ingratisimum ita eundem locum conuertit. *Prometed y pagad a Adonay uoestro Dio todos sus derredores* quod postremum uerbum finitimas populo Dei gentes significare non est dubitandum Biblia demō Scalonenis, ante ducentos penè annos, a Rabi Mose Arragele, Maquede, quod opidum in fertilissimo agro Toletano situm est, ex Hebraico, Lodouici Gulmani magistri Calatrauensis praecipuo, in Hispanum item sermonem, sed multo accuratori studio atque pietate conuersa, ut pote quae praeter elegantissima scholia, quibus quidquid apud Hebraeos & Latinos scitu dignum est, facile deprehenditur, communem hanc, quam praemanibus, uersionem foueat, tueatur & explicet, his omnibus apertius, hunc sensum nobis proponit in haec uerba. *Lo que prometierdes al señor uoestro Dios, cumplido, que todos los sus comarcas nos lleuavan presente al terrible.* Nomen comarcas Hispanum finitimos denotat finitimos autem de opsi intelligere non possumus sed Dei populo. Debemus autem hunc excellentissimum thesaurum & qui sacrarum literarum studiosis, his praecipue, qui Haebraici sermonis degustationem aliquam acceperunt, maximo usui ad eas interpretandas esse possit, Villenae Marchionibus, Escaloneque; ducibus qui in summa quae hucusque; Hispania, oppressit, Barbariae & bonarum literarum neglectu, id ipsum exemplar, quod primitus editum est, pulcherrimis figuris & penè omnium rerum quae in sacra historia recensentur, imaginibus depictum, conseruauerunt. Sed praecipua illustrissimè & prudentissimè foeminae Antoniae Pacciae, Francisci Pacciaci, christianissimi ac optimi principis qui nunc eo amplissimo principatu fruitur, ex utroque parente sorori, quae terrenis nuptiis, cum a summis principibus, ambiretur contemptis, se sum-

summa cum dote, & non vulgari corporis pulcritudine, sub regula & habitu sanctissimæ conceptionis Deiparæ Mariæ, Christo, in ipso ætatis flore, Escalonæ consecrauit. Quæ & hunc eundem literarum thesaurum, cum fortasse à suis fratribus, immo à uiribus non uulgaris opinionis, sed qui rei utilitatem, ob linguæ Hebraicæ ignorantiam non deprehenderent, negligenter, summa fide & pro eius in sapientiam amore, hucusque custodiuit, mihi commune fecit. Sed ad rem. Pater igitur Davidis locum, non ad solum Mosaicum populum pertinere, sed reliquas etiam gentes, quæ eidem finitimæ erant, quæ legi Mosaicæ obnoxia certè non erant, ac perinde, ad nos quoque propagari, qui præter Euangelium, legibus quoque naturalibus uiuimus.

PROBATVR EX SANCTORUM patrum doctrina, psalmi locum, ad Euangelicum statum pertinere. Cap. 9.

HVNC demum locum ad statum Euangelicum quoque pertinere, communis fuit sententia per sanctorum patrum sententia. Vnde Augustinus in eundem. Quisque quod potest, uoueat & reddat. Non sitis pigri ad uouendum, non enim uiribus uestris implebitis, deficietis si de uobis presumitis, si autem de illo, cui uouetis, uouete securi, quod reddetis. Vouete & reddite Domino Deo uestro, omnes communiter. Quid debemus uouere? Cui questionem respondendo, cum uota communia Christianorum fidem, scilicet, & præcepta explicasset, subiungit. Sunt etiam uota propria singulorum. Alius uouet Deo castitatem conjugalem, ut præter uxorem suam non nouerit aliam, alii uouent ut experti tale coniugium, ultra nihil tale pati, alii uirginitatem ipsam &c. Et subiunde, Vouete & reddite Domino Deo uestro. Quisque quod uouere uoluerit uoueat, illud attendat, ut quod uouerit, reddat. Vnusquisque Deo quod uouit, si respicit retrorsum malum est. Nescio quæ castimonialis nubere uoluit. Quid uoluit? Quod & uirgo quælibet. Quid uoluit? Quod & mater ipsius. Aliquid mali uoluit? Mali planè. Quare? Quia iam uouerit Domino Deo suo. Quid enim dixit de talibus Apostolus Paulus, cum tamè dicat uiduas adolescèntulas nubere si uelint, Sed tamen ait quodam loco, Beatior autem erit si sic permanerit secundum meum consilium Ostendit beatiorum si sit permanerit non tamen dandam si nubere uelit. Quid autem ait, de quibusdam quæ uouerunt & non redderunt? Habentes dampnationem &c. Et statim. Nemo ergo frater positus in monasterio dicat, recedo de monasterio. Neque enim soli qui sunt in monasterio perueniunt ad regnum cælorum, & illi qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent. Respondetur ei, sed illi non uouerunt, tu uouisti, tu retro respexisti, Hæc & alia multa in eandem

sententiam illo loco Augustinus, Libro deinde de fide ad Petrum Diaconum. Ceterum, inquit, quisquis seipsum castrauerit propter regnum cælorum, & in corde suo continentiam Deo uouerit, non solum si mortifero fornicationis crimine maculetur, uerum si aut uir uxorem accipere, aut mulier nubere uoluerit secundum Apostoli sententiam, damnationem habebit, quia primam fidem irritam fecit. Sicut ergo secundum Apostoli sententiam, dignum est uxori uir debitum reddat, similiter & uxor uiro, quia si quis acceperit uxorem, non peccat, & si nupserit uirgo, non peccat, ita secundum eiusdem Apostoli dictum, Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis, & uouerit continentiam Deo, debet eam usque ad finem, tota mentis sollicitudine custodire, ne damnationem habeat, si primam fidem irritam fecerit. Similiter & coniugati uiri, & coniugatae uieres, si ex consensu perennem Deo continentiam uouerint, nouerint se, sui uoti obnoxios detineri, nec iam sibi deberi commisionem carnis, quam primitus licitam habuerunt, sed Deo se debere continentiam, quam uouerunt; tunc enim unusquisque regnum cælorum, quod sanctis promittitur, possidebit, si obliuiscens, quæ retro sunt, & in anteriora extendens seipsum, secundum quod in psalmis dicitur, Vouete & reddite Domino Deo uestro: quod scit esse licitum, & ad perfectum melioris uitæ pertinere cognoscit, & libenter uoueat, & celeriter reddat, & in hoc quod uotum reddat, meliori semper conatu proficiat: omni enim uouenti Deo, & reddenti quod uouit, & Deus ipse quoque reddet cælestis regni præmia quæ promissit. Libro demum, I. de adulterinis coniugis ad Pollentium, Posteaquam ei qui adulteram dimississet, aliam etiam si suam infidelitatem dimissuram, & fidem Christianam suscepturam, sanctissime iuraret, ducere non licere decreuit. Subiungit, non solum autem mechandum non est, quod facit, non quidam, sed omnis qui dimittit uxorem suam & ducit alteram, & si propterea duxerit, ut faciat Christianam, sed etiam, si quis non alligatus uxori continentiam Deo uouerit, nullo modo debet ista cõpensatione peccare, ut ideo credat, uxorem sibi esse ducendam, quia promissit, quæ nuptias eius appetit futuram se esse Christianam: quod enim cuiquam antequam uouisset, licebat, cum id se nunquam facturum uouerit, non licebit, si tamen id uouerit quod uouendum fuit, sicut est perpetua uirginitas, uel continentia post experta connubia: solutis à uinculo coniugali, uel ex cõsensu uouentibus, & carnalia debita sibi inuicem relaxantibus; fidelibus castisque coniugibus, quod alterum sine altera, uel alteram sine altero uouere fas est. Hæc ergo, & si quæ alia sunt, quæ rectissime uouentur, cum homines uouerint, nulla conditione rûpenda sunt, quæ sine ulla conditione uouerunt. Quia & hoc Dominum præcepisse intelligendum

gendum est, ubi legitur, Vouete & reddite Domino Deo uestro. Vnde Apostolus de quibusdam, qui continentiam uouent, & postea nubere uolunt, quod eis antequam uouissent utique licebat. Habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt. Hucusque Aug.

Sed Davidis locum ad Euangelicam quoque uitam pertinere, cum omnes veteres psalmorum interpretes mira concordia fateantur, pluribus sanctorum patrum locis adductis, uelle demonstrare, fortasse ociosum est. Quare ad alia sanctæ scripturæ loca progrediamur.

PROBATVR ITERVM, EX LOCIS sanctæ scripturæ, uotorum castitatis aut celibatus, perpetuitas. Cap. 10.

SOLET à sanctis patribus in hanc sententiam & locus ille Euangelicus afferri, quo Christus discipulum domum repetere uolenti, deterret. Nemo, inquit, mittens manum ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei. In quæ uerba Cyrillus Alexandrinus, Apposuit manum aratro, qui affectuosus est ad sequendum, tamen respicit retro, qui ditionem petit, occasione redeundi ad domum. Quibus uerbis haud aliud quam propositi religiosi desertionem intelligit. Et Theophilactus in eadem uerba. Sine mortuos sepelire licuit, nec his quæ monasticam professi sunt ad mundana regrediantur negotia.

Beda etiã presbyter. Si autem sequitur Dominum discipulus, quia vel domum renuntiare uelit, arguitur, quid fiet illis, qui nulla utilitatis gratia, sæpe uisitant domos illorum, quos in mundo reliquerunt? Si igitur isti propterea regno Dei non sunt apti, quando minus erunt digni, qui ex toto retro se conuertunt Satanam sequentes? De quibus bene dicebat Apostolus. Quæ conuersæ sunt retro post Satanam. Et tales per imitationem post Satanam vadunt, qui de societate angelorum apostatauit, uel talibus, mementote & quid acciderit uxori Loth, quæ retro pariter respiciens, mortua est, & in salis columnam est conuersa. Hæc Beda. Creditque huc allussisse Dominum, cum apud eundem Euangelistam, de futura iudicii tempore, hominum oppressione, inquit. Et qui in agro similiter non redeat retro.

Ex his uerbis, exhortatur Ambrosius sacras uirgines, ne ad nuptias carnales, quibus ualle dixerunt, rursus conuertantur. Memores, inquit, esto te uxoris Loth, quæ ideo quia retrospectit, perdidit naturæ suæ munus. Retro enim Satan, retro Sodoma, quapropter fuge intemperantiam, declinato luxuriam; recordare, quia ille, qui se ueteribus studiis non reflexit, ideo euasit, quia peruenit ad mortem. Illa quoniam ad posterior-

ra respexit, nec mariti adiuta suffragio, ad mortem peruenire potuit, sed remansit.

August. eos, qui à semel decreta castitate desciuerunt, in psal. 83. in hunc modum alloquitur. Quid rursus conuerteris ad vomitum tuum? Si canis hoc faciens, horret oculis tuis, tu quid eris oculis Dei? Vnusquisque enim fratres charissimi, de loco itineris sui, ad quem proficiendo peruenit, & quem uouit Deo, inde respicit retro, cum ipsum dimiserit. Verbi gratia. Statuit castitatem conjugalem seruare, inde enim incipit iustitia, recessit à fornicationibus & ab illa illicita immundicia quando se ad fornicationes conuerterit, retro respexit. Alius ex munere Dei maius aliquid uouit, statuit nec nuptias pati, qui non damnaretur si duxisset uxorem, post uotum, quod Deo promissit, si duxerit damnabitur, cum hoc faciat, quod ille qui non promiserat, tamen ille non damnatur, iste damnatur. Quare? nisi quia iste respexit retro. Iam enim ille antea erat, iste autem illuc nondum peruenerat. Sic uirgo quæ si nubere, non peccaret, sanctimonialis si nupserit, Christi adultera reputabitur. Respexit enim retro, de loco quo acceperat. Hucusque Augustinus. Et denique beatissimus pater noster Franciscus, in breui illa, sed prorsus Euangelica regula, quæ suæ religionis professoribus præscripsit, cum fratres suos à religionis desertione deterret, hunc locum usurpat, Quia nullus, inquit, imponens manum ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei.

Afferuntur & in eandem sententiam multi alii scripturarum loci, ut illi, quibus de uotis Rechabitarum agitur &c. Verum cum nos, non uotis in uniuersum, sed de castitatis duntaxat uotis disputationem instituerimus, ociosum ac præter institutum putamus, eos hic uelle exigere. Vnde illos, his catholicis scriptoribus, qui de uotis monasticis disputant, relinquimus.

DEMONSTRATVR SANCTORUM patrum testimoniis, uotorum perpetuitas. Cap. 11.

QUARE iam ad Ecclesiasticos patres ueniamus, in quibus tamen adducendis, nonnulla, ex his quæ superiori disputatione, cum de uotorum historia ageremus, attulimus, sed absque lectoris tedio sumus usurpaturi. In his itaque primo loco se offert Apostolici canonis fragmentum, quod ab Epiphano, aduersus Apostolicos scribente, memoriæ proditum superius diximus. Proinde, inquit Epiphanius, Diuini Apostoli sanctæ tradidit Ecclesiæ, post definitam atque constitutam uirginitatem sceleratum esse nuptias contrahere.

Idem quoque Epiphanius, postquam exposuisset, de quo uirginum aut uiduarum ordine, cum nubendi indulgentiam tribuat, loqueretur Apostolus

stolus (de qua re postea) ad id quod tota ea disputatione, aduersus eosdem hæreticos probare contendebat, reuertens, subdit. Et quod hæc sic se habeant (nimirum uirginem, post decretam semel Deo castitatem, non posse nubere) docet nos idem Apostolus dicens. Iuniores uiduas reice, postquam enim lasciuierint contra Christum, nubere volunt, habentes iudicium, quod primam fidem reiecerunt. Si itaque ea quæ post mundi experientiam uidua fuit, atque Deo dicata, & postea nupsit, iudicium & damnationem habebit, quod primam fidem reiecit, quanto magis quæ citra mundi experientiam, Deo dicata uirgo fuit, & nupsit, contra Christum lasciuuit, & maiorem fidem reiecit, & iudicium habebit, uelut quæ proprium erga Deum propositum relaxauit? Hactenus Epiphanius. Quæ autem postea subiungit, docens minus malum esse nubere quam scortari &c. postea, cum de matrimoniis contra votum initis agemus, quo sensu sint accipienda, explicabimus.

Basilii Magni sermone 4. ascetico, id est, exercitatorio aut monachali. Itaque, ait, ante promissionem castæ uitæ, licet uolenti, iuxta id quod concessum ac legitimum est, & uitæ consequentiam sibi congruam diffinire, & seipsum nuptiarum coniugio committere. Verum eum, qui preoccupatus est per propriam professionem, custodire conuenit seipsum Deo, uelut sacra quædam Deo dicata donaria, *ut ne sacrilegij crimen incurrat*, & dicatum per professionem Deo corpus, rursus communis uitæ ministerio sordidum faciat. In Epistola ad Amphilochoium, quæ apud Græcos canonica est, canon. 18. iubet uirgines professas, uotifragas, non ut in synodo Ancyrana fuerat statutum, ut digamas, sed ut adulteras, puniri. Canon. 19. monachos professos, ad coniugia descendentes, separari præcipit. Canon. 24. statuit, uirginem, quæ post sexaginta annos Diaco-natum subiit, si nupsit, à fidelibus separari. Is deinde lib. de uera uirginitate. Uirginitatem, inquit, Domino professæ, deinde à carnis uoluptatibus concitatæ, scortationis peccatum, nuptiarum nomine, uelare uolunt, non ignorantes opinor, etiam si ignorantiam simulent, quod quæ sponsi sui dextram præterit, neque huius est sponsa, quem illegitimè reliquit, neque illius, cui se ipsam per affectum uiciosum adiunxit, iuxta leges, uxor reperiri poterit.

Hieronymus multa dicit in hanc sententiam: nam præter illa quæ in caput 7. prioris ad Corinthios scribit, quæ postea cum ab aduersariis, nobis obiectos Pauli locos, explicemus, sumus allaturi, in ea Apostoli uerba. *Quoniam* uindex est Dominus de his omnibus &c. Non solum, inquit, de fornicatione & publica turpitudine, sed etiam de *propositi transgressione*. Quisquis enim continentiam Deo uouerit, *fecit sibi illicitum quod licebat*. Docet idem in obiurgatione Su-

sanæ, quam graue sit scelus, à deuota castitate desciscere, nisi quod eo loco potius de lapsu fornicationis, quam de matrimonio loqui uideatur. Denique ad eum eius scripta huiusmodi sententiæ sunt plena, ut à quibusdam hæreticis admodum iniquos in matrona fuisse dicatur. Quorum tamen censura & iudicium quo tendat, intelligere non est difficile, ut scilicet sanctorum patrum auctoritatem apud suos eleuent, quo eorum interpretationibus contemptis, quos tamen Deus in Ecclesia doctores potuit, ipsi tanquam lupi rapaces in Dominicos greges, quod hodie faciunt, liberè grassentur. Enimuerò Hieronymus & quicumque alii patres, quod hunc, aut illum locum, ad Ecclesiasticam fidem communemque credulitatem ab hæreticis tuendam, paulo uolentius attulerint, & quod amore castitatis & Ecclesiasticæ consuetudinis, quam illi labefactare moliantur, in alterum extremum parumper declinent, quæ duo Petrus Vermelius in Hieronymo ac plerisque aliis impudentissimè taxat, dum ut uirginitatem & castitatem defendant, nuptiis non nihil detrahunt, eorum auctoritatem non lædit, potissimum, cum non id ex proprio cerebro, sed ex communi religione, sanctorumque patrum traditione scribant. Non erant Ecclesiastici patres, ueterum scriptorum, præsertim cum communem fidem, communesque Ecclesiæ consuetudines tenerentur, rigidi censores, & impudentes Aristarchi, quod hodie hæretici nostri, fortasse necessitate compulsi, procacissimè factitant, sed multum ueterum patrum monumentis & laboribus deferebant, & ex eorum, quos Christo & uiris Apostolicis propinquiores cognouerant, præscripto & præiudicio, non ut hodie hæretici ex propria infania, nisi cum error apertus erat, scripturas ac dogmata Christiana tractabant. Itaque cum Hieronymus, uel libris aduersus Iouinianum, uel alibi, eum, qui se uoto castitatis tradiderit, grauissimè peccare, si ad nuptias descendat, inquit, cum id non ex propria mente sed Ecclesiæ communi doctrina, ueterique sanctorum patrum traditione, doceat: non est cur eius auctoritas eleuetur, aut minus in hac parte quam quàm alibi, hæreticam infaniam retrudat.

Augustinus, omnia uotorum genera, siue uirginum, hoc est, earum, quæ nondum matrimonium contraxerunt, uel coniugum, qui mutuo consensu uouerint continentiam, uel uirgularum, quæ post coniugis obitum, ex uoto, nuptias non repetere destinarint, firma & ualida esse ita ut grauissimè, qui postea nuncupata, matrimonia contraxerint peccet, innumeris penè locis affirmat. Et ut omittamus quæ superius, ex eius com. in ps. 83. attulimus, certè in lib. 1. de adulteriniis coniugiis ad Pollétium indubitatè affirmat, eum, qui uouerit, aut uirginitatem, aut continentiam, quæuis aliqua femina cum sit infidelis, ad Christum se committat accessuram, cum illa non posse nuptias celebrari, quia

quia non sunt uilla mala committenda ut ueniant bona. In libro etiam de bono uiduitatis, huiusmodi lapsus peiores adulteriis pronuntiat. In Epistola ad Armentarium & Riparium, adhortatur illum multis modis, ut continentiam, quam uouerat una cum uxore, omnino præstet. Inter quæ, Uouisti, inquit, iam re obstruxisti, aliter facere non licet. Laudatque ibi necessitatem, quæ iam ad seruandam castitatem constringitur. Felix, inquit, necessitas, quæ ad meliora compellit. Neque hic Petri Martyris in Augustinum calumnia audienda est, qui sæpe hanc necessitatem ad fœdissima compellere, mentitur. nam si licet promittere, iure ipso naturæ adhortante, necessarium est soluere, aliqui omnes pactiones & conuentiones, cum cuique uideretur, rescindende essent.

PROBATVR, EX ECCLESIASTICIS decretis, uotorum castitatis perpetuitas. Cap. 12.

SED ad Ecclesiastica decreta ueniamus, quæ somnia uoto castitatis obligatos, ad coniugia declinantes, grauissimè in Deum peccare, incredibilem concordia tradidere. Virgines quæ se Deo dedicauerunt, aiunt patres in Ilbertino concilio sub Constantino magno, si pactum perdidissent, uirginitatis, atque eidem libidini seruierint, non intelligentes, placuit nec in finem eis dandam communionem esse. Quod si seipsas poenituerint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore uitæ suæ huiusmodi fœminæ egerint poenitentiam, & abstinerint se à coitu, eò quod lapsæ potius uideantur, placuit eas in fine communionem accipere debere.

Valentina synodus in Gallia, De puellis uero, inquit, quæ se Deo uouerunt, & præclari nominis Deo floruerunt, id custodiendum esse decreuimus, ut poenitentes, non statim poenitentiam recipiant, & cum data tamen fuerit, nisi plenè satisfecerint Deo, in quatuor ratio poposcerit, eisdem communio differatur.

Concilium Carthaginense II. Sicut bonum est, inquit, castitatis præmium, ita & maiori obseruantia & præceptione custodiendum est, ut si quæ uirgines quantūlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate, à uiro relicta, se deuoerunt Domino, & ueste laicali abiecta, sub testimonio Episcopi & Ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea uero ad nuptias seculares transferantur, secundum Apostolum damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam Domino uouerunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam in conuiuio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reatu suo sunt uiris suis obnoxia, quanto magis uirgines, quæ religiositatem mutauerunt, crimine adulterii notabuntur, si deuotionem, quam Deo, sponte, non

coacte, obtulerunt, libidinosæ corruerint, uoluptate, atque ad seculares nuptias transitum fecerunt? Quæ etsi uolentia irruente ab aliquo præceptæ fuerint, ac postea delectatione carnis atque libidinis permanere in coniugio raptori uel uolento uiro consenserint damnationi superius comprehensæ tenebuntur obnoxia. De talibus ait Apost. Cū luxuriatæ fuerint nubere uolunt, habentes dationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

Aurelianense, s. sub Pelagio I. Pont. maximo. Quæcūque, ait, puellæ, seu propria uoluntate monasterium expetunt, seu à parentibus afferuntur, annum in ipsa ueste, qua intrauerunt, permaneat. In his uero monasteriis, ubi non perpetuo tenentur inclusæ, triennium in ea, qua intrauerunt, ueste permaneant, & postmodum secundum statuta monasterii ipsius, in loco quo elegerint, permanere, uestimenta religionis accipiant. Quæ si deinceps sacra relinquunt loca, propositum sancti seculi ambitione transcederint, illæque in domibus propriis tam puellæ quam uirgines, commutatis uestibus conuertuntur, cum his quibus coniugio copulantur, Ecclesiæ communionem priuentur. Sanè si culpam sequestratione sanauerint, ad communionem gratiam reuocentur. Hactenus synodus.

Ante hoc Aurelianense primum, monachum defectorem Ecclesiasticis gradibus ineptum declarauerat. Monachus, inquit, in monasterio conuersus, si pellici postea uel uxori fuerit sociatus, tantæ præuicationis reus, nunquam Ecclesiasticus gradus officium sortiatur.

Toletanum III. monachum, aut paterna deuotio, aut propria professio facit: quidquid horum fuerit, alligatum tenebit. Promde his ad mundum reuertendi, interdiximus aditum, & omnes ad seculum interdiximus regressus. Canonè deinde 55. Duo sunt, inquit, genera uirgularum, seculares & sanctimoniales. Seculares uirgines sunt, quæ adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt, quæ iam mutato habitu seculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis & Ecclesiæ apparuerunt. Hæ si ad nuptias transferantur, iuxta Apostolum, non sine damnatione erunt, quia se primum Deo uouentes, postea castitatis propositum abiecerunt.

Toletanum VI. Procliuis cursus est ad uoluptatem, & imitatrix natura uitiorum: quæ obrem quibus uirorum uel mulierum habitum semel induerit spontaneè, religiosum, aut si uir deditus Ecclesiæ choro, uel fœmina fuerit, aut fuerit delegata puellarum monasterio, in utroque sexu præuicator, ad propositum inuitus reuerti cogatur, ut uir detondeatur, & puella ad monasterium regrediat: si autem quolibet patrocinio defertores permanere uoluerint, sacerdotali sententiâ ita à Christianorum cetero, habeantur extorres, ut nec locus eis ullus sit cõionis. Uirgines quoque, sicut uniuersalis synodus iam statuit, professionis uel habitus sui defertices, superiori sententiâ condemnentur.

Universalis synodus, cuius hoc loco patres hu-
ius concilii meminerunt, Chalcedonensis est,
cuius canon. 15. constituitur, Diaconissam non
debere ante quadraginta annos ordinari, & hoc
cum diligenti probatione. Si verò (subiungit)
susceperit ordinationem, & quantocunque tem-
pore obseruauerit ministerium, & postea se nu-
ptiis tradiderit, iniuriam faciens Dei gratiæ, hæc
anathema sit cū eo, qui in illius nuptiis cōuenit.
Vsurpauit autem synodus Toletana nomē gene-
ricū viduæ pro specifico Diaconissæ. Diaconis-
sas enim plerunque viduas generico nomine
vocari, superius, multis locis veterum auctorum
conuicimus. Subiungit deinde Chalcedonensis
synodus de virginibus. Si qua virgo se dicauerit
Deo, similiter & monachus, non licere eis iungi
nuptiis, si verò inuenti fuerint hoc facientes, ma-
neant excommunicati. De verbis autem, quæ
huic annectuntur, quæ matrimonia votariorum
non esse irrita dicere, videntur, postea.

EX PONTIFICIBVS ROMANIS
eorumq; decretis, voti castitatis perpetuitas,
afferitur. Cap. 13.

INNOCENTIUS, huius nominis Primus, in Epi-
stola ad Vitricum Rothomagensis, de vtro-
que genere virginum, quæ nondum sacrum ve-
lamen susceperunt, & quæ iam per professionem
Deo consecratæ sunt, in hunc modum statuit.
Can. 12. Item quæ Christo spiritualiter nubunt, & à sa-
cerdote velantur, si postea vel nupserint publi-
cè, vel occultè corruptæ fuerint, non eas admit-
tendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is cui
se iunxerant, de hac vita decesserit: si enim de
omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque
viuente viuo alteri nupserit, habeatur adultera,
nec ei agenda pœnitentiæ licentia concedatur,
nisi vnus ex eis defunctus fuerit, quanto magis
de illa tenenda est, quæ ante immortalis se spon-
so coniunxerat, & postea ad humanas nuptias trā-
sire eligit? Hæc verò quæ nec dum sacro velamine
rectè, tamen in proposito virginali semper se si-
mulauerunt permanere, licet velatæ non fuerint;
si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore
pœnitentia est, quia sponsio earum à Domino te-
nebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei
contractus, nulla ratione dissolui, quanto magis
ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerant, soli
sine vindicta non poterit? Nam si Apost. Paulus,
quæ à proposito viduitatis discesserant, dixit
eas habere condemnationem, quia primam fi-
dem irritam fecerunt, quanto potius virgines,
quæ prioris promissionis fidem minimè seruauerunt?
Can. 13. Ita Innocentius. De cuius tamen postremo
canone inferius, cum de votariorum coniu-
giis agemus, non nihil dicemus.

Syriscus Pontifex multa in defectores mona-
chos & virgines, ante Innocentium in Episto-

la ad Himerium Tarraconensem scripserat, quæ
quoniam non ad matrimonia sed ad scortatio-
nes pertinere aduersarii dicent, huc afferre non
est necesse.

Sed Leonis planè doctissimi & sanctissimi Pô-
tificis de hac re iudicium in Epist. ad Rusticum
Narbonensem Episcopum præterire non debeo.
Propositum, inquit, monachi, proprio arcitrio
aut voluntate susceptum, deserui non potest absq;
peccato: quod enim quis vouit Deo, debet & red-
dere: vnde qui relicta singularitatis professione
ad militiam vel ad nuptias deuolutus est, publicæ
pœnitentiæ satisfactione purgandus est, quia etli
innocens militia, & honestum potest esse coniu-
gium, electionem meliorum deseruisse, trāsgres-
sio est. Hæc Leo. Eius est & illud, Puellæ, quæ
non parentum coactæ imperio, sed spontaneo iu-
dicio, virginitatis propositum atq; habitum sus-
ceperunt, si postea nuptias eligunt, præuarican-
tur, etiam si nondum eis gratia consecrationis
accessit, cuius vtique non fraudarentur munere,
si in proposito permanerent. Et rursus. Ambigi
non potest, magnum crimen admitti, vbi & pro-
positum deseritur, & consecratio violatur: nam
si humana pacta impunè calcari non possunt,
quid eos manebit, qui corruperint diuini fœdera
sacramenti?

Gregorius Pontifex multus est in hac parte.
Principio in Epistola ad Bonifacium. Viduas, in-
quit, à proposito descendentes viduitatis (intel-
ligit autem viduitatem, vt non semel monuimus,
non Diaconatum, sed gradum quandam religio-
nis, post Apostolica tempora inuentum, & vi-
duis nolentibus nubere, cum obligatione casti-
tatis tributum) super quibus nos consulere vo-
luit dilectio tua frater carissime, credo te nosse
à sanctis patribus, & à sancto Paulo nisi conuer-
tantur, olim esse damnatas, quas & nos Aposto-
lica auctoritate damnandas, & à communione
fidelium, atque à liminibus Ecclesiæ arcendas fo-
re censemus vsquequo obediant suis Episcopis,
& ad bonum quod ceperunt inuitæ aut volun-
tariæ reuertantur. De virginibus autem non ve-
latis, si deuiuerint, & à sanctæ memoriæ præ-
decessore nostro Innocentio taliter decretum ha-
bemus. Recitatoque canone Innocentii, quem
nos iam scripsimus, subiungit. Nam si virgines
nondum velatæ, taliter pœnitentia publica pu-
niuntur, & à cœtu fidelium vsque ad satisfactio-
nem excluduntur, quanto potius viduæ, quæ per-
fectioris ætatis, & maturioris sapientiæ atque
consilii existunt, virorumque consortio multo-
ties vsæ sunt, & habitum religionis assumpse-
runt, & demum apostatauerunt, atque ad priorem
vomitum sunt reuersæ, à nobis & ab omnibus fi-
delibus, à liminibus Ecclesiæ, & à cœtu fidelium vsq;
ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceribus tra-
dendæ, qualiter iuxta Paulū Apost. tradentes hu-
iusmodi hominem Satana, in interitum carnis, &
spiritus

spiritus saluus sit in die Domini. De talibus &
Dominus per Moysen loquitur dicens. Auferte
malum de medio vestri. De quibus & per Pro-
phetam ait. Letabitur iustus cum viderit vin-
dictam, manus suas lauabit in sanguine pecca-
toris. De talibus & eorum similibus, atque eis-
dem consentientibus dicitur. Quia non solum
qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facienti-
bus, rei iudicandi sunt. Hactenus Gregorius.
Reprehendit ideo sanctus Pontifex, Vitalianum
Sipontinum Episcopum, quod fœminam quan-
dam velatam, quæ à proposito castitatis reces-
serat, ad habitum & rationem viuendi religio-
sam reuerti non coegerit. Si custos, inquit, re-
ligiosi habitus fuisses aut esse nosses Episcopus,
filiam gloriosæ memoriæ Tulliani magistri mi-
litæ, te illic posito, nec proiectis religiosis ve-
stibus, ad secularem reuerti habitum, nec ad
nos licuisset peruersam Epistolam destinare.
Sed quia nimia disidia ac torpore deprimeris,
in tuo dedecore res ad præsens illicita impunè
commissa est. Nam (sicut præfati sumus) si so-
licitus esses, prius ad nos vltio mulieris prauis-
simæ, quàm culpa debuit peruenire. Quia igitur
tantum hæbes, tantumq; est negligens, vt nisi ca-
nonicam in te fueris certiore expertus, in aliis
distriktionem disciplinam nesciens custodire,
qualiter debeas esse sollicitus congruo tibi, (si
Domino placuerit) tempore demonstrabimus.
Præsentia igitur scripta suscipiens euigila, & ex-
citatus saltem exequere, quod prorsus nunc vs-
que ignauia distulisti. Instantiæ ergo tuæ sic præ-
dictam mulierem vnâ cum Sergio defensore,
comprehendere, & statim non solum ad malè
contemptum habitum sine excusatione aliqua re-
uocare, sed etiam in monasterio, vbi omnino di-
strictè valeat custodiri, detrudere, & ita omnem
solicitudinem circa illam exhibere, vt quàm sit
necessarium quod commisit, ex tua possit distri-
ktionem cognoscere. Hactenus Gregorius. Iu-
betq; deinde, vt si quispiam laicorum illi sit im-
pedimento, eum protinus à communione fide-
lium suspendat, eidemque renunciet, vt in eum
digna pœna animaduertatur. Iubet idem Anto-
nio subdiacono, vt monachos defectores requi-
rat, & ad monasteria reuocet. Quia aliquos, ait,
monachorum, vsque ad tantum nefas profiluisse
cognouimus, vt vxores publicè sortiantur, sub
omni eos vigilantia requiras, & inuentos, coer-
tione debita in monasteriis, quorum monachi
fuerat, transmittas. Iubet idem Pontifex Ma-
riano Episcopo, vt quandam, quæ à monasterio,
opera cuiusdam nequissimi hominis adducta fue-
rat, ad idem protinus reuocet. Et demum Ioan-
ni Episcopo Cotelitano monacham, quæ quo-
cunque pacto à proposito castitatis exciderit, re-
uocari iubet ad monasterium, atque illic de-
fieri, & orationibus, & ieiuniis purgare, quod
admisit.

Bonifacius, non Martyr, vt suo Carnotensis
ait (nullus enim Bonifacius Pontifex Martyr ex-
titit) sed Septimus circa ann. Domini paulo plus
minusvè nongentos, Hiltribaldum Anglorum re-
gem acerrimè reprehendit, quod castimoniam
Deo sacrarum virginum passim violare permit-
teret. Si quod ablit (ait) quod multi dicunt, nec
legitimam accepisti vxorem, nec castitatis ab-
stinentiam pro Deo seruasti, sed libidine domi-
nante, in seelere luxuriæ & adulterium, famam
gloriæ tuæ coram Deo & hominibus confunde-
ris, in hoc valde contristamur, quia & in conse-
ctu Dei flagitiū, & coram hominibus famæ con-
fusio esse dignoscitur, & ad hoc, quod peius est,
qui nobis narrant, adiiciunt, quod hoc scelus
ignominia, maxime cum sanctimonialibus, &
Deo sacratis virginibus, per monasteria commis-
sum sit: nam hoc peccatum, non dubium est, esse
duplex peccatum; vt, verbi gratia, dicamus, cui-
us vindictæ reus sit puer apud dominum suum,
qui vxorem domini sui adulterio violauerit, quā-
to magis ille, qui sponsam creatoris Christi cœli
& terræ putredine suæ libidinis commaculauit?
Item apud Græcos & Romanos, quasi blasphemiam
Deo irrogasset, qui in hoc reus sit, vt pro-
priè de hoc peccato ante ordinationem interro-
gatus, si reus inuentus fuerit, vt cum velata &
consecrata Nonna concubuisset, ab omni gradu
sacerdotum Dei prohiberetur. Propter hoc, fili-
li carissime, sollicitè considerandum est, quan-
ti ponderis hoc peccatum esse iudicetur, ante
oculos æterni iudicis, quod facientem inter ido-
latræ seruos constituit, & Diuino ministerio al-
taris abiicit, licet ante peracta pœnitentia recon-
ciliatus sit Deo. Hactenus Bonifacius.

Ioannes Quartus, vt idem Iuo inquit, aut Octa-
uus, vt ego suspicor, Bulcredo Saxonum regi de
eadem re ita scribit. Quoniam, sicut audiuimus,
fornicationis peccatum maxime regnat, eò quod
sanctimoniales & Deo iam deuotas fœminas,
atque de propria consanguinitate, hominis re-
gni vestri, vltra sancti Gregorii statutum, nouel-
lo tunc populo necessario mandatum, vxores du-
cere præsumant, quod nimirum scelus graueque
delictum, his Apostolatus nostri literis, omnes
qui sub iure vestro existunt, tam laicos quàm cle-
ricos, amodo & deinceps cauere, ac propriam
de factis pœnitentiam dignam peragere, & vltra
talia nunquam committere, monemus, hortamur
atque præcipimus. Quod si vobis hoc impium e-
mendare, fortasse graue videtur, pro quo talia
sustinetis aduersa, nostræ paternitati vestris in-
notescite literis, vt Apostolicæ sedis eos, qui
talia nefando operi eneruiter subia-

cent, corripiamus, & modis om-
nibus aggrauemus decre-
tis. Hucusque Pon-
tifex.

P. 7. c. 12

Nonnâ mo-
nacham in-
selligis.
Ibid.Lib. 7. Reg.
ap. 9.17. q. 1. cap.
Suntior.

Ibid. cap.

Epist. 9. l. 8.
regit.

Lib. 3. ep. 9.

EX LEGIBVS CIVILIBVS
imperatorum, demōstratur votorum ca-
stitatis, perpetuitas. Cap. 14.

ACOEDVNT Ecclesiasticis decretis ciui-
les quoque leges, quæ huiusmodi homini-
bus ac fœminis, post votum nubentibus,
grauissima supplicia statuerunt, quæ magno sem-
per applausu populi Christiani susceptæ sunt, &
quæ fortasse maiorem vim aduersariis nostris,
quod non à Rom. Pontificibus, ac synodis, sed à
laicis hominibus prodierint, illaturæ sunt. Citat
Photius Constantinop. Patriarcha in Nomo, can-
non. 13. constit. tit. 1. Nouellarum Iustiniani in
hæc verba. Si monachus clericus factus fuerit, ne
audeat ad matrimonium accedere, etiam si eum
gradum sit affectus, in quo licet clericis vxores
ducere, scilicet cantoris & lectoris: aliis enim
omnibus matrimonium est omnino prohibitum.
Si vxorem duxerit aut concubinam habuerit, vel
incontinenter vixerit, clero eiiciatur, & sit pri-
uatus, ad militiam vel ad studium, vel exercitium
non audens accedere. Quo loco non modò mon-
achus à coniugio arceatur, sed clerici etiam, qui
iam ipsa ordinis sacri susceptione continentiam
professi sunt. Allegat & idem ibidem aliam de
Diaconissis constitutionem. Quæ ordinantur Dia-
conissæ admoneantur, quod si ordinem dede-
core afficere ausæ fuerint, matrimonium contra-
hentes, vel alioqui in fornicatione viuentes, mor-
ti erunt obnoxia, & bona earum, suorum mona-
steriorum vel Ecclesiarum Domino applicabun-
tur. Est illa ex eodem tit. constit. item 13. Quod
si curialis vel apparitor, qui quindecim annis fuit
monachus, clericus factus deinde vxorem duxe-
rit, propriæ vitæ conditioni reddatur. Item.
Qui cœlibem ordinat, ipsum interroget, an sine
legitima vxore possit honestè vitam agere. Qui
autem tempore ordinationis, Diacono vel Sub-
diacono permittit, vt ducat vxorem post ordina-
tionem, Episcopatu eiiciatur. Presbyter, vel Dia-
conus, vel Subdiaconus, qui post ordinationem
vxorem duxerit, clero eiicitur, & cum suis cleri-
cis traditur curiæ ciuitatis, vbi erat clericus.

EX POENIS, RAPTORIBVS
sacrarum virginum præscriptis. Cap. 15.

SVNT & in Raptores, vel eos, qui quacūque ra-
tione, sacrarum fœminarum coniugia tenta-
uerint, tum à conciliis, tum à Romanis Pon-
tificibus, tum demum à Romanis imperatoribus,
qui post imperium Christianum claruerunt, mul-
tæ acerrimæque pœnæ decreta, quæ nunquam non
fuerunt iustissimè iudicata. Et vt à conciliis ex-
ordiamur, statuit synodus Arelatensis, vt Iuo Car-
notensis & Gratianus testantur (quanquam mi-
hi, quæ ea fuerit, cum nunc quatuor habeantur,
non satis constat) eos, qui sacras fœminas ag-

grediuntur, sacrilegos fore habendos. Scien-
dum, inquit, est omnibus, quod Deo sacratarum
fœminarum corpora, per votum propriæ spon-
sionis, & verba sacerdotis, Deo consecrata tem-
pla esse, scripturarum testimoniis comprobatur,
& ideo violatores earum sacrilegi, ac iuxta Apo-
stolum, filii perditionis esse noscuntur.

Synodus etiam Meldensis, cap. 6. apud eundem
Iuonem, de eadem re ita statuit. Qui sanctimo-
niales virgines vel viduas rapiunt, & eò progressi
etiam criminis, in coniugium sumunt, publicæ
pœnitentiæ subigantur. Ipse verò fœminæ, locis
congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum
religionis redire cogantur. Ipse autem incestuo-
sus, sine spe vxoriæ copulationis perenniter ma-
neat, nisi nescisse se velatam expurgare potuerit.
Si verò (quod absit) coniugia iterare præsum-
perint, acriori subdantur vindictæ, & amplius
propellantur. Quod si fortè obedire monitis sa-
lutaribus noluerint, anathematizentur.

Triburiense concilium de monachis & sancti-
monialibus Deo dicatis, quacunque ratione se
commiscentibus, ita sanxit. Impudicas detesta-
bilesque personas monachorum atque monacha-
rum, quæ abiecto proposito sanctitatis, illicita
atque sacrilega committione se miscuerint, & in
arbitrium, cōscientiæ propriæ desperatione per-
ductæ, de illicitis complexibus filios liberè pro-
creauerint, à monasteriorum cœtu, Ecclesiarumque
conuentibus eliminandas esse mandamus, quate-
nus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus la-
mentatione continua desitentes, purificationi pos-
sint igni pœnitentiæ decoqui, vt eis vel ad mor-
tem sola misericordia, per cōmunionis gratiam
possit subueniri. Hucusque synodus. Quæquam
hic non modò fœminarum sacrarum corrupto-
ribus, sed ipsis quoque sacris fœminis pœna ir-
rogetur. Illud tamen eiusdem concilii in aggresso-
res duntaxat vibratur. Hi, qui sanctimoniali-
bus, scientes matrimonio ad iniuriam Christi co-
pulati sunt, iuxta censuram zeli Christiani, sepa-
rentur, & nunquā eis concedatur coniugali vin-
culo religari, sed in pœnitentiæ lamentis, se ve-
hementer, dum viuunt afficiant. Et rursus. Vir-
ginibus sacris, se quosdam temere sociare, cog-
nouimus, post dicatum Deo propositum, inca-
sta fœdera sacrilegaque miscere, quos protinus
æquum est, à sacra communione detruendi, & in-
super publicam probatamque pœnitentiam, om-
nino non recipi. Sed tamen his viaticum de se-
culo transeuntibus, si digne pœniterint, non ne-
getur. Sed ad Pontifices Rom. veniamus.

Honorius Pontifex, aut Primus, aut Secundus,
(vter enim eorum fuerit, ignoro) apud Iuonem,
scribens Ioanni Episcopo & Gaudio notario, de
eisdem sacre pudicitia inuasoribus, ita rescri-
psit. Præsentium lator, interclusa voce, & sus-
pitiis atque gemitibus, lachrymisque in desinen-
tibus, supplicatione sua nobis exorsus est, eò
quod

quod quidam illic alumnus, filiam supplicantis, in
sacris vestibus constitutam, assiduitate sua dece-
pit, quoad usque in stuprū corporis, adulterio per-
petrato, deciderit, ita vt post compertum flagi-
tium, in opprobrium totius generalitatis illic cō-
moratis, ipse perditissimus cōuerteretur, atque omis-
sa insecutione, hucusque forsitan patrociniis, eundē
ipsum impunitum seruari. Vnde dilectio tua, Di-
uino zelo succensa, iurisdictioni competenti im-
minere nō desinas, quousque perpetrator sceleris,
quæstioni cōmunis & sacrisimo præsentatus ex
animi, vltimi supplicii pœnam suscipiat, ne retar-
data in eo animaduersione, Diuini iudicii in plu-
rimos propagetur sententia.

Ibid. *Stephanus* Papa, apud eundem Iuonem, omni-
bus Episcopis, per Italiam constitutis, ita scribit.
Vestræ fraternitati fortasse non manet incogni-
tum, qualiter Giseltruda relecta quondam Petri,
Deo contempto, ex sacro velamine relicto, cum
Wimigildo cognato suo (quod valde dolendum
dicimus) stuprū est operata. Vnde nos hoc audi-
to, quia magis ac magis tale nefandissimum sce-
lus deleri volumus, & ita statuere, ne aliis exem-
plum tribuatur, eos vtroque ad satisfactionem voca-
uimus, & sæpe vt uenirent, & à tali impio scelere
resipiscerent, monendo ad nos venire, decreui-
mus. Qui quoniam venire nolentes, sed in eadem
inobedientia perseverantes, monita nostra pro-
nihilo duxerunt, ideo illos canonico conuentu ce-
lebrato, excommunicauimus, & nisi ad satisfac-
tionem, accurrere studuerint, perpetuo anathe-
mati commisimus.

Paschalis item Pontifex ab Iuone ad eandem
rem, in quadam decretali Epistola profertur, sed
eius decretū non est aliud, quàm quod parum an-
tea ex cōcilio Triburiensi secūdo loco attulimus.

Demum ex Gelasii Epistola decretali cap. 20.
cōstitutio quoque ab eodem Iuone allegatur. Quæ
eadem est cum illa, quam tertio loco, ex eodem
concilio Triburiensi adduximus. Ea. n. synodus,
sanctorum Pontificum doctrinam imitando, ead-
em omnino decreta vsurpat, vt illic dicitur, *Vt
in constitutionibus*, inquit, Gelasii papæ habetur.

Iam ut ad leges ciuiles, quæ sacre pudicitia
inuasoribus pœnas decreuerunt, progrediamur.
Certè Iouinianus Imperator, eorum hominum,
ut superius diximus, qui sub Iuliano apostata an-
tecessore suo, absque discrimine in Deo sacrarum
fœminarum castitatem uiolenti erant, licentiam
coercere uolens, lege lata, ita sanxit. Siquis,
non dicam rapere, sed attentare tantūmodo iun-
gendi causa matrimonii sacratissimas virgines au-
sus fuerit, capitali pœna feriatur. Allegat Pho-
tius in hac rem in suo Nomocan. 14. tit. 6. lib. 1.
cod. cōstit. Quod si presbyter, uel Diaconus, uel
subdiaconus uxorem duxerit, canonibus quidem
tenetur, qui non minus quidem ualent quàm leges,
& à sacerdotio excidit: & qui ex nefario matrimo-
nio nati sunt filii, nec sunt naturales nec nothi,

& neque per donationem, uel successionem, uel
simulatum mutui contractum, uel aliam obliga-
tionem, à patribus accipiunt, uel matres eorū sed
ea illorum accipit Ecclesia. Affert & 13. tit. 1. no-
uellarum constitutionem. Qui rapiunt, uel corrū-
punt, uel adulterant alceteriam, uel monacham,
uel Diaconissam, uel eam, quæ habet habitū reli-
giosum, & qui sunt conscii, pœna capitali puniun-
tur, & bona eorum Ecclesiæ uel monasterio, eius
quæ probro affecta est, uenduntur per Episcopū
& cœconomū, & magistratus & apparitores. Ipsa
uerò cum rebus suis in monasterium, tuto seruā-
da, immittitur. Est & constitutio nouella apud eū-
dem Photium, qua parentibus & fratribus Dia-
conissarum & uiduarum, quæ Deo consecratæ sunt,
earum raptores, occidendi potestas indulgetur.

*Ti. 9. Nomo
can. 30.*

EX HIS QVAE SVPERIVS
allata sunt, hæretici coercentur. Cap. 16.

Quis iam post tot sanctorum patrū aucto-
ritatem, conciliorum & Romanorum Pō-
tificum decreta, & legum ciuiliū consti-
tutiones, quæ omnia tanquam sacrilegas huiusmo-
di, post deuotam castitatem, coniunctiones puni-
unt, & abominantur, Lutheris, Buceris, Calui-
nis, Walfangis, Vermeliis reliquisque; apostatis &
hæreticis, fidem adhibeat, quos non studio uerita-
tis, quam nunquā amarunt, sed carnis prauo desi-
derio, p quæ à Diabolo captiui tenentur, ad ueteres
Christianos motos, subuertendos armatos, facile
est cognoscere? Illud autem in his, quos uel ex pa-
tribus, uel ex synodis, uel ex Romanis Pontifici-
bus, legibusve Imperatorum, locos adduximus,
magnopere aduertendum, nunquā alicuius nouæ
constitutionis, nouæve sententiæ, qua damnare
cæperunt huiusmodi matrimonia, mentionem fieri,
sed potius ea quasi antiquorum Christianorum
morum, corruptelas muniti, & exterminari, quo
planè intelligimus, eam doctrinam, non hominē
ullum, sed Christū & Apostolicos uiros, auctores
habuisse. Quam considerationē id quoque magno-
pere promouet, quod non in hac, aut illa Ecclesiæ
parte, sed ubique terrarū ea coniugia damnata fue-
runt. Non enim Latini tantum patres, sed uniuersæ
etiam Ecclesiæ Græcæ, que tamen ingenti eru-
ditione, & Diuinæ legis cognitione, floruerunt,
eos, qui post decretam castitatem, ad coniugia cō-
uerterentur, tanquam qui flagitium aliquod desi-
gnassent, & grauissimè in Deum deliquissent, dā-
narunt. Sed id nunc iam rationibus, à natura vo-
ti castitatis deriuatis, iterum demonstremus.

ASTRUITVR VOTORVM
castitatis perpetuitas, theologice
rationibus. Cap. 17.

VOTVM non esse aliud quam promissionem
uoluntariè Deo factam, non ibūt inficias ad-
uersari:

uerfarii: minusq; negabūt, iure nature nos ad stā dum pactioibus & promissionibus, volūtariē factis, cogi. *Pacta*, ait Prætor, *conuentaque, neq; dolo malo*, neq; aduersus leges plebiscita, senatuscōsulta, edicta, decreta principū, neq; quo fraus cui eorum fiat, facta erunt, *seruabo*. In quod edictum Vlpianus. Huius edicti æquitas, naturalis est. Quid enim tam congruum fidei humanæ, quā ea seruare, quæ inter nos placuerūt. Putat Cicero pactiois virtutem legum ipsarum vires in obligando superare. *Pactū*, inquit est, quod inter aliquos cōuenit, quod iam ita iustum putatur, vt iuri præstare dicatur. Quod si de pactis, quæ inter homines celebrātur, id verum est, quæ obsecro ratio, eos, qui cum Deo scædus perpetuæ castitatis, voluntarii & nullo dolo, pepigerunt, ab eius perpetua solutione excusare poterit? Hæc ratio multis ex his locis, quos superius ex sanctorum patrum scriptis adduximus, attingitur, eam etiam ita vrget Augustinus. Si homini pmissum, præter eius consensum irritare non licet, quis tuta conscientia, quod Deo vouit transgredi præsumit. Verum plures rationes hic exigere, vbi ab Ecclesiæ primordiis tantus est catholicæ doctrinæ consensus, fortassis ociosum. Quare quantum aduersariorum rationes viros catholicos & Theologos mouere debeant, iam videamus.

ELIDITVR PRIMAA D-
uerfariorum ratio, ex Pauli locis
sumpta. Cap. 18.

ET prima quidem, quæ ex Pauli Apostoli dictis desumitur, qua cuique viro aut femina, etiam post vota nūcupata, nubere licere contendebatur, tunc nullius prorsus vigoris esse videbitur, cum legitimus eiusdē Apostoli sensus, tum ex ipso Apostolico contextu, tum ex sanctorū patrum interpretatione, clarescere cęperit.

Et principio, nisi ingēti cum pudore, hæretici nostri, negare nequeunt, eas Apostoli Pauli permissiones & indulgentias, ad primam vitæ Christianæ dispositionem pertinere. Respondit enim uerò sanctus Apostolus Corinthiorum quæstioni, qua duplex difficultas ab eo quærebatur; prior, ante Christianæ fidei susceptionem ductis vxoribus, vt liceret; posterior, an ei, qui se non satis in castitate contineret, vxorem ducere, per Euangelium permitteretur. Quod si ad primam vitæ dispositionem totum illud caput pertinet, non ergo ad eos, qui semel iam in certa ac determinata vitæ Christiane conditione sese constituerant. Deinde eo loco iubet Apostolus vnumquemq; in sua vocatione permanere, quo ergo pacto, eum, qui sese iam Deo consecrasset, ad vitæ nuptialis vsus conuertere permisisset, potissimum cum viduas, quod post votum nubere vellent, damnationem habere, perspicuis verbis alibi fateatur? Sed sanctos iam auctores audiamus.

Epiphanius contra Apostolicos disputans, At ne, inquit, putet rursus quidam diluti fientes, si dicamus de virgine quod præceperit Apostolus vt nubat, nunquid Apostolus, eam, quæ semel virginitatem seruare decreuit, a proprio cursu detrahere volens, hæc præcepit, Nō enim de his sermo est, sed de uirginibus, quæ nubendi tempus exceperunt. Quæ non ob uirginatē in uigore permanserunt, sed quod uiros non habuerunt, qui eas ad nuptias petiissent. Cum enim ex Iudæis processissent Apostoli, & secundum legem conuersati essent, initium prædicationis fecerunt. Statutis in lege adhuc detenti, non secundum carnis iustificationem, sed secundum cōsonam legis rationē, & exactam certitudinem. Mirabiliter enim prædicabat lex, ut ne darent filias Israel alienigenis, ut ne seducerent ipsas ad simulacra. Vnicuiq; igitur credenti tunc imperabatur, ut non amplius filiā suam Iudæis elocaret, sed Christianis idem sententibus ac eiusdem mentis. Cum aut noua esset prædicationis hæc, nondum multitudo Christianorum & Christianæ doctrinæ in locis erat. Qui igitur tunc habebant filias uirgines, cum non darentur copia ipsas Christianis elocandi, seruabāt uirgines suas ad multum tempus. Illæ uerò nubiles annos transgressæ incidebant in scortationē, propter naturalem necessitatem. Apostolus itaq; uidens damnum propter exactam rationem accidens, permisit dicens. *Si uerò quis uult suam uirginem*, & non dixit, *propriam uirginatē*. Non enim de proprio corpore dixit, sed de patre uirginatē asseruante. Si uerò suam uirginem propriam, corpus dicit, nihil impedit. Dicit igitur. Qui cōstitit firmiter in propria mente, & hoc debet facere, nubat, inquit, non peccat, nubat etiam, si nō fuerit copia, non peccat. Et propterea dixit, Alligatus es uxori, ne quæras diuortium, solutus es ab uxore, ne quæras uxorem. Qui dicit, uolo omnes esse sicut me ipsum, dixit, Si non continent, nubāt. Rursus autem inhortans ad nuptias dixit. Dico autem in coniugatis & uiduis, bonum est eis, si manserint sicut & ego. Quomodo igitur rursus dixit, Alligatus es uxori, ne quæras solutionem? Aut quomodo non proprio Domino contradicere reperietur, qui dicit, Qui nō reliquerit patrem & matrem & fratres & uxorem & filios & filias non est meus discipulus? Quomō uerò, qui dicit, Quod oportet relinquere uxorem probam & patrem, idem ipse dicit, Qui honorat patrem & matrem. Hoc enim est primum mandatū, quod promissionem adiunctam habet. Et quod Deus coniunxit, homo non separet? Immo omnia Diuina uerba, non allegoria opus habent, sed prout se habent, accipienda sunt. Speculatione autem indigent, & sensu, ad cognoscendā uiniuscuiusq; propositi argumenti uim ac facultatem. Oportet autem & traditione uti. Non enim omnia à Diuina scriptura accipi possunt. Quapropter aliqua in scripturis, aliqua in traditione sanctorum Apostoli

stoli tradiderunt. Quæ admodum dicit S. Apost. *stolus*. *Sicut tradidi uobis*. Et alibi, *Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesiis*. Et si continentis, nisi frustra creditis. Tradiderunt itaq; Apostoli, peccatum esse post decretam uirginitatem, ad nuptias conuerti. Et scripsit Apostolus, Si nupserit uirgo nō peccauit. Quomodo igitur hoc cum illo concordat? Immo etiam illam uirginitatem dicit, quæ nō est dicata Deo, sed propter penuriam raritatis in illo tempore, eorū, qui in Christum credebant, necessario sic fiebat. Et quod hæc sic se habeant, docet nos idem Apostolus dicens, Iuniores uiduas reuocet. Postquam enim lasciuierint cōtra Christum, nubere uolunt, habentes iudiciū, quod primam fidem reiecerunt. Si itaq; & ea, quæ post mundi experientiam, uirga fuit, atq; Deo dicata, & postea nupserit, iudiciū & condemnationem habebit, quod primam fidem reiecit. Quomō magis quæ citra mundi experientiam Deo dicata uirgo, & nupserit, contra Christum lasciuierit, & maiorem fidem reiecit, & iudiciū habebit, uelut quæ proprium erga Deum propositum relaxauit. Hæc tenus Epiphanius. Qui si hoc tempore uixisset, haud meliora scribere in nostros hæreticos potuisset. Quos optimè dilutos uocat, tanquam qui existimantes se esse sapientes, euauerint incogitationibus suis.

Lib. ad uirg.
cap. 5.

Ambrosius uirginem laplam de infidelitate reprehendens, Si inter decem testes, inquit, confectis, sponsaliis, nuptiis consummatis, quæuis uirgo femina coniuncta mortali, non sine magno periculo perpetrat adulterium, quid putes fore, si inter innumerabiles testes Ecclesiæ, corā angelicis exercitibus cœli, facta copula spiritalis per adulteriū soluitur? Nescio an possit digna mors, an pena cogitari. Dicit aliquis, melius est ergo nubere quam vri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum uelatum. Cæterum. Quæ se spondit Christo, & sanctum uelamen accepit, iam nupserit, iam immortalis cuncta est viro. Etiam si uoluerit nubere, communi lege coniugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Hæc Ambrosius.

Cap. 9.

Chrysostronus, lib. de uirginitate, cum capit. 5. Epistolæ prioris ad Tim. quo uiduis quibusdam uelle tantum nubere, damnabile Apostolus pronuntiat, cum his locis cap. 7. prioris item ad Corin. ubi licentiā nubendi, his, qui utuntur, tribuit, & eos, qui coniugiis copulantur, non peccare, dicit, apparentem repugnantiam dirimere uolens. Ita scribit. Sed quamobrem, inquit, quam liberam dimiserat, penam deinde cōstituit, & quod in Domino esse inquit connubium, id quasi contra legem conciliatū condemnat? Ne uerearis. Non enim id de iis ipsis, sed de alteris uult intelligi nuptiis. Vt enim cum dixit, uirginem, quia nupserit non peccare, de ea non est locutus, quæ coniugium renūciauerit, quippe quā deliquisse, & intolerabili scelere se astrinxisse perspicuum est omnibus,

sed de illa, quæ expers adhuc nuptiarum nihil dū statutum habet, uerum etiam nunc inter utruque, anticipati cogitandi cura distrahitur. Sic & uirginitatem, hoc enim loco de ea omnino loquitur, cui uirgo ammissa, neq; dum deliberatum sit nubere, & integrum utrum malit optare; illic uerò (in Epistola nimirum ad Timoth.) eam significat, cui cum iam in certamen continentie descenderit, nō amplius liberum est nubere cum aliquo, licet enim quamdiu id non elegerit, uirginitatem esse neq; uirginitatem ordinem referri. Itaque, inquit ipse, uirginitas gatur nō minus sexaginta annorum. Nam uirgo omnino si uoluerit potestatem nubedi facit, eaq; coniuge mortuo; se in reliquum tempus Deo castam fore professā sit, si postea nupserit, uehementer accusat, ut quæ pacta quæ cum Deo fecerat, tãquā oblitā neglexerit. Non his ergo, sed illis dicitur, *Si se non continent, nubant. Melius est enim nubere quam vri*. Hucusq; Chrysostronus.

Hieronymus in ea uerba, *Si acceperis vxorē, non peccasti*, illos, ait, dicit non peccare si nubant, qui nondum Deo uouerunt castitatē. Cæterum qui uel in corde suo promisit (quoad votum simplex pertinet) si aliud fecerit, habet damnationē, quia primam fidem irritam fecit. Quod enim erat licitum, per votum sibi fecit illicitum. Sicut Ananias & Saphyra, quibus de pretio possessionis suæ, reuere nihil licuit, ob quam causam subita morte prostrati sunt. Eo loco Hieronymus. Et rursus in illa uerba. *Et si nupserit uirgo non peccauit*. Non illa uirgo, quæ semel se Dei cultui dedicauit, harum enim, si qua nupserit, habebit damnationem quia primam fidem irritam fecit. Et lib. 1. aduersus Iouinianū. *uirgines quæ post consecrationem nupserint, non adulteræ sunt, quam in casta. Deum Sedulius Scotus* in illa uerba melius est nubere quam vri.

Epist. 5. l. 1.

EXPENDUNTVR VERBA ILLA
Apost. melius est nubere, quam vri. Cap. 19.

EX his sanctorum patrum interpretationibus, quid de Apostolicis locis sit sentiendū, & quibus ille nubendi potestatem faciat, facile erit intelligere. Quoniā autem locus ille, quo melius esse nubere quam vri, ait idem Apostolus; uehementer in nos ab hæreticis vrgetur, docentibus eam rationem, non modò de adhuc liberis uiris uel fœminis, sed de his, qui voto castitatis se obstrinxerunt, fore accipiendam, eidem singulari consideratione animum intendere paulisper oportet.

Docent aduersarij, vitam cœlibē, etiam cum voto fuerit obligata, tunc duntaxat homini Christiano colendam, quamdiu non uirginitas, uocant autem vri, tentationibus concuti: nam tentationes & commotiones carnis, non aliud putant, quam Diuinæ quosdā uoluntatis interpretes, qui hominem ad vitæ rationē conjugalem pelliciant. Hæc

nos

nos interpretationem, & falsam esse, & Apostolico animo contrariam, sanctorum patrum expositionibus aduersam, & demum à sanctæ scripturæ phrasi penitus dissidentem breuioribus quo poterimus, verbis explicabimus. Fuerunt nescio qui, qui hanc vitionem, quam matrimonio postponit Apostolus, Gehēnæ combustionem acceperint, quos præter Erasmi, rectissimè doctiores interpretes irriserunt. Est enim uerò, non proprius, sed metaphoricus & translaticius, Apostolicus sermo, neque parum in vulgari ratione loquendi vsurpatus, cum carnis incendia, ignem &c. dicimus. Quæ sententia, ut potè veterum interpretum sententiæ contraria, in duobus dictionibus difficultas sita est, nimirum in nomine *καρμῶν*, quod vulgaris interpret. *Melius*, & in verbo *καρμῶν*, idest, vri de quibus est, suo ordine, dicendum. Latini interpretes, siue recentiores, siue veteres, nomen *Melius*, non proprie, sed (quod aiunt) abusuè intelligunt, idest, minus malum, quemadmodum & minus bonum, malum aliquando, vocare consueuimus. Quam interpretationem, quæ tamen penè omnium auctorum est, si imitemur, nihil ex hac parte adiuuantur hæretici, sed penitus eorum sententia subuertitur: nam minus profectò malum, aut peccatum, malum aut peccatum est. Tantum ergo ex hac interpretatione obtinent, vri foemina post votum adhærere, minus malum esse, quæ vri, at non esse malum, aut peccatum, non possunt conuincere. Est etiam hæc sanctorum interpretatio, eisdem aduersa, quod sancti nunquā vel grauissimas carnis tentationes malas, aut peccata docuerunt, sed ingentia merita ex illis cõparari semper consenserunt. Ergo cum nomen, *Melius*, minus malum interpretantur, de tentationis hunc Apostolicum locum intelligere nequeunt.

Verbum, vri, veteres & recentiores interpretes, non de quibuscumq; tẽtationibus, sed de his, quibus homo superatus, carnis desiderijs succumbit, semper acceperunt. Sed utrumq; eorum indutis locis cõprobemus. Ideo, inquit Ambrosius, dicit, melius esse nubere quàm vri, quasi bonũ sit vri, ideo nubere melius. Sed consuetudinem secutus est: solemus enim dicere, melius est lucrum facere quàm dānum: vri verò est desiderijs agi vel vinci: cum enim voluntas calori carnis succumbit, vritur: nam desideria pati & nõ vinci, illustris viri est & perfecti.

Sedulius Scotus, eiusdem antiquitatis auctor, posteaquam ea verba, non post votum sed ante, fore intelligenda protestatus est, quæ verba superiori cap. attulimus; dicit autem melius esse nubere quàm vri, ait, in comparatione deterioris ac peioris rei, nisi culpa scilicet ad coniugium veniat. Si tamen nondum meliora deuouerunt, quàm vri, vel ardore effrenatæ libidinis vel infernali igne post fornicationem.

Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, *Melius* est nubere quàm vri. *Melius*, inquit, ad com-

parationem deterioris respicit, non ad simplicitatem incomparabilis per se boni, velut si dicatur, *Melius* est vnum oculum habere quàm nullum. Vri autem est desiderijs carnis æstuarè. Cum enim mens calori carnis consentit, vritur pati verò desideria & non vinci illustris viri est, perfectique.

Bruno Herbipolensis, *Melius* est nubere, (nõ dico q̄ fornicari) sed quæ minus est quàm vri, idest, libidinis desiderijs agitari & vinci.

Lombardus Ambrosii ad verbum interpretationem sequitur. *Melius* est nubere quàm vri, idest ardere libidine. *Vri* enim melius est, desiderijs angere & vinci. Non igitur ideo dicit, *Melius*, quòd bonum sit vri, sed consuetudinem locutionis est secutus.

Thomas eisdem prorsus consentit, *melius* est nubere quàm vri, idest, concupiscentia superari. Concupiscentia enim est, calor quidam noxius, qui ergo cõcupiscentia impugnatur, calefcit, sed non vritur, nisi gratiæ humorem perdat à concupiscentia superatus. Consentiant his *Lyranus*, *Hugo*, *Caetanus*, & reliqui omnes, siue veteres, siue recentiores, quos huc afferre uelle, fuisse molestissimum, ac minimè necessarium. Docent omnes verbum, *Vri*, non de tentationibus, quibus magnopere, his præfertim, qui Deo se dedicarunt, obnitendum esse consentiunt, sed de ipsa dominante iā in animũ concupiscentia esse accipiendũ.

PROBATVR SUPERIOR VERBORUM PAULI INTERPRETATIO, cum scriptura consentire. Cap. 20.

ET VR HAC interpretandi ratio, quantum operè cum scripturæ phrasi, & loquendi consuetudine conueniat, hæretici intelligant ex eisdem locis scripturæ, ad quos Paulus allussisse videtur, probandum est, ignem siue adustionem, non ad tentationes, sed ipsa carnis opera, præfertim internam animi concupiscentiam, pertinere. dehortatur Salomon iuuenem ab scortatione, & alienæ mulieris contactu, ob magnitudinem detrimenti, quòd ex eo paruo pretio contrahitur. Pretiũ, inquit, scorti, vix est vnus panis; mulier autem pretiosam animam capit. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta eius non ardeant? aut ambulares super prunas & non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Vides hic ignem & combustionem, nõ ad tẽtationem, sed ad ingressum ad vxorem proximi referri. Sed expressius est illud, quod Ecclesiastici libri auctor, in simili dehortatione à carnis desiderijs, inquit. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Et rursus. Specie mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt. Colloquũ enim illius, quasi ignis exardescit. Iob etiam, dũ innocentiam suam plaga percussus contestatur.

Si

Si deceptum, inquit, est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum alterius sit vxor mea, & super illam incornetur alii. Hoc enim nefas est & iniquitas maxima, ignis deuorās, & omnia eradicās genimina. Demum illud. Si quid aliud ad hanc Pauli phrasim pertinere videtur, quod de homine libidinoso inquit. Anima, inquit, calida, quasi ignis ardens, nõ extinguitur, donec aliquid deglutiat. Et homo nequam in ore carnis suæ, non desinet, donec incendat ignem. Homini fornicatio omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens vsq; ad finem. Omnis homo qui transgreditur, lectum suum cõtemnens animam suam & dicens. Quis me videt, & tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor? Quo loco, eius, qui libidinis incendio voluntarius aduritur, cogitationes describit. Sed huius loci interpretationem Rabanus latissimè prosequitur. Nõ itaque, vri, apud Paulum, tentationibus imperi, ut hæretici docent, significat, sed carnis commotionibus succumbere, quod profectò in nuptijs & viduis, qui nondum votum castitatis, ut *Sedulius* dicebat, emisserunt, peius est quam nubere. Quæquæ mihi potius nomen *καρμῶν*, eligibilis aut opportuni quàm melius interpretari cū Erasmo: magis placet, ut abusiua illa vsurpatio remoueat. Ac si Apostolus dicerent, melius est, idest, eligibilis est, nubere, quam à tentationibus superari & vinci: in noie *melius*, videtur bonitas aliqua, in utroq; comparationis extremo claudi, in nomine, *eligibilis*, aut *potius*, nulla: non quòd nuptiæ ante votũ, de quo tempore loquitur Apostolus, non sint bonæ, sed quòd vri, semper sit malũ. Alter Apostolicus locus, de iniectioe vinculi, postea discutietur.

SANCTORVM PATRVM LOCI, qui hæretica sententia proferebantur, excuti incipiunt; et prius quorundam catholicorum dilutio, refellitur. Cap. 21.

N VNC ad locos Cypriani, Augustini, concilii Chalcedonenis & Laodicensis, veniamus, qui non parnam cõtrouersiam habent, cum haud obscurè significare videantur, eorum, qui per votũ castitatis Deo sunt cõsecrati, coniugia, rata esse & solida: qua in re nobis maximè hæretici nostri insultant, præfertim ob Augustini locum, qui rem ex proposito pertractatè videtur. Ad quæ quidem loca, varia, à viris catholicis, qui hisce annis vtrumque cõlibatum tuentur, adhibetur responsio, sed ea potissima esse videtur, quæ dicitur, eas sacras virgines, quas Cyprianus, si nõ continent, nubere consulit, & quarum coniugia Augustinus rata esse defendit, non solèni, sed simplici voto, fuisse constrictas. Quæ profectò respõsio, ideo mihi non idonea iudicatur, quòd aperte ex eisdem locis, vel Cypriani, vel Augustini, vel

demũ Chalcedonenis & Ancyranæ Synodi, haud ingenti labore, subuerti posse, videatur. Enim uerò Cyprianus, & qui cum eo ad Pomponium, qui de ea re prius ad eos literas dederat, scribunt, aperte, non de quibuscumque, sed de sacratis Deo virginibus, & quas publica virginitatis professio, populo Christiano notissimas fecerat, loquuntur. De iis inquam, quæ in cathalogo virginum sacrarum, iuxta eius temporis cõsuetudinem, scriptæ, ob suspensionem violatæ virginitatis, cæteris Christianis scandalum dederant. Ideo enim inspici iubet (quod & Ambrosij tempore factitatum fuisse, superius cõmemorauimus (quòd in eo cathalogo, non nisi verè Christoq; dicatæ virgines, reponi solerent. Et quid obsecro, aut Pomponio Episcopo, aut illi Episcoporum concilio, cum illis virginibus, quæ nondum publicam professionem (cuius ratione indictione Episcopum reponerentur) castitatis ediderant? Votum simplex nunquam ad ius Episcopale pertinuit, cum illius nullum publicum habeatur testimonium, & cum nulla vouentis traditio præcesserit. Demum, fuisse illas virgines, de quibus loquitur Cyprianus, voto solèni, iuxta eius temporis consuetudinem, obnoxias, ipsius Cypriani verba demonstrare videntur, cum eas, virgines Deo dicatas, & sponsas Christi, nõ semel appellet. Si superueniens, maritus, aut, sponsam suam iacentem cum altero videat, nonne indignatur & fremit, & per zeli dolorem fortassis, & gladium in manum summũ? Quia Christus dominus & iudex noster, cum virginem suam sibi dicatam & sanctitati suæ destinatam, iacere cum altero cernat, quàm indignatur, quàm irascitur, & quas penas huiusmodi coniunctionibus comminatur. Profectò aliter, quàm per publicam professionem, cuius formam Hieronymus lib. illo de laude virginitatis, & Ambrosius lib. ad virginem lapsam, commemorant, Deo virgines, eo seculo, nuncupari non legimus.

Iam ut de Augustino loquamur, perspicue claret, eum non modò de solèni, sed (si dici licet) de solènisimo sermonem facere, cum de Apostolicis illis viduis loquatur, quas, antequam ad Diaconiam promouerentur, votum solène publice emittere, & Christo fidem perpetuæ castitatis tribuere, & Paulus asserit, & nos superius multis demonstrauimus. Quòd autem de his loquatur, totum caput præcedens satis ostendit, subditque. Proinde, qui dicunt talium nuptias, nõ esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi videtur satis acutè ac diligenter considerare, quid dicant, &c. Non ergo Augustinus, de his, qui voto duntaxat simplici obligati erant, sed planè de uoto Ecclesiastico, & non modò propositi, quale nunc est monachale, sed officij quoque solènitæ, solèni, quale erat Diaconarum.

Chalcedonenis Synodi decretũ, de virginibus, quæ se Deo dicaucrunt, & quod est apertius, de monachis loquitur. Certè virgines Deo dicatas,

tas, eo maximè seculo, quoniam erant multa earum monasteria, haud alias possumus intelligere, quam publicè professas, immo verò sanctimoniales, certis regulis & statutis in cōmune viventes. Et quod de hoc virginum genere loquatur, id satis indicat, quòd eas monachis contraponit. Demum, cūm de monachis ibi loquatur, diuinare nō est opus, sanctam synodum, non de uoto simplici, sed solenni, sermonem facere: monachum enim, non simplex castitatis votum, sed solenne, publicaq; professio facit. *Demum* Ancyrana synodus, professionis, per quam votum solēne semper enūtiatur, clarè meminit. Quicumque, inquit, virginitatem profitentes, *professionem suam irritam reddunt &c.*

Eisdem omnino rationibus Erasmi Roterodami respōsio refellitur, qui in annot. Epistolæ prioris ad Demetriadem, quam Hieronymi omnes esse cōsentiant, in qua, vt inferius dicemus, tale aliquid scribitur, respondet, hoc non de velatis, sed de non velatis virginibus fore accipiendum: nam si virginibus ante publicam professionem non velabantur, vt tum ex veterum scriptorum monumentis, tum ex Ecclesiastica, quæ hodie durat, consuetudine, ostenditur, si professis iam publiceque Deo dicatis virginibus, vt ex præcedenti capite ostenditur, huiusmodi loca quoque cōueniunt, & velatis etiam perinde conueniunt. Velatio enim & professio, cūm eodem tempore fierent, eandem obligationem inferebant. Et deniq; non velatio, sed professio, erat, quæ contrahendi nuptias ius abdicabat: alioqui monachi, qui non velantur, sed profitentur tantum castitatem, matrimonij iuri non renunciaissent. Velum non erat aliud, quā Deo nuncupatæ castitatis insigne quoddam, vt Optatus Meleuitanus ait, quo scilicet sacræ à non sacris virginibus dignosceretur.

L. 6. de schif. mat.

Theodorus Balsamon, in canonem. 19. Synodi Ancyrane, huiusmodi locos de his virginibus accipiendos esse docet, quæ etsi castitatem uouissent, non tamen seculo renunciaissent. Eius verba sunt. Debes autem hic virginales dicere, viros scilicet & fœminas, non qui mundo renunciauere & vitam monasticam elegerunt, sed alios quosdam, cū laico habitu ad Deum accedentes, & virginitatē profitentes. Qui enim vitam monasticam elegerunt, suam Deo professionem irritam facientes, & se matrimonio coniungentes, digamorum pœnis non subiiciuntur, sed diuulso & separato matrimonio, vt quòd non possit consistere, valde puniuntur, & monasterio, in quo tonsi sunt, traduntur, sicut in aliis canonibus diximus. In canonem etiam, 16. Chalcedonensis synodi ita scribit. Olim quædam mulieres cum laicali habitu ad Deū accedebant, & virginitatem profitebantur. Præsens ergo canon decernit, eos, qui hoc professi fuerint, siue sint viri monachi, siue mulieres, ab his, quæ uouerunt ac professi sunt, non discedere, nec matrimonio cōiungi debere, horum autem trās-

gressores excommunicatos esse seu segregatos. Excommunicationis autem seu segregationis potestatem, eiusq; vel extensionem, vel diminutionem, illius loci Episcopo attribuit. Hodie autem Constantinopoli, nec sunt virginibus cum laicali habitu, nec est virginum domicilium, quod Parthenon dicitur. Hactenus Balsamon eo loco. idem repetit, deinde incan. 18. Basili ad Amphilochiū, quo virginibus Deo deuotas, ad nuptias declinantes, non vt bigamas, quod Ancyrana synodus statuerat, sed vt adulteras puniendas decernit: & incan. 19. quo idem Basilius docet, nulla alia ratione, quā sub habitu monachali, profiteri posse castitatem, laicorumq; proinde virorum uota, non esse admittenda.

Sed hæc Balsamonis interpretatio, multò minus quā præcedētes, absoluere difficultatem videtur: nam aut monachorum & monacharum cōiugia ideo soluebantur, quòd votum solēne intercessisset, aut quoniam seculo iam renunciaissent. Si prius, quid prohibet, in secularibus quoque, fœminis præsertim, vota fuisse solēnia castitatis. Renūciasse etiam seculo, vt quis omnino nuptiis renūciare dicatur, nō est necessarium. Deinde, viduas Apostolicas, quæ quòd nubere uellent; habebant damnationem, Basilius apertè in Epistola ad Amphilocho, post sexaginta annos nubentes & rursus ad nuptias conuersas, separandas esse decernit ab illis, quibus coniunctæ fuerant. Demū Chalcedonensis synodus, non modò virginum Deo dicatarum, sed monachorum, meminit, & tamen & his & illis ab Episcopo fieri posse misericordiā permittit. Immo eo loco sanctam synodum de secularibus virginibus nō loqui, id satis indicat. quòd eas monachis adiungit vt diximus. Virginem, inquit, quæ se Deo dedicauit, similiter & monachos, non licere matrimonio iungi: Sin autem hoc fecisse inuenti fuerint, sint excommunicati (ecce pœna) ostendendæ autem in eos humanitatis auctoritatem habere statuimus Episcopum eius loci: ergo cum monachis etiam, misericordiā fieri poterat, nam monachos non professos hic imaginari, mera phatāsia est, cūm, vt ex can. 19. Basili ad Amphilocho. qui tamen multo tempore Synodum Chalcedonensem antecesserat, omnis monachus expressè professus castitatem, in Græcia censeretur. Virorum, inquit Basilius, non nouimus, præterquam si qui seipos monachorum ordini adiudicant, *quitacitè* videntur cœlibatum admittere: sed in ipsis quoq; illud existimo præcedere oportere, vt ipsi interrogentur, & euidentis ipsorum accipiatur professio, vt postquam se ad libidinosam & voluptariam vitam conuerterint, eorum qui fornicantur, punitioni subiiciantur. Hactenus Basilius. Vbi vides non modò vniuersos monachos, iam tunc Basili tempore, in Græcia profiteri, sed eos quoque, qui illis eorumq; cōtubernio, adhærescere volebant, quorum tamen post hunc canonem, initio suæ ad monachos accessio-

1. Tim.

Idem Palu. 4. & Durā. ad d. Cate. 21. qm. 88. m. 7.

cessio, postulandam esse deinceps professionem, præcipit. Verbum enim, *qui tacite &c.* non ad monachos, ut contra omnem rationem Balsamon putauit, sed ad eos, qui se societati monachorum iungunt, quos hodie religionis *Donatos* uocant, referendum est. Docet Basilius, nō quod Balsamon putat, monachos tacitè cœlibatum admittere, cūm id publica professione iam facerēt, sed monachorum ordini se adiudicantes, quam tamen tacitam professionem in expressam commutari præcipit.

QVORVNDAM THEOLOGORVM
rationes eliduntur, qui credunt, votum solenne ex natura sua, dirimere matrimonium contractum, non consummatum.

Cap. 22.

ERGO vt quod nobis in hac parte uidetur; iam exponere incipiamus, ea quæstio nobis excutienda est. An uotum solēne suo pte genio ac natura, ex institutione uel Diuina, an uero ex sola Ecclesiastica constitutione & usu, matrimonium contractum dirimat. In qua re, cūm omnes conueniant, nunc uotum solenne de facto dirimere matrimonium, an tamen id ex sua natura, an autem ex Ecclesiastica constitutione præstet, quantum fuerit sententiarum dissidium & cōtradictio ex dist. 3. quarti sent. facile est cognoscere. S. Bonauentura, S. Thomas, & Ricar. Mediauillanus, Durādus, cum bona theologorum scholasticorum parte, priorem sententiam amplectuntur, votum solēne nimirum ex sua ratione matrimonium postea contractum dirimere. Contrā, Scotus id in Ecclesiast. constitutionem refundit, docens uotum solēne quidem, ex se suaq; natura, non magis quā simplex, contracta semel coniugia rescindere, sed id ex eo habere, quod Ecclesiast. eos, qui uoto solēni sese constrinxerūt, ad contrahendas postmodum nuptias ineptos reddiderit, quemadmodum cognatos, affines, &c.

Qui priori sententiæ adhærent, has habent potissimas rationes. Primam quidem scandalum, quod nimirum solēnis uoti transgressio sit scandalosa, atq; adeò ad eius obseruationem, nō modò Deo & sibi, ut in uoto simplici, sed & Ecclesiæ toti teneatur. Secundam, Votum solēne probari potest, simplex non potest. Tertiam, quia per uotum solēne, qui uouet, ei cui uouet, ius sui ad actū sequentem illum uotum tribuit, ac perinde uouens continentiam, dat illi, in cuius manu uouet, ius sui ad faciendum illud obseruari, igitur non pōt amplius dare ius sui ad actum oppositū, absq; graui scelere, cūm iā sit eo iure destitutus. Postrema atque potissima, ut nostræ memoriæ Theologis placet, rō est, quod simpliciter uouens promittat tm̄, solenniter uous in possessionem mittat. Votum. n. simplex, uolunt dūtaxat esse promissionem, solēne rei

promissæ traditionem quandam, in potestatem alterius. Qui. n. aiunt, castitatem per religionis ingressum uouit, iam sese dedit, Deoq; se in illam obedientiam, castitatem, & paupertatem seruandam, mancipauit, quocirca deinceps non est sui iuris, ut possit se in coniugium alteri dedere. Atque hanc rationem, uniuersalis scholæ, aiunt, esse, cum tm̄ solis S. Th. & Ricardo, qui eodem tempore philosophati sunt placuerit. Eas tm̄ rationes, ita Scotus comminuit. Et primam quidem, quæ de scandalo loquitur, qm̄ scandalum non arguit, nisi maius peccatum. Deinde, quia uotū simplex potest esse publicum, solēne cōtra secretum, atq; adeo simplex pōt esse multò magis scandalosum q̄ solēne. Secunda ratio propter eandem causam Scoto nihil persuadet, quia simplex uotum, quā uicūq; sit simplex, contractum matrimoniū non dirimit. Tertia quoq; eidem non placet, qm̄ quō uoto simplici uouet castitatem, Deo quantum ad actum uoti, tribuit in se potestatem, atque adeo non posset corpus suum postmodum in coniugem transferre ad actum contrarium, eius, quem uouit: non enim minus trāsferat aliquis à se, quod immediate dat Deo, q̄ quod dat eidem mediante homine vicario. Nam quod quidam aiunt, Deum nolle sibi immediatè corporis potestatem donari, sed mediatè, per hominem scilicet, cōmentitium est, & neq; Euangelica ratione, neq; scriptura suffultum. Cur enim Deus per seipsum, quemadmodum & per medium hominem, in corpus nostrū oblatam potestatem non accipiet? Et quod hæc ratio non modò nihil persuadeat, sed insuper cōtra Theologiæ, imo & cōtra fidei aduersetur, ex eo aperte p̄ditur, quod iuxta eam, uotum simplex infringere nullum esset peccatum, ita vt quō uoto simplici uouisset castitatem, ducendo uxorē nullo pacto delinqueret, quod planè sanctorum patrū & conciliorum diffinitionibus, quas autem produximus, immo & cōtra Ecclesiæ & scholæ Christianæ creditati contrariū est. Quòd aut sequatur, inde apertum est, quod hi docent, Deum non nisi homine medio, in ullius hominis corpus, quantumcūq; sese deuouentis, potestatem accipere: nā si in meū corpus, quod illi per meam uoluntatē offertur, quousq; homo medius, prælatus. s. accedat, Deus potestatem non usurpat, nulla ergo, ex eo quòd ego centies me ipsum uoto simplici deuouē eā, seruandæ castitatis obligatio cōsurgit. Nā si aliq̄ cōfurgeret, ea, ex eo contractu, qd̄ cum Deo iniū, ex uoto nimirum simplici, oriretur, at, ex illo nō oritur, nulla igitur cōsurgit obligatio. Quòd ex illo contractu non oriatur, patet, quoniam ea oriretur, ex eo quòd post votum Deus habet in corpus meum potestatem, cuius ratione ego idem corpus in coniugium transferre nequeo, sed Deus, iuxta horum sententiam, nullam in me accepit potestatem, quia ego non per hominem, sed immediatè obtuli, ergo &c. Quòd si quis dicat, accepisse quidem quantū ad peccati rationem, non

Hh tamen

Dom. Ser. 4. sen. dist. 38. art. 2.

Ricar. in 4. dist. 39. q. 1. in sol. princ.

tamen quantum ad priuationem potestatis, quæ scilicet nequeam ego post hac idem corpus in uxorem transferre, id friuolum est & merè uoluntarium. Primò, quia Deus immediatè corpus meum ad castitatem offerentem, iuxta horum rationem, nullam accipit potestatem, ac perinde nec ad peccatum usurpabit. Deinde, si hanc usurpat, illam non usurpat, quærenda est ab his ratio, quare unam & non aliam usurpet, quæ profectò semper erit uoluntaria, & nullo rationis aut scripturæ fundamento innixa. Est ergo homo ad rationem uoti solennis necessarius, non quatenus solenne est, sed quatenus publicum. Votum enim solenne, non potest adeò occultè celebrari, quin aliquos uel aliquem habeat, unde semper annexam habet publicitatem aliquam, atque adeò homo ad intrinsecam rationem obligationis non pertinet, quæ semper est, non cum homine, sed cum Deo, sed ad comprobabilitatem, quæ ad notarium coerendum, ex illa publicitate confurgit. Verùm de his postea.

Nunc ad quartam, eamque potissimam, eius assertionis rationem, ueniamus, quam eisdem penè argumentis Scotus refutare contedit. Cum omnia quæ in uoto solenni intrinsecè clauduntur, in quantum est actus uoluntatis, trāsferentis dominium corporis in Deum, omnia, inquam, ista in uoto simplici sint prorsus æqualia, atque adeò traditio aut promissio, non est magis in uno quàm in altero. Atque hæc dilutio satis eam rationem euertisse uideri potuisset, nisi quidam eidem auxilia ne quicquam quæsiuissent, quæ quanti sint momenti nunc exigere oportet. Docent hi inter uotum solenne & simplex hoc esse discrimen, quod simplex sit quædam futuræ traditionis promissio, solenne uerò traditio ipsa per quam homo sese actualiter (quod aiunt) in alterius potestatem committit, quod tamen discrimen cum multoties in scholis inter disputandum dicatur, quemadmodum & multa alia, fortasse tamen non satis intelligitur. Quod ut probemus, quid sit uotum solenne, quid item simplex, ante omnia oportet intelligamus.

VOTI SOLENNIS, ET SIMPLICIS distinctio; quando inceperit, & quid his nominibus denotetur.

Cap. 23.

ET ut rem exactè perpendamus, ego (ut ingenuè fatear) apud veteres canones, & ante tempora Celestini III. Alex. III. & Innocent. III. huius distinctionis uoti, neque mentionem, neque usum deprehendi. Apud ueteres quoque Theologos usque ad scholasticorum ætatem, qui horum Pontificalium decretorum occasione, eam loquendi rationem usurpare ceperunt mirum silentium: nam cum Augustinus in psal. 75. nonnullas uotum diuisiones scripserit, uoti tamen simplici & solennis non meminit. Quæ causa me suspicari cogit, potius hæc nomina, *simplex & solenne* à iuris

prudenteribus, eorum, quos diximus, canonum ratione, quæ à Theologis orta. Votum enim solenne dixerunt, ut glossator decretalium inquit, quod cum Ecclesiastica solennitate ac cæremoniis ederetur, simplex contra, quod ea solennitate ac cæremoniis esset destitutum. Meminit (fateor) Gratianus uoti simplici. distin. 27. cap. Si vir, ex pœnitentiæ Theodori Archiepiscopi Cantuar. qui ann. Christi 690. uixisse fertur. Si vir, inquit, simplex uotum uirginitatis habens adiungitur uxori, postea non dimittat uxorem, sed tribus annis pœniteat. Sed id me in hac parte suspectum reddit, nomen *Simplex* à quodpiam iuris canonici interprete, claritatis causa, additum, quod absque ea dictione iterum idem caput, recitatur 27. q. 1. c. Si quis uotum &c. Deinde, quod & illo loco & isto hoc Theodori dicitur, cum disto Augustini, cap. 9. de bono uidiuitatis, quo loco absolute nuptias uotatorum non dirimendas. docet, adiungatur. Vbi certè Augustinus neque simplici, neque solenni uoti meminit. Puto ego Theodorum hunc, ex Augustini scriptis, in ea fuisse sententia, ut contracta semel post uota quæcunque coniugia, non dirimerentur, nam utrumque simul utrobique citat Gratianus: nisi fortasse per uotum uirginitatis, promissionem uirginitatis intelligere uoluit. Quæ promissio, ut postea dicemus, uoti simplici species est. Quare interpretes dictionem illam, explicationis gratia, adiunxerunt. Adducor demum in hanc opinionem, ex uerbis Gratiani, in fine eius dist. ubi more suo, capita in speciem discordia componere contendit, ubi uotum simplex, non in ea significatione, qua nos accipimus, ut à solenni distinguitur, usurpat, sed pro eo uoto, cui neque propositum religionis, neque benedictio cōsecrationis, adiungitur. Hic, inquit, distinguendum est, quod uouentium, alii sunt simpliciter uouentes, de quibus Aug. & Theodorus locuti sunt, alii sunt, quibus post uotum benedictio accidit cōsecrationis, uel propositum religionis, de quibus Hieronymus, Nicolaus, & Calixtus, scripserunt. Simpliciter ergo uouentes intelligit, non qui non solenniter uouebant, ut nunc intelligimus, sed qui neque sacros ordines, aut religionis obedientiam, uoto adiciebant. Fuisse autem Hieronymi tempore, etiam extra religionem, quædam uota solennia, uelatarum scilicet uirginum, quæ in paternis domibus manebant, satis à nobis demonstratum est. Verùm etsi hæc nomina sint, uel apud Theologos, uel in Ecclesiasticis canonibus recentia, eorum tamen res & significata, fortasse sunt uetera, atque adeò quid his nominibus, ex eo tempore, quo usurpari, uel à Pontificibus, uel à Theologis, ceperunt significetur, exploremus oportet. Hugo presbyter sancti Victoris uir suo seculo celeberrimus, & Alexandro, Celestino, Innocentio & Lombard. uetustior, tum serm. 53. de instit. monastica, tum lib. 2. de sacramētis, p. 12. post definitum uotum, idemque in licitum & illicitum

citum diuisum. Votum, inquit, aliud occultum est & coram Deo tantum, aliud manifestum etiā coram homine. Occultum uotum fractum, peccatum est: manifestum fractum, peccatum & scādalum, in illo Deus offenditur, in isto in proximum peccatur. Quam sententiam & diuisionem, utpotè Theologi ea memoria excellentissimi, & qui, ut docet Trithemius, tanquam alter Augustinus habebatur, Bernardo, Ricardo Victorio, Ruberto ac reliquis eius temporis Theologis, ante Parisiensem scholam, fuisse cōmunem, iure suspicari possumus. Non enim priuatas opiniones, sed cōmune loco Theologiam tradebat. Petrus Lombardus ueterum Theologorum nouissimus, duas uotum diuisiones cōstituit. Sciendū, inquit, quod uotum aliud est cōmune, aliud singulare. Cōmune, ut illud quod in baptismo omnes faciunt, cum spondent renunciare Diabolo & pōpis eius. Singulare, ut cum aliquis spontè promittit seruare uirginitatem, uel continentiam, uel aliquid huiusmodi (atque hanc diuisionem ex Aug. in ps. 75. accepit.) Item singulare uotum, aliud solenne, aliud est priuatum. Priuatum est, in abscondito factum, solenne uerò in conspectu Ecclesiæ factum. Priuatum uotum violare, peccatum est mortale, solenne uerò violare, peccatum & scādalum. Qui priuatum uotum faciunt continentiam, matrimonium contrahere non debent, quia contrahendo, mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separantur, quia probari nō potest, quod occultè factum est. Qui uerò solenniter uouent, nullatenus coniugium inire queunt, quibus non solum nubere, sed uelle nubere dānabile est. Vides hic Lombardum, etsi non simplici, uoti tamen solennis meminisse. Ante tamen Hugonem & Lombardum, nec dum uoti simplici & solennis, sed neque solennis & priuati, ut Lombardus diuidit, aut occultum & manifestum, ut Hugo, uel ueteribus canonibus, uel in Theologorum scriptis, ulla sit mentio; omnes enim absolute de uoti obligatione loquuntur, non simplex aut solenne, non occultum & manifestum distinguentes. Cuius ea fortasse causa esse poterat, quod tunc, aliquid, nisi arbitrio Episcopi & Ecclesiæ, uoueri nondum inoleuisset. Erat tamen iam tunc temporis inter promittentes & uouentes non paruum discrimen. Promittentes enim tantum castitatem, nequaquam eidem habebantur deuoti, sed tantum se deuoturos aliquādo, fidem dedisse censebantur. Tantumque inter hos & illos differēbat, quantum inter eos, qui sponsalia contraxerant, & eos, qui sese per uerba de presenti coniugio tradiderant.

VOTUM SIMPLEX AC SOLENNE quid sit, & quot sint uoti simplici differentiarum. Cap. 24.

His ita explicatis, facile erit deprehendere, quod uotum simplex, quod uel solenne appel-

letur, ex eorum effectis. Votum simplex matrimonium contrahendum impedit, quoniam post datam Deo de castitate fidem, siue ea sit de futuro, siue de presenti, solenniter aut priuatè occultè aut manifestè, ut multis sanctorum patrum testimoniis demonstrauimus, ad nuptias retrocedere, peccatum est grauissimum, uerum contractum matrimonium non dirimit, ut Alexander III. ad Victoriensem Episcopum scribit. Respondeo, inquit, quod si quisquam se religioni deuouit, & habitu suscepto professionem fecit, postmodum sibi aliquam copulauerit, est cogendus ab ea recedere, & ad Ecclesiam, cui se contulit, sine contradictione transire. Verùm si neque habitum suscepit, nec professionem, sed uotum solum fecit, & se ad religionem transiturum promissit, licet postea matrimonium contraxerit, non est cogendus ad religionem transire, & matrimoniale uotum rescindere. Hactenus Alexander. Diffinit Celestinus III. uotum simplex impedire quidem sponsalia de futuro, sed non dirimere contractum matrimonium per uerba de presenti. Est igitur effectus uoti simplici, iuxta eos canones, quos nunc habemus, impedire quidem matrimonium, sed non dirimere, & iam contractum rescindere. Dico autem iuxta eos, quibus nunc utimur canones, nā iuxta ueteres, cum utrumque uotum, id est, simplex & solenne, matrimonium impediret, neutrum tamen dirimebat contractum, quāquam uoti solennis uoluntates, grauissimis suppliciis, ut communionis usque ad uitæ finem priuatione &c. contra, uoti simplici leuioribus puniretur. Verū hæc omnia postea abundè satis demonstrabimus.

Occultum uotum deinde, cuius Hugo Victorius meminit, & priuatum, quod Lombardus contra solenne distinguit, idem quoque præstabant. Quin & promissio seruandæ castitatis idem efficiebat, cum enim promittentes grauissime peccare sancti patres & Romani Pontifices perspicue confiteantur, eosdem tamen uitos iam coniugio non separant. In sceminarum genere, eas, quæ uoto simplici obligatæ erant, non uelatas appellabant. Nā quæ uelum iam de manu Episcopi susceperant, solenniter professæ censebantur, quemadmodum post religionum usum, eas, quæ habitum susceperant, & professionem emisserant intra religionis claustrum. Nam emisisse professionem, & certum habitum cum uelo suscepisse, etiam priscam illa ueterum patrum memoriam, tum apud Græcos, tum apud Latinos, ex eorumdem sanctorum patrum, conciliorum, & historiarum Ecclesiasticarum locis, quæ superius adduximus, satis liquet, sed id postea à Romanis Pontificibus, maxime de causis, ad religiones ab Ecclesia Romana comprobata, reductum est. Quod fortasse uirgines illæ & uiduæ, quæ in manibus Episcoporum uouere solebant, & in seculo manere, multis discriminibus ac periculis obnoxie uideretur multèque earum in illa uitæ libertate post

H h 2 Sata-

Durand. 4. sent. dist. 38. q. 1. & postestius Thom. m. 1. 1. 1.

c. Rufus. c. Memini, & c. in.

c. Memini - m. 1. 1. 1. Quis clericus uel non.

ead. tit. c. Rufus.

c. unico, de uot. lib. 6.

Satanam abirent, quod iam Cypriani Carchagiensis etate accidisse, illa Epistola ad Pomponium satis indicat. Quod autem promissio castitatis aut virginitatis, matrimonium impediret contraheandum, sed contractum non dirimeret, ex decreto Innocentii primi satis aperte claret. Nam cum superius eas virgines, que Christo spiritualiter nubunt, postea viris publice vel occulte nubentes, non esse ad agendam poenitentiam admittendas, decreuisset, nisi illi, quibus se iunxerant, de hac vita decepsisset, continuo de non velatis subiungit. Hæc verò quæ necdum sacro velamine tectæ, tamē in proposito virginali, semper se simulauerunt permanere, licet velatæ non fuerint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore poenitentia est, quia sponso earum Domino tenebatur &c. Quod decretum & Greg. Magnus postea confirmauit.

Habemus itaque tria uotorum simplicium genera, occultum, priuatum, & promissionem. Occultum uotum erat, quod probari non poterat, ad uoti enim solennis rationem, non modo testes, sed scriptura quoque, requirebatur, iuxta constitutum concilii Toletani. Priuatum, quod priuata duntaxat potestate recipitur, non item publica, Prælati scilicet Episcopi &c. atque hoc siue occulte, siue palam fiat. Promissiones, futurarum spiritualium nuptiarum, sponsalia erant.

CONCLVDITVR EX PRAEEDENTIBUS, votum solenne, ac simplex, non distingui penes promissionem, & traditionem, ut nonnulli putant.

Cap. 25.

EX his quam insufficienter de uoto simplici decernant, qui illud à solenni penes traditionem & promissionem discerni docuerunt, siue ueteres, siue recentes scholastici, qui ex illorum duntaxat præscripto philosophantur, iam clare incipit: nam tametsi id de eo uoti simplici genere, quod tertio genere collocauimus, promissione nimirum, uerum esset, quæ ut diximus, eo modo à uoto solenni distinguitur, quo sponsalia à ueris nuptiis, de reliquis tamen generibus, quæ uerissimas habent traditiones, occulto scilicet & priuato, prorsus est falsum. Quid obsecro obest, quam obrem ego occulto uoto Deo ipsi non tam uere corpus meum ad castitatem dedam, & tradam, quam si præsens esset Episcopus, Prælatum, &c? Quid deinde impedit, cur id uotum, quod ego non publica, sed priuata auctoritate, non per modum futuri, sed per modum præsentis emisi, ea penitus uerba, quæ in uoto solenni proferuntur, enunciatis, non habeant ueram traditionem? Sit Socrates, qui citra Apostolicam auctoritatem, sumpto habitu religionis, ante completum annum, in manibus prælati profiteatur, dicens. Ego Socrates uoueo & promitto Deo & tibi pater, omnibus diebus uitæ meæ, seruare castitatem &c. hic cer-

te quod ante annum probationis professionem emisit, non solenniter, sed simpliciter, temporis canonici defectu, uouisse iudicabitur. Cur hic non erit uera traditio, cum eius animus sit, non futurum uotum promittere, sed per uotum præsens, se Deo, ex eo tempore usque ad finem uitæ, ad seruandam castitatem dicere? Nā quod quidam, qui tunc egregie se Theologos arbitrantur, cum maiorum suorum, quocumque pacto, id est, siue bene, siue male, præiudicia defenderint, hic aiunt, nunquam esse traditionem, nisi cum Prælatum, Dei uice, uotum recipit, quantum ualeat superius expendimus. Certè id non minus est uoluntarium & affectu aliorum placitum defendendi, uix & ægre excogitatum, quam falsum. In primis hæc constitutio, nec scriptura constat, neque ex aliqua ratione, ab Euangelica doctrina deriuata confurgit. Eam deinde, nullus sanctorum patrum, nullumque Ecclesiasticum concilium docuit. Quid ergo superest aliud, quam ut ea auctoritate contemnatur, qua dicitur? Deinde ea constitutio, Euangelio prorsus aduersatur: nam licet in rebus dubiis, & quæ non planè cum Christiana doctrina cohærent, homo Dei vicarius, qui prius rem, an Deo accepta esset, examinaret, esset necessarius, in re tamen, cuius sanctitate & perfectione nihil est in uita Christiana notius, cur homo medius erit expectandus? Enim uero uotum castitatis, in nullo mortalium, qui alteri coniugi non sit per matrimonium deuinctus, Deo displicere, inimo illi esse summè placidum, credere catholica religio nos docet. Cur ergo eadem fide non cogemur credere, Deum semper, & quocumque tempore, idem uotum per modum præsentis temporis oblatum, gratissimè suscipere? Atque id mihi profectò, non obscure, sed apertissimè, Cælestinus I. eo loco, quem superius adduximus, decreuisse uidetur, dū docet, uotum simplex apud Deum, non minus obligare, quam solenne. Id. n. si de eo uoti genere, quod traditione & promissione differunt, intelligat, falsum est omnino. Traditio enim multò uehementius apud Deum & homines, quam promissio, obligat: quod in nuptiis clarissimè deprehenditur, ubi sponsalia, quæ sunt futurarum nuptiarum promissiones, tantum quantum nuptias ipsas, id est, utriusque coniugis traditionem obligare, si quis diceret, stultus haberetur. Intelligit ergo Pontifex, non quodcunque uotum simplex, sed id tantum, quod traditionem habet, non solennem, sed iuxta uoti naturam simplicem, per quam tamen non minus Deo traditur, quantum ad obligationem seruandæ castitatis, attinet, quam per solennem. Neque tamen hic dicimus, uoti simplici violationem tam grauem coram Deo esse, quam solennis, absit, aliud est enim uinculum, aliud peccatum. Vinculum quo ad Deum attinet, æquale est: nam extrinseca solennitas, nihil ad uinculi huius Diuini rationem addit, utrobique enim est traditio, (lo-

quor

quor de uoto simplici priuato & occulto) peccatum, scilicet andali ratione in solenni, grauius peccatum est. Vnde Lombardus & Hugo in simplici priuato, uel occulto, peccatum tantum esse dicebant, in solenni, peccatum & scandalum. In simplici violatione, in Deum tantum peccatur, in solennis, in Deum & in proximum.

VOTA, QUAE IDEO SIMPLICIA uocantur, quod sint occulta aut priuata, ueras esse traditiones adhuc demonstratur. Cap. 26.

ET QUOD in illis uoti simplici generibus, quæ non sunt tantum promissiones, uoto scilicet priuato, id est, nulla publica auctoritate suscepto, & occulto, id est, quod probatione destituitur, ueræ essent traditiones, quemadmodum & in solenni, ex nuptiarum carnalium analogia, ex qua etiam, qui contrariam sententiam tuerentur, in hac parte philosophantur, satis aperte demonstratur. Enim uero non tantum in publico ac solenni matrimonio, sed etiam in clandestino ac priuato, per uerba de præsentibus celebrato, ueram utriusque coniugis traditionem fieri qui negaret, tum stultus, tum hæreticus haberetur, ergo eadem ratione in quantum occulto & priuato uoto, id est, publica solennitate deferto dummodo qui uouet sese in tempore præsens tradere intendat, uera erit traditio.

Sed obiicit, matrimonii clandestini traditionem per Ecclesiasticam constitutionem impediri posse, quemadmodum hoc nonissimo Tridentino concilio factum est, post quod quantumcunque quis se absque certo testium numero, alteri coniugi, per uerba de præsentibus, tradere tentet, non tamen fit uera traditio. Respondeo, ingens esse inter utrumque nuptiarum carnalium & spiritualium genus in hac parte discrimen. Matrimonium carnale non est quicunque contractus, sed ciuile, atque aded legibus humanis est obnoxium, ita ut ex earum uigore, aut infirmetur, aut uigorem obtineat. Contra, spiritualia nuptiæ, cum non sint ciuiles, sed Diuini contractus, à legibus humanis non pendent, uide quemadmodum quantum ad ius Diuinum attinet, qui clandestino matrimonio alteri per uerba de præsentibus se copulat, uerè facit sui traditionem, ita qui cum Deo clandestinè, occultè ac priuatè, spiritualia connubia celebrat, uerè ac realiter se tradit.

PROMISSIONEM VOTI NATVRAM, perfectè non sortiri. Cap. 27.

QUINVERO tantum abest, ut omne uotum simplex sit promissio, quod isti putant, ut promissio, id est nisi imperfectissima ratione sit uotum. Quod quoniam Hugo Victorius doctissimè demonstrat, nos ab ulteriori proba-

tione superfedebimus. Quinque, inquit, sunt, quibus humana mens agenda tractare consueuit, cogitatione, uoluntate, deliberatione, promissione, & uoto. Aliud est cogitare aliquid, atque aliud uelle, quod cogitaueris. Nam & cogitare potest, quod non uis, uelle autem non potest, nisi cum placet id, quod cogitaueris. Verum aliquoties contingit, ut id, quod secundum delectationem placet, secundum rationem non placeat, & ut non dū ipsa rationi acquiscat ad illud, ut faciat ipsum, quod delectat. Et est quidem in ipsa delectatione, quasi quædam uoluntas facti, sed in ipsa ratione necdum tamen est propositum faciendi. Si autem secutum fuerit post uoluntatem propositum, ut mens in id quod delectat, assensum confirmet, iam tenetur, siue ad culpam, si malum est, siue ad meritum, si bonum est. Hoc autem totum, quod cogitationis est, & uoluntatis est, & propositi est, totum in ipsa est; & ad ipsam, siue boni, siue mali, & non tenetur nisi in se, & quantum in se est, tantum tenetur. Cum autem promissio secuta fuerit post propositum, iam obligari incipit aduersus alium sponso, & debitor fit promissionis pro ueritate seruanda ad proximum. Si quidem bonum est, quod promissit, debitor est, quia bonum est, & quia promissit. Si autem malum est, quod promissit, debitor non est, in eo quod malum est quod promissit. Reus tamen est, quia promittere præsumpsit, quod sine culpa implere non potuit. Nouissimè sequitur, uotum, in quo amplius à promissione contineri uidetur. Votum enim est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ ad solum Deum, & ad ea quæ Dei sunt magis propriè refertur. Vouere siquidem est testificatione promissionis spontaneæ Deo se obligare, ac debitorem statuere. Nam qui promittit simpliciter spondet, se facturum aliquid: qui uero uouet, contestatur promissioni suæ, & affirmat ipsam promissionem: ubi in quantum est promissio tenetur, in quantum est obligatio, obligatur. Hucusque Hugo. Cuius auctoritas, uel scholasticis ipsis, post Augustinum & ueteres illos Theologos, fuit semper ueneranda. Vides ergo promissionem neque esse uotum, neque uotum promissionem, & si eam supponat. Quod si promissio non est uotum, non ergo uotum simplex, & eoderm modo neque uotum simplex (loquendo propriè de uoto) promissio erit. nam uotum omne, siue simplex, siue solenne, ut Hugo doctè inquit, in ipsa rei promissionis exhibitione consistit. Qui promittit, inquit, simpliciter spondet, se facturum aliquid, qui uero uouet, contestatur promissioni suæ, & affirmat ipsam promissionem. Hugonis ratio, & illa aptissimè subnectetur. Quod quæ admodum parum antea dicebamus, eo dein pacto de nuptiis spiritualibus, quo de carnalibus agendum sit. Ergo quæ admodum sponso futurarum nuptiarum carnalium non est matrimonium carnale, sed aliqd prius, ac minus matrimonio, ita sponso spiritualium nuptiarum, id est promissio de edendo

H h 3 voto

27. q. 1. c. Hæc uerò.

27. q. 1. c. Viduas.

27. q. 1. c. Omnes.

Lib. de sacror. p. 12. c. 2.

voto castitatis, non est spirituale matrimonium, id est, votum. Neque profectò quisquam, qui defendendi sua quocūq; pacto possit, studio & affectui amorem veritatis non possit habere, huius rationis vigorem declinare poterit, cum vniuersis veteribus Theologis & conciliis, hæc nuptiarum analogia adeò sit familiaris, ut nunquam de uoto, uel unum uerbum, absque illa loquantur. Hinc enim uotum castitatis, perpetuum illi ac nulla ratione finibile iudicantur, quod de nubentibus Christo, eodem modo, quo de reliquis, quæ uiris nubunt, philosophandum esset, ac perinde quemadmodum istæ, nisi priori uiro defuncto, alteri iuxta Apostoli testimonium copulari non poterant, ita qui Christo nubebant, quoniã Christus in sempiternum uiuere, ab eius matrimonio se absolueret, & alteri nubere, nullo modo poterant. Denique de non uelatis, aut quæ tantum promissionem uoti castitatis habebant, & de uelatis quæ iam Christo professionem fecerant, nõ alio argumento, quàm sponsalium & nuptiarum analogia, Innocentius primus, eo loco, quem antea adduximus, decernit. Quod si nos promissionem, uotum simplex appellauimus, parum antea, id non tam ex uoti natura, quàm ex communi loquendi usu, fecimus. Vota enim simplicia, si proprie uoti nomen usurpemus, uota occulta & priuata, id est, quæ non tantum in promissione consistunt, sed quæ duntaxat solennitatis defectu, non sunt solennia, recte uocabimus.

NON OMNE VOTVM ESSE
promissionem. Cap. 28.

HINC quantum absint à uera uoti cognitione, qui omne uotum promissionem quam arbitrantur, quisque facillè uidere poterit. Nam cum neque uotum simplex proprie sit promissio, sed uera hominis ad seruandam castitatem traditio, non homini sed Deo facta, neque uotum solenne promissio erit. Deinde, ea quæ ad formalem differentiam pertinent, non possunt eidem conuenire, non enim rationale & irrationale eidem subiecto coherere possunt, sed traditio & promissio sunt, ut isti putant, non ex statuto Ecclesiastico, sed ex natura rei formales uoti solennis & simplicis differentia, non ergo possunt eidem conuenire, atque adeò non omne uotum promissio erit. Falluntur autem propter uerbum, *Promitto*, quod in formis uouendi ponitur, dum in solenni quoque uoto dicitur, *Voueo & promitto*. Sed promitto ibi non promissionem, sed ueram traditionem & dominii translationem significat. Quæquam enim uerbum, *promitto*, ex sua natura, ad futurum pertineat & idem polleat quod *spondeo*, ex usu tamen, præsentem quandam sed successiuam rei quæ uouetur, exhibitionem denotat.

COLLIGITVR VOTVM SOLENNE
non ideo dirimere matrimonium, quod sit traditio. Cap. 29.

EX his iam, quo loco ea quarta ratio, qua dicebatur, uotum solenne matrimonium contractum dirimere, simplex non item, quod hoc tantum esset promissio, illud contra, uera corporis traditio, & in Diuinam potestatem translatio, sit excipienda, facillè deprehendi poterit. Nam ut quæ diximus breui uerborum compendio colligamus, neque omne uotum simplex est promissio, neque si rectè & ex rei natura loquamur, promissio est uotum, si nomen uoti potissimum non tam ex sermonis latini proprietate, quàm ex communi usu theologorum metiamur, sed aliquid uotum præcedens. Neque hic cuiquam ea fuga patet, quod promissio non sit uotum solenne, sed bene sit simplex. Nam cum uoti solennis & simplicis diuisio, non sit analogi in sua analogata (quod aiunt) sed uniuoci in sua uniuocata, profectò si promissio non est uotum, non est uotum simplex aut solenne, sicut si non est lex, non erit lex Diuina, naturalis, aut ciuilis. Porro an traditio actualis rei possit reuocari, & eius, qui in republica præsidet potestate rescindi, quod huius sententiæ, Durandi præsertim potissimum uidetur esse fundamentum, libro quinto abundè disputamus.

ENARRANTVR, ET REFELLVNTVR
alia ueterum Theologorum sententiæ,
de uirtute uoti solennis, ad coniugia
dirimenda. Cap. 30.

FERVNT & ante scholasticos auctores, Theologi quidam, qui non in aliquam quatuor rationum præcedentium, quæ à Thoma & Ricardo proferuntur, matrimonii post uotum solenne editum diremptionem referrent, sed in alias quasdam Basilii, Athanasii, Ambrosii, & multi Græcorum & Latinorum ut ex eorum locis superius allatis uideri potest in Christi coniugium perpetuum. Lombardus in id, quod his qui uotum solenne ediderunt, non solum nubere, sed etiam uelle nubere, damnabile est. Alii quidam apud Altiliodorenses & Bonauè. quod nemo à uoto castitatis absolui queat, nisi fiat aliquis boni maioris, aut saltem æqualis compensatio, nihil autem uirginitati aut castitati compensari potest, iuxta illud. *Non est digna ponderatio continentis anima*. Atque hæc duæ sententiæ etiam docere uidentur cum illis, quos refellimus, scholasticis, uotum solenne, non ex Ecclesiastico statuto, hominumq; arbitrio, sed ex ipsa uoti solennis natura, matrimonium contractum dirimere. Verum tam falso quàm præcedentes, nituntur fundamento: nam si propterea uotum solenne matrimonium contractum dirimit, quod iis, qui illi obstrin-

obstringuntur, non tantum nubere sed uelle nubere sit damnabile, uota quoq; simplicia idè operabuntur: nam qui quocūq; uoti simplicis genere, castitatem Deo nuncupauit, non modò nubendo, sed uolendo nubere, mortaliter peccat. Ratio deinde de bonorum compensatione nihil ualet, cum, quia multa maiora bona, quàm personalis hominis castitas, dari possunt, tum quoniam non modò per boni maioris aut æqualis compensationem, sed per alios quoq; modos, castitatis uotum, solui potest, per dispensationem scilicet &c. de qua libro sequenti. Sed & hæc eadem ratio si aliquid ualere, non modò matrimonia post uotum solenne inita dirimi & distrahi probaret, sed post uotum simplex, quando qui uoto simplici castitatis tenetur, continens quoq; uocari potest. Locus ergo ille, non de continentia, id est, de castitate, sed de eo genere continentia, quod pœne uniuersam uirtutem complectitur, de quo superius nonnulla diximus, est accipiendus. Athanasii, Basilii, Ambrosii, & ueterum ratio, quæ à Christi, uiri prioris, immortalitate petitur, quantum ualeat, cum ad Augustinum perueniamus, examinabimus.

AUCTORIS SENTENTIA,
circa Augustini cypriani &c. locos,
proponitur. Cap. 31.

ATQ; hæc tenus, quidem eas Theologorum sententias, quæ uoto solenni aut simplici, dirimere aut non dirimere semel contracta matrimonia, ex sua natura, aut Diuina institutione tribuebant, haud casso credo labore confutauimus, nunc quid nobis tandem uideatur explicemus. Amplectimur in hac parte Ioannis Scoti doctoris inter scholasticos acutissimi, ac summa eruditione uiri, ac multorum aliorum sententiã, quæ uotum solenne cuiuscumq; generis, id est, siue sacerdotio, aut ordini sacro annexum, siue alicui religioni, per expressam aut tacitam professionem exhibitum, siue deniq; (quo ueteres utebantur) per ueli sumptionem, aut consecrationem, formaliter aut interpretatiuè (quod aiunt) emissum, non alia ratione dirimere & distrahere matrimonia quàm per Ecclesiasticas leges & statuta. Quæ sententiã cum uir ille doctissimus sola ingenii subtilitate & acrimonia, pro eius seculi ratione deprehendit, nos ex ueterum patrum & cœciliorum monumentis, adductis testimoniis, demonstrare iam aggredimur. Et quidem de sacerdotibus ac reliquis sacris hominibus, id satis lib. 2. & 3. demonstrauimus. Ostendimus enim eorum matrimonia semel, siue ante, siue post sacros ordines inita, tenere, esseque ualida, & si qui post sacros ordines nuptias celebraret, ab ordinum executione perinde caderent: nunc de reliquis, qui uel in religionibus, uel extra religiones, solenni uoto, implicabatur, idem ostendamus. Id autem tunc abundè credo demonstrabimus, cum ex eis-

dem locis ostenderimus, apud uetus illud seculum, uota solennia castitatis matrimonia inita non dirimere: nam si tunc non dirimebant & nunc dirimunt. non ergo eorum natura aut Diuina constitutione id sortita sunt, sed Ecclesiasticis legibus, quæ pro uaria temporum ratione sunt uaria. Et principio, locus ille ab aduersariis ex Cypriano Carthaginensi in Epistola ad Pomponium, adductus, ubi in continentibus sacris & Deo dicatis uirginibus consulit ut nubant, satis id ostendit. Nam quod illic Cyprianus de uirginibus uoto solenni obligatis & iam uelatis loquatur, satis in præcedentibus demonstrauimus. Verba Cypriani sunt. Quod si se ex fide Christo *dicauerunt* (non dicit, dicere promissum) pudicè & castè sine ulla fabula perseuerent ita fortes & stabiles præmiã uirginitatis expectent: si autem perseuerare non uult, uel non possunt, melius est ut nubant, quàm in ignem delictis suis cadant. Certè nullum matribus aut fororibus scandalum faciant, cum scriptum sit. Si cibus scandalizat fratrem &c.

Athanasius in Epistola ad Dracontium. Nouimus, inquit, Episcopos signa facientes & monachos non facientes, multum quoq; ex Episcopis matrimonia non inierunt, monachi contra parentes liberorum facti sunt. Quo loco non eos factos fuisse liberorum parentes per illicitos coitus sed per legitima coniugia Athanasium sentire, hinc patet, quod Episcoporum matrimonii contra rationem, & quod eosdem monachos non reprehendit.

Epiphanius Ecclesiasticorum decretorum & legum consultissimus si quis alius, quod ille elegantissimo opere aduersus hæreses satis ostendit, contra Apostolicos hæreticos disputans, postea quàm multis uerbis demonstrasset, bonum qui uoto castitatis deserto ad coniugium carnale descendisset, grauissimè delinquere, eis tamen, qui post uota quantuncumq; solennia edita, libidini inservirent, tãquam minus malum nuptias celebrare consilium, quod profectò si nuptia per uotum solenne ea ætate dirimerentur, nunquam fuisse facturus. Sic habent eius uerba. Habet, inquit, peccatum & iudicium qui de uirginitate reiecit, & certamen confudit. Nam Athleta qui certamen corrumpit, flagris cæsus ex certamine uincitur, & qui uirginitatem corrumpit, ex tali cursu reicitur & corona ac brauii priuatur. Sed melius est iudicium quàm condemnatio. Qui enim ut ne confundantur apud homines occultè scortantur, & sub solitudinis aut continentie specie libidinem exercent non apud homines habent confusionem, sed apud Deum, qui nouit occulta, & redarguit omnem carnem suo aduertu, prout quisque peccauit: melius est itaque unum peccatum habere & non plura. Melius est lapsus à cursu, palam sibi uxorem summere secundum legem, & à uirginitate multo tempore pœnitentiam agere, & sic rursus ad Ecclesiam induci, uelut qui mala operatus est, uelut lapsus & fractus & obligatione opus habentem.

tem, & non quotidie occultis iaculis fauciari ab improbitate, quæ à Diabolo ipso infertur. Sic non ait Ecclesia prædicare. Hæc sunt sanationis medicamenta, hæc species vnguentariæ confessionis, hæc preparatio sancti olei in lege, hæc aromata spirans bona fides. astringens quidem certatorem ad certamen, prædicans autem ut cursum extendat, quo coronari possit. Hæc est Dei tractatio. Omnes congregans ad regiam ordinationem, & purpurâ è mari, & lanam ab ouicula, & linum ex terra, & sericum, & pelles rubia infectas, & lapidem pretiosum Smaragdum & margaritam, Achatem, coloribus quidem distantes lapides, pretio verò æquales. Sed & aurum & argentum, & ligna non marcescentia, & æs & ferrum, sed & pilos caprinos non reiciens. Et hoc quidem tunc erat tabernaculum, nunc autem tabernaculi domus firmata video, fundamentum verò in virtute. Hactenus Epiphanius. Loquitur autem ibi, ut ex penè toto illo loco, cuius bonam partem antea ad suadendum non omnibus virginibus aut viduis Paulum nubendi facultatem tribuere. sed his tantum, quæ Deo non se nuncupassent, transcripsimus, de castitati iam per id voti solennis genus, quod eo tempore erat in usu, dicatis. Ibi quoque illud Apostolicum decretum allegat, quæ ab eisdem docet confirmatum, peccatum esse post decretam virginitatem ad nuptias conuerti.

Basilii libro de vera virginitate, quo libro instructionem quam professis iam virginibus, ut antea diximus scribit, in eandem sententiam à quibusdam adducitur. Sed mihi eius verba potius præmonitio quædam ante professionem, quam consilium post professionem, ideo potius continere videntur, quod postea earundem professorum virginum coniugia, quæ Christo immortalis viro nuptiis confirmare, videatur, quæ tamen ratio simul cum sententia, ut iam diximus & postea dicemus, Augustino non probatur. Eius tamè verba ad aliorum iudiciū hic proponemus. Nam si, inquit, abiecto viri iugo, & ad vitam, ad quam conseruandæ domus & procreandorum liberorum gratia, facta, est inutilis, & professæ virginitati pudenda futura est, tota res damni plena est, dum in eruditissimis cogitationibus animam, & remissis exultationibus corpus corrumpit. ut longe sanè præstabilius esset ipsi, viro coniunctam, ad vitam gubernari, & quod ad opem domesticæ rei ferendam conducit, talionis vice præfectura ipsi rependere, & liberos senum nutritores ad generis successio nem, bonos producere, & vna saltè parte viri emulationibus, quantum eius fieri potest, Deo virginem agere. Hactenus *Basilii*.

Hieronymus ad Cypriani & Epiphani sententiam fortè alludens, in calce eius Epistolæ ad Demetriadem virginem, de qua nulla habetur dubitatio, quod ad Hieronymi scripta pertineat. Sanctum, inquit, virginum propositum & celestis angelorum familiæ gloriam, quarundam non bene

segerentium, nomen infamat. Quibus apertè dicendum est, ut aut nubant, si se non possunt continere, aut contineant, si nolunt nubere. Quæ verba, non modo de virginibus non velatis, ut Erasmus suspicatur, sed de velatis etiam pro eius seculi permissio ne, fore, intelligenda, multa ostendunt. Primò quod totus ille sermo; non ad cuiuscumque vitæ virginis rationem instruendam, sed eius, quæ Deo per professionem Ecclesiasticam consecrata est, dirigitur. Dirigitur enim ad Demetriadem, quæ se paulo ante ut ex eadem Epistola patet, Deo consecratur, & ad virgines professas, quarum ibi meminit. Deinde quod parum antea, eorum operum, quæ de Laica, (ut ita dicam) virginitate condiderat, cathalogum texuerat, à quorum numero hæc Epistolam excipere videtur, Scripsi, inquit, ad plerasque virgines ac viduas *omnes uelatas* & quidquid dici poterat, in illis opusculis defloratum est, ut aut superfluo eadem à nobis repetantur, aut nunc prætermissa, plurimum noceant. Certè & beatus Cyprianus egregium de virginitate volumè edidit, & multi alii tam Latino sermone, quam Græco. Omnium gentium literis atque linguis in Ecclesia Agnes laudata est. Sed hæc (subdit) ad eas pertinent, quæ necdum elegerunt virginitatem, & exhortatione indigent, ut sciant quale sit quod eligere debeant. Nobis electa seruanda sunt &c. Et postea subdit ea quæ adduximus uerba, ex quo non obscurè præditur, ea non ad Laicas & quæ nondum elegerunt pertinere, sed ad eas quæ iam elegerunt. Tertiò, id etiam conuincere uidetur, quod incontinentes uirgines, quibus tanquam minus peccatum, ut nubant consulit, Sanctarum uirginum propositum & celestis angelorum familiæ, gloriâ denigrare & infamare dicit, quod ad Laicas uirgines, & quæ nondum in eo ordine collocatæ erant, pertinere non potest, nisi etiam hominum secularium ac planè prophanorum scelera, monachorum uitam denigrare dicamus, quod est absurdissimum. Nemo enim aliquem hominum ordinem infamare sua praua uita potest, nisi fuerit in illo ordine ascriptus. Itaque aut illæ uirgines, quibus id consilii Hieronymus tribuit, omnino iam ab Episcopis uelatae erant, aut si nondum uelum suscepisse quis contendat, certè professionem castitatis, quæ eadem partebat obligationem, emitterat.

Venio ad Augustinum, qui & hanc controversiam suo tempore in Ecclesia inter doctos fuisse testatur, & quid ipse de ea sentiret, apertissimis ad Iulianam scribens uerbis memoriæ prodidit. Eius uerba superius, cum aduersariorum argumenta ad suadendum licere, post emissam uota ad nuptias regredi, contendètia, in huius disputationis uestibulo scriberemus, magna ex parte transcripsimus. Sed hic paulo altius sunt repetenda, ut planè uideatur, eum non de nondum uotum solenne habentibus uirginibus, ut uulgo absque eius loci consideratione, immo & lectione quidem, responderi consuevit, sed de uelatis & publicè

blicè professis, sermonem facere. Sed Augustinum audiamus. Proinde (quorsum Apostolica de nubendo licentia vel uirginibus vel uiduis, indulta contenderet, explicans, inquit) quæ se non continent, nubant, antequam continentiam profiteantur, antequam Deo uoueant, quod nisi reddant, iure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit. Cum enim in deliciis egerint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: id est, uoluntatem ad nuptias à proposito continentiam deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem, qua prius uouerant, quod perseverantia implere noluerunt. Quis dubitet hucusque Augustinum de professis loqui, cum voti & professionis meminerit? Subdit statim. Nuptiarum igitur bonum, semper est bonum, sed in poulo Deo fuit aliquando legis. obsequium, nunc est infirmitatis remedium, in quibusdam uero humanitatis solatiū. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more, per usum promiscuum foeminarum, sed honesto ordine coniugali, non est in homine improbandus affectus, et ipsum tamen laudabilius transcendit, & vincit celestia cogitans animus Christianus. His uerbis postremis Augustinus amplioris excellentiæ docet esse vitæ castæ institutum. Sed quoniam (subdit,) sicut ait Dominus, Non omnes capiunt uerbum hoc; Quæ potest capere, capiat: Quæ se non continent, nubant. Quæ non coepit, delibaret. Quæ aggressa est, perseveret. Nulla aduersario detur occasio. Nulla Christo subtrahatur oblatio. In coniugali quippe vinculo, si pudicitia non seruetur, damnatio non timetur: sed in uiduali & uirginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur. Qua expetita & electa, & voti debito obligata iam, non solum non capescere nuptias, sed etiam si nubatur, nubere uelle danabile est. Nam ut hoc demonstraret Apostolus, non ait, Cum in deliciis egerint, in Christo nubant, sed nubere uolunt: habentes, inquit, damnationem quoniam primam fidem irritam fecerunt, & si non nubendo, sed tamen uolendo. Hic uides de quibus Augustinus loquatur, de illis inquam, quibus non modo nubere, sed uelle nubere, danabile est: de illis inquam uiduis, quas, ut diximus, antequam Diaconiam acciperent, necesse erat, publicam ac solennem coram tota Ecclesia professionem emittere: de illis demum, quas parum antea dixerat uoto castitatis obligatas, professionem emisisse. Verum quid de harum nuptiis sanctus uir sentiat, iam nunc audire incipiamus. Non quia, ipse, ait, nuptiæ, uel *saluum damnandæ iudicantur*. Sed danatur propositi fraus; danatur fracta uoti fides, danatur non susceptio à bono inferiori, sed ruina ex bono superiori. Postremò dannantur tales, non quia *coniugalem fidem posterius inierunt*, sed quia continentiam primam fidem irritam fecerunt. Quod ut breuiter insinuaret Apostolus, noluit eas dicere habere damnationem, quæ post amplioris sancti-

tatis propositum nubunt, non quia non damnantur, sed ne in eis ipse nuptiæ dannari putarentur. Sed tunc dixisset, *nubere uolunt*, continuo addidit. Habentes damnationem. Et dixit, quare? Quoniam primam fidem irritam fecerunt. Ut uoluntatem, quæ à proposito cecidit, appareat esse damnatam, siue subsequantur nuptiæ, siue desint. Ecce quid de harum foeminarum solemniter professorum nuptiis Augustinus, pro sui temporis consuetudine, & quantum ad ius Diuinum attinet, sentiat. Nunc quo loco, eorum qui contrarium docent, sententiam habeat, audiamus. Proinde, inquit, qui dicunt, talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi uidentur satis acriter ac diligenter considerare quid dicant. Uides hic huiusmodi nuptias peccata quidem esse, sed nuptias tamen ueras remanere, Augustinum asserere, quod nunc nos deuoto quoque simplici, aduersus quorundam canonistarum sententiam, qui nuptias quidem non distrahi ab Ecclesia dicunt, quod probari non possint, sed nunquam tamen coalescere, unanimiter docemus. Sed quibus ad id sentiendum rationibus agatur, audiamus. In qua parte primum eorum qui contrarium sentiunt, potissimam rationem, & quæ cum Latinis, tum Græcis, auctoribus fuit maximè familiaris, elidit. Fal sit eos, inquit, similitudo ueritatis, quia enim coniugium Christi dicuntur eligere, quæ Christiana sanctitate non nubunt; hinc argumentantur quidam dicentes. Si uero suo uiuo, quæ alteri nubit, adultera est, sicut ipse Dominus in Euangelio definiuit, uiuo ergo Christo, cui mors ultra non dominatur, quæ coniugium eius elegerat, si homini nubit, adultera est. Habes rationem, quæ ad nuptias eorum, qui solemniter uouerant, irritas & inanes iudicandas, auctores illi permouerentur. Quam rationem ego apud Athanasium lib. de uirginitate & apud Basilium lib. ite. de uera uirginitate, deprehendo: puto & Ambrosium in ea fuisse opinionem, de qua re tamen postea. Sed ad Augustinum redeo. Qui hoc dicunt, ait, acutè quidem mouetur, sed parum attendunt, hanc argumentationem, quæta rerum sequatur absurditas. Cum enim laudabiliter, etiam uiuente uiro, ex eius consensu, foemina Christo uoueatur, iam secundum istorum rationem, nulla hoc facere debet, ne ipsum Christum, quod sentire nefas est, adulterum faciat, cui, uiuente uiro nubit. Deinde, cum primæ nuptiæ melioris sint meriti quam secundæ, absit, ut sanctarum uiduuarum, iste sit census, ut Christus eis uideatur quasi secundus maritus, ipsum enim habebant & antea, quando uiris suis fideliter seruebant subditæ, non carnaliter sed spiritaliter uirum, cui Ecclesia ipsa, cuius membra sunt, coniux est, quæ fidei, spei, charitatis integritate, non in folis uirginibus sanctis; sed etiam in uiduis & coniugatis fidelibus, tota uirgo est. Vniuersæ quippe Ecclesiæ, cuius illæ membra sunt, Apostolus dicit Optauit vos uni uiro uirginem castam exhibere. Christo,

Christo. Nouit autem ille coniugem virginē sine corruptione foetare, quem ipsa etiam carne, potuit mater sine corruptione procreare. Hactenus de rationis confutatione. Deinde ad illa quæ ex illa opinione deriuantur incommoda progreditur. Fit autem, ait, ex hac inconsiderata opinione, qua putant lapsarum à sancto proposito sceminarum, si nupserint, non esse coniugia, non paruū malum, vt à maritis separantur vxores, quali adulteræ sint, non vxores, & cum volunt eas continentiæ reddere, faciunt maritos earum, adulteros veros, cum suis vxoribus viuis alteras duxerint. Hactenus Augustini rationes. Subditque post hæc. Quapropter non possum quidem dicere, à proposito meliori lapsas, si nupserint sceminas, adulteria, nō coniugia esse, sed planè nō dubitauerim dicere lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quæ vouetur Deo, adulteriis esse peiores. Si enim (quod nullo modo dubitandum est) ad offensionē Christi pertinet, cum membrum, eius fidem non seruat marito, quanto grauius offenditur, cum illi ipsi nō seruat fides, in eo quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Quod enim quisque non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit, tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quātò minus habuit vouendi necessitatem. Concludit tandem Augustinus Iulianam alloquens. Hæc ideo disputo, ne arbitris vel secundas nuptias crimen esse, *vel quas cumque nuptias, cum sint nuptia*, malū esse. Nō itaque illas à te dānatas velis esse, sed speratas. Quia vltimo periodo notandum est quod inquit, se non dānare quascunq; nuptias, cum sint nuptia. Quod si quascunq; nuptias, nuptias esse credit Augustinus, ergo & illas etiam, quæ post quodcumque votum sunt celebratæ.

Ex quo, & ex omnibus penè huius loci verbis, satis apertè intelligitur, quàm sit falsa quorundā canonistarum interpretatio, qui potius Ecclesiastico vsui & his, qui nunc vigent, canonibus, quæ Augustini litteræ attendentes, eum de simplici voto interpretantur, eò decepti, quod eo loco à sancto proposito eas sceminas fuisse lapsas dicitur, vnde eas nollunt à voto cecidisse, sed à voti proposito. Verum hi quod &c. Sacros fortasse auctores non legerint, nesciunt propositum, nō modo votum solenne, verum vitam religiosam denotare. Quod etiam ex Gratiano, d. 27. c. Presbyteris, cognoscere potuissent, vbi apertè propositum religionis, voto maius esse dicitur. Deinde, si quia eas à proposito cecidisse dicit, de voto solenni non est accipiendus hic locus, quia voti & professionis meminit, eadem prorsus ratione de voto solenni intelligitur. Et demum, si propositum in ea significatione qua illi volunt, accipiendum est, neque de voto simplici hic locus accipietur. Nam propositum, id est, cogitatio & voluntas aliquid vouendi, non est votum simplex aut solenne. Decepti sunt deinde falsa intelligentia sententiæ Gra-

tiani, quem putant eandem interpretationē comprobasse. Verum Gratianus, cum diuersa capitula eius quæstionis conciliat, voti simplicis aut solennis non meminit, sed tantum ea matrimonia quæ Augustinus & Theodorus Cantuariensis: nō dirimi docuerunt, non dirimi docet, reliqua dirimi & rescindi credit. Eius verba sunt. Quod autē vouentes, præmissis auctoribus, iubentur ab inuicem discedere, quorum verò coniugia auctoritatibus Augustini & Theodori, soluenda non sunt, in capitulo de oratione clericorum euidenter ostenditur. Hæc Gratianus. In quibus nulla voti simplicis aut solennis memoria. Capitulum autem de oratione clericorum, in quo quæ coniugia dirimantur, quæ uè maneant, se decreuisse inquit, quod sit, prorsus ignoro, nisi quod Colossator eo loco nos ad finem, d. 27. quo loco eius distinctionis capita conciliat, remittit, vbi de eadem re agens locum Augustini & Theodori, de simpliciter vouentibus accipiendum esse docet. Sed quid illic simpliciter vouentes Gratianus intelligat, superius explicauimus, simpliciter enim vouentes, nō votum simplex emittentes intelligit, sed eos, qui voto, quod ediderant, neque sacros ordines, neque religionem adiungebant, inter quos tamen simpliciter vouentes, maximè Augustini ætate, multi non modò esse poterant, sed de facto erant voto solenni obnoxii, vt consecratæ aut velatæ virgines seculares, viduæ professæ castitatem &c. Quæ interpretatio si nostris iuris Pontificii consultis noua videatur, non est mirabile, cum sanctorum & vetustorum conciliorum locos, quos tractant, potius ex Ionis Theutonici, Bartholomei Brixienensis, Archidiaconi, aut abbatis, qui nunquam eos in suis fontibus legerunt, diuinationibus, quàm ex notitia veteris doctrinæ, & eorundem patrum expensionem, interpretari soleant.

EX ECCLESIASTICIS DECRETIS, probatur olim, post uota solennia castitatis, matrimonia inita, non fuisse recisa. Cap. 32.

SED iam ad Ecclesiastica decreta, quæ etiam matrimonia post uotum solenne inita, illa Ecclesiæ ætate permanere, & consistere, uel docent, uel saltem innuunt, post patres ac ueteres Theologos, more nostro, progrediamur. In qua parte primum Pelagii primi, in Epistola ad Episcopos Lucaniæ & Butiæ, apertissima diffinitio & quam neque canonum glossatores de uoto solenni intelligi negare potuerunt proferenda est. De uiduis, inquit, sub nulla benedictione uel andis, superius latè sufficienterque prædiximus. Quæ si propria uoluntate professam, pristini coniugii castitatem, mutabili mente calcauerint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactio placare, quia iuxta Apostolum, primam fidem irritam fecerunt: sicut enim si se forsitan continere non

nō poterant, secundum Apostolū nubere nullatenus vetabantur, sic habita secum deliberatione, *Promissam Deo, pudicitia fidem*, debent custodire. Nos autē nullū talibus laqueū debemus iniicere, sed solum adhortationes præmiū sempiterni, pœnasque proponere Diuini iudicii, vt & nostra sit absoluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cauendū est quippe, quod de earum moribus actibusque; beatus Paulus testatur dicens. Quod plenius exponere præterimus, ne sexus instabilis, nō tam deterrerri, quàm ad moneri videatur. Hucusque; Gelasius siue Pelagius. Attendendum est autem huius capituli initiū, quod de ratione suscipiendi solennem & publicā professionem à uiduis Pontifex egisse se commemorat, quod scilicet, nulla benedictione vt uirgines uel andæ essent &c. De his autem Pontificem sequentia uerba scribere, relatiuum, *quæ*, perspicue ostendit. Quæ uiduæ scilicet propria uoluntate professam pristini coniugii castitatem mutabiliter calcauerint &c. In idem recidere fortasse poterat locus Theodori Cantuariensis, quem & d. 27. & statim post hunc Gelasii locum, 27. q. 1. Gratianus recitat. Si uir, inquit, uotum uirginitatis habens adiungitur uxori, postea non dimittat uxorem, sed tribus annis pœniteat. Nam dictionem, *simplex*, additam esse, uel à Gratiano, uel à quoopiam alio, superius ex eiusdem capituli recitatione, 27. q. 1. c. Postremò, ubi ea dictio non ponitur, satis superius demonstrauimus. Sed illud me quominus hunc Theodori locum ad solenne uotum pertinere credam, deterret, quod hic Theodorus Gregorio magno tempore posterior fuerit, post quem has nuptias, quæ uoto aliqua ratione solenni, superueniebant, non amplius toleratas lego, maximè cum Anglia, in qua prouincia Theodorus uixit, Gregorii doctrinam tanquam proprii Apostoli, reliquis oibus prouinciis Christianis, uehementius amplexa fuerit.

EX CANONVM ECCLESIASTICORUM PUNITIONIBUS, quas post uota castitatis nubentibus, infligere solebant, probatur, olim non fuisse uotatorum recisa matrimonia. Cap. 33.

DEINDE, id ex Ecclesiasticis punitionibus, quæ uotorum solennium uiolatoribus, à conciliis, cum prouincialibus, tum generalibus, decreta fuerunt, probabilissimis cōiecturis licet deprehendere. Et in primis Synodus Chalonensis solam his nuptiis, quæ ab iis, qui uota solennia, non modò castitatis, sed quod plus est, religionis, emisissent, contahuntur, temporariam quandam ex communicationem infligit, à qua tamen ut misericorditer absoluantur, Episcopi loci potestatem facit. Si qua uirgo, inquit, se dedicauerit Deo similiter & monachus, nō licet eis nuptiis iungi. Si uerò inuenti fuerint hoc facientes,

maneant excommunicati. Statuimus uerò eis posse fieri humanitatē, si ita probauerit Episcopus. Hactenus Synodus. Quod hic de uoto solenni patres loquantur, id satis ostendit, quod ut superius diximus, monachi semper, ea præsertim ætate, apud Græcos professionem emitterent. Idemque; de uirginibus est omnino dicendum. Nam quod ibi non de quibusuis uirginibus, sed de uoto solenni obstrictis, sermo fiat, id ostendit, quod eas monachis adiungat.

Synodus Ancyrana, paulo ante Nicenam celebrata, bigamorum, duntaxat pœnā imponit, neque separationis meminit. Quicunque, ait, uirginitatem profitentes, professionem suam irritam reddunt, bigamorum diffinitionem impleant. Theodorus Balsamon, ut superius diximus, hūc locum ad uirgines, quæ non sunt monachatum professæ, refert. Sed cum extra monachatum, ut multoties monuimus, eo seculo uirginitatē multæ profiterentur, ea interpretatio nihil obest, quo minus idem locus de uouentibus solenniter accipiatur. In concilio Illibertino eisdem ea pœna duntaxat imponitur, ut in fine tantum communionem recipiant. Valentina synodus, eos communionem priuari, præcipit, neque; restitui, quoad usque; Deo, quantum fieri queat, satisfecerint.

Carthaginense. 4. ut uidua, quæ cum raptore permanere uoluerit, sine Christianorum communionem fiant, & ut non communicent, & criminis adulterii sint reæ.

Toletanum. 4. damnat eas. Non sine dannatione, inquit, erunt, quia se primum Deo uouentes, postea castitatis propositum abiecerunt.

Aurelianense primum, monachum post uotum uxori coniunctum nunquam Ecclesiastici gradus officium fortiri.

Leo pontifex & monachos & uirgines peccare dicit, non tamen separat.

RATIONIBVS THEOLOGICIS demonstratur, absque; Ecclesiastica constitutione, uotatorum coniugia non dirimi. Cap. 34.

RATIONES, quibus hæc sententia fulciatur, non desunt multæ, at grauissimæ, sed aliis, quæ posteriores auctores excogitarunt, omisissis, hæc quas Scotus scribit, potissimè uidentur. Prima, omnium aliarum, quas confutauimus insufficiētia & infirmitas. Nulla enim earum opinionum, quæ dirimere cōtractum matrimonium ex sua natura, aut ex Diuina institutione, noto solenni, tribuit, solido fundamento nititur, ut ex his, quæ superius scripsimus, satis percipi potest.

Secunda, quod ut Cælestinus Pontifex decernit, quantum ad Deum attinet, nō minor sit uoti simplicis, quàm solennis obligatio, ergo si simplex, neque; ex sua natura, neque; ex Diuina constitutione,

tione dirimit, solenne quoque, neq; ex sua natura, neq; ex sua Diuina institutione, dirimet. Hæc autem ratio, falso illo ac prorsus fictitio & uoluntario, de differentia simplicis & solennis voti penes traditionem & promissionem, sublato, insuperabilis est.

Tertia, quod voti solennitas, ad quam pertinet rescindere contracta matrimonia, ad solam Ecclesiasticam voluntatem referatur. Vnde fit aperte, ut si matrimonium dirimere, voto solenni, ratione solennitatis conuenit, eidem dirimere matrimonio, non alia ratione quam Ecclesiastica voluntate conueniat. Absumptio huius rationis ex aliarum sententiarum refutatione satis constare poterit.

RECITATUR ET ELIDITUR
ea sententia, quæ voti solennitatem penes
benedictionem, aut sanctificationem
attendit, docet. Cap. 35.

NAM ea opinio quæ docet solennitatem in benedictione sitam esse, & rationi & Ecclesiasticis diffinitionibus aduersatur. Rationi quidem, quoniam multæ sunt hodie in Ecclesia religiones, voto solenni præditæ, quæ hæc benedictiones non agnouerunt, vt mendicantes omnes, & non paucæ monachales. Ecclesiastico autem statuto ac diffinitioni, quoniam diffinitum est à Bonifacio VIII. professionem tacitam votum solenne inducere. Professionem autem tacitam, quæ fit, cum homo in ætate legitima constitutus, habitum professorum recipit, ubi est distinctus à nouitiorum habitu uel cum habitum indistinctum per integrum annum portaret, nullam benedictionem aut consecrationem habere, non est necessarium persuadere. Et demum, quemadmodum reges, qui iuxta patriam consuetudinem, vnguntur aut benedicuntur, nõ magis sunt reges, quam ii, qui ex suæ quoq; prouinciæ aut regni consuetudine non vnguntur aut benedicuntur, ita religiosi, qui ex suis constitutionibus in professione benedicuntur, non magis solenniter uouisse sunt credendi, quam hi qui nullam in eo actu, benedictionem recipiunt. Benedictio ergo etsi, ad quarundam religionum solennitatem pertineat, non tamen est ipsa solennitas, à qua inquam votum solenne, aut cuius defectu, votum simplex appellatur.

Fuit autem hæc sententia (vt hoc interim adnotari liceat contra quosdam, qui quoties aliquam opinionem aut reprobant, aut communi suffragio reprobari vident, statim in alienos auctores detorquent, quasi qui semel bene dixit, malè dicere sit impossibile) S. Thomæ, quod eius de hac re verba aperte indicant. Nam cum ille scolastico more quesuisset. Num votum solennizaretur per susceptionem sacri ordinis aut professionem ad certam regulam, & ytrinque argumeta, quibus res

difficilis videretur, proposuisset, ita quæstionem dirimit. Respondeo, quod vniciq; rei solennitas adhibetur secundum illius rei conditionem. Sic alia est solennitas nouæ militiæ, scilicet in quodam apparatu equorum & armorum & concursu militum & alia solennitas nuptiarum, quæ consistit in apparatu sponsi & sponsæ, & conuentu propinquorum. Votum autem est promissio Deo facta, vnde solennitas voti attenditur secundum aliquid spirituale, quod ad Deum pertinet, id est, secundum aliquam spiritualem benedictionem, vel consecrationem, quæ ex institutione Apostolorum adhibetur in professione certæ regulæ, secundo gradu post ordinis susceptionem, vt dicit Dionysius in 2. capite (fortasse sexto) Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Hactenus S. Thom. Deinde ad primum argumentum, quo ante dilutionem quæstionis obiecerat, solennitatem ideo non esse propriam voti solennis conditionem, quod votum ad Deum referatur, solennitas ad homines. Respondeo, inquit, quod huiusmodi solennitas pertinet, non solum ad homines, sed ad Deum, in quantum habet aliquid spirituale, consecrationem seu benedictionem, cuius Deus est actor, etsi homo sit minister. Secundum illud Num. 6. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis, & ideo votum solenne habet fortiorem obligationem apud Deum, quam votum simplex, & grauius peccat qui illud transgreditur. Quid his verbis apertius? Attenditur ergo iuxta S. Thomæ sententiam voti solennitas, penes consecrationem aliquam aut benedictionem. In qua parte non modo ad 6. illud Dionysii caput, quod allegat, sed ad veterum quorundam, qui de voti solennitate ruditer & impolitè pro sui temporis ratione loquebatur, respexisse uidetur. Vnde Franco. Abbas Affliginiensis in Epistola ad Lambertum monachum, qui cuiusdam monachi defectoris causam agebat, in benedictione illa monachali, quasi in potissima voti solennis parte, niti uidetur. Illud, inquit, quod subiungis, habitum sacrum solenni benedictione consecratum, nihil salutis conferre, quomodo patietur audiam? quis æquanimiter ferat? Nunquid friuola credenda est sancta sanctæ Ecclesiæ institutio? Nunquid innamis est in vestibulis & vtenilibus Ecclesiastici ministerii, Ecclesiastico more celebrata, benedictio? Nunquid ociosa credenda est, super huiusmodi, sanctæ & indiuiduæ Trinitatis inuocatio? Et subinde. Non potest ergo, ut asseris, monachus habitum professionis suæ, absq; detrimento salutis suæ abicere, & habitum clerici assumere, cui iam omnis habitus illicitus factus est, præter eum, in quo professus est. Ex quibus patet benedictionem non modò fuisse personæ profitentis, sed habitus.

Falluntur autem qui scribunt hanc sententiam non fuisse diuini Thomæ, quod nondum fortasse quid in hac parte ille sciat, planè deprehenderint. Duo profectò, iuxta S. Th. sententiam, sunt in voto

to solenni, solennitas ipsa, & vinculi, quod per votum contrahitur, firmitas. Solennitas penes Ecclesiasticam benedictionem apud Thomam attenditur. Voti firmitas penes traditionem. Vnde isti plurimum à sancti Thomæ intelligentia aberrant, qui putant, voto solenni à solennitate apud eundem sanctum Thomam, vigorem aut firmitatem accedere. Quemadmodum enim, nouæ militiæ, aut nuptiis, quarum exempla ille usurpat, nulla à solennitate illa extrinseca firmitas prouenit, ab apparatu inquam equorum, conuentu propinquorum &c. Sed in militia, à tradentis se militiæ, & recipientis Principis voluntate, & in nuptiis, à mutua illa vtriusque sponsionis traditione, ita in uoto, non solennitas, quæ apud eundem diuum Thomam, non est aliud quam illa exterior benedictio, sed sui ipsius traditio, firmitatem & robur efficit: immo verò solennitas, ex accidenti, & ex usu quodam hominum tantum, qui huiusmodi actionibus eam applicati solent, in rei, quæ agit, testimonium, non item ad aliquam firmitatem intrinsecam causandam, voto solenni adiungitur. Quod euidentissimis uerbis mihi idem sanctus Thomas, eodem loco, scribere videtur, cum de matrimonio exemplum profert. nõ enim, inquit, solennitas nuptialis adhibetur, nisi in celebratione matrimonii, quando vterque coniugum sui corporis potestatem alteri tradit. Et similiter, voti solennitas, adhibetur quando aliquis per susceptionem sacri ordinis, diuino ministerio applicatur. Et in professione certæ regulæ, quando per abrenunciationem seculi & propria voluntatis, aliquis statum perfectionis sumit. Hactenus S. Tho. Quemadmodum ergo vinculum matrimoniale, non sumit virtutem aut vigorem, à solennitate, sed ab ipsa mutua potestatis traditione, ita solennitas voto, nihil addit firmitatis, aut roboris apud sanctum Thomam, quam apud eundem solennitas nunquam adhibetur, nisi cum sit ipsa traditio, siue in voto, siue in coniugio.

REFELLITUR EORVM RATIO,

qui dicunt, sancti Thomæ voti solennitatem, in sanctificatione aut benedictione, non collocasse.

Cap. 36.

HINC iam, quantum ea ratio, quæ à quibusdam, ad persuadendum eam opinionem non fuisse sancti Thomæ, profertur, valeat, expendere non est difficile. Aiunt S. Thomæ non astruere ad voti solennis substantiam, eam benedictionem aut cæremoniã pertinere, sed duntaxat, in testimonium voti solennis applicari, quemadmodum solennitas nuptiarum, ad eandem sub-

stantiam non pertinet, sed ad signum quoddam ac extrinsecum testimonium. Idem nos libentissimè concedimus, eam cæremoniã & ritum, quæ in benedictione monachali adhibetur, neque esse de uoti substantia, neq; ad illam vlla ratione pertinere, sed esse, ut illi recte aiunt, signum quoddam extrinsecum & testimonium, vt in militia, nuptiis &c. Verum quod illa eadem cæremonia non vocetur à sancto Thoma (in partibus præsertim) voti solennitas, erat illis probandum. Nos neque eam cæremoniã, neque voti solennitatem, quæ eadem est, ad voti substantiam, iuxta sancti Thomæ sententiam pertinere credimus, sed esse duntaxat, quod nomen ipsum aliquoquin sonat, solenne, quoddam signum & testimonium. Hærent quibusdam, vt nunc diximus, ei errori, quod putent solennitatem apud eundem auctorem, uoto robur & firmitatem, siue illa dispensabilis, siue indispensabilis sit, à solennitate prouenire. Cum potius ab illis, quæ sunt voto solenni intrinseca & essentialia, proueniant: à traditione, inquam, sub certa regula &c. Et denique hanc benedictionem aut consecrationem monachalem, iuxta sancti Thomæ sententiam, esse voti solennitatem, ex veterum Thomistarum, qui ut opinionem de uoti solennis indispensabilitate uentimque tuerentur, isti scribunt, docent, per eam benedictionem nec scio quid monacho indelebiter impressi, sententiam persuaderi possumus? hæc sunt illorum.

Quod si ab huiusmodi solennitate, id est benedictione, consecratione &c. robur & substantiam voto solenni conciliari, quis contendat, cum ea solennitas neque sit sacramentum, neque aliquid ad sacramentum pertinens, atque adeo sit omnino de iure positio, superest ut robor, quod ab illa conciliatur, siue quantum ad matrimonii sacramenti rescissionem, siue quantum ad indispensabilitatem &c. à iure quoque positio deriuatur, atque adeo pro Ecclesiæ statuentis voluntate, variaque temporum ratione, variabile & alterabile sit. Itaque vt quæ in hanc priorem opinionem diximus, in epilogum redigamus. Dicimus falsam esse sancti Thomæ sententiam, quæ benedictionem illam aut priscam illam consecrationem, uoti solennitatem esse credit. Deinde dicimus. Quod si ea opinio vera esset, nihil tamen Scoto ac reliquis auctoribus Theologis aduersatur, qui docent, voti solennitatem à iure Ecclesiastico deriuatam. Nam, vt diximus, ea benedictio neque est sacramentum, neque sacramentale, sed

Ecclesiastica cæremonia.

Opinio

O P I N I O R E C E N T I O R V M

Thomistarum, qui docent voti solennitatem, penes traditionem attendi, neque esse S. Thomi, neque esse veram.

Cap. 37.

SECUNDA opinio est, quod voti solennitas non sit, aliquid uoto extrinsecum, sed intrinsecum & essentialiale, ipsa nempe rei quae uouetur, & eius qui uouet, traditio. Atque hanc opinionem Thomistae quidam hac nostra memoria, eo falso fundamento, quod superius elisimus, decepti, primi omnium Theologorum suscitasse uidentur. Quanquam ipsi sanctum Thomam, saltem in 4. sententiarum, sibi omnino patrocinari putant. Verum S. Thomas in hac parte, ab eis quae in partibus, quae eius testamentum uocari consueuerunt, scripsit, non est diuersus. Nam primò in quarto nusquam hanc quaestionem, *Penes quid voti solennitas attendatur*, quaesuit, ut in partibus fecit. Vnde illa, quae illic de traditione dicit, nulla ratio nos cogit de uoti solennitate accipere. Erat quaestio quando uotum esset solenne. Respondet, tunc uotum solennizari, quando eius rei, quae promittitur, sit traditio, quoniam uotum dicitur solenne, ex hoc quod habet vim completam obligandi. Nam ea ad solennitatem rei pertinere dicuntur, quae ei completum esse tribuunt, uotum autem cum sit essentialiter promissio, complementum suae virtutis accipit, sicut & promissio, cuius obligatio tunc completur, quando aliquis hoc, quod promittitur, in praesenti dat. Confirmatq; exemplo, eius qui agrum promitteret, & ipsum exhiberet, & eius qui seruitium promitteret, & se confestim in seruum daret. Post quae subdit, Ideo tunc uotum solennizari dicitur, quando aliquis praesentialiter se dat Deo, Diuinis seruitiis se mancipando. quod quidem fit, per ordinis sacri susceptionem & professionem certae regulae, debito modo factae, scilicet in manu eius, qui debet recipere, & aliis circumstantiis seruatis, quae secundum iura determinantur, alias enim non esset uotum solenne, quantumcunque quis profiteretur, quia ex tali professione, non fieret sub potestate eorum, qui religioni praesunt. Haecenus S. Thomas. Quibus non decernit, penes, quid uoti solennitas attendatur, aut quae sit uoti solennitas, sed quando uotum dicatur solenne. Atque hoc profectò verum est iuxta diui Thomae sententiam, qui omne uotum simplex promissionem putauit, tunc uotum solenne fieri, quando fit traditio, id est, quando non iam res, quae promittuntur per modum futuri, sed per modum praesentis temporis, exhibentur. Idque praeterea denotare uidetur, cum in primi argumenti solutione inquit. Voti solennitatem ex eo fore, quod res

4. sen. d. 37
q. 2. quaest. iiii
cul. 3.

ipfas non iam promittitur, sed datur. Quòd si sanctus Thomas, ut isti contendunt, uoti solennitatem putasset, traditionem, non tamen ille de sola traditione loquebatur, sed de traditione sub certa forma ab Ecclesia determinata, quod eius uerba eodem loco satis indicant. Putat enim uotum solennizari, quando aliquis praesentialiter se dat, non quacunque ratione, sed per ordinis susceptionem & professionem certae regulae, debito modo factam, scilicet in manu eius, qui debet recipere, & aliis circumstantiis seruatis, quae secundum iura determinantur.

Verum siue illa sancti Thomae fuerit, siue ab his Theologis, qui nunc in eius schola philosophantur, ex eius praua intelligentia, primitus inuenta, quod magis placet extiterit, omnino falsa est, & merito ab his, qui non ex parte, sed profectò uoti naturam speculantur, reprobanda; cum uotum solenne & simplex penes traditionem & promissionem differre supponat, quod ut superius multis, efficacissimisque rationibus conuicimus, est longe falsissimum. Uotum enim, quod simplex dicitur, quia priuatum, id est, non publica auctoritate susceptum, aut quia occultum, id est, quod testibus careat, dum non per modum futuri, sed per modum praesentis offeratur, ueram habet traditionem, & si non solennem. Nam quòd nolint isti ueram esse traditionem, nisi sit qui suscipiat Dei nomine ac vice, quod loco sit recipiendum, iam superius explicuimus. Non abnuimus sui ipsius ad castitatem, paupertatem, & obedientiam, traditionem rem esse maximi momenti, immò omnium actionum humanarum grauissimam. Sed ad hanc, an cuius homini Christiano contueniat, expendendam, cum hoc Diuina scriptura sanctorumque patrum comuni ac perpetua traditione constat, nulla consultatio necessaria est. Annus autem probationis ad uouentis uoluntatem speculandam pertinere quis dubitat? Nam quòd etiam annus ille in recipientis religionis fauorè fuerit statutus, nihil obstat: non enim tempus illud ad expendendum, an illi, Socrati uidelicet, uouere contueniat, impenditur, sed ut religio eo tempore, eum, non animi leuitate, sed Christiano spiritu, ad uota religionis per motum, intelligat. Deinde hi supponunt, nullum uotum, ex natura uoti solennis, posse extra religionem fieri, quod est falsissimum, cum veterum illarum virginum & multorum etiam uirorum uota, ante hos, quibus utimur nunc, canones, quibus ad religiones & sacros ordines, uota solennia sunt reducta, uerissimè solennia fuerint, erant enim solennia iuxta eorum temporum Ecclesiasticos ritus. Quòd si hoc ita est, non ergò ad uotum solenne suapte natura annus ille probationis exigitur, ac perinde ante tempus illud fieri potest uera traditio.

Sed neque in religionibus semper, tempus probationis

bationis fuit necessarium, sed recentiori iure duntaxat statutum est, potestque proinde absque uoti solennis detrimento mutari. Ordinandum etiam examen non illo tendit, ut Episcopus intelligat, an illum uouere castitatem expediat, hoc enim omnibus licere fides ipsa docet, sed ad speculandam eius doctrinam, mores, vitam &c. Itaque dubitare, an in illis uoti simplicis, duobus generibus, uera sit traditio, non est aliud, meo quidem iudicio, quam moras necere, nec illa sententia, quae uotum simplex à solenni, penes traditionem & promissionem, differre docet, omnium calculis reprobetur. Constat profectò nobis, & non quacunque ratione, sed ex fide & Ecclesiasticis definitionibus, sese perpetuae pudicitiae mancipare, Deo esse acceptissimum, & illum quoties nos huiusmodi holocausta obtulerimus, gratissimè suscipitur. Vnde nescio qua ratione dicatur, nemini constare posse, à Deo recipi eius uotum, nisi per Ecclesiasticum iudicium. An non ego mearum actionum certior sum iudex, quam tota Ecclesia? Immo Ecclesia, non alia ratione iudex est, nisi quia ego animi mei conceptum & uotum, uoce externa profero. Ita profectò in hac parte colligere licebit. Mihi euidens est ac certum, quod ego meipsum ad perpetuam castitatem trado. Quoniam animi mei actiones mihi sunt euidentiores, & certae de fide etiam est, quod Deus uotum oblatum castitatis recipiat, cum ille, sese castrates beatificet, quocunque sexu, quacunque aetate, quocunque tempore &c. Ergo mihi si non euidens, quoniam conclusio infirmiore partem sequitur, certum saltem est, ueram in meo uoto priuato aut occulto, de praesenti tamen, fuisse traditionem.

Præterea, quis negare poterit, longè aliam obligationis rationem in promissione religionis, quam in uoto priuato aut occulto, castitatis reperiri? Uouet quis hoc modo. *Uoueo aut promitto* me intraturum religionem, alias priuato vel occultè ita, *ex nunc* Deo uoueo, & promitto in perpetuum seruare castitatem, an non horum uotorum diuersa obligandi ratio? Profectò qui post promissionem illam, in qua uirtualiter uotum castitatis includitur, fornicaretur, aut aliud carnis peccatum designaret, in uotum non peccaret, quoniam ad illa duntaxat, quae uouit, obligatur, uouit autem se intrare religionem, aut aliquo tempore futuro seruare castitatem, contra, qui se castitati per modum praesentis temporis occultè uel priuato deuouit, si ex eo tempore ad carnis peccata declinet, in uotum peccat. Hoc quare? Non alia certè ratione, quam quod hi sese iam tradiderint, illi uero tantum promiserint.

Amplius aiunt isti, quòd si quis iuxta veterum legum promissionem, alteri se uenderet, eo ipso iure gentium, esset eius mancipium. Verum

ciuili iure posset statui, ut nemini liceret se uendere, nisi tali solennitate, alias traditio non teneret. Similique ratione uotis statuendum existimant. Atque hoc Bonifacium VIII. in capitulo illo unico deuoto uoluisse credunt, cum inquit. Voti solennitatem esse ex constitutione Ecclesiae, quasi diceret, ius posituum traditionem validam, efficere. Ex hoc ita ineluctabiliter, mea quidem sententia, colligere licebit. Qui absque legum ciuiliu auctoritate se uenderet, nulla uenditionis obligatione teneretur, ergo qui Deo absque Ecclesiae solennitate se traderet, nullum vinculum ex ea traditione incideret. Atque adeò quoadmodum ille, qui se uenderet, omnino ac si nihil egisset liber manet, ita qui uotum absque Ecclesiae solennitate emitteret, nullius obligationis tenebitur. Vnde neque mortaliter peccabit, contrafaciens, Deus enim ex hypothesei neminem absque Ecclesiastica auctoritate suscipit, ergo quantumuis quis sese dedat & tradat, nulla est uera traditio, atque adeò nullum ex quocunque uoto, priuato aut occulto, per modum praesentis, vinculum consurgit.

Neque hic audiendum est, quod fortasse quidam excogitare possent, uota illa priuata aut occultata, in promissiones conuerti. Nam licet hoc fortasse, ex aliqua iuris interpretatione, ut in matrimonio, quod à nondum puberibus contrahitur, fieri posset, non tamen ex ipsa rei natura, uotum praesentis temporis in futuram conuertitur. Non enim bene colligitur, Ego do tibi nunc & hoc tempore, ergo & futuro tempore quoque dabo. Et alioqui praesens traditio non in omni matrimonio, in futuram conuertitur, sed ut dixi, in eo quod ab impuberibus contrahitur, ubi ob mensuram defectum, futuri temporis datur praesumptio: ex natura, actiones tantum ualent, quantum intendit animus offerentis. Ego nunc, non item in futurum castitatem repromissi, ergo si mea donatio, ex aliquo defectu aut uitio, nunc nihil ualuit, à debito sum omnino liber. Deinde ego nunc, non intrare religionem uoui, sed seruare castitatem, neque aliud amplius animo concepi, non ergo mea traditio in uotum religionis, uel aequa interpretatione conuertendum est. Et ut res sit aptior, constituamus nunc hominem, qui per modum praesentis, eo pacto, quo dictum est, priuato scilicet aut occultè, uotum castitatis emittat dicens. Ego uoueo &c. ex nunc seruare castitatem. Hoc uotum profectò in promissionem de futuro conuerti nequit: nam quae nam esset illa promissio? non castitatis: quoniam castitas extra religionem per Ecclesiam Romanam approbatam, post Bonifacii constitutionem, solenniter uoueri non potest. Sed neque in promissionem religionis conuertetur: nam ille nusquam animo religionem concepit, immò neque si conciperet, illam uo-

ueret, utpotè quæ multa alia grauisissimaque o-
nera præter castitatem contineat, obedientiam,
pauertatem &c. quæ ille subire, neque voluit,
neque fortasse cogitauit. Est igitur uotum il-
lud simplex, (priuatum dico aut occultum, veri-
sima traditio, aut huiusmodi uotum nullam
obligationem inducit, atque adeò qui in illud
peccat, mortaliter non peccat, immo verò om-
nino non peccat. Et profectò ego prorsus me
ignorare fateor, quo pacto in huiusmodi uotis, ii
Theologi peccati ratione inuenire possint, quod
tamen hæreticum superius demonstraui, cum
nullam esse traditionem tam libere fateantur. Enin-
uerò ideo ex uotis temerariis nullum uoueti uin-
culum confurgere, communis Theologia docet,
quòd Deus non acceptet, ergo si in priuato & oc-
culto uoto, Deus absolutè, ut docent, Socratem
se tradentem non acceptat, nullum illi eadem ra-
tione uinculum obligationis confurget. Quæ, ob-
secro, in utroque disparitas? Certè hi non do-
cent, eum, qui uoto priuato aut occulto per mo-
dum præsentis uoueret castitatem; ex dubia con-
scientia ad eius obseruantiam teneri, certissimo
enim absque Ecclesiastica solennitate, nullam fore
traditionem diffiniunt. Sunt ergo certissimi,
nullum se uinculum obligationis contraxisse, quia
traditio non ualuit.

Demum, omne uinculum obligationis ex ali-
quo contractu deriuatur, ergo ubi nullus est con-
tractus, ibi nullum est uinculum. In hoc autem
uotorum genere, nullus est contractus; nullum
ergo uinculum. Subsumptio ex nominis inter-
pretatione aperta est, contractus enim non est
aliud quàm duorum uoluntati tractus, Dantis
scilicet & recipientis, sed uoluntas Diuina in his
uotis non concurrat recipiendo, ergo nullus est
ibi contractus.

PROPOSITVR SCOTI, DE VOTI

solennitate, sententia, & Theologicis ra-
tionibus comprobatur.

Cap. 38.

SVPEREST nunc tãdem postrema deuoti so-
lennitate sententia, quæ neque penes bene-
dictiones illas externas, aut ueteres confeca-
tiones duntaxat, ut prima, neque penes solã tra-
ditionem ut secunda, sed penes traditionem, sub
certa forma ab Ecclesia constituta, uoti solennita-
tem metitur. Quæ Scoti sententia adeò semper
omnibus Theologis uisa est cum ratione coniun-
cta, ut vel eius coniuratisimis emulis, reliquis om-
nibus repudiatis, arriserit: immo eam fuisse san-
cti Thomæ in 4. senten. si quis eum à se in parti-
bus diuersum putet, satis facillè ex eius litera, quã
superius recitauimus, ostèdi potest. Docet enim,
uotum solennizari per ordinis sacri susceptionem,
& professionem certæ regulæ, debito modo factæ

d. 38. q. 3.

scilicet in manu eius, qui debet recipere, & aliis
circùstantiis seruatis, quæ secundum iura deter-
minantur. Huius sententiæ fundamentum potis-
simum, est aliarum opinionum, quas refellimus,
absurditas. Ex hac ergo sententia, cum neque sola
traditio, neque sola extrinseca illa cæremonia, uoto
solennitatem conciliet, sed ambo simul tanquam
duæ partiales causæ, apertè consequitur, uotum
solenne, non ex seipso suaque natura, sed Ecclesiasti-
ca constitutione & auctoritate robur & firmitatè
ad dirimendum matrimonium obtinere, cum ipsa
uoti cæremonia ab Ecclesiastica uoluntate pen-
deat, & p. eius arbitrio mutetur. Quòd si hoc ita
est, dirimere ergo contracta matrimonia, non ex
suo genio solenne uotum habet, sed ex eadem Ec-
clesiasticâ uoluntate. Ab eo enim uotum solenne uo-
luntatem dirimendi matrimoniũ possidet, à quo
uoti solennis rationem habet, habet autem illam,
non à sola traditione, quoniam in uoto priuato &
occulto simplici fit uera traditio, ergo ab Eccle-
siastica constitutione, quæ cæremoniam & reli-
quas canonicas condiciones uoto solenni præscri-
psit, eius firmitas & robur ad coniugia contracta
dirimenda deriuatur. Potest enim uerò Ecclesia
quantũcunq; ueram personæ traditionem, & qua-
cunque ratione factam; uinculo matrimoniali
possidere, ut Augustini & priorum illorum pa-
trum, quorum loca citauimus, seculis fecisse com-
probauimus.

Quòd si rem exactius perpendamus, uirgen-
tior erit multò huius rationis uirtus. Etsi enim
iuxta hanc uerissimam sententiam uoti solen-
nitas ex traditione, & extrinsecis illis conditio-
nibus, à iure Ecclesiastico præscriptis, pendeat,
tamen est inter has duas solennitatis causas in-
gens discrimen. Traditio profectò si dialecticè
& metaphysicè rem considerare liceat, generis
tantum rationem habet: condiciones à iure Ec-
clesiastico præscriptæ, ut quòd non fiat sine tes-
tibus, quòd non recipiatur priuata auctoritate
sed publica &c. differentiæ rationem fortiuntur.
Nam uoti simplicis priuati aut occulti tra-
ditiones, non sunt uota solennia, sed illæ duntaxat
traditiones illas à iure præstitutas habent.
Deinde traditio Physica consideratione, mate-
ria est, condiciones Ecclesiasticæ, forma sunt,
per illas enim completiue & perfectè uoti so-
lennis rationem, traditio quæcunque sortitur.
Ergo cum non à genere, sed à formali differen-
tia, non à materia sed à forma, unum quod sit,
& dicatur tale, proprietatesque possideat, ut ho-
mo, non ab animali, sed à rationali, non à ma-
teria physica, sed ab anima rationali, homo est
& risibilis, discursiuus, disciplinæ & sermonis
capax &c. uotum solenne, non à traditione, sed
ab Ecclesiastica solennitate illi adiuncta, & di-
cetur, & erit uotum solenne, proprietatesque
possidebit. Quòd si hoc ita est, dirimere ergo con-
tractum

tractum coniugium, non à traditione uoto, solenni
conuenit, sed ab Ecclesiastica uoluntate & arbi-
trio, ex quo pro diuersa temporum ratione, va-
riatiq; conditionum illarum pertinet.

Neque uerò hic cum illa S. Thomæ senten-
tia, quam primo loco refellimus, quòd scilicet
uoti solennitas penes externas illas cæremonias
sanctificationis aut benedictionis attendatur,
consentimus, dum dicimus, eandem uoti so-
lennitatem ab Ecclesiasticis conditionibus pen-
dere. Primò enim, ille solennitatem, soli illi cæ-
remonia tribuebat, nos utriusque traditioni & cæ-
remonia, sed illi minus principaliter, & tanquam
generi aut materiæ, his autem completiue & prin-
cipaliter, & tanquam formali differentiæ aut for-
mæ. Deinde ille non omnibus Ecclesiasticis cæ-
remoniis, sed uni duntaxat illarum, benedictio-
ni, inquam, nos omnibus, quæ à iure præscri-
buntur conditionibus, inter quas benedictio mi-
nimum locũ obtinet, immo uerò si res bene de-
spiciatur, fortasse nullum. Sed est quid, penitus
extrinsecum, ab Ecclesia huic actioni, uel ad illi
qui proficitur postulandam gratiam, uel deuotio-
nem excitandam annexum. Nam uoti, quod
uere inter Deum & hominem contractus quid-
dam est, solennitas, si de solennitate proprie lo-
quamur, non aliunde profectò querenda est,
quàm ex illis, à quibus reliqui contractus hu-
mani, solennes dicuntur. Certè testamentum,
non ex hæredis institutione legatis, donationibus
&c. solenne dicitur, sed ob id quod à iure præ-
scriptas condiciones possideat, quòd scilicet le-
gitimo ac sufficienti testium numero munitum
fuerit, quòd publica notarii auctoritate susce-
ptum &c. & quantò harum conditionum magis
aut minus possidet, tantò est magis aut minus
solenne. Uoti ergo solennitas, neque sola illa
benedictio est, neque sola traditio, immo ne-
que benedictio & traditio simul, sed publicum
testimonium & auctoritas publica. Atque id tam
apertè nomen ipsum solennitatis, ostendere uide-
t, ut magnopere mirari liceat, viros alio-
qui doctos, & Theologos, in priores illas sen-
tentias declinasse.

Est hoc loco magnopere aduertendum, aliud
esse querere, quæ sit uoti solennitas, si proprie
sit loquendum, aliud, quid sit uotum solenne.
Uotum enim solenne est traditio personæ uouen-
tis, sub certa forma ab Ecclesia præscripta. Uoti
autem solennitas, est ipsa forma ab Ecclesia præ-
scripta, quæ pro temporum ratione variatur; cui
solennitati ab Ecclesia benedictio, tanquam ali-
quid extrinsecum annectitur, atque ita accipien-
dum est, quod præcedentis capitis initio diximus,
uoti solennitatem iuxta Scoti sententiam, penes
traditionem & condiciones ab Ecclesiastico iure
requisitas attendi. Atque hæcenus de tertia ra-
tione, quare ad alias progrediamur.

Quartò ex utriusque uoti simplicis & solennis

uera differentia, Scoti sententia, quæ docet uo-
tum solenne Ecclesiastico iure dirimere contra-
cta matrimonia, perspicuè satis demonstrari po-
test. Caietanus, qui eiusdem in hac parte cum
doctore subtili est sententiæ, dupliciter uotum
solenne & simplex considerari dixit, subiectiue
& obiectiue. Subiectiue, specificè utrunque dif-
ferre credit, eò quòd qui solenniter uouit, in-
eptus sit deinde ad contrahendum matrimoniũ,
qui uerò simpliciter, adhuc aptus. Affertque ex-
emplum ex Aueroe primo de Anima, qui do-
cet, Oculum hominis ab oculo leonis specificè
differre, quoniam hominis & leonis animæ, in
quibus tanquam in subiectis continetur, speci-
ficè differant. Quòd si obiectiue considerentur,
uotum solenne & simplex non credit specicè dif-
ferre, sicuti neque hac ratione oculus leonis &
oculus hominis non differunt, quoniam eiusdem
sunt formalis obiecti.

Verum hæc ratio discernendi inter uotum so-
lenne & simplex, & si nobis faueat, prorsus im-
pertinens est, & potius ad Physicas actiones quàm
ad morales pertinens. Habuit tamen, ut suspi-
cor, à sancto Thoma originem, qui in quarto,
uotum simplex & solenne, tanquam uegetatiuum
& sensituum differre scripsit, etsi omnino Cai-
etanus à sancti Thomæ sententia eo loco disco-
dat. Docet enim sanctus Thomas uotum so-
lenne & simplex obiectiue differre, quemadmo-
dum sensituum & uegetatiuum obiectiue differ-
runt. Enim uerò etsi iuxta Aristotelis sententiam
actus per obiecta distinguantur, nunquam tamen
per subiecta distingui ille pronunciauit. Deinde
distinctio illa per obiecta, non est distinctio es-
sentialis & propria, id est, metaphysica, sed Phy-
sica extrinsecaque. Physicus enim cum non rei
essentias & quidditates, sed Physicas duntaxat
actiones & proprietates consideret, proprias ac
essentiales differentias non attendit. Contra me-
taphysicus qui rei quidditates scrutatur, non ex
actionibus aut subiectis, quæ omnia ad Physica-
cam considerationem pertinent, sed ipsis for-
malibus differentiis, quæ genus ad speciem con-
trahunt, rerum distinctiones uenatur. Physica
differentia est, seu potius distinctio: (nam dif-
ferentia mihi semper ad rei quidditatem perti-
nere uidetur) mas & femina, quoniam ad actio-
nes Physicas & naturales, ad generationem, sci-
licet ambo pertinent. Contra, rationale & ir-
rationale metaphysica, quoniam non ad actio-
nes, sed ad rei quidditatem spectant. Distin-
guitur deinde actus quicunque per obiectum, &
subiectum ab altero. Sed ultra eas duas extrin-
secas, & quodammodo argutias differentias,
(haud enim aliud significare uult Aristoteles cū
inquit, actus distingui per obiecta &c. quàm quod
ex subiectorum distinctio, actionum quoque
distinctio arguamus) aliam habet à forma-
li differentia deriuatam, quæ illi propria ac ger-

22. q. 88.

2. de An.

mana est. Itaque neque S. Thomas, neque Caietani ratio venandi differentiam inter uotum solenne & simplex, ad rem pertinere uidetur, cum non ab utriusque formali differentia, sed à subiecto aut obiecto, quæ illorum essentias non ingrediuntur, sumatur.

Videamus ergo, quæ sit utriusque voti, formalis differentia, ut ex illa ueram distinctionem queramus. Et quidem uotum simplex à solenni penes hoc, quod illud sit promissio, hoc autem traditio differre, iam multis rationibus in præcedentibus consutauimus. Neque enim uotum omne simplex est promissio, sed duntaxat unum uoti simplicis genus, neque uotum solenne, solenne dicitur formaliter per traditionem, licet ea sit necessaria, sed per conditiones illas à iure Ecclesiastico requisitas. Neque de hac, nisi quis ueterem, quam semel induit opinionem, potius affectu quam ratione, tueri obstipio capite decernat, ullam superesse dubitationem putet. Aliunde ergo uoti solennis & simplicis differentia querenda est.

Et ut de simplici prius loquamur, in uniuersum simplex uotum à solenni per solennitatis priuationem differre uidetur, sed quia sunt eius tria genera, promissio, uotum priuatum, & uotum occultum, non una eademque ratione de illis pronuntiandum censo. Votum enim de his tribus generibus, non uniuocè, sed æquiuocè dicitur, cum ut alterius quoque opinioni patroni fatentur, promissio à traditione obiectiue differat. Diuersus est enim animi habitus, cum per modum futuri promittit, & cum per modum presentis rem promissam aut nunquam promissam exhibet. Promissio ergo duplici discrimine à solenni uoto distat, traditione scilicet, & Ecclesiastica solennitate, reliqua duo uotorum genera, quoniam ueræ sunt traditiones, Ecclesiasticæ tantum solennitatis defectu.

Hinc iam solenne uotum quo pacto à simplici differat, cognoscere procliuè erit. Differt enim tanquam positiuum à priuatiuo, sed non uniuocè eademque ratione, sed æquiuocè & diuersa, à promissione, scilicet traditionis & solennitatis Ecclesiasticæ defectu, à priuato & occulto sola Ecclesiasticæ solennitatis penuria. Et quod hæc sit legitima differentia, hinc facile deprehenditur, quod nomina, quæ priuatiue opponuntur, per nihil magis propriè distinguuntur, quam per priuationem, ut cæcus à uidente per cecitatem, contra, uidens à cæco per habitum uidendi. Votum autem simplex & solenne, nomina esse priuatiue opposita, hinc patet, quod omnes in uniuersum contentur, uotum simplex defectu solennitatis vocari.

Nunc iam his præiactis rationem quartam, pro Scoti sententia, ita construere licebit. Votum solenne à simplici priuato & occulto, nulla intrinseca & essentiali differentia, sed accidentali duntaxat & extrinseca distinguitur. Sed uotum simplex non dirimit matrimonium contractum: ergo uotum solenne, sola ecclesiæ constitutione, per quam à uoto simplici distinguitur dirimit.

Quintò ex reliquis Ecclesiasticis impedimentis, ita necemus argumentum. Quemadmodum uotum, est traditio, qua homo Deo se tradit, ita matrimonium est uerissima traditio, qua coniux coniugi se tradit, & ad generationem filiorum, & mutuam uitæ consuetudinem dedit; ergo quemadmodum Ecclesia quasdam maris, & foeminae traditiones, quæ alioquin Diuino iure coalescerent, ineptas, & inutiles reddidit, ut consanguineorum & affinium intra quartum gradum; ita eas traditiones, quæ post uotum illa Ecclesiastica solennitate ornatæ, fierent, nullas, & irritas esse, potuit constituere. Et ut rationis uigor melius percipiatur, exemplo rem declaremus. Titius Valeriana, intra quartum cognationis gradum consanguineæ, aut affini, per uerba de presenti se tradidit. Dicit deinde publicam nullo cognationis, agnationis, aut affinitatis gradu se attinentem, constituimus ex altera parte Socratem, qui Catherinam nullo gradu cognatam agnatam, aut affinem; per uerba de presenti duxerit, & deinde ad Mariæ nuptias, relicta Catherina migrauerit. Hic quaero, quare Titii nuptiæ cum Publica celebratæ, dimissa Valeriana conualescant: contra Socratis cum Maria prorsus sint inualidæ? Nam uterque duas nuptias celebrauit, iure Diuino, aut naturali nulla est differentia: nam uterque quantum ad se attinebat, per primas nuptias se tradidit: sed tota res ex Ecclesiastico iure pendet. Ideo enim Titii secundæ nuptiæ robur obtinuerunt: quia priores iure Ecclesiastico nihil valuerunt: contra, ideo Socratis secundæ, ualidæ non fuerunt: quia primas Ecclesia non irritauerat, Eodem omnino modo, qui matrimonium post simplex uotum contrahit, ueras nuptias inicit: contra. Qui post uotum solenne, non item, quia traditionem illam, quæ fit per uotum simplex, Ecclesia non irritauit: contra. Illam, quæ fit post uotum solenne omnino rescindit.

Demum Scoti sententiam in hac parte extra controversiam omnino mihi Bonifacius Pontifex posuisse uidetur: dum capite illo, quod autem lib. 6. de uoto. Voti solennitatem ad ius duntaxat Ecclesiasticum pertinere decernit. Quod uotum debeat dici, solenne, inquit, & ad dirimendum matrimonium efficax, nos consulere uoluisti. Nos igitur attendentes, quod uoti solennitas sola constitutione Ecclesiæ inuenta est, matrimonii uerò uinculum, ab ipso Ecclesiæ capite, rerum omnium conditore, ipsum in Paradiso in statu innocentiae instituente &c. Hactenus Pontifex. Cuius uerba, ita cõ glossa, & ordinaria iuris canonici interpretum diligentia, explicatur. Nota inquit ex isto capite, quod solennitas uoti est inducta ex constitutione Ecclesiæ, & sic non est ipsum uotum, quod impedit

dit

ait matrimonium: sed ipsa constitutio Ecclesiæ potest habiles ad contrahendum matrimonium inhabilitare & e contra, potest inhabiles habitare, &c. Vides hic Bonifacii uerba ex Scoti doctrina, & sententia interpretari: quod nimirum per inhabilitationem quandam Ecclesiæ, & non per ipsam uoti naturam contractam post uotum solenne rescindantur?

Neque hic ea dilutio ualet, quod neque uotum quidem per se, neque solennitas per se, ad matrimonia dirimenda sufficiant: sed utrumque simul. Nam, ut hoc uerum sit, quod neque nos inficiabimur: negari tamen non potest tria à Pontifice decerni. Primum, uotum per se quidem non sufficere ad dirimendum matrimonium. Secundum, solennitatem esse, quæ hanc uirtutem habeat. Tertium eandem solennitatem iure duntaxat Ecclesiastico constare. Ex quibus euidentissimè consequitur uirtutem dirimendi matrimonium contractum, uotum solenni, non ex sua natura: quemadmodum, neque simplicis: sed ex Ecclesiæ constitutione conuenire.

Domini. Scoti supra.

Sed neque illa apta est huius capitis interpretatio. Quod Pontifex: cum ait, uoti solennitatem esse iure Ecclesiastico inuentam, non de uoti solennis substantia; sed de modo se tradendi, quò in eodem uoto solenni Ecclesia uirtus loquatur. Primum enim hic, quid sit uoti substantia; & solennitas ignorare uidentur. Non enim ut illi falso putant, uoti solennis substantia in hoc sita est, quod qui se illo tradidit, non possit ulterius matrimonium contrahere. Nam si de iuris potestate loquatur, qua duntaxat, id possumus, quod iure possumus, qui simpliciter quoque uouit castitatem, absque ingenti scelere nulli amplius ad coniugium se potest tradere. Si uerò de facti potestate id intelligant, qua quocumque modo factum, obtinet vigorem, aut non obtinet, ad quem sensum eos magis declinasse crediderim tunc hoc non ad uoti solennis substantiam; sed ad eius effectus pertinere omnes Theologi docent. Tunc enim non posse, se tradentem, matrimonium contrahere, non est aliud: quam post eam traditionem matrimonium contractum non coalescere, id est dirimi, & rescindi: quod uoti solennis non substantiam; sed effectum dixerunt. Quod si hi significare uelint, (quod uehementer suspicor,) solennitatem, quam Pontifex iure ecclesiastico constare decernit, ad uoti solennis substantiam non pertinere. Profectò & à uoti solennis natura, & à uera eius capitis interpretatione absunt. A uoti quidem solennis natura (quoniam uotum solenne, neque est traditio sola, neque sola solennitas: sed utrumque simul, ut S. Th. eo loco, quo eum imitari uolunt, docet. Non enim uult uotum solenne tantum esse traditionem: sed traditionem, sub certa regula, &c. Ergo quemadmodum in homine, quia non tantum corpore; sed & anima constat, immò non tantum corpus, sed anima quoque; ad hominis naturam, & substantiam pertinet, ita in uoto solenni non tantum tra-

ditio, sed se tradendi forma ad eiusdem uoti solennis substantiam pertinebit. Deinde uotum solenne non est duntaxat uotum; sed solennitas: sicut album non est tantum corpus, sed corpus, & albedo; ergo quemadmodum ad albi substantiam, formaliter loquendo, non tantum corpus pertinet sed albedo quoque, ita ad uotum solenne: non tantum uotum, sed solennitas quoque pertinebit. Est profectò utrobique rationis paritas. Nam quemadmodum in albo corpus est materia, & albedo forma: ita in uoto solenni uotum est materia, & solennitas forma. Sicut enim album, ab albedine dicitur: ita uotum solenne à solennitate uocatur. Neque est forma accidentaliter solennitas, ut illa, S. Th. sententia, quam antea refutauimus, quæ orationem aut benedictionem solennitatem putabat, causari poterat: cum sine benedictione, & consecratione uotum posset esse solenne, immò nunc quoque; re ipsa, fit in multis religionibus: sed tam essentialis, & intrinseca: quam homini anima rationalis, aut albo albedo. Quemadmodum enim absque anima rationali, aut albedine, neque homo neque album potest intelligi: ita absque solennitate, quæ in publicitate & Ecclesiastica auctoritate consistit, uotum solenne non potest percipi. Et quemadmodum hominis diffinitionem anima rationalis ingreditur; ita solennitas: id est, publicitas, & Ecclesiastica auctoritas, uoti solennis diffinitionem intrat.

Sed iam Pontificis uerum in ea parte animum expendamus. Rogauerat eundem Biterrensis episcopus: quod uotum solenne esset, non quacunque ratione; id est publicum, nam uota quoque publica solennia aliquando uocari consueuerunt. sed solenne id est potens ad dirimendum matrimonium. Ad dirimendum, inquit, matrimonium efficax. Huic quaestioni pontifex respondet, non declarando, ut isti putant. Sed decernendo, & statuendo. Ea uota solennia uocari debere, ad dirimendum matrimonium contractum, quæ per sacri ordinis susceptionem, aut per professionem tacitam uel expressam in religione non quacunque: sed quam Ecclesia Romana comprobasset ederetur. Ratio nem huius uoluntarie constitutionis eam profectò profert, quod solennitas uoti fuerit res ab Ecclesia inuenta, & nullo iure Diuino introducta, ut matrimonii uinculum, quod in paradiso ab ipso rerum conditore institutum est: quasi diceret; Inter solenne uotum & matrimonium hoc est discrimen, quod uoti solennitas ab Ecclesia res fuerit inuenta, & ab Ecclesia excogitata, matrimonii uerò uinculum res diuinitus instituta, atque adhuc ab Ecclesiæ arbitrio, aut uoluntate non pendens. Et fortassis Episcopus Biterrensis in quaestione ipsa opposuerat omnia illa uota, quæ publicè ederentur in quacunque religione, solennia ad dirimendum matrimonium esse, ex natura sua, quemadmodum, & omne matrimonium ex natura sua, uinculum inuicit: ne aliud matrimonium,

ex natura sua vinculum iniicit: ne aliud matrimonium, aut contrahatur, aut ne contractum coalescat. Atq; id absq; vilo dubio factum fuisse iure optimo suspicari possumus. Quorsum enim Pontifex de voto duntaxat ab Episcopo quæsitus, quod ea Epistola decretalis satis apertè innuit, in matrimonialis vinculi memoriam incidisset: nisi ab eodem Episcopo idem coniugale vinculum fuisset in quæstione obiectum? Et q; Bonifacii responsum non fuerit iuris diuini: immo neq; antiqui declaratio, sed nouum quoddam Ecclesiasticum statutum, præter iam dicta, id quoque haud obscurè demonstrare videtur; quòd ante ea tempora, vota solènia, neq; ad religionem, neq; ad religionem approbatam à Romana Ecclesia: per Ecclesiastica statuta reducta essent. Nā quòd olim vota solènnia extra religionem fierent virginū, & viduarum, quæ in paternis domibus ab Episcopis velabantur, quæ nullo pacto solènnia fuisse negare possumus abundè demonstrant. Quòd verò ad religionem ab Ecclesia comprobata non dum redacta vsq; ad Bonifacii tempora fuissent, verba S. Thom. quæ superius ex. 4. sententiarum attulimus, demonstrant. Illic enim cum de voto solenni idem autor iuxta sui seculi decreta, & canonicas sanctiones decerneret, nō ad religiones à Romana Ecclesia approbatas, sed ad professionem certæ regulæ debito modo factum, in manu eius qui poterat recipere: id est, superioris, & prælati, vota solènnia reduxit. Vnde falsum est, quod quidam interpretes, S. Th. scribunt: iam, S. Th. seculo, Bonifacii doctrinam de voto solenni fuisse in vsu. Et si enim eo tempore vota solènia duntaxat vocarentur, quæ in professione certæ regulæ, & in manu Præfati eiusdem Religionis emitterentur, non tamen eam religionem ab Ecclesia Romana approbatam esse necesse erat. Quòd si quis id contendat: non tamen perinde sequitur Bonifacium ius Diuinum declarasse, quandoquidem vota illa priscarum virginum, & viduarum, quæ olim in paternis domibus, nulla constāte religione permanentes, ab Episcopis consecrabatur, aut velabantur, solènnia fuisse negari nequit.

Domi. Soc.
vbi supra.

Amplius: si, vt superius ii asserbant voti solennis substantia in hoc sita est, quòd qui se eo tradidit, non potest postmodum matrimonium contrahere. Et id ipsum, vt Bonifacius docet eidem voto solenni ratione solennitatis conuenit. Quod votum solenne dici debeat, inquit, ad dirimendum matrimonium nos consulere voluisti. Voti ergo solennitas, est voti substantia; sed voti solennitas Ecclesiastico iure duntaxat, eodem auctore, inuenta est: substantia ergo voti solennis iure Ecclesiastico inuenta est: atq; adeò dirimere matrimonium, quòd iuxta horum sententiam voti solennis substantia est, iure eodem Ecclesiastico duntaxat constat.

Postremò Duplex à Bonifacio voti solennis ratio in hac parte statuitur. Vna, quæ fit per pro-

professionem, tacitam vel expressam in aliqua religione approbata. Altera, quæ per susceptionem sacri ordinis solennizatur. Sed hæc posterior nō suapte natura, aut Diuino iure: sed Ecclesiastico solum matrimonium contractum dirimit. Quod lib. 2. & 3. satis ostendimus & quinto sumus amplius ostensurū. Ergo & prior voti solennis ratio, Ecclesiastico tantummodò decreto, eadem matrimonia rescindit. Probauimus enim uerò multis tum Ecclesiasticis historiis: tum priscorum synodorum, & Pontificum constitutionibus, sacerdotes ad coniugia descendentes ab ordinis executione depositos; cum vxoribus remanere, atque ex hac ratione, apertè quoque conuincitur decretalem illam Epistolam, non esse alicuius diuini iuris declaratiuam. Sed esse merum Pontificis statutu, magna ex parte prioribus canonibus innixu, nā cum Pontifex eadem rōne, de vtroq; voto solenni sacerdotali, inquam, & monachali decernat, oportet, vsq; respectu vnus non sit iuris diuini declaratio. Neq; sit etiā respectu alterius. At, respectu sacerdotalis voti non potest dici iuris Diuini declaratio, cum olim per multa Ecclesiæ secula, sacri ordinis susceptio, coniugia tentata nō dirimeret: ergo &c. Atq; huius rationis vigor potissimum vigere videbitur; cum ea, quæ in hac sententiā, produci, solent argumenta, dilucere aggrediamur.

D I L V V N T V R A R G V M E N T A
tiones, quæ in scoti sententiā, fieri solent. Cap. 39.

Q V A E talia sunt. Primum quidem ex doctrina doctoris subtilis in hac parte sequi volunt, posse Romanum Pontificem in matrimonio rato, & non consummato dispensare, quòd ita suadent. Votum solenne dirimit contractum matrimonium, & tota virtus voti solennis ad huiusmodi matrimonium rescindendum, Ecclesiastica auctoritate confurgit, ergo pari ratione eadem Ecclesiastica auctoritas poterit matrimonium ratum nondum consummatum, absq; tali voto: per solam dispensationē dirimere. Atq; hæc rationem, adeò vigere scoti sententiā sibi persuadēt, vt Caietanus, qui eidem oppinioni subscripsit, omnino victus conclusionem admiserit.

Verum nos qui Scoti doctrinam in hac parte defendimus, facilius huius infirmissimi profectō teli impetum repellemus, negādo omnino rationis paritatem. Matrimonium enim ratum, & nondum cōsummatum: quoniam verū ut nunc, ex communiori sententiā admittimus (postmodum enim libro 5. fortasse nostras in hac parte cogitationes propallabimus) matrimonium est, iure diuino dirimit alterum matrimonium: uotum solenne sola Ecclesiastica constitutione, quod facile, ut hi quoq; uel inuicti fateantur præstābimus. Vt enim uerò Christiana duo coniugia simul non admit-

admittit. Erunt, inquit, duo in carne vna. Ergo matrimonium quodcūq; eadem auctoritate, & ratione matrimonia, superuenientia dirimit, qua vnicum est in euangelica vita constitutum. Est autem vnicum Diuina auctoritate constitutum, auctoritate ergo diuina dirimit. Sed vbi ipsum Dei verbum expressum est, ratiocinio non egeamus. Quos Deus, inquit, coniuxit homo non separet. Ex quo loco ita necemus argumentum. Christianus homo, qui iam verum matrimonium inierit, non potest alteri coniugi, per matrimonium copulari: nisi ab alterò illo priori coniuge separetur: quoniam in Christianæ vitæ ratione proligamia damnatur. Sed iure diuino non potest ab alteri separari: quoniam, quos Deus cōiuxit, &c. ergo eodem iure non potest ad alterum secundū matrimonium conualere. De voto autem solenni, quòd matrimonium dirimat, nulla est Diuina constitutio: sed duntaxat, vt contendimus Ecclesiastica, quæ solenniter uolentes ineptos & inhabiles ad coniugia contrahenda reddidit, quemadmodum intra quartum ordinem cognationis affinitatis, &c. Ratio autem huius discriminis; id est, quòd matrimonium quodcumq; uerum, siue consummatum, siue nondum consummatum, matrimonium iure Diuino dirimat, contra, uotum solenne, non dirimat, ea mihi nunc occurrit (nā id fortasse libro quinto exactius exigemus) q; in prioris voti solennis desertione, & si fit pœnatum grauissimum. Nulli tamen præter quàm Deo irrogatur iniuria. Contra dum quis priori coniuge deserto, ad secundum matrimonium transit, longè eidem coniugi inferatur grauissima; quamquam non diffitear maiorem in consummato, quàm in nō consummato irrogari.

Secundò ita in scotum rationem adornant, dirimere contracta matrimonia, voto solenni iure Diuino conuenit, nō ergo iure Ecclesiastico duntaxat. Absumptionem ita persuadere moluntur. Quicumq; se alteri tradit, suam illi uoluntatem mancipando, iure Diuino, & naturali fit inhabilis ad alium statum. Sed qui uouet solenniter tradit abdicando à se ius ducendi uxorem possidendiq; propria, &c. ergo fit ad coniugium inhabilis. Maiorem de iure Diuino, & naturæ esse docent. Nam si quis rem suam cuiquam tradidit: nullatenus illam rursus citra furtū potest surripere. Secus si promissit duntaxat: quoniam tunc: cum nōdum dominium à se alienauerit. Causa superuenire possum, cur promissum non reddatur. Pari ergo modo si quis seipsum tradidit, iure naturæ, Diuinoq; prohibetur, ne sui ipsius furtum faciat. Minorè autem de iure Diuino quoq; esse inde probant quoniam religio debet esse status sequendi Christum, secundum illud: si uis perfectus esse uade, & uende, &c. & sequere me. Vtraq; ergo præmissa est de iure Diuino, ac perinde conclusio.

Verum Si tam facile quidpiam esse de iure naturali, & Diuino pronuntiandum est, de iure na-

turali, & Diuino profectò erunt quæcumq; aliqua ratione cum iure Diuino conueniant, aut rationi naturali consentiant: probat hæc ratio, Primum eos, qui se tradunt per uotum solenne, ad matrimonia declinando, grauissimè delinquere. Probat deinde rationabili ac Diuino iure maximè cōsonum esse, Ecclesiasticum statutum, quo eorū, qui solenniter sese Deo deuouerunt, matrimonia rescinduntur, & inualida reduntur. ceterum ea esse iure Diuino, aut naturali irrita, nullo pacto persuadet. Nam si omnis, qui alteri se tradit uoluntatem suam mancipando, &c. iure Diuino fit ad matrimonium inhabilis, ut uolūt. Eius enim uerò coniugium, qui se per uotum simplex occultum, aut priuatum tradidit, prorsus nullum erit: cum sit in huiusmodi uotis iam uera (& si non solennis, quàm in solenni uoto traditio. Deinde maior eius rationis, ut uera sit, tūc tantum est intelligenda, quādo maius uinculum, aut maioris traditionis obligatio non superuenit. Matrimonii autem ex sua natura considerati, præsertim: si per coniugalem coitum, consummatum, & perfectum fuerit, & si uoti solennis uinculum sit excellentius, maius esse uinculum: quàm quæcumq; uoti quantumcūq; solennis obligatio, Bonifacii decretalis conuincit. Nos inquit attendentes q; uoti solennitas sola constitutione Ecclesiæ est inuenta. Matrimonii uerò uinculum ab ipso Ecclesiæ capite rerum omnium conditore in paradiso, & in statu innocentiæ instituentem unionem & indissolubilitatem accepit, præsentis declarandum duximus oraculo sanctionis, &c. In quibus Pontifex ut superius declarauimus, haud aliud intendit: quam uotum solennium multitudinem, ad paucitatem ordinis sacri, & religionis reuocare. Sumitq; rationem: magnitudine coniugalis uinculi, quòd suapte genio consideratum, multò sit maius solennis uoti uinculo. Id etiam rationes à Pontifice ad huius probationem assumptæ, satis prætere uidentur. Primum quidem, quòd id uinculum non fuerit ab hominibus excogitatum. Vt quòd per uoti solennitatem inferatur: sed à Deo institutum, & traditum, & ab eo unionem, & indissolubilitatem cepit. Secundò, quòd sit antiquius, nam initio humani generis in statu innocentiæ, &c. Quibus rationibus se ad actum indicat ad uota solènnia quæ uirtutem habeant dirimendi cōiugia, ad pauciores numerum redigenda. Accedit deinde pontificis rationibus ea, quæ ab auctore, tempore, loco, & statu sumitur, quòd suapte natura coniugium magis sit hominibus necessarium: quàm quodcumq; uotum solenne castitatis. Quæ necessitas nō tantum ex fine propagandi generis humani sumitur, sed ut libri quarti huius initio scripsimus, licet ei oppinioni non consentiremus, iuxta communiorum Theologorum sententiam, à Diuino, & naturali præcepto illis uerbis. Crescite, & multiplicamini humano generi in Adā & Eua exhibitio. Cum contra, uoti castitatis emittendi

tendi quantumcumque solennis nulla sit, aut præcepti Diuini aut naturalis, aut finis necessitas. Rem autem aliqua ratione necessariam, maius vinculum iniicere, quam illam quæ nullo pacto necessaria sit negari non potest.

Est illa ratio, quam non semel attigimus, grauissima; quod matrimonialis vinculi disrumptio, præfertur si consummatum fuerit, semper aut maiori ex parte alterius coniugis annexam habeat iniuriam: quam profecto (potissimum in re tanta qualis est famæ & pudicitiae iactura) vehementius quam vllum simplex in Deum dütaxat peccatum, quale est, quod per voti fractionem committitur, vitari volunt. Et si enim sacrilegium, quod in voti castitatis rptione committitur, obiectiue grauius sit peccatum quam pudicitiae ablatio, nõ tamen simpliciter. Nam qui votum simplex castitatis obumbrabit, quod apud Deum saltem, vt Cælestinus, inquit. Non minus: quam solenne, vinculum iniicit. Graue quidem peccatum admittit, sed grauius multo ille, qui alteri, matrimonii titulo, præfertim pudicitiam & famam abstulit. Deniq; non omne sacrilegium, omni alio peccato, furti fornicationis; &c. maius est. Verum de hoc aliàs. Itaq; huic rationi vnice nititur Ecclesia, dũ voto simplici Religionis, aut castitatis, matrimonium contrahta irritare non permittit. Quod scilicet, famæ & castitatis ablatio, multo sit maius peccatum quam eorundem votorũ disrumptio propter annexam, & disunctam alterius coniugis iniuriã, longè omnium, quæ in humana vita possunt accidere grauissimam. Demum matrimonii vinculum esse maius: quam voti solennis, cõmunis est Theologorum consensus, docentium in matrimonio præfertim consummato nullam Ecclesiasticam potestatem posse dispensare, cum contra, præter omnes iuris cõsultos, maior Theologorum pars, Romanum Pontificem in voto solenni iam emissõ, dispensandi potestatem obtinere conueniat.

Nunc iam ex hac doctrina, rationem in aduersam opinionem, ita cõstruo. Maius vinculum aut traditio, maiori vinculo, aut traditioni superueniens, eius virtutem obligandi dissoluit. Matrimonii suaptæ naturæ, & secluso Ecclesiastico statuto, maius est vinculum: quam cuiuscunq; voti traditio. Secluso ergo statuto Ecclesiastico, nullum votum, siue simplex siue solenne, matrimonium contractum, præfertim consummatum, rescindit, aut dirimit dixi præfertim consummatum, nam de non cõsumato li. 5. amplior futura disputatio est.

Verum contra huius rationis subsumptionem obiectio est. Quod ex contracto matrimonio, & non consummato; iuxta Ecclesiasticos canones: quis ad voti solennis professionem ascendere valeat, unde quis voti solennis vinculum, matrimonii vinculo, maius esse fortasse suspicabitur. Sed id dütaxat probat, voti solennis vinculum, nobilius, & perfectius esse vinculo coniugali: quoniã in vita Christiana à minus profecto ad perfectius

ascensus conceditur. Non tamen vllõ pacto persuadet esse maius. Deinde, nos cum dicimus coniugale vinculum, voti solennis vinculo esse maius, de coniugali vinculo per se, & voto solenni per se quoque, & ex natura sua considerato, & absq; vllõ Ecclesiastico statuto loquimur. Nam votum solenne Ecclesiastico statuto factum, non modò par est coniugali vinculo, sed maius, quod in hac parte satis aperte deprehenditur. Nam cum cõiugale vinculum, ut ti cuiusq; siue simplicitis, siue solennis vinculo per se, ut ostendimus sit excellentius, adiuuato tamen Ecclesiastico statuto, voti solennis vinculum, matrimoniale transcendit. Est & illa aptissima rrsponso, quod coniugale vinculum in personis ad matrimonium contrahendũ aptis & habilibus, semper voti cuiuscunq; vinculum transcendet, non item in his, qui sunt inepti, & inhabiles. Nunc autem, ut scotus docet, eos, qui religionem ab Ecclesia Romana comprobãtam, sunt solenniter professi: per sua statuta illegitimos, & ineptos ad incunda matrimonia: eadem Ecclesia reddidit. Non quidem ratione voti solennis, quod desse nullam amphorem, quam simplex ad dirimenda matrimonia, facultatem habet. Sed statuti dütaxat inhabilitatis ratione. Itaq; nisi Ecclesia, eos qui religionem ab Ecclesia Romana approbatam, profitentur, à Matrimonio reprobasset, & per sua statuta ad illud incundum reddidisset ineptos & inhabiles quantumcumq; solenne votum castitatis, & Religionis committent, eorum coniugium voto solenni superueniens, non dirimeretur.

Demum. Si: illa illius rationis maior propositio vera esset, non modò votum solenne, sed simplex quoque, contracta matrimonia disrumperet. Nam quemadmodum qui per modum presentis temporis aliquid tradit, illud subinde surripens, furtum committit, ita qui rem aliquam promittit, aut pollicitus fuit, & mē dat, & furti quoq; tenebitur: nisi illam reddiderit. Enimverò nos nõ stris pactis conuentis, promissionibus, stipulationibus, & pollicitationibus, de iure diuino, & naturali quemadmodum, & traditionibus teneri non est qui ambigat. Quod si sint aliqua causa, quæ promittentem, quominus reddere teneatur, excusent, in castitatis tamen, aut religionis promissione, vlla esse, potest: quod si sit aliqua, ea quoq; in traditione excusabit. Vnde aperte proditur, eius doctrinæ fallitas, quæ discrimen inter traditionem, & promissionem in obligando constituit. Et si enim inter hæc sit differentia, quod promissio per modum futuri, cõtra, traditio per modum presentis uouentem obstringat. Vtraq; tamen desertorem, nisi suo tempore reddiderit grauissimo, ac mortali scelerē inuoluit. Atq; hæcenus de maiori illa propositione: nã eiusdē rationis subsumptio, siue minor propositio, quantum cum ueritate cohæreat, in sequentis argumenti in Scotum dilutione videbitur.

Est

Est autem illud, Quod si votum solenne sola Ecclesiastica constitutione, & non item ex Diuina, aut ex natura sua matrimonia contracta rescinderet, Ecclesia posset facere, vt quis simul religionem, & matrimonium retineret, quod omnino reputant absurdum, & secum pugnant.

Primò quidem: Quoniã Innocentius, cap. cum ad monasterium: docet castitatem ad eò annexã fore religioni, vt ab illa nullatenus possit separari. Secundò Ex natura Religionis quia religio non est aliud: quam, quod Christus dixit adolescenti: si vis perfectus esse, uade, & vende omnia tua, & da pauperibus, & sequere me. Et illud. Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te. Sed coniuges non relinquunt omnia: immo neq; seculũ. Coniugio ergo; cum religione non cõuenit. Tertio Ratione S. Thomæ. 2. q. 186. quia coniugalis vita contrahitur contemplationi, & Diuinorũ meditationi, quibus debet Religiosus vacare. Cõtemplatio enim à limpidissimis, & purissimis spiritibus fouetur. Carnalis autem vsus, spirituũ multitudinem consumit, ob quam causam Paulus vt uolunt, coniugibus consulebat, vt orationis tempore à coitu vacarent. Quarto ratione sollicitudinis. Qui sine vxore est cogitat, quæ Domini sunt. Qui autem cum vxore est sollicitus est, quæ sunt mundi. Hinc eius religionis, quæ sit absolutæ religio, & eius quæ non sit absolutè Religio discrimen, aut, (vt vocat) discerniculum, colligunt, quod illa ex sua intrinseca natura, & ratione, habeat dirimere matrimonium contractum: hæc nõ item. Ex his deinde, neq; ordines militares, quibus ex regulæ suæ tenore; aut apostolica auctoritate indulgentur coniugia, neq; Tertiarios cuiuscunq; ordinis in coniugio constitutos, veram habere rationem religionis inferunt. Quæ suo ordine sunt diluenda.

Nam quod principio aiunt, hic colligi Ecclesiam eundem hominem in coniugio, & in religione posse cõstituere: omnino falsum est. Et si enim Ecclesia ex cõiuge per matrimonii rescissionem, & diremptionem, religiosum, & ex religioso, rursus per dispensationem coniugem possit successiue efficere, non tamen simul: quemadmodum potest quidem naturã, ex nigro album, & ex albo nigrum, ex frigido calidum, & ex calido frigidum facere, non tamen simul aliquid album, & nigrũ: frigidum, & calidum. Prodit autem aperte hoc argumentum, in exercitatisimis etiam nonnullis scholasticis, huius materiæ, de qua agimus, ingenitè ignorantiam. Non enim cum deuoti solennis dispensatione loquimur vel cum dicimus cõ Scoto, votum solenne ex statuto Ecclesiastico dirimere matrimonium, significare volumus, vnum, & eundem hominem posse simul, & voto solenni castitatis obstringi, & matrimonio implicari: cum hæc aperte vt Innocentius, inquit, & rationes illæ aliqua ex parte probant, secum pugnant: sed loquimur successiue. Deinde nos loquimur de voto

solenni absolutè, & non tantum de voto solenni huius temporis, quod solennizari debet ordinis sacri susceptione aut religionis, ab Ecclesia Romana comprobata professione. Fuisse olim quædam vota solennia castitatis virginalis, aut vidualis, quæ corã vniuersa Ecclesia: per ueli susceptionem, & consecrationem fieret, cum veteres omnes patres, & Ecclesiastici canones testentur, neq; ipsi negare audebunt. Itaq; pessima collectio est, ex horum temporum solenni uoto, ad uota omnia solennia progredi; quæ extra religionem quoque sicut olim fieri. Si Pontifici placeret, posset.

Quod autem uolunt ueram, & absolutam religionem, à religione, quæ non sit absolutæ religionis potestate coniugia contrahendi, discerni. Et perinde militares religiones, & ordinum Tertiarios non fore ueros religiosos: tam falsum est, quam præcedentia: propter hoc, quod Ecclesiasticæ loquendi consuetudini, quæ eos ordines absolutè religiones i decretis, ac Bullis uocat, aduersatur. Rationes autem, quæ pro aduersa sententia cõstruuntur, id dütaxat persuadere possunt, non esse perfectas religiones: id est in apice Euangelicæ uitæ constitutas quemadmodum, eas, quæ, cõtemplationi destinantur, & omnino absolutam castitatem, paupertatem, & obedientiam profitentur. Nam si in castitatis professione, non potest esse aliqua latitudo, præfectò, neq; in paupertatis, & obedientiæ uotis: perinde erit, atq; ad eò, illæ religiones, quæ omnimodam paupertatem nõ profitentur, hæc sunt quæ aliquid in communi possident, non erunt Religiones absolutæ: sed secundũ quid tantummodo. Nam alioqui, cur obsecro, cum omnimoda paupertas quemadmodum, & castitas sit uoti solennis materia, quod in religione Beati Francisci uidemus, si castitas integra, ad religionem necessariò requiritur; & paupertas non requiratur. Deinde, quod est in his religionibus militaribus indulgentiæ, ac laxitatis, in hac parte, per durissimum moriendi pro fide Christi institutum, quod reliquarum religionum instituta tantũ superat, quantum martyrium, cõtemplationem, aut perfectam castitatem transcendit, cõpensatur. Quod si uel in paupertate uel obedientiæ, custodia, in his religionibus: sunt abusus, suo modo quoq; in reliquis religionibus non desunt, atque utinam aliquando non equales. Sed abusus, & si fortasse regulæ alicuius professores nõ religiosos reddere possint, non tamen religionis, quæ uouetur naturam possunt euertere. Fatemur ergo, uel in paupertatis, uel in obedientiæ custodia, subintrasse fortasse huiusmodi militares religiones plures abusus: sed non perinde eorum uiuendi ratio definit esse uerissimè religio. Demum esto quod hæc religiones militares, non essent uere religiones, non tamen inde sequitur earum professores non habere uota solennia: cum, ut multoties dictum est, non modò extra religiones, quæ absolute uocari possunt religiones: sed extra quascunq; reli-

e. Rm̄i sine
qui cler. vel
uouent.

e. Ex publi-
co decon-
coniug.

Dom. Sor.
supra.

Math. 19.

Vide d.
pac. d. p.
cit. Or.

religiones, si presentis temporis statuta secludamus, vota solennia emitti possint. Quod si ad temporis presentis canones, & Ecclesiasticas constitutiones respiciamus, adhuc eorum militum religiones, verissimè erunt religiones. Quoniam Bonifacius non ad eas quæ absolutæ religiones vocarentur, vota solennia relegat: sed ad religiones ab Ecclesia Romana approbatas: inter quas etiã militares religiones computantur.

De Tertiariis, qui in domibus suis sub obedientia, paupertate, & castitate coniugali viuunt, vel ante. Sixti quarti constitutionem vivebant: idem quod de militaris ordinibus esto iudicium. Sunt enim verissime religiones, & iisdem quibus reliquæ omnes, quæ absolutæ sunt, & dicuntur religiones, privilegiis gaudent: non tamen sunt perfectæ religiones: id est ex earum numero, quæ eugelicæ vitæ apicem elegerunt. Omnia itaq; ista ex falso fundamento oriuntur; quod scilicet solenne votum ex Diuina constitutione aut ex natura sua, matrimonium contractum dirimat. Quæquã nescio qua ratione, hi, votum solenne cuiuscumque rei, coniugium velint dirimere, nam etsi paupertas, castitas, & obedientia congruâ quadam connexionem copulenter, non tamen necessaria, & essentiali, vnde nulla ratio prohibet, vt militares ordines paupertatis, & obedientiæ solennia vota emitterent, non item castitatis. Nam illud quod isti obiiciunt, quominus hi milites paupertatis votum solenne habere videantur, quod ingentes habeant prouentus & thesauros, & quod semel in anno tantum, aut aliquando, eorum, per cartulam, summo magistro aut Prefecto rationem reddant, non est tanti momenti, vt eos, vota solennia habere persuadeat. Primum enim paupertatis votum solenne non habendo & utendo, sed rerum dominio & proprietate corrumpitur. Monachales religiones & illæ in vniuersum, quæ vel contemplationi, vel fidei christianiæ promotioni destinantur, nullis nisi fortè ad vitæ cursum peragendum, necessariis diuitiis indigent. Militares contra; ad bellicos apparatus & vitam militarem, quæ siue magnis sumptibus agi nequit, ingentibus thesauris indigent.

Deinde rationem reddere semel in anno summo Prefecto, tantum abest, vt religionis naturam diminueat, vt potius eas esse verissimas religiones confirmet. Quid enim aliud amplius perfectissimarum quoque religionum professores agimus, quam librorum ingentes plerumque; bibliothecas & aliam quamcumque suppellectilem, Prefectis nostris per cartulam, aut alia quacumque ratione, patefacere, quo eorum permissione ac concessione tuti simus inconscientia? Et profecto, qui suarum rerum rationem Prefecto reddit, planè ostendit, se non esse earum dominum, alioqui cur ostenderet? certè: non alia ratione religiosus miles summo Magistro suas res indicat, quam, vt eas in eorum arbitrio ponat, quod si paucos eisdem rebus priuatos ob scelera, videremus (quod tamen est

falsum, cum multi quod tidie non modò priuentur sed intra earum religionum domos ad agendam penitentiam includantur (hoc ad Prefectorum negligentiam, & socordiam referendum est.

Itaq; nos ex hac tertiã ratione, Scoti sententiam ita confirmabimus. Ordines militares habent verissima vota solennia, quod præter ea, quæ diximus, eorum solennis ratio profitendi in earum religionum Monasteriis & in manibus Prælati, & tempus probationis eidem à Romanis Pontificibus præfixum ostendunt. Et plures earum, post eadem vota solennia, permittunt matrimonia, votum ergo solenne non ex natura sua, sed ex Ecclesiastico dumtaxat statuto, matrimonium contractum dirimit, ex Ecclesiastico in quâ statuto quod decretum est, votum solenne in quibusdam religionibus matrimonia rescindere, in monachalibus scilicet, in aliis non rescindere in militaribus videlicet. Immo verò ex his militaribus religionibus colligere licet, non modò non quodcumque votum solenne dirimere matrimonium, quod hi docere videntur, sed cum eodem matrimonio votum solenne permanere, quod tamen longè est difficilius. Scoti opinione, quæ docet, vt antea dicebamus, successiue post solenne votum: si Ecclesia non illegitimasset, posse quempiam iure matrimonium, iuro non permanente. Quod autem id sequatur, patet. Nam, hi non modò ante initum matrimonium, sed postea votum solenne paupertatis & obedientiæ habent. Quin verò non modò paupertatis & obedientiæ, sed quod & maxime mirabile castitatis votum solenne iisdem religiosi milites ante & post initum matrimonium habent. Quod inde patet, quod non modò boni patris Theologorum, sed isti quoque, vota, de his, quæ Christianæ vitæ sunt necessaria, vt de non fornicando, adulterando, & demum in vniuersum de omni necessaria castitate, fieri posse cõcedunt. Potest enim quis viuere se extra matrimonium castitatem seruaturum. Quod si de necessaria castitate fieri potest votum simplex, ergo & votum solenne: omnis enim voti simplicis præsertim perpetui materia, potest esse materia voti solennis. Ergo cum hi milites in religionibus ab Ecclesia Rom. approbatis, in suis religiosis domibus, post tempus probationis, iuxta earum religionum mores & statuta præfixum, & demum in Prælati manibus cum paupertate & obedientia castitatem quoque coniugalem profiteantur, non erit profecto votum simplex sed solenne; alioqui neque reliqua duo solennia erunt, cuius contrarium satis apertis rationibus comprobauimus. Sed de his argumentis, quæ in Scoti sententiam quam

verissimam esse arbitror, formari

solent, iam fortasse

plus satis.

Quando

QUANDO PRIMVM CEPTA fuerint matrimonia, post votum solenne emissa, dirimi. Cap. 40.

Nunc iam quando id statutum Ecclesiasticum quo post votum solenne inuálida redderentur matrimonia, primum editum fuerit, ex veterum canonum monumentis colligamus oportet. Et quidem licet ante Innocentii primi Pont. max. tempora, qui August. etate floruit, grauissima supplicia, vt perpetuas excommunicationes, &c. vt superius memorauimus, legamus: is tamen primus omnium (quod sciam) inter Pontifices Romanos, contracta à sacris virginibus, quæ solenniter vouerant, & quæ iam velata fuerant, matrimonia rescindit. Eius verba ex Epistola ad Victorium Episcopum Rothomagen. superius recitauimus, sed hic iterum referre nõ erit importunum. Quæ Christo, inquit spiritualiter nubunt, & à sacerdote velantur, si postea nupserint, vel publice vel occultè corruptæ fuerint, non eas admittendas esse ad agendam penitentiam nisi si cui se iunxerant de hac vita decesserit. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, vt quæ viuente viro alteri nupserit, habeatur adultera, neque ei agendam penitentiam licentia concedatur, nisi vnus ex eis defunctus fuerit, quãto magis de illa tenenda est, quæ ante immortalitatem se sponso iunxerat, & postea ad humanas nuptias trãlire eligit? Hactenus Innocen. Quo loco cum non aliqua pœna corporali uel spiritali huiusmodi sceminas puniat, sed omnino penitentiam neget, satis apertè earum nuptias fore rescindendas indicat.

Gregorius Magnus Rom. item Pontifex id Ecclesiasticum statutum omnium eorum, qui ad sua usque tempora præcesserant, vehemèntissime vrsit, & executus est, quod in diuersis eius Epistolis & decretis reprehenditur. In Epist. ad Bonifacium, votarias viduas cõmunionem priuat, quousque separentur. In Epist. ad Vitalianum Innocen. decretum confirmat, & scemnam quandam religiosi habitus & propositi, à Sergio quodam defensore separari, & ad habitum reuerti iubet. Idem Antemio Diacono præcipit, vt quosdam monachos votorum disertores, iam coniuges reuocet ad monasterium. Idemque præcipit Io. Carolitano Episc. de quodam alio monacho facere. Quos omnes locos præcedenti disputatione recitauimus.

Extat ex Innocentii II. decretum apud Gratianum, in quo præcipitur, vt Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Regulares Canonici, Monachi atque conuersi professi, qui sacrum transgressi propositum, uxores sibi copulare præsumperint, separentur. Et ut Pontifex ostenderet se contra Diuini præceptum veros coniuges non separare, subdit. Huiusmodi nãque copulationem, quã contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam; matrimonium nõ esse censemus. Qui etiã ab inuicem separati sunt, p tantis excessibus condignam

penitentiam agant. Id ipsum quoque de sanctimonialibus scemnis, si, quod absit, nubere attentauerint, obseruare decreuimus. Ita Innocen.

Concilium Rom. sub Gregorio I. Põr. max. & sub Leone II. & constat. eius filio Anathemate perouit eos, qui Presbyteram, aut Diaconam, matrimonio sibi copulauerint. Quo anathematis nomine, non tantum excommunicatio, quæ prioribus seculis, quemadmodum & multis aliis sceleribus inferebatur, sed omnimoda ab Ecclesiastica societate exclusio, in qua penitentia negatio quoque claudabatur, denotari videtur.

Est & decretum synodi Turonen. secundæ sub Pelagio I. Põr. max. quo statuitur; vt si qui in monasterio conuersi sunt, aut cõuerti voluerint, nulatenus exinde habeant licentiam euagandi, neque quod absit, aliquis eorum uxorem ducere, aut extranearum mulierum familiaritatem habere, & si uxorem duxerit excommunicetur & de uxoris male sociatæ consortio etiam iudicis auxilio separetur: verum in hac parte posteriores Pont. multa statuerunt, et de ea re, & synodi per latinam Ecclesiam postmodum celebrata, sunt frequentissime.

Puto tamen ego. Hoc statutum Eccl. sub religionum occidentalium initia, quã, inquam, ad Græcorum imitationem, in certam formam cõponi & ad certa uota & constitutiones, à D. Bndictio redigi ceperunt, executioni potissimum mandari cepisse, quod hæc decreta & alia eius temporis Grego. Magni præsertim, satis ostendunt.

Eodemque pacto apud Græcos accidit, non enim coniugia apud eosdem, monachorum aut votariarum rescindi ceperunt, quousque à Basilio ad certum religionis institutum redacti sunt. Nam sub Athana. ad coniugia quosdam post monachatum acceptum, descendisse, ex eius Epist. ad Dracontium constat. Nouimus, inquit, Episc. signa facientes, & monachos, non facientes, multi quoque; ex Episcopis matrimonia non inierunt, monachi contra, parentes liberorum facti sunt, quæadmodum vicissim Episcopos filiorum patres, & monachos generis potestatem non quæsiuisse.

QUA RATIONE HAEC CONSTITUTIO ab Ecclesia edita fuit. Cap. 41.

Sed nunc quibus causis ad hanc constitutionem edendam adacta fuerit Ecclesia, iam videamus. Quarum primam fuisse puto, ueterum patrum & Ecclesiastic. synodorum doctrinã, quæ, perpetuo huiusmodi nuptiæ, quæ votum solenne sequebantur, vt ex præcedentibus patet, damnatæ fuerunt. Secundam causam fuisse credo damnationis periculum: nã erat multorum sententia, eos, qui post solenne votum ad matrimonia declinassent, in peccato esse. Immo verò nuptias non coalescere, vt Aug. loco illo de bono viduitatis, quem superius attulimus, refert. Tertiam demum, quod pactis conuentis, ac pmissis stare, eum

K K

qui

Can. 2.
& 3.

Can. 16.

Cap. 9.

17 q. 1. c. 99
lu continè.

qui uouisset, cogere rationabile videretur. Nam si Reipublicæ interest, pactiones, stipulationes, pollicitationes &c. humanas ab hominibus seruari, recteque atque ex virtutis officio, faciunt, qui Reipub. præfunt, si eas seruari cogant, cur non ad Ecclesiasticos magistratus & præfectos pertinebit, eos qui nullo postulante, Deo castitatem corporumque puritatem dicantur, ad eam uel inuitos reuocare? Enim uero pacta & pollicitationes reddere non modò Christiana iustitia, quæ mendacia non tantum in uerbis, sed in factis quoque abhominatur, & damnat, uerùm lex etiam naturalis hortatur. Si quis, inquit Vlpianus, rem aliquam uouerit uoto obligatur. Ergo cum iustitiâ tueri & peccata quæ in illam committuntur, vindicare, adhibereque remedia, quibus eadem inuiolata maneat, ad publicos præfides & præfectos pertineat, ad eos quoque pertinebit, cauere, quominus, qui Deo castitate sunt polliciti, ad eide per eius violationem, iniuriam irrogent. Propter incendium, inquit Marcellus, uel terremoto, uel aliquam ruinam, quæ Reipub. contingat, si quis promiserit, tenebitur. Tenebitur ergo qui spontaneus ob regnum cælorum Deo fuerit castitatem pollicitus. Vlpianus constituta inter pollicitatione & pactum differentia, quod pactum sit duorum consensio atque conuentio, pollicitatio uero solius offerentis, subdit. Si quis ex pollicitatione tradiderit rem municipibus, & uendicare eam uelit repellendus est à repetitione, æquissimum, est, n. huiusmodi uoluntates in ciuitates collocatas, penitentia non reuocari. Quòd si quod semel in Rempubl. aut ciuitates per uotum est collocatū, leges repeti non permittunt, cur quæ Deo uouentur, repeti poterunt? Accedit ea ratio, quæ à superioribus Theologis in Scotū fiebat, quæ qui sese semel tradidisset alicui, suam uoluntatē ad aliquid præstandum perpetuo mancipando, iure Diuino ac naturali, eius quam spondit debitor fiat, atque ineptus ad contrariam & incompatibilem, ergo is qui uouit uirginitatem aut perpetuam castitatem, ad eam uitæ conditionem quæ castitati & uirginitati repugnet, etiam si uelit accedere, non debet permitti. Iure ergo, ad Ecclesiasticum statutum, quo huiusmodi homines, qui sibi per uotū uitæ coniugalis ius absciderant, à uita coniugali reuocantur, condi potuit. Et demum ea huius constitutionis fuit potissima causa, quæ multi veteres Ecclesiastici patres, inter sacras uirgines ac reliquos omnes qui sese per uotū castitatis Deo nuncupassent, quādam matrimonii rationem intercedere persuasum haberent, unde non minus ab eo uinculo spiritualis coniugii recedere, & ad aliud descendere uidebatur possibile, quam à carnali coniugio. Immo non minus fœminas uotifragas adulteras iudicabant, quā eas, quæ proprio uirorum thoro relicto, ad alienas nuptias declinassent. Sic Basilius lib. illo de uera uirginitate, eas adulteras appellat; sic Athanasius de uirginibus.

d. de pollici. lib. 1.

d. eod. lib. 4.

d. eod. lib. 3.

Do. Sot. l. 7. de iust. et iur. q. 2. art. 1.

illud Apostoli, sacramentum hoc magnū est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia, de matrimonio, quod est inter Christum & Ecclesiasticas uirgines interpretatur. Sic demum Innocentius Romanus Pontifex, ad Victricum Rotomagensē Episcopum scribens, eo loco quem superius non semel attulimus, nullo uehementiori ad dirimendas uirginum deuotarum nuptias argumento commouetur, quā quæ hæc fœminæ quæ relicto priori uiro, alteri subinde coniungerentur, essent & uocarentur adulteræ.

Rationes autem Augustini quas in hanc sententiam ex ca. 9. lib. de Bono uiduitatis, superius protulimus, & si optimè conuincant inter Christum & eas, quæ sese illi dedicauerunt fœminas, non uerum & absolutum, quemadmodum inter fœminam & mortalem uirum, matrimonium intercedere, atque adeo ex natura illius spiritualis coniugii, id est solennis uoti, sequentia matrimonia non dissolui, non tamen demonstrant, idem spirituale coniugium, non esse optimam causam condendi Ecclesiasticum statutum, quo huiusmodi fœminæ aut uiri, ulterius potestate contrahendi priuarentur. Nam si hæc quæ mortali homini copularunt, eidem seruire fidem per ciuiles & Ecclesiasticas leges adiguntur, cur illæ quæ nullo compellente, se suumque corpus Deo dedicarunt, non compellentur? Itaque persuadent quidem rationes Augustini, id quod nos ex Ioanne Scoto tot rationibus & argumentis comprobauimus, uotum quantumcūque solenne, ad sequentia matrimonia dirimenda non sufficere, non tamen probant, idem uotum solenne Ecclesiastico ac rōnabili statuto copulatum ad idē non satis esse.

Porrò quod Augustinus, illo loco earundem sacrarum uirginum matrimonium, non aliud esse uelit, quā illud quod est totius Ecclesiæ cum Christo, iuxta illud. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo, salua sanctissimi & eruditissimi uiri reuerentia, non esse admittendum puto, cum huiusmodi fœminas, Christi sponsas, peculiari quadam ratione, patres, ac uetus Ecclesiasticus usus, uocent. Neque sine maxima ratione, ut ego quidem existimo. Nam cū reliqui Christiani, aut quod idem est, Ecclesia, sola animæ desponsatione Christi sponsa uocetur, hæc, contra fœminæ, & animæ & corporis, quòd illi non minori custodia & obseruantia, quā reliquæ fœminæ suis uiris dicantur.

DILUITVR ARGUMENTVM,
ex sanctorum patrum locis, nobis superius (ab hæreticis) obiectum.
Cap. 42.

NVnc iam ad locos Cypriani, Epiphani, Hieron. synod. Calced. & Ancyrana, August. & si qui alii ad præbandum post decretam per uotum solenne castitatem, posse quempiam nuptias

Eph. 5. Can. 11. Aug. 1. quid ob. neau.

nuptias celebrare, prædici ab hæreticis nostris solent, quid sit respondendum, facile est cognoscere. Fatetur enim eorum tēpore nondum per Ecclesiasticas constitutiones, uotum solenniter cultore, ineptos ad coniugia contrahenda redditos, nuntamen posteaquam summis ac rationabilissimis causis, id statum & à Romanis Pont. & à sanctissimis synodis cum puincialibus, uim generalibus est conditum, non modò qui solenniter uouerunt, ut antea inuendo matrimonia grauissimè delinquant, sed ipsa eadem cōtracta, & inita matrimonia, rescinduntur & dirimuntur.

ADVERSARIORVM, IN ID
statum Ecclesiasticum calumnie, proponuntur. Cap. 43.

SED quæ ab aduersariis, in hoc statutum Ecclesiasticum excogitentur, iam tandem expēdamus. Primum, id Apost. Paulo aduersari dicunt, ad Corin. scribenti. Nam cum utrunque sexū ad cœlibatam exhortatus esset, ne quis genus uitæ putaret alicui necessarium, confessum subdit: Hoc autem ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat, sine impedimēto Dominum obsecrandi.

Deinde idem Apost. Christianis hominibus, coniugium, concupiscentiæ remedium prescribere uidetur; cum enim cupere se uniuersos esse sicut seipsum, cœlibes nimirum, & uitæ coniugalis expertes pronuntiasset, quod si non se continent subdit, nubant, melius est enim nubere quā ui. Monachi igitur, sacre uirgines aut uiduæ, Sacerdotes &c. quantumcūque uouerint solenniter castitatem, si incendio carnis aduruntur, Apostolico præcepto, aut saltem cōsilio nubere possunt, cum non his aut illis, sed omnibus in uniuersum Christianis Paulus loquatur.

Tertiò tandem, hoc Romanorum Pont. statutum, contra Christianam libertatem aliquando condendum, eundem Apost. Paulum prophetica mente agitatam, ad Timotheum scribentē, præuidisse contendunt. Spiritus, inquit, manifestè dicit, quod in nouissimis diebus, discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinæ Dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium matrimonium contrahere, abstinere à cibis, quos Deus creauit, ad percipiendum, cum gratiarum actione quibus uerbis persuasum habent, nostra tēpora Romanorumque Pontificum tyrannidem, qua iam olim uotariis nuptias interdixerunt, describi. Quorum singula suo ordine nobis sunt elidenda. Nam in his potissimam spei suæ anchoram aduersarii collocarunt & per ea ingentem & Romanis Pontificibus & Ecclesiasticis hominibus apud insanū

1. Tim. 4.

vulgis, præsertim apud uotorum ac religiosæ uitæ desertores, conciliant. Ergo primum & tertium locum, & reliquos omnes, qui eo septimo capite nubendi facultate tribuunt, non de quibuslibet cœlibibus fore intelligendos, sed de his tantum, qui adhuc uitæ libertatem reuenerent, de innuptis, inquam, superioribus, cum ex ueterum patrum interpretatione, uerò ex ipso Apostolico contextu satis comprobauimus. Certè Paulus non quibuscūque primo illo loco, loquebatur cum admonebat se ad castitatem & uitam cœlibem, non tanquam ad laqueum adhortari, sed his duntaxat, quibus dixerat. Solutus es ab uxore, noli querere uxorem, & Mulier innupta & uirgo cogitat, quæ Domini sint, &c. Ne quis ergo per ea uerba illum continendi à matrimonio necessitatem inducere putaret, iuxta quod quidam Pseudoapostoli Corinthiis persuaserant, continuo subdit. Hoc autem ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum (precepti scilicet) uobis iniiciam; quod etiam eius de cœlibatu disputationis initio, superius quoque tanquam fundamentum præfatus fuerat dicens, de uirginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiā consecutus à Domino, ut sim fidelis. Hanc interpretationem perspicuis uerbis approbat Augustinus lib. de Bono uiduitatis ad Iulianum. Ne quia (ait) innuptarum bonum honestum dixit, non putare debemus, turpe esse uinculum coniugale, alioqui etiam primas nuptias damnaremus, quas neque cataphryges neque Nouatiani, neque disertissimus eorum astipulatus Tertullianus, turpes ausus est dicere. Hactenus August.

Sed expressius multò & elegantius Chrysostr. mus lib. de uirginitate. Præstantiam, inquit, uirginitatis ostendens & eam ad cœlum ipsum extollens, ueritus, omnino ne quis illud iustum existimet, rursus ad id transfert orationem, ut concedat coniugium. Quamobrem non est priori cohortatione contentus: sed præceptum, inquit, Domini non habeo, & si nupserit uirgo non peccauit, hoc loco etiam. Hæc autem dico non ut laqueum uobis iniiciam. Quamobrem aliquis illud iure quæsiuerit, quid sit quòd cum uinculorum solutionem superius appellasset, & eam se nobis utilitatis nostræ causa suadere, dixisset, & ne molestiam haberemus, & ut essemus sine solitudine cumque nobis pepercisset, & per ea omnia expeditam, tolerabilemque rem ipsam ostendisset, nunc illud adiciat. Non ut uobis laqueum iniiciam. Quid autem id est? Num uirginitatem laqueum appellauit? Minimè, sed uirginitatis cultum uirginitatis susceptum. Etenim res se sic habet, quod quisque coactus, onus suscipit, & cōtra suam uoluntatem quamuis id leue sit, omnium fit grauissimū & præssu grauiore, quā laqueos facere solet, nostram suffocat animā. Itaque

apud Bedā in com. epist. 1. ad Cor. 1.

c. 75. & 76

doctrinas. Nunc igitur de Christo eadem dicere poteritis, aut de Apost. Paulo, quae similiter ubiq; constat, & verbo semper praetulisse nuptis innuptas, & id opere quoque ostendisse erga sanctis. Tecla. Quod si haec Demonioru doctrina non fuit, qua & Tecla Paulus, & ceteri ceteris annunciauerunt Apostoli, cui credidit poterit hoc ab ipso esse memoratum, tanquam sit demoniorum voluntas & doctrina etiam sanctimoniam persuasio? Et subinde. *Quapropter & nos hortamur quidem volentes, ut permanent, non tamen cogimus inuitas ut accedant.* No uimus, n. quantum uoluntas, quantum & naturae ipsius vis, etiam contra legem publicam valeat, nec edum; aduersus priuata cui respondere sit liberum. *Nolo.* Et rursus. Iterum. Si ad uirginitatem sic hortamini, quemadmodum hortatur Apostolica doctrina. Qui dat nuptu bene facit, & qui non dat nuptum melius facit, ut bonu esse nuptias diceretis, sed meliorem uirginitatem, sicut facit Ecclesia, quae uera Christi est Ecclesia. Non uos Spiritus sanctus praenunciaret dicens; *prohibentes nubere.* ille. n. phibet, q hoc malu esse dicit &c. Haecenus Aug. Qui satis Caluini argutiolas eluisse uidet. Nos. n. & catholica Ecclesia, cum omnibus in uniuersum Christianis, licitas cum adhuc uita libertate potiuntur, clamemus esse nuptias, ad coelibatum tu, tanquam ad perfectius uita genus exortamur, & eos, qui ei se adscriperunt, ut Deo fidem praestitam seruent, Ecclesiast. disciplina copellimus, quemadmodum qui cum hominibus aliquid pacti, retrocedere molitur, rectissime poenis adhibitis in officio retinemus. Ecclesia itaq; neminem cogit ad respuendas nuptias, etiam si castos, & ab vxorum commercio alic nos esse uelit ministros suos, qui dum non coguntur ad ministeriu, nec ad uirginitatem quidem praefendam compulsi sunt, sed sponte accesserunt. Aliud est ergo prohibere & danare nuptias, quod ueteres illi heretici faciebant, aliud, eos, qui se Christo dedicauerunt, in promissa castitatis officio continere, aut non admittere ad sacra, coniugio iam adiectos. Na si prohiberet imperator militare, qui-

1. Cor. 7.

cum; artem aliquam profiterentur, si qui militie studio artem quampiam desererent, non continuo praefecto prohibere, imperator eam artem diceretur. Itaq; Erasimus Roter. alioqui in utroque genus celi batus iniquissimus, ad inferiores Germanos, de hoc Paulino loco ita scribit. Quid docet Paulus? Praedixit exorturos, qui phiberet nubere: haec in eos quadrat, qui simpliciter danant omne matrimonium, ceu suapte natura spurcum. Hos execratur Ecclesia cath. que non arect a matrimonio, nisi qui matsimoniu abiurarunt. Quod si se non continent deplorat ueltemeritatem, uel imbecillitate, non danent Ecclesiam. Haecenus Eras. Porro quod subdit Calu. tam esse tyranicam legem, quae partem ciuitatis praemit, quae totam &c. Veru est, cum lex est tyranica & iniqua: lex tu, que uel uotarios, uel sacros homines post deuota Christo continentiam, a coniugio reuocat, nullo pacto iniusta est, sed iustissima; quod iustum sit, non modo quae homines hominibus promittunt. Estet quidem lex tyrannica, si sine ulla causa, alicui parti Christianorum, immo & uni soli coniugium adimeretur: at, eos qui uita continentis instituto se se tradiderunt, cum ab eo, per uitiorum corruptionem desciscunt, retinere, non est tyranicum: sed sanctis. & amplius quam a mille ann. etiam ab illis patribus matrimoni, qui sumis laudibus extulerunt, semper quod eorum scriptis patet, commendatum. Sed in hominem hereticum, & suo proprio iudicio condennatum, plura dicere ociosum existimo. praesertim cum ille non tam solidis rationibus, quod docet, comprobare quod uicium; Ecclesiae maledicere, contedere uideatur. Est itaque Ecclesiasticum statutum, quo ii, qui solenni uoto se Christo, siue in sacris ordinibus siue in monachatu consecrarunt, ut iam controversiam istam finiamus, non modo iustum & Ecclesiasticam disciplinae conforme, sed sanctissimum, & semper uiris omnibus, ab Ecclesiasticis uiris seruandum, & amplectendum. Verum iam ad alia progrediamur.

Galath. 4.

1. Cor. 7.

lib. 4. Inff. dist. 13.

CONTROVERSA OCTAUA,
IN QVA ET SCRIPTURAE LOCIS ET THEOLOGICIS
rationibus demonstratur, uotum castitati superueniens,
nihil meriti rationem diminuere.

PROPONUNTUR HAERETICORVM RATIONES. Cap. I.

Concertatio.



STILLA non leuis nobiscum huius temporis hereticis concertatio, quod nolint proposito castitatis aut alterius cuiuscumque; Euangelici operis, uoti rationem adiungi, ne meriti ratio deteratur, aut omnino extinguatur. Virginitatem (aiunt) seruare non reuimus, sed ad eam uoto astringi in dispendium Diuino munere concessa libertatis, non uolumus. *Nusquisq;* inquit Apost. prout destinauit in corde

2. Cor. 9.

suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem. n. datorem diligit Deus: qui aut ad aliquid operandum uoto constringitur, ex necessitate illud operari uidetur, cum uotum necessitatem inducat, & proinde nil meriti, propter ea quis consequi poterit. Dauid rursus de Euang. operibus, quae sacrificii nomine intelligi, prophetico spiritu sermonem faciens. Voluntarie, inquit, sacrificio tibi. Paulus iteru, ubi spiritus Domini ibi libertas. Ad Galat. etiam scribens. Vos, inquit, in libertatem uocati inuicem.

2. Cor.

Galath.

estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem deris carnis. Sed per charitatem spiritus seruire inuicem. Et iterum. Nos itaq; fratres non sumus, ancillae filii, sed libere, qua libertate Christus nos liberauit. Vocat & Iacobus euangelicam legem, lege perfectae libertatis. His atq; similibus locis qui in Paulinis epist. sunt frequentissimi, cum de Euangelicae legis libertate agit, aduersarij persuadere moluntur, eos qui uel continentiae, uirginitati &c. uoti ratione superstruunt. ex Euangelicae legis libertate, ad Mosayca legis, quae tota seruilis erat, conditionem descendere. Monet Caluinus, ne beneficiu libertatis, quod nobis Deus contulit, negligamus. Nam qui Dei beneficentiam, qua omniam dominus constitutus est, contemnit, ingratus est. Cum enim rerum, dominos constituerit nos Deus, & eas sic nobis subiecerit, ut omnibus, pro nostra comoditate uteremur, non est quod speremus gratum Deo fore officium, si rebus externis, quae nobis admodum esse debent, nos in seruitutem addicamus. Haecenus Caluinus, Petrus Vermelius Martyr, Cum in prioris Epistola ad Cor. cap. 7. interpretatione, ut Ricardus Smythens refert, tum in apologia aduersus eundem Ricardum, multis uero citroque; uerbis contendit, uotarios, i. eos qui uel ad Euangelica consilia, uel ad alia quaecumque; Christiana opera, uoto se obligant, non esse sub fide, sed sub lege, a qua tamen Christus sua morte nos uoluerit eripere, ut in tota Epistola ad Rom. & Galath. demonstrat Apostolus. Qui uouent, inquit, ea quae libera erant, iam sibi obseruanda ex lege ac praeepto constituunt. Quare se non exuunt, onere, mandatorum sed potius de industria se magis impediunt. Colligit deinde satis esse si homines conseruarent, se liberos, & in ea libertate staret, qua eos Christus donauit incitarenturque; fide adiuncta charitate ad omnia exequenda pro uiribus, quae agnoscerent ad Dei gloriam magis facere. Quoniam illi, qui nisi lege astringantur, haec bonorum genera facere nolunt, se declarant, sub lege potius esse, quam sub gratia & fide. Quod ut sit euitandum Paulus docet, qui ad Galathas, inquit, eos, qui sunt sub lege, maledicto esse obnoxios. Et subinde. Quae fides ait, in Christo homines impellit, iam sub Euangelio constitutos, & sacro baptismo tinctos, ut caeremonias ueteris legis iam abolitas resumant? Certum dicit Paulus, si circucidamini Christus uobis nihil prodest. Non potest quisquam ex fide uocare, cum neque; Christus neque; Apostoli usquam uota probauerint, Et tandem. Vis, inquit forsatis ex me au dire, quomodo hi, qui uouent, sint ex lege, quouero pacto illis accomoderetur, quod Paulus habeat ad Galathas. Nempe, maledictioni esse obnoxios, quod sint ex lege, quoniam ut ipse quoque; fateris) loquitur autem ad Simytheu) ex lege sunt, qui lege ipsam aggrediuntur, exequi suis uiribus, eaque; sic praestare nitantur, ut tamen neque; gratiae, neque; Christo haereat, ac uotarios huiusmodi esse, inde

apparet, quod fide aut gratia non possunt ad uocanda impelli, cum in Euangelio iste cultus locum non habeat, neque; instigare possimus uel gratia uel fide ad ea facienda, quae Deus uerbo suo non approbat. Unde cum isti, quo ad hoc, fide non agant, sub uida lege relinquuntur, & iure meritoque; iter illos recedendi sunt, de quibus Paulus ad Galathas loquitur. Haecenus haereticus. Quae omnia ab illa hereseu, cum staru lerina Martino Luth. ortu habuisse, non est dubitandum. Is. n. est, qui primus oium scripto, praedixit, tota monasticum fuisse pra libertate euag. phibita. Sed nos quatu huiusmodi impii & haeretici ca uilli uirgeat, iam expellamus. Quae aut in aduersarioru rationibus, duplicis libertatis, eius, scilicet quae necessitati, quae meriti rationem excludit, & eius quae legi Mosaycae opponitur, sit mentio. Nos quoque; in hac controversia duplicem tractationem, quanta maxima poterimus breuitate instituemus. Vna qua solidis rationibus & argumentationibus ex media philosophia & Christiana Theologia deriuatis, comprobemus, uotum nequaquam meriti rationem excludere, aut minuire, sed potius illam augere, altera, qua demonstremus, idem uotum Euang. libertati non aduersari, neque; suos professores rursus, quod haeretici contendant, sub Mosayca lege & seruitute constituere. Verum iam ad prius ueniamus.

apud Gasp. Safer. l. 2. de uot. mon.

Q V I D S I T L I B E R T A S.
quid item coactio, excutitur. Cap. 2.

Libertatem, quae uulgares, cum Philosophi, tum theologi, ad actus uoluntatis extendant, si tamen Arist. ac reliquorum peripateticorum usum attendamus, ad personam tantum, non item ad animi actiones pertinere uidetur. Enim uero liberu quod Arist. appellat *ελευθεριον*, suo opponitur. Est autem liberum quod sui ipsius gratia est, ut idem Arist. docet. Liber, inquit, homo est, qui sui ipsius & non alterius gratia est. Unde quod humana natura quatu cumque; libera, tum affectibus tum multiplici necessitati subseruiat, ex Symoni de infert, solum Deum, qui nullius gratia est, haec habere dignitatem. Septimo deinde Polit. libro, hoc esse signum libertatis, ex comuni hominum auctoritas colligit, uiuere ut quisque; uelit, siquidem serui est, uiuere non ut uult.

1. Meth. c. 2. & 7. Polit. c. 2. 1.

Cap. 2.

Spontaneum uero siue uoluntarium, quod idem Arist. uocat, non seruituti sed *ελευθεριον* aut *ελευθεριον* inuito (aut quod minus proprie tamen dicitur, ut Diony. Lambinus annot.) in uoluntario opponitur, quod non ad personas ut *ελευθεριον* liberum, sed ad animi actiones, eas nimirum quae ad partem profectiuam, quam appetitiua quoque; dicimus, pertinent: hinc patet, *ελευθεριον*, & *ελευθεριον* spontaneum, non modo non esse idem ut uulgus Theologoru & Philosoph. putat, in peripatetica philosophia, rectorque; uocabuloru usu, sed prorsus esse disparata. Porro quemadmodum liberu per seruitute corrumpitur, ita ut non amplius, quod alteri seruit, siue ad alterum

3. ethic. ca.

alteri ordinatur, sic liberu, ita spontaneum, uoluntarium per id, quod uoluntariu principia ipedit, quod Arist. vniuersaq; peripatetica schola triplex posuit, inuoluntariam ignorantiam, vim ab extrinseco illatam, & maioris mali probabilem timorem quaquam in hoc tertio assignando idem philosophus dubitare uideatur, quod ob has actiones, in quibus maiora mala fugimus, plerumq; laudes, plerumq; uisuperia ab hominibus accipimus, de qua re fortasse aliquando a nobis scriptus est sermo.

Nunc in aduersarios styli conuertamus. siue spontaneum duxat, per ignorantiam culpabilem, per uolentiam ab extrinseco illatam, & per maioris mali, quod esset accerbissimum & uirum alioqui in uirtute constantem posset commouere, corrumpitur: per uotum autem neq; ignorantia, neq; aliquod istorum inducitur; actiones igitur, quae a uoto deriuantur, non sunt necessariae ea necessitate, quae ratione bonitatis moralis, atq; adeo si actio in Deum referatur, meriti corruptat. Subsumptione adeo apertam esse iudicio, ut quae cuius eius persuasio futura sit, ocliosa. De ignorantia, in non est dubium. De coactione aut inde patet, quod uouet necessitas, non ab extrinseco sed ab intrinseco a propria (inquam) uoluntatis pondere deriuatur, quae nullo pacto ad uolentiam pertinere potest. Sed neq; maioris mali uitandi gratia fit uotum, est enim ei, qui uouet notissimum, abiq; castitatis uoto, posse Christianum, promissam felicitatem consequi, sed uouet duxat amore amplioris boni, iuxta Christi consilium, Qui potest capere capiat.

Math. 19.

Secundo, ex alio moralis philosophiae principio, oibus mortalibus persuaso ac notissimo, i eisdem, ratione formabimus. Enimvero per leges, a reru publicarum conditoribus ad continendos homines in uita ciuili constitutas, nullus unquam ita desipuit, ut bonaru actionum merita, deteri aut minui diceret, quis. n. bonum ciuic & legibus parere, premium aut laudem, quae bonis operibus debetur, per earundem legum obedientiam amittere sibi unquam persuasit? Quod si id de legibus humanis fortasse quis suspicari potuisset, de Diuina tamen lege, per cuius obedientiam ex fide & dilectione perfecta, iusti omnes Deo placuerunt, inficiari fuisse stultissimum, quod si per leges ab extrinseco illatas & impositas, actiones humanae non desinunt esse liberae & meritoriae, ergo neq; per leges a propria uoluntate deriuatas, quales sunt, quae a uoto proficiscuntur. Quis enim ignoret, hic quam illic, pro priori ratione spontaneum, & uoluntarium inueniri?

S. Th. 2. 2. q. 28. ar. 4.

Quin uero tantum abest, ut uota ratione meriti diminuant, ut potius eam augeat & amplificet, quod non solum catholici auctores oes, uno atque concordia consensu, tradiderunt, sed ipsa per se satis theologia demonstrare uidetur. Certum quomodo modum meriti rationem a fide & charitate proficisci, omnes consentiunt, ita a maiori fide & charitate maius meritum progredi, nullus diffiteri,

poterit. Nunc, quis per Deum immortalis, eum ampliore fide & charitate habere inficiari poterit, qui eum cum ista iustitia christiana, & per medias matrimonii delicias, felicitate consequi poterit, sibi uel Euangelicoru consilioru, ad quae Christus nullu obligari iuitu uoluit, uel castitatis, per uotu, leges sibi necessarias induxit? Deinde quis illu ampliore fide & charitate habere neget, qui se non tantum cibus legibus Christianoru, & diuine uoluntati, obstringi uoluit, sed quod illi immobilius cohaereret, plura sibi uincula uoluntarioru praceptoru intulit? An non maiore charitatem & amorem arguit uelle, non uno sed multis uinculis, illi que ames, colligari & obnoxium esse, quam paucioribus? Profecto qui foemina amaret, neq; illi tamen uellet, matrimonio coniungi, sed sua libertate frui, nequaquam cum illo esset coherens, qui eadem etiam insolubile coniugii uinculo sibi copulare contederet, ergo neq; qui Deum recenta uita cois libertate, amare se diceret, cum illo charitatis & fidei magnitudine erit comparandus, qui se totu in Christi seruitute coiecit. & cum esset liber, cum Apostolo Paulo, sese non modo per mandata, sed per consilia etiam Christi seruum facit.

Præterea Euangelica consilia, quae uotoru sunt propria materia, ad Christianam uita precepta melius conseruanda a Christo tradita esse, haeretici nullo pacto diffiteri poterunt, longius. n. ab homicidio recedit, qui percussus in una maxilla, alia percussio dā praebet, longius a perituro distat, qui nullo uitu iuramento, sed rogatus respondet est, non est &c. longius ab adulterio se separat: qui neq; qua uita Christiana permittit, uxorem accipit, sed prorsus uo amplioris premii i regno caeloru expectatione, se castrat. Quod si ita est, illi ergo qui ne Christi precepta aliquando uolet, sibi Euangelicoru consiliorum necessitate inducit, ampliorcm habet Christi fide, charitate, & filiale timore; ampliusq; a uita Christiana, Christi q; praceptis: non dimoueri cupit, quam is, qui eadem pracepta, consilioru muninime, ualere non curat. At hec, Euangelicoru consilioru uota, non sunt ob spe sola regni caelestis, sed ob maioris praemii expectatione, hoc enim est, quod Christus toties, eade consilia implentibus regnum caelorum repromittit, Beati inquit pauperes spu quonia ipsoru est regnu celo ru &c. Et sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnu caeloru. Non. n. ibi regnum caelorum pro quacumq; felicitatis portione, sed p excelleri quada, ut libro tertio demonstrauimus, accipitur. Sed is, qui amplius sperat, amplius diligit, qui amplius diligit, uiuaciorē habet fidem, quod he tres uirtutes sibi inuicē coñectatur, uotarii igitur ampliorē habēt, ceteris paribus, charitate & fide, atq; adeo amplius quam, qui in Christiana uita cois iustitia permanserunt, merentur. Certē Phariseus a Christo rogatus, quis creditorē plus diligeret, cui plus donauerat, an qui minus, Cui plus inquit) dimittitur, plus diligit, quam responsonem Christus

Luc. 11.

firmavit. Recte, inquit, iudicasti. Quod si cui plus donatur, plus diligit, ergo cui plus donandū speratur, plus diligit.

Quartū, quae admodū peccare mente obstinata magis aggrauat aiam, quae peccate duxat ex fragilitate, ita aliquid ex uoluntate in bono confirmata, offerre, quod ad perfectionē uirtutis pertinet, ut Arist. quoq; docet, magis erit laudabile, magis quae meritorium, quam idem opus ex uoluntate nondum in illo bono opere confirmata praestare. Quod autem per uotum uoluntas hominis uouetis confirmetur in bonu, ut in calce praecedentis controversiae ex Ioanne Caluino tradidimus, neq; aduersarii negat. Quo spectare uidetur illud, quod in Leuit. Dominus praecipit. Animal, quod immolari potest Domino, si quis uouerit, sanctum erit, & immutari non poterit; id est nec melius malo, nec peius bono. Enimvero si illa, quae a Christianis hominibus, ex uoto exhibentur, non magis Deo essent placida, quam quae ex libera uoluntate prodirent, nequaquam ea tanti faceret Dominus, ut neque melioribus commutari permetteret.

Quintū docet Arist. Ebrios, non modo non excusare a peccatis, quae per ebrietatem admittunt, sed iustissime ex legu conditorum decreto duplices poenas dare. Ebrius, inquit, duplices poenae institutae sunt: in ipso enim, qui inebriatur principium est, cum sui quisq; Dominus sit, ut non inebrietur. Igitur peccat magis ebrius quam sobrius, non alia ratione, quam quod se uoluntarius in ea peccandi necessitate constituerit. Qui uouit ergo Deo castitatem, & se in continendi necessitate constituit, amplius quam, qui liber adhuc permanet, ex eadem continentia merebitur: quoniam quemadmodum in ebrio fuit principium non inebriandi se, ita in eo, qui uouet, principium non uouendi. Atq; id ita uerum est, ut neq; hi, qui ex ardentiori charitate, uoluntate tamen libera, opus bonum aliquod praestant, cum illo sint conferendi, qui ex minore feruore charitatis, ex uoto tamen, idem operantur: quoniam, si hic ab illo, nunc, charitatis feruore superetur, tamen, in prisca illa ac veteri charitate, quam uoti tempore habuit, per qua sibi oem in hac parte uita libertate ademit, qui non uouit ab eo, qui uouit, excellitur. Na ea fide & dilectione, qua quis sibi i aliquo bono opere per uotum, necessitatem inducit, ea qua quis sibi uita libertatem retinet, esse feruentiorem & ampliorē, multis, superius satis aperte demonstrauimus. Quod si quaeras, quam obre in eo qui uouit, non praesentē fide & dilectione, sed antiqua appedamus, in eo uero, qui non uouit, praesentim duxat? Ratio est, in aperto. Qui non uouit, ad id opus, quod nunc operatur, nullā habet aliam pertinētē dilectione, qua illā qua nunc habet: qui uero uouit, habet, & praesentē & praeteritā, praesentē quidē actualiter, praeteritā uirtute, qui. n. uouet dū non contrariae uoluntatis ponat obicē, eius, quā

in uoto ipso, fide & dilectione habuit, ualere, non modo illu uouēdi actum, sed uniuersas etiam uita actiones, quae ad eundem actum referuntur, induit. In uoto. n. illo, quod edit, cunctae futurae uita actiones ad idem uotum pertinentes, clauduntur. Superat ergo uouēs, non uouentē dupliciter, & extensue & intensue, extensue quidē, quoniam duos habet actus dilectionis, unum a quo actu, alterum a quo uirtute, suas actiones elicit, qui uero non uouit, uia duxat, quae tunc actu ipso, bonu opus in qua, castitatis, paupertatis, peregrinationis &c. imperat. Intensue aut, quoniam a toto genere, actus ille uouēdi uehementiorem dilectionem in se claudit, quam actus quicumq; circa idem genus operis, a uoluntate libera profectus.

Atq; haec ratio non modo uouentes, non uouentibus magis intensue mereri arguit, sed extensue quoque. Nam, si ut communis habeat Theologorum doctrina, ipsaq; ratio satis per se ostendere uidetur, uirtualis intensio, dū contrariae uoluntatis obex non ponatur, satis est, ut quis, ex illa aliquid facere dicatur. Profecto, qui castitatem uouit, non modo illo actu uouēdi, aut illis operibus, quae actu ipso, ab illo ad uotu referuntur, sed i quibus et, uoti nuquam meminit, apud Deum meretur. Enimvero Sacerdos, quaquā tempore consecrationis, intentione actuali consecrandi careat, quonia tamen, cum se vestes sacerdotales indueret, eam habuit, tam uere corpus Christi, cosecrare credimus, quam si tunc actuali esset praeditus intentione. Peregrinus quoque, qui Hierosolymam locorum sanctorum, uisendi gratia, adire, animum instituit, quaquā postea, quae in itinere molestia accidere solent, in Deu actu ipso, non referat, uirtute illius primi animi, relata censentur; atq; ita meritoria, ac si eadem, actu reuulisset, Sicut qui adulterium cum aliqua foemina committere decreuit, non modo in actu illo & animi decreto peccat, sed in reliquis, quae ad adulterium perpetrandum, quasi media assumuntur: quaquā per illa Deum offendere non intēdat, grauissimē delinquit. Ita ergo, eius, qui uouet, actus uniuersi, ad uotum materiae referibiles, quaquā Deo actualiter non offerantur, uirtute illius primae charitatis tanquam in radice, sunt meritorii, dum contrariae uoluntatis impedimentum non ponatur. Ratio est, quoniam etsi actu ipso, opera illa non referuntur: in eo enim uoti, quod emisit actu, non modo castitatem Deo obtulit, sed uniuersa quae ad eam conseruandam media requiruntur. Et deniq; aut simpliciter ut in religione, aut quantum ad illud opus, quod uouet, castitatem uidelicet, peregrinationem, elemosynam &c. se totum, & quicquid ab illo in eo genere operis prodire possit, Deo consecrauit, & eius perpetuae seruituti obstrinxit.

Veterum

VETERVM THEOLOGORVM auctoritate demonstratur, votariis, quam non uotariis, circa eandem actionem, maius esse meritum.

Cap. 3.

Sed ne absq; maiorū auctoritate, in hac parte agere videamur, probat beatus Anselmus, eius qui uouet meritum, maius esse merito eius, qui non uouet, sed adhuc vitæ libertatē in eo operis genere retinet, aptissima similitudine. Eius, qui alicui fructū arboris dūtaxat, tribueret, & eius, qui cū fructu, arborē ēt donaret. Qui opus ex voluntate libera tribuit, fructū tantum tribuit: qui se ad illud opus ex voto astringit, arborē quoque exhibet. Huc pertinet, quod Gregorius Romanus pontifex, eum, qui per votū vel per religionē integrā se Deo uouet, holocausto: cum uerō, qui partē aliquam vitæ, aut bonum opus Deo tribuit dūtaxat, sacrificio comparat. hoc, inquit, inter sacrificium & holocaustum distat: quod oē holocaustū sacrificium est, sed non omne sacrificium holocaustum. Vnde latina lingua *Holocaustum* totū incensum dicitur. Pensemus ergo, quid est sacrificium, quid holocaustum. Cū n. quis suum aliquid Deo uouet, & aliquid nō uouet, sacrificium est, Cū uero omne quod habet, omne quod uiuit omne, quod sapit, oipotētī Deo uouerit, holocaustum est. Nā sunt quidam, qui adhuc mente in hoc mundo retinentur, & tamen ex possessis rebus, subsidia egētibus ministrant, oppressos defendere festinant: isti in bonis, quæ faciunt, sacrificium offerunt, quia & aliquid de actione sua Deo immolant, & aliquid sibi metipsis reseruant. Et sunt quidam qui nihil sibi metipsis reseruant, sed sensum, linguam, vitam atq; substantiā quam perceperunt, omnipotenti Domino immolant. Quid isti nisi holocaustum offerunt? immo magis holocaustum putet. Hactenus Gregorius. Vides ergo sanctissimi uiri sententia, tanto gratius Deo fore votum, per quod homo se totū offert, quam opus ex libera voluntate præstitum, quanto olim eidem Deo magis holocaustū quam cōsacrificium placebat. Deniq; Augustinus lib. de uirg. ipsam uirginitatē per se nō uult Deo placere, *Sed quia Deo dicata est*, inquit, *honoratur*. Sed i re apertissima persuadēda plus equo fortasse progressi sumus; quare ad aduersariorum argurias, eludendas iam uenio.

LOCI, QUI AB ADVERSARIIS, perferuntur, explicantur. Cap. 4.

QUOD primo loco profertur ex Apostolo, nō ex necessitate, nos tribuere debere, aut ex tristitia &c. quantum longē distet à necessitate quam votū conciliat, neminē arbitrator adeo stupidū, qui nō ex ipsis uerbis statim comprehēdat. Excludit enim uerō illic Apostolus, ne-

cessitate, quæ ab extrinsecos. à coactione deriuatur, & tristitia, quæ huiusmodi necessitatem cōsequitur, quod uel ipsa uerba, quæ annectuntur satis insinuant, *Hilarē. n. datorē diligit Deus*. Agit illic Apostolus, de elemosynā & pauperum beneficentia, quā non inuitē sed uoluntariē & spontaneē exerceri postulat, *Qui parce, inquit, seminat, parce & metet, & q. seminat in bñdictionibus de bñdictionibus & metet*. Vnusquisq; put destinauit in corde suo, nō ex tristitia, aut ex necessitate, hilarē. n. datorē diligit Deus. Potēs est autē Deus oēm abundantiam habitare facere in uobis, ut in oibus semper oēm sufficientiam habentes. abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est. *Dispersit dedit pauperibus* &c. Porro necessitas quæ ex voto, p̄greditur, nullam causat tristitiam cū sit actus uoluntatis, sed potius, in his, qui penitus pietatē, quæ se Deo consecrarunt, non exuerunt, ex uoluntatis confirmatione & stabilitate letitiā. Votum. n. quemadmodum & habitus, uolūtatem in bonum confirmat, habitus uerō ex Arist. sentētia, est prompte & delectabiliter operari. Non te peniteat, inquit Augustinus, uouisse, immo gaude, iam tibi sic non licere, quod tunc tuo detrimento licuisset; scilicet necessitas, quæ in meliora cōpellit. Hæc Augustinus. Sciant igitur hæretici bonā esse eā seruitutē, q̄ malitiæ libertati opponitur, de q̄ Paulus. Liberati à peccato, serui autē facti Deo.

Locus qui ex Psalmo quinquagesimo tertio sumitur, quā parū uotarios ledat, nō est opus multis ostēdere. Profectō, qui ex uoto Deo munus offert, non inuitus offert, sed magis multo spontaneus, quam qui ex libera uoluntate. Adeo. n. Deo uult offerre, ut sese in ea uoluntate uoto confirmet; quominus possit ab ea uoluntate cedere. Nō itaq; David dicit, se libere oblaturum sacrificia, sed *bindabah*, spōte, uolūtariē, animo nō inuito sed hilari ac liberali; excludit coactionis necessitatem & tristitiam, quæ ex ea deriuatur, ut de superiori loco dicebamus, non item obligationem cū alioqui sacrificia, quæ David erat oblaturus lege perscriberentur, & necessaria essent. Non enim à se inuenta & excogitata sacrificia, sed quæ à lege præcipiebantur, aut Dauidi, aut alteri cuiusque Mosaicę legis cultori, offerre licitum erat.

VOTA COELIBATVS ET CONTINENTÆ, nos non constituere sub lege Mosaicā, eiusque seruitute.

Cap. 5.

VENIAMVS nunc ad alterum controuersię locum, quo aduersarii demonstrare moluntur, uotum castitatis & reliqua uota cū Euangelica libertate pugnare, quam sententiam, reliquis locis, quæ initio huius concertatiōis ex Apostolo Paulo produximus, astruere fatagunt, in his enim, non de eo genere libertatis,

bertatis, quod *ἐξ ἑσθ*, idest spontaneum uocauimus, sed de *ἐκ ἀνάγκης*, idest libertate, quæ seruituti opponitur, est sermo. Quo loco, multa nobis in eam totius scripturę partitionem essent dicenda, qua nostri temporis hæretici, eandem in legem & Euangelium dissecant, legem appellantes, omnem eam partem, quæ in moribus cōponendis occupatur, à qua nos prorsus uolunt esse liberos per Christi mortem, Euangelium uerò quicquid habet lætam promissionem, aut homines consolatur, uerum de hac partitione & in Ecclesiasticis centuriis, quarum aliquot volumina, iam edenda paramus, & peculiari libro de lege & Euangelio, satis eorum insaniam à nobis retusam putaremus. Profectō si aduersarii, cū docent uotā, nos sub lege constituere, de lege in hac acceptione loquuntur, id haud grauatē illis concedemus; non enim per Christi mortem, nos à lege morali à natura deriuata, ad quam uota pacta que conuenta implere pertinere, superius ostendimus, nos liberos putamus. Lex enim naturalis cū homo nō fuerit in aliam naturam permutatus, per Christi mortem, aboleri non potuit.

De lege Mosaicā, de qua (uelint nolint hæretici) loci omnes illi intelliguntur, tota quæstio est; an scilicet, ratio Deum colendi per uota, ad legem Mosaicam pertineat, & sub illius seruitutem uotarios, ut iidem hæretici docere uidentur, constituat, de qua re & si superius abundē scripsisse uideri potuissemus, demonstrantes Euangelica uota, non ad eam legislationem, sed ad naturalem legem esse referenda, hic tamen illud, quod his locis obtinere moluntur aduersarii, ea rursus nos sub legis iugo constituere, subuertendum est. Enim uerō, Paulum, omnibus illis locis, & si qui sunt similes, quibus Euangelicos homines in libertatem assertos docet, & à seruitute liberatos, non de cuiuscunque legis seruitute, sed de Mosaicis cæremoniis & ritibus uerba facere, cū ratio ipsa, tum quæ eisdem locis, aut præcedunt, aut sequuntur, apertissimè demonstrant. Nam si Paulus prorsus nos, ab omni lege & ab omni regula & præcepto uiuendi, per Christi Euangelium & mortem, liberos & solutos intelligit, nec ergo naturalibus legibus, quæ reliquos omnes mortales ipsa naturæ uirtute cōstringunt, tenebimur, sed in omnem uitæ licentiā soluti, per peccatā omnia licebit ociari. Quod si hoc est absurdissimum, & prorsus humanis auribus horribile: non ergo à uotorum à nobis factorum, obligatione & necessitate, quæ quemadmodum reliqua pacta soluere, ad leges naturæ primarias pertinet, per Christi mortem & Euangelium absoluit.

Deinde, uota, quæ Deo fiunt, non omnia lege Mosaicā præscripta fuisse; sed quædam fuisse uoluntaria, non modò quantum ad indiuiduum,

sed etiam quantum ad speciem, nemo qui scripturarum rationem habeat, ignorare potest. Quemadmodum enim, quis præter ea tempora: & causas, quæ lege Diuina præscribebantur, ex præstitutis ab eadem lege sacrificiis, Deo cū libebat, offerre poterat, ita nouas uotorum rationes & quarum lex nunquam meminisset, excogitare, non erat legi contrarium, quod Rēchabitarum, uotum à Deo comprobatum, perspicuè ostendit. Quod si hoc ita se habet, ergo non omnia eius Mosaicæ status uota, ad legem Mosaicam pertinebat, atque adeo multo minus uota Euangelicæ status ad eandem legem pertinere dicentur.

Quod si quis ex aduersariis obiiciat, uota illa quidem ad Mosaicam legem non pertinere, pertinere tamen ad Mosaicum statum, qui status totus erat seruilis &c. Respondeo Mosaicum statum, nulla alia ratione seruilē dici, ut Paulus Apostolus in Epistola ad Galathas ostendit, quæ quod legi seruili deseruieret, quæ igitur ad legem Mosaicam non pertinebant, quæquam in illo statu, Dei populo in uisū essent, ad seruilē conditionem referri non poterant.

EXPLICATIO LOCVS EX

Epist. ad Corinth. ab aduersariis adductus. Cap. 6.

DE Apostolicis locis nunc loquamur, qui omnes (ut diximus) nihil aliud ostendere uidentur, quā nos Christi beneficio, fuisse à seruitute Mosaicę legis in libertatem assertos. Vocat autem Mosaicam legem, cæremonias & iudicia siue forenses leges, quas Deus per Moysen suo populo tradidit. Nam quæ à natura rectō impetu præcepta deriuantur, qualia sunt, quæ decalogo continentur, nō Moysi, sed eiusdem naturæ leges sunt potius appellandæ. Sed id iam ex eisdem locis singulatim demonstremus.

Primus locus, qui ex posteriori Epistola ad Corinthios sumitur, de libertate spiritus, quæ Euangelici homines Diuinæ uoluntatis mysteria, non Mosaicis typis, quæ per uelamen, quod idem Moyses super faciem, populū allocutus, ponebat, intelliguntur, obuclata, sed nuda & aperta proponuntur, si totius eius tertii capituli textus excutiatur, est accipiendus. Contendit Apostolus illo loco, Euangelicos ministros multo pluris esse faciendos, quā Mosaicos, id, quod multis rationibus persuadet. prima quidem quoniam Euangelica prædicatio, non in tabulis lapideis, sed in hominum cordibus scribatur. Secunda, quoniam non atramento, sed digito Dei uiui, idest Spiritu sancto scribatur. Tertia, quā uetus testamētum literam tantū contineret,

L I cuius

cuius est occidere, Euangelium verò spiritum, cuius est viuificare. Quarta, quoniam lex Mosaica, mortem ministrabat, peccantes enim seuerissimè puniebat, iuxta illud, *Qui fecerit ea viuet in eis, contra Euangelium, vitam impendere, non temporalem duntaxat, sed sempiternam.* Quinta, quia lex Mosaica damnationem administrabat, Euangelium iustificationem. Sexta, quòd lex Mosaica tandem abolenda & abroganda erat, lex Euangelica, è contrario sempiterna. Septima, quoniam lex Mosaica figuris & tenebris obrita erat, quòd Mosis populum allocuturi faciei velatio, denotabat. Significabat enim super corda filiorum Israel in veteris Testamenti actione, permanuras tenebras, quoadusque ad Christum conuerterentur. Cùm autem, ait, conuersi fuerint ad Deum, auferetur velamen; cuius rei rationem reddit. *Dominus enim Spiritus est,* ac si diceret, Mosaico illo statu ad Mosem, idest ad Mosaicam legem, homines conuertebantur, non quacunque ratione, sed rerum corporearum vmbri, velatam, nunc Euangelico tempore ad Deum immediatè ac proximè conuertuntur, qui cùm sit spiritus, à spiritu nullis tegumentis obiectus, cognosci potest. Subditque rationem. *Quoniam ubi spiritus Domini, ibi libertas,* libertas scilicet, à ceremoniarum, quibus, in Mosaica lege Deus cognoscatur, vmbra culis. Additque in eandem sententiam, de Euangelicis hominibus. Nos verò omnes reuelata facie, gloriam Domini, speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu. Non itaque legis naturalis, immo neque Mosaicæ quoad præcepta artinet, illo loco Paulus seruitutem excludit, sed typorum & vmbraarum, quibus eius seculi homines seuire cogebantur. De hac idem Apostolus scribit ad Galathas. Nos, cùm essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruentes, &c. Elementa mundi huius, res corporeas, sacrificia nimirum, ac reliquos ritus appellat Apostolus. De hoc enim etiam libertatis genere, Christus apud Ioannem, ad mulierem Samaritanam loqui mihi uidetur, quando in hoc utriusque status Euangelici & Mosaici discrimen assignat, quòd in illo Hierosolymis duntaxat, iuxta legis Mosaicæ præscriptum, Dei adoratio fieret: in hoc autem, non Hierosolymis, neque in monte Samaritæ, sed in spiritu & veritate. Subditque rationem. Venit, inquit, hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales querit adoratores, qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

Rom. 10.

1. Cor. 3.

Galath. 4.

Ioan. 4.

LOCVS EX EPISTOLA ad Galath. exponitur. Cap. 7.

Secundum locum, qui ex Epistola ad Galathas cap. 5. & tertium, qui ex eadem cap. 4. sumitur, ad Euangelicam, à legis Mosaicæ ceremoniis, quoque libertatem spectare: non item ad vota moralia, uel totius eius Epistolæ scopus abundè ostendere uidetur, quanquam in adducendis locis ad comprobendam suam illam Pseudoeuangelicam libertatem, ex eadem Epistola, nunquam aduersarii non sint ineptissimi. Paulus profectò tota illa Epistola non præcepta ad mores componendos à natura toti humano generi illata, sed Mosaicæ legis ceremonias, quæ quorundam Pseudoapostolorum opera vitam Christianæ subintrarunt, tanquam eadem vitæ Christianæ aduersa excludere molitur, de qua re alibi. Nunc ad illos duos locos ueniamus. Nam quòd Apostolus, non de quarumcunque Mosaicæ legis parte, sed de circumcisione, neque de quacunque libertate, sed de illa duntaxat, quæ Mosaicæ legis, qua parte ceremonias ritusque continebat illo loco sermonem faciat, satis præcedentia indicant. *State,* inquit, eius quinti capitis initio, & *nolite* iterum iugo seruitutis contineri. Ecce hic habes totius futuri Apostolici sermonis thesaurum. Verùm à quo genere seruitutis deterreat, iam audi. Ecce ego, subdit Paulus, dico uobis, quoniam si circumdaminus Christus nihil uobis proderit. Testificor autem, omni homini circumcidendi se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis à Christo, qui in lege circumcidimini à gratia excidistis, quòd Euangelium enunciatum, cùm subinde rationibus comprobasset, subiungit. Ego autem adhuc fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis; vti nam abscondantur, qui vos conturbant. Vos enim in libertate uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem &c. Hic iam quis dubitet, hæc postrema Apostoli uerba, non de libertate à quacunque lege, sed de ea tantum accipiendâ, quæ legis Mosaicæ onerosis & grauissimis ceremoniis opponitur; de libertate nimirum à circumcisione, de qua eius sermonis initio dixerat. *state, & nolite iterum iugo seruitutis contineri?*

TERTIVS LOCVS EX IGITUR. Cap. 8.

Iam verba quarti capitis ad eundem sensum pertinere, satis ex his, quæ nunc diximus, conuinci poterat, cùm is locus, illi, quem nunc ex capite quinto citauimus, immediatè assuatur. Sūt enim postrema capitis quarti, verba, quæ hoc loco

loco proferuntur, ergo cùm illa citra ullam controuersiam, circumcilionis seruitutem excludant. hæc de libertate ab eadem circumcisione, & reliquisque ritibus Mosaicis sunt accipiendâ. Sed id ex eodem capite quarto, vel reclamantibus & inuitis hæreticis colligam. Reprehendit Apostolus Galathas, quòd idolorum exclusa leuitate, & uero Deo cognito, rursus ad egena & infirma elementa conuèterentur, atque id est totius eius sermonis Thema. Aegena autem & infirma elementa, ceremonias, ritus, & Mosaica sacrificia. Paulum intelligere, quoniam aduersarii, non negabunt, neque nobis comprobare necessarium esse iudico: idque vel obstinatissimis satis erit, quòd, quæ sunt egena elementa declarans, idem Apostolus subiungit, *Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos,* quæ profectò non ad naturæ præcepta, sed ad Mosaicos ritus pertinere, nemo negare poterit. Cùmque postmodum, suum in Galathiam aduentum, & in ea prouincia, suæ prædicationis exordium enarrasset, & Pseudoapostolorum qui eos deciperat, animum cum suo contulisset, ad suæ reprehensionis comprobationem, adducto eiusdem legis Mosaicæ testimonio, conuertitur. Dicite, inquit, mihi, qui sub lege uultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, &c. Subditque totius argumentationis conclusionem, itaque fratres non sumus ancillæ filii, sed liberæ, qua libertate &c. Paulus ergo non aliam illic libertatem intelligit, quam ab elementis mundi huius, à veteris, inquam, legis illius sacramentis, ceremoniis &c. Et rursus à seruitute temporum, mensium, annorum, &c. quibus post veram religionem agnitam, Galathæ inseruiebant.

IACOBI LOCVS EXPENDITUR. Cap. 9.

Iacobi locus, quanquam non omnino ineptè, de eadem Euangelica libertate, à Mosaica legis sacramentis & ritibus, intelligi posset, aptius tamen de quadam spiritus in operando generosa

ac liberali ingenuitate, interpretari posse mihi persuadeo. Loquitur enim de eo libertatis generi, quòd amor tribuit, atque adeò Euangelium appellat legem perfectè libertatis, tanquam quæ perfectè libertate operari doceat. Idemque denotat, cum eandem regalem uocat, tanquam quæ non seruiliter, cogat, sed regia, quæ iuxta Aristotelis sententia paternæ assimilatur, ratione gubernandi, prouocet. Atque in hoc libertatis genus, non pauci Apostolici loci diriguntur. Iusto, inquit Paulus, non est lex posita, sed iniustis & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, parricidis & matricidis &c. Et ad Galathas. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Erat Apostolus liberali & generoso animo, cupiebantque omnes Deo seruire, non pœnæ meru, sed uirtutis & gloriæ amore. Docet etiam his similibusque locis, nihil generosæ libertati præiudicare Diuinam legem, neque officere Christianæ libertati, nos subiectos esse mandatis: immo hoc ipso posse esse iustos liberos, quo Diuinis mandatis plenius obsequerentur. Pœnas demum docet, Deum neque parasse, neque comminatum fuisse propter iustos, sed propter rebelles, qui non nisi pœnis & flagellis à peccatis detererentur. Idque est, quòd Theologi dicunt, iustis legem esse positam quo ad uim directiuam non quo ad coerciuam. Nam quòd his ac spiritalibus locis, quibus de libertate loquitur Paulus, legum naturalium & Euangelicarum mandatorum seruitutem nolit excludere, tum alibi multoties, tum his locis, citra ullam controuersiam est credendus diffinisse. Legem (inquit, ad Romanos scribens) destrui-mus per fidem? abst. Et rursus, Se non esse sine lege docet, sed in lege Christi, in eadem quoque Epistola. Non Diuinis tantum sed humanis quoque præceptis & legibus, nos uult esse subditos. Et demum ad Thessalonicen. Hæc est, inquit, uoluntas Dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos, &c. Verum de hac re alibi fortasse multa.

Iacob. 1.

Iacob. 1.

1. Tim. 1. Galath. 1.

Rom. 2.

Rom. 3.

Rom. 13.

1. Thess. 4.

CONTROVERSIANA
IN QVA EAE HAERETICORVM CALVMNIAE REFELLVNTUR
quæ ab abusibus uotorum obiici solet.

PROPONUNTUR ABVSUS VOTORVM,
quos hæretici accusare solent. Cap. 1.



ACCUSANT & hæretici nostri uotum castitatis, quod id plerumq; & in ætate puerili, & carnis tentationum inexperta emittatur, plerumq; demum coactè & uolenter à puellis in monasteria, à parentibus detractis, extorqueatur. Quæ omnia cum potius ad abusus quam ad uoti naturam pertineat non erat, cur magnopere nos commouerent, nisi & in reliquis humanis rebus, abusus eas penitus tollendas non item corrigendas esse conuincant, quod tamen sit aduersariis familiare, quoties ad uersus catholicos disputationem institunt, est tamen absurdissimum.

Damnamus quoque nos eos, qui absque ingenti ac profunda animi consideratione uotum castitatis aggrediuntur, & quatum in se erat, huic morbo per ueteres constitutiones, succurrit Ecclesia, dum uota castitatis solemnia, in quibus dispensandis & indulgendis, maior est difficultas, non nisi post annum probationis, in quo quisq; satis aperte suas uires explorare possit, admittit. Damnantur & hanc præcipitem & incircumspectam uouendi rationem, non modò in castitate ac uirginitate, quæ planè sunt cunctorum Christianorum operum difficillima, uerùm & in reliquis omnibus uitæ Christianæ rebus, quæ uoueri quoq; consueuerunt, ueteres Ecclesiastici patres, & cæ suis scriptis, uel amicis, uel Christianis omnibus, adeò in rebus, præsertim arduis, dissuaserunt, ut potius ab omni uotorum genere abstinere, quam temerariè uouere maluerint. Sic Cyrillus Alexandrinus Episcopus moneri inquit, nos arbitror, non oportere quicquam Deo uotis promitti, quasi nos, domini rerum esse mus, partim, quia quod posse à nobis fieri credimus, uires nostras nonnunquam excedit, partim quia non sine arrogantie crimine, hoc nos aut illud facturos dicimus. Illud enim, in omnibus quæ agere debemus, dicendum est, quod discipulus Christi nos docuit, *Si Dominus uoluerit*. Voluntas enim apparatusq; animi nobis ad bene agendum semper inesse debet, uiam autem, potestatemq; agendi, quæ non habemus, temerarium est, nobis attribuere. Sic & Deo rerum omnium gubernationem ut decet accommodabimus, ut tutius faciemus non uouentes, quam ea uouentes quæ reddere potestatis nostræ non est. Ita Cyrillus. Non auocat uir sanctus à uotorum rationabili cultu, absit, sed in rebus uouendis Christiani cordis confidentiam retundit, nosque non tam nostra, quam Diuina uirtute ful tos post multam animi expansionem, uouere deli

libr. 9. in
107. c. 2. 8.

derat, Considerandum est profectò, ne id uouere aggrediamur, quod cum ad Euangelicæ perfectionis apicem acquirendum, nihil aut parùm faciat, impedimento sit iis Christianæ uitæ actionibus, quas Christus impensè commendauit, in qua tamen re uitæ religiosæ cultores, aliquando ob nimium feruorem rationis metam excedere solent, dum ad res quasque minimas, & quas fortasse in uita monastica frequentissimè uiolare necesse est, uota se se constringunt. His ita Prosper Aquitanicus consulit. Sic abstinere uel ieiunare debemus, ut non nos ieiunandi uel abstinendi necessitati subdamus, nec iam non deuoti, sed inuiti, rem uoluntariam faciamus. Si enim quoslibet aduenientes, ieiunio intermisso, reficio, non soluo ieiunium, sed impleo charitatis officium. Heraclides etià Alexandrinus monachus, sub Theodosio seniori, in peroratione eius operis, quod de sui temporis monachis nomine paradisi ad Lausum scripsit, ita illum in hac parte monet. Insiſte uiriliter, non augens opes, quas tamen magis semper imminuis, sufficere diuidens eas omnibus, quos agere cognoscis, quæ proficiunt tibi, ad ministeria & fomenta uirtutum, ne uel te impetus quidam irrationabili anticipatione preueniat, ut dum hominibus placere festines, honesti propositi uoluntate, facramenti uinculis leges, quod perpestos uouimus plures, quæ uanæ gloriæ contentione in cibis uel potibus abstinentis, in seruitutem quodammodò edegerunt; iurisiurandi necessitate, liberam illam, quam in ipsis fecerat Deus uoluntatem. Quibus sacramentis propriis obligati, dum promissa implere non possunt, & deformiter amore uiuendi, ac uoluptate retinentur, ex necessitate, (cui subiacent) periurii crimen incurrunt. Si igitur sola ratione his rebus abstineas, sola iterum ratione eadem cum uelis sumas numquam profectò peccabis. Deus enim, qui ratio est, ea quæ mouentur in nobis archanis commendans auxiliis, illa quidem damnans quæ lædunt, amplectens uerò atq; suscipiens illa, quæ profunt. Nam iusto inquit, non est lex posita. Melius autem uinum cum ratione potatum, quam cum arrogantia & fastu aqua. Hæc Heraclides. Sunt igitur in uota, præsertim castitatis, multa prius expendenda, quæ si omittantur, uotum uitiosum & Deo ingratum possunt reddere, uires nostræ scilicet, res quæ uouentur &c. Sed in uotorum temeritate damnanda, ueteres Ecclesiastici auctores satis multas sunt.

ECCLE-

ECCLESIASTICIS CONSTITUTIONIBUS, iam olim cautum fuisse, ne uota puerilia castitatis, susciperentur.

Cap. 2.

PVERILEM & teneram deinde ætatem, satis Ecclesiasticis decretis cautam & prohibitam esse arbitror. Nullus enim uotum solenne præsertim, ualidum iudicatur, nisi post rationis & pubertatis aduentum, quæ ætas cum in uiris, tum in foeminis ad quamcunque uitæ rationem ineundam, ciuilibus quoque legibus apta censetur. Nisi ad grauissima coniugiorum onera in foeminis duodecimis, in maribus quartus dicimus quo tempore & ille uiri potentes, & hi apti liberis generandis esse, ut plurimum consueuerunt, satis esse iudicatur, cur non ad Christi iugum suauè & leue portandum? Deinde si eo tempore, quò uel mares uel foemine in potentissimæ ueneris libidine æstuarè solent, & quo ob rationis defectum & brutæ quæ nondum obsoleuit, portionis imperium grauissimas omnium, Diaboli tentationes patiuntur, se se non ineptos cum Dei auxilio, quod omnibus postulantis facile tribuitur, uel ad coelibatum, uel ad uirginitatis uotum esse sentiant, cur non & de reliquo uitæ tempore sperare poterunt, in quo & rationis uires incrementum accipiunt, & habitus castitatis ex carnis conflictibus acquisitus leuiorem pugnam est redditurus?

Sed nunc iam post Tridentini concilii de hac re constitutionem, quæ utriusque sexus uota ante sextum decimum ætatis annum non recipit, uana est aduersariorum quærela, quod tempus si neque ad edenda uota satis esse hæretici contendunt, neque item quadragenarium annum sufficere fortasse arbitrabantur, cum per eam ætatem satis unusquisq; & uires suas metiri, & quantum illi cum uita coelibe coueniat, abundè experiri possit. Sed quid hæretici teneram adolescentiam à uoto castitatis excludere moliantur cum constet ipsorum uoluntate, non modò eam ætatem sed pueritiam quoq; aptissimam fore? Enim uerò qui uel præscæ uel eius quæ nunc est monasticæ aut religiosæ uitæ ratione habent, satis facile possunt deprehendere, quatum eos, qui seculares uitæ delicias nunquam attigerunt, & eos qui eisdem prius immergi, postmodum ad religionem conuolarunt inter sit: durum est profectò carnis oblectamenta quæ semel animum eneruarunt relinquere, durum est uitiosum habitum ingenitum præsertim natura ipsa reclamante pro trudere. Contra facile quæ nondum fueris expertus contemnere. Vidi ego semper uiros aut foeminas religiosas tanto à carnis affectibus & mundi amore remotiores quanto minus aut eum hoc, aut cum illa, commercii uel nunc haberent, uel prius habuissent. Et certè carnis dilectiones expertos quæ non expertos gratiores retationes sustinere, non est dubitandum, cum id natura comparatum esse uideamus, ut qui semel Diaboli laqueis in hac parte in-

cidit, difficilius multò, quam qui adhuc in castitate perseverat, ad uirtutis officium reuocatur. Neque nunc necesse est, ex græca aut latina Ecclesiastica historia comprobare, teneræ ætatis pueros aut puellas, ab ipsis pene incunabulis in monastica disciplina enutritos, cum id, tum ex orientalium monachorum gestis, quæ Hieronymus, Athanasius, Cassianus, Palladius, Theodoretus, Heraclides &c. memoria prodiderunt; tum ex occidentaliu Benedicte præsertim regulis, in quibus pueros aut puellarum disciplinæ prouideretur, sit longe apud omnes, compertissimum, atque id de ætate uouentium.

COACTA VOTA CASTITATIS, ab Ecclesia non admitti.

Cap. 3.

NAM de coactione puellarum, quorundam quæ postremo loco ab aduersariis nobis obiiciebatur, quid sit illis respondendum, iam ipsi per se satis diuinari poterunt. Nos enim coacta uota, non censemus uota, cum de rōe uoti sit ut multoties, monuimus spontanea uoluntas, quæquam (quod tamen hæretici fortasse putant) uotum ad quod quisquam uel adhortationibus, uel consiliis, uel demum honestarum nuptiarum inopia inducitur, coactum non credamus: aliud est, profectò hōminem uolenter cogere aliud optantis rationibus quæ uel ab utilitate, uel à necessitate, uel à celestis præmii foelicitate, immò uerò quæ à maiori mali formidine (quæ uehementius quæ aliud spontaneum, impedire uidetur) ducantur, pellicere. Nam si quod ita sit, non est censendum spontaneum, profectò penè omnes humanæ actiones in quibus, cum humana tum uerò ciuilibus uita uersatur non erunt spontaneæ: cunctæ enim, immò fere omnes humanæ actiones & contractus, ab his rationibus oriuntur.

Faciunt semper in Ecclesia coactorum uotorum remedia, sed post synodum Tridentinam effectissima, ut qui uirginem aliquam ad monachalem uitam coegerint, excommunicatione & anathemate percellatur, ut quod dotibus absque ingentibus rationibus ab Episcopis expendendis non renuntietur, quod erat olim ditioribus parentibus, detru dendi in monasteria filias, maxima causa, uel dum se earum onere paucis nimis enumeratis liberare, uel dum aliorum filiorum aut filiarum nuptias ditare cupiebant, ut quod dos ipsa ante professionem monasterii non exhibetur, quod etiam anni probationis libertati (si quid aliud) maxime obstare uidebatur, dum iam soluta dote, ac fortasse consumpta, post liberum ingressum, liber regressus non patebat, dum demum ante professionis tempus, Episcopus aut eius vicarius, uirginis uoluntatem maxima cum libertate explorare precipitur.

LI 3 EXPLI-

EXPLICATVR CANON
quidam Trident. Synodi. Cap. 4.

IN qua parte non erit importunum, canonis cuiusdam, eius. Synodi, legitimum atque germanum sensum explicare, quod illum multo aliorum atque patres illum condiderunt, per Hispanias praesertim, summo fortasse cum religionis detrimento passim interpretari audiam. canon. 16. Sessio 26. sic decernit. *Libertati* professionis virginum Deo dicandarum, prospiciens sancta synodus, statuit atque decernit, ut si puella, quae habitum regularem suscipere uoluerit, minor duodecim annis sit, non ante eum suscipiat, nec postea ipsa uel alia professionem emittat, quam explorauerit Episcopus, uel eo absente, uel impedito, eius vicarius, aut aliquis, eorum sumptibus ab eis deputatus uirginis uoluntatem diligenter, an coacta an seducta sit an sciat quid agat, & si uoluntas eius pia ac libera cognita fuerit, si habueritque conditiones requisitas, iuxta monasterii illius ordinis regulam, nec non monasterium fuerit idoneum, libere ei profiteri liceat. Haec tenet canon. Ex quo nescio qua ratione, quidam non modo Episcopi, sed religionum exemptarum praefecti (ut audio) ante duodecim annuum, ad monasticam uitam & disciplinam, non esse recipiendas puellas, intulerunt, quo profectio nihil uel sacrarum uirginum religionis absurdius accidere, uel a sacrae synodi mente alienius excogitari potuisset. Enim uero non modo foemineam pueritiam, sed infantiam etiam aptissimam esse religionis studio, castitatis praesertim, & rationibus & ipso religionis usu, superiori capitulo demonstrauimus. Nam quantum in una quaque re ualeat educatio, & ab ineunte aetate sub monastica disciplina conquisitus castitatis habitus, neque aduersari quatumcunque castitatis hostes inficiari poterunt. Nisi quod id adeo experientia ipsa compertum est, ut neque secularibus ipsis sit ignotum. Omitto nunc puram illam uirginitatis curam quam nemo unquam pertentauit, quam nulla uirorum conuersatio aut conuiuius euacuauit, quam educatio & Dei timor teneris uisceribus ingenitus confirmat, quam denique deliciarum carnis perpetua desperatio leuiorem reddit. Quis dubitat teneram uirgunculam, imbibendam uniuersae Monasticae disciplinae aptiorem esse, quam adultam adolescentem, quae si carnis oblectamenta non sensit, mundi tamen fastum & amorem olfecit? Qui ergo puellas ante duodecim annuum, a religionis ingressu, & patribus qui religionis condiderunt, & veteribus Ecclesiae moribus, quae huiusmodi teneras uirgines perpetuo Christo sub uirginali & Monastica disciplina nutriuit, sunt plane contrarii.

Iam quod nihil tale eius synodi patribus in mentem uenerit, si plane uel Episcopi, uel alterius ordinis homines, qui eidem synodo interfuerunt, testari poterunt. Ego certe, qui Theologum catholici

regis Philippi in eadem synodo egi. & in ea 25. sessione, oes Episcoporum sententias & suffragia attentissimis auribus accepi, fideliter testari possum, nihil de harum paruorum uirginum receptione agitarum fuisse: quamquam fuerunt quidam, qui pueros usque ad annum quintuodecimuum a religione arceudos contenderent; quibus tamen non modo a multis Episcopis, sed a quorundam religionum summis praefectis quibus est in more eisdem recipere, reclamatum est. Sed longe aliam rationem uirguncularum & puerorum esse, qui nonprehendit, caecus est. Puellaris profectio educatio cum adultis foeminis, nihil habet periculi, quod illic caueri fortasse patres contendebant; contra puerorum, cum adultis uiris multum maximumque discrimen habet. Foeminae deinde ad teneram aetate leuandam & erudierdam aptissime; uiri profus ineptissimi. Sed id apertius tunc intelligetur, quando mentem patrum in eadem synodo explicauimus. Clamatum fuerat a multis, id quod etiam experientia ipsa testabatur (atque uinam post eandem synodum, nunquam non idem testetur) multas in monasteria uolenter detrudi, ex quo, & illis & religioni, ingens detrimentum afferri dicebatur. Hinc huic malo ut occurreretur, patres diuersas rationes inire coeperunt, & principio quidem, non sine magnis rationibus, quibusdam uisum est (id quod erat uerissimum) nullum praesentius excogitari posse remedium, quam si legitima, paternorum bonorum, quae uirginibus religionem ineuntibus haereditario iure obuenebant, portioni, monasteria non renuntiarent. Hac enim ratione futurum arbitrabatur, ut parentes metu, ne suae fortunae ad eadem monasteria deuoluerentur, a uisiliabus inferenda maxime auocarentur. Deinde cum id maximas diuitias monasteriis allaturum, & inde fortasse paupertatem Euangelicam ruituram, multi suspicarentur, alia remedia excogitari coepta sunt inter quae, id uisum est omnium efficacissimum, ut in adultis iam uirginibus, & quae tempus uirginitatis & discretionis anno: (ut uocant) attigerit, tam ante ingressum quam elapso iam anno probationis, ante professionem, libertas ab Episcopo, aut eius in hac parte vicario, exploretur, & examineatur. Id aiunt patres de solis uirginibus, quae duodecim annuum, qui matrimonio, etiam idoneus utroque iure Ecclesiastico & ciuili censetur, attigerunt, non item de reliquis tenerioris aetatis uirginibus, statuunt, nimirum, quoniam ante eam aetatem ob rationis defectum, uanum esset eam diligentiam exhiberi. Prouidit autem ex his puellis sancta synodus, dum nullam omnino uirginitatem ante professionem emittere permittit, quam eius uoluntas ab Episcopo examineatur. Atque id est quod patres, posteaquam eius quae duodecim annuum iam attigisset, ingressum examinandum, praescripisset, subdunt. *Nec postea ipsa uel alia professionem emittat, quam explorauerit Episcopus &c.* Ipsa aiunt uel alia, ac si dicerent. Ipsa quae duodecim

decim annos attigit, aut alia, quae nondum attigit, alioqui dicant, relatiuum, alia, ad quod genus uirginum sit referendum? nam uicennariae, tricennariae, quadragennariae immo & centennariae duodecim annuum attigisse censendae sunt. Relatiuum ergo alia, ad eas quae ante duodecim annuum, habitum religionis sub monastica disciplina induerunt, non ad aliam aliquam aetatem, referendum est.

Atque id cum sit apertissimum, pluribus rationibus comprobare, oisum est; praesertim cum ipse sermo conditionalis, eos qui contrarium sentiunt si grammaticae rationem habuissent, monere potuisset. Non aiunt patres, ut puella, quae habitum suscipere uoluerit maior duodecim annis sit, sed totum uicem orationi conditionem praepouunt. Statuit, aiunt, atque decernit, sancta synodus, ut si puella quae habitum religionis suscipere uoluerit, maior duodecim annis sit, non ante eum suscipiat, nec postea ipsa uel alia professionem emittat, quam explorauerit Episcopus, uel eo absente uel impedito eius vicarius, uirginis uoluntatem &c. Condicio nalis dictio profectio, ut dialectici docent, nihil ponit in esse, sed totam orationem conditionalem reddit; ponunturque in hac parte ad discrimen constitutum inter eas uirgines, quae adultam aetatem attigerunt & eas quae nondum attigerunt. Immo uero, ex hac loquendi forma, plane puellas duodecim annis minores, ad habitum religionis admitti colligi euidentissime potest. Nam si puella quae habitum religionis post duodecim annuum assumunt, synodus in hac parte prospicit, sunt igitur alia puella, quae ante eum annum habitum religionis assumunt, alioqui quorsum illud discrimen?

Postremo, quis non uideat totam eam periodum nihil habere diffinitum, usque ad ea uerba, *quam explorauerit Episcopus &c.* Ergo omnia praecedentia, ex istis uerbis metienda sunt, neque antea, aliquid perfectum sensum obtinet. Non igitur ea uerba, *non ante eum suscipiat*, quae illum sensum genere uidebantur, aliquem sensum perfectum obtinent, sed in sequentia trahitur, in ea scilicet *quam explorauerit Episcopus &c.* Imposuit autem his, qui contraria sententiam approbarunt, cum, rei inconsideratio, praesertim, cum speciosa quaedam ratioculatio, ad aetatem in religiosis, tum maribus, tum foeminis, ob religionis molem sustinendam (cum alioqui grauioribus oneribus melius multo a pueritia assuescamus) postulandam adhortari uiderentur, tum uero, praua typographorum punctuandi ratio, quae non modo conciliorum sed sacrarum quoque scri

pturarum germanam intelligentiam obtenebrare solet. Non enim ita ut in quibusdam, Hispanis praesertim exemplaribus circumfertur punctuandum est. Statuit atque decernit, ut, si puella, quae habitum regularem suscipere uoluerit, maior duodecim annis sit: *non ante* eum suscipiat: nec postea ipsa uel alia professionem emittat &c. haec enim stultitia prorsus punctuandi ratio est, grammaticae & concilio contraria, ut quis per se satis uidere poterit. Nam nunquam ea ratio construatur aut ordinari, nisi redicule poterit. Sed ita. *Statuit* atque decernit, ut si puella, quae habitum regularem accipere uoluerit, maior duodecim annis sit, non ante eum suscipiat, nec postea ipsa uel alia professionem emittat, quam explorauerit Episcopus &c. Ita ut *ante* non ad duodecim annos, sed ad explorationem uirginalis uoluntatis referatur.

Illud tamen hic fortasse quis querat, quam obrem puberibus, aut duodecim annorum uirginibus duplex exploratio praescribatur, cum generalis illa, quae ante professionem fit, ad uim aut spem tantam uoluntatem intelligendam, satis uideri potuisset? facilis est quaestio solutio. Enim uero cum iuxta poetae sententiam dimidium facti qui cepit habeat, ingressus monasterii & habitus monachialis assumptio, magna religionis pars existimari debet, in sexu praesertim foemineo, qui maximam habet uerecundiae rationem, ob quam duntaxat non semel sed frequentissime, non post assumptum habitum modo, sed ante etiam, cum fuerit per uiciniam aut urbem de futuro uirginitatis statu, aut assumendo monachatus habitu, proclamatum, in monasteriis etiam pauperibus & arctissimis, ad uitae finem permanere, multae magis eligunt, quam publico propudio, immo & parentum & cognatorum odio, qui id maximi appendere consueuerunt, proponi. Itaque sancta synodus, non tantum de professione puberum uirginum, & quae iam propriae uoluntatis rationem reddere possunt, legem sanxit, nam haec reliquis quoque impuberibus conuenit, sed de ingressu quoque ne in ea postmodum uerecundiae necessitatem adducerentur, quae ne mundo ludibrio haberentur inuitae in monasteriis marcescerent.

Vnde satis aperte colligitur, eos Episcopos, qui solum professionis libertatem explorant, sanctae synodi constitutionibus aduersari, quo tamen errore plerisque multos esse uideo ob falsam eius canonis intelligentiam, atque ista obiter de canone Tridentinae synodi dixisse, necessarium uisum est.

CONTRORSIA DECIMA IN QVA EA DISCVTIVNTVR, QVAE IN SACERDOTALEM CONTINENTIAM, PECULIARITER PROFERRI SOLENT.

EXPLICANTVR APOSTOLICI LOCI AD Tit. & Tim. de Eiscoporum electione. Cap. 1.



VCVS QVE eas aduersariorum obiectiones elusimus, quas hac nostra memoria, non in sacerdotalem tantum, sed in uiuersum Ecclesiasticum celibatam armarunt: multa dissimulantes, quae non ad solius castitatis sed ad omnium monasticorum votorum considerationem pertinere videbantur, quod illa a nostri seculi catholicis hominibus diligentissime pertractata videremus. Nunc iam ad eas ueniamus, quae Ecclesiastici ordinis legalem aut votariam continentiam oppugnant. Erimus autem in hoc loco breuissimi, quod eas, tam quae ex scripturis, quam quae ex Euangelicis rationibus oriri videbantur, oportunis locis prostrauerimus. Ergo in primis ex Apostolo Paulo, tum in Epistola ad Titum, tum in secunda ad Timotheum, Ecclesiasticum celibatam aggrediuntur. Oportet, inquit Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum &c. & rursus. Si quis sit sine crimine unius uxoris uir &c. quibus locis Ioannes Caluinus, inter reliquas Episcopi virtutes, matrimonium Apostolus numerare credit, atque Ecclesiam, dum Sacerdotibus ac reliquo sacro clero necessarium celibatam inducit, non minus Paulo aduersari, quam si ebrios, imprudentes, impudicos, inhospitalis, indoctos, vinolentos, percussores, immodestos &c. esse cogeret. Paulus inquit, inter Episcopi virtutes numerat coniugium; isti (loquitur de catholicis) intollerabile vitium in ordine Ecclesiastico esse docent, & si Deo placet; immunditiam & pollutionem carnis vocant in suis canonibus. Haec tenet haereticus. Similia Vermelius, Walfangus ac reliqui recentiores haeretici, qui in castitatem vehementius debachantur, scribunt. Sed nos haereticas nugae facile eludemus, si Pauli locum cum ex veteribus patribus; tam uero ex ipso Apostolico contextu, semel expliuerimus.

LATINORVM PATRVM interpretatio. Cap. 2.

LATINI, monogamum eo loco a Paulo postulari consentiunt, monogamum autem accipiunt, qui uni duntaxat uxori coniunctus fuerit, siue eanunc uiuat, siue iam obierit. Ita ut qui duo matrimonia sortitus aliquando fuerit, omnino reprobum Sacerdotio iudicari, conueniant. Sic Ambrosius, & Hieronymus in horum locorum commentariis, & post eos, Beda, Primasius Africanus, Rabanus, Anselmus Cantuariensis, Bruno, Petrus

Lombardus, & reliqui Pauli posteriores interpretes, & ante hos omnes Tertullianus lib. de monogamia. Refert & Chrysostomus, quosdam Graecos ita olim sensisse, ut ad Episcopatum is dumtaxat assumeretur, qui fuisse unius tantum uxoris uir. Tales fuisse memorant, Germanum Antistodoren, Simplicium Augustudanensem, & ut quidam uolunt, Hilarium Pictanensem, & apud Graecos Gregorium Nisen. Cum autem in hoc sensu a Paulo unius uxoris uirum ad Sacerdotium postulari doceret, ceteri si quis sint, reprobari non credunt, immo uero aptiores monogamiam reputari, quod ex eius Apostoli sensu, ita deducunt. Paulus, cum unius uxoris uirum ad Episcopatum eligi cupit, in ratione castitatis & continentiae fundatur, ergo celibem, & eum qui per totam uitam castitatem coluit, potius eligi cuperet. Sed habuit Paulus eorum temporum, quibus Ecclesia ex ethnicismo & iudaismo consurgebat rationem, nam cum eo seculo, uix inter maturos uiros, & qui Sacerdotali oneri cureque pastoralis idonei haberentur, nisi coniuges aut uidi inuenirentur, oportebat legem de Episcoporum electione constituendam, non tam celibes, quam eos, qui matrimonia coluissent respicere. Rationem autem, cur bigamos aut eos, qui duas nuptias celebrauerint, a Sacerdotio arceri credat, typicam Christi & Ecclesiae significationem esse docuit. Nam cum siue Episcopus, siue Presbyter, (Diaconorum enim & Subdiaconorum, qui ordines, Sacerdotio deseruiunt, eadem ratio esse debet) uel ad curam maritalem impendendam, quod Episcopis conuenit, uel ad hostias immolandas, quod Presbyteris Christi ueri sponsi uice Ecclesiae copulentur, oportet (ut typus rei ac ueritati respondeat) hos quoque quemadmodum & illum monogamos esse uenasque duntaxat nuptias expertos. Sic Augustinus libro de bono coniugali. Visum est, inquit, bigamum non peccasse, sed normam sacramenti amisisse, non ad uitae meritum, sed ad significationis signaculum. Unius uxoris significat ex omnibus gentibus unitatem, uni uiro Christo subditam. Eandem rationem reddit Innocentius tertius ad Episcopum Merensensem scribens. Fraternalitati tuae, inquit, duximus respondendum, quod cum duo sint in coniugio, uidelicet consensus animorum, & commissio corporum, quorum alterum significat charitatem quae consistit in spiritu inter Deum & Iustam animam, ad quod pertinet illud, quod dicit Apostolus. Qui adheret Deo unus spiritus est cum eo, reliquum uero designat conformitatem quae consistit in carne, inter Christum & Ecclesiam ad quod

in epistola ad Tit. et 28 q. 7. c. q. 1. c.

26. d. cap. acutus.

lib. de off. for. et 20. d. cap. 1. c. 1. c.

quod pertinet illud quod Euangelista statuit Verbum caro factum est & habitauit in nobis, profecto coniugium illud, quod non est commissio corporum consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum & Ecclesiam per incarnationis misterium est contractum. Et subinde. Cum ergo propter sacramenti defectum, inhibitu sit ne bigamus, aut maritus uideatur presumat ad sacros ordines promoueri, quoniam nec illa est unica unicus, nec iste unus unius, profecto ubi deficit inter eos commissio corporum, non deest huiusmodi signaculum sacramenti. Hucusque Pontifex.

An uero duo matrimonia, quorum prius ante baptismum, posterius post baptismum, initum fuerit, digamum constituat, ueteres theologi digladiantur. Hieronymus negatiuam partem magis probauit. Oportet Episcopum unius esse uxoris uirum. Verum hoc inquit. Post baptismum, ceterum, si ante baptismum habuit unam & post baptismum habuit alteram, non est reputandus bigamus cui prorsus innouato per baptismum, omnia uetera sunt dimissa.

Ambrosius, Augustinus & reliqui posteriores interpretes contrarium docent. Acutus inquit, Augustinus, intelligunt, qui nec cum qui catechumenus uel paganus habuerit unam, ante baptismum & post baptismum habuerit alteram, ordinandum censuerunt quia de sacramento agitur, non de peccato propter sanctitatem sacramenti. Sicut si feminae catechumina uiriata fuerit, non potest post baptismum inter Dei uirgines consecrari. Ita non absurde uisum est, bigamum non peccasse, sed normam sacramenti amisisse, non ad uitae meritum, sed ad ordinationis signaculum &c. Et Ambrosius. Una tantum copula nec repetita, nobis permittitur, & in ipso coniugio, lex non est iterare coniugium, nec secundae coniugis sortiri coniunctionem. Quod plerisque mirum uideretur, cum etiam ante baptismum iterata coniugia, electioni muneris & praerogatiuae ordinationis impedimenta generent. Et cum etiam de delicta ob esse, non soleant, si lauacri remissa fuerint sacramento, sed intelligere debemus, quod in baptismum culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In coniugio non culpa sed lex est.

Atque haec sententia, uulgo, cum a iuris Pontificii interpretibus, tum a Theologis passim recipitur quamquam non desunt inter utrosque, qui Hieronymum in hac parte imitari uelint. Sed ad Pauli locum reuertor.

CHRYSOSTOMI INTERPRETATIO. Cap. 3.

CHRYSOSTOMVS credit his locis, rei uxorie a Paulo modum statui. Quoniam enim per legem Moysi, multae uxores permittebantur

opportunitate uisum est In Euangelicis Sacerdotibus eam legem coercere. Erat autem Apostoli ratio, tum in continentia manifestum indicium, tum quod eum hominem erga Ecclesiam futurum in fidelitate meritoque iudicare possimus, quae erga priorem uxorem fidem non seruauit. Non hoc ait, Chrysostomus ueluti sentiens dicit, quasi non liceat abfque uxore Episcopum fieri sed eius rei modum constituens. Iudaeis quippe licitum erat, secundo matrimonio iungi, & duas itidem habere simul uxores Honorabiles enim nuptiae. Eidem interpretationi Theophilactus, ut solet applaudit. Hieronymus etiam. Ex Iudaeis, inquit, erat Apostolus, prima Christi Ecclesia de Israelis reliquiis congregabatur, Sciebat lege concessum, & exemplo patriarcharum ac Moysi familiaris populo, in multis uxoribus liberos spargere, cuius etiam licentiae Sacerdotibus patebat arbitrium. Praecipit ergo ne eandem licentiam Ecclesiae sibi uendicent Sacerdotes ne bina pariter & trina sortiantur coniugia, sed ut singulas uno tempore uxores habeant. Haec tenet eo loco Hieronymus. Quamquam in Epistolam ad Timotheum scribens, eadem interpretationem approbat, quae primo loco collocamus, in alios auctores reiecit. Quidam inquit de hoc loco ita sentiunt, Iudaicae consuetudinis erat uxores binas uel plures habere quod & in ueteri lege de Patriarchis legitur. Et nunc hoc praecipit fuisse uoluit, ne qui Episcopus eligendus est, uno tempore, duas pariter habeat. Differt autem haec interpretatio a priori illa, quod haec duas uxores uno eodemque tempore uiuentes, illa non tantum uiuentes sed defunctas, aut unam uiuam, mortuam alteram Episcopis aut sacerdotibus ab Apostolo prohiberi credat. Intulerunt ex hac interpretatione, quidam nostri temporis haeretici, laicis & non sacris hominibus, duas simul tres uel plures uxores per legem Euangelicam non interdici. Nam si Episcopis aut Sacerdotibus singulari providentia polygamia prohibetur, reliquis ergo uulgares Christiani, ab ea non arcentur. Sed quam futili ratione id sibi persuaferint, postea indicabimus.

TERTIA QUORUNDAM INTERPRETATIO, expenditur & eliditur. Cap. 4.

EST & illa quorundam recentiorum interpretatio, quae hic, Paulus, unius uxoris uiros, ad Sacerdotia promoueri postulet, id est sua duntaxat uxore contentos, & matrimonii limites non egredientes, non cum concubina, aut quauis alia scortantes. Quasi diceret. Viros ad Episcopatum eos idoneos iudico, qui suae uxoris tantum sint, non item aliarum foeminarum uiri. Cupit ergo Paulus ad Episcopatum deligi, non immundum scort-

scortatorem, non adulterum, non concubinarius. Ut enim libidinem in aliis arguere posset, cum docet esse continentem.

Differt hæc à præcedentibus duabus interpretationibus, quod iuxta eam Paulus, non Digamum ut alii volebant, sed vagam & promiscuam libidinem. Alioqui Paulo aiunt, vocis componendæ studio monogamiæ, vox nõ de fuisset, sed vnus vxoris virum dixit, quod turpe nimirum videretur, si Ecclesia Episcopum virum omnium mulierum præficeret. Atq; hanc interpretationem his, probare videtur auctor libri de septem gradibus Ecclesiæ, qui inter Hieronymi opera quarto tomo, ab Erasmo collocatur. Obseruat, inquit, Episcopus omnia. Si vnus mulieris vir est, id est sua tantum carne contentus, alieni corporis illecebras requirit.

Verum enim verò, hæc expositio, præter hoc, quod Ecclesiasticis sanctionibus, quæ à priori illo Apostolico tempore, ad hanc vsq; ætatem, diuersis synodis sunt editæ, quibus planè, qui duobus pluribusvè matrimonii sine simal, sine successiue sunt initiati, à sacris ordinibus, excluduntur, aduersatur, non modò sanctorum patrum interpretationibus, sed eidem Paulo videtur esse contraria. De Patribus, nulla est ambiguitas, ut ex prioribus expositionibus elucet, nam quod eam auctoritatem libri de septem gradibus Ecclesiæ siue ille fuerit Hieronymus, siue quisquã alius Hieronymo, ætate & eruditione non inferior, quod minime moror, quàm sit falsum, facile potest deprehendi. Suam certè carnem illic, non vt isti suspicantur, auctor ille suam vxorem accipit, sed suam propriam carnem, mystica interpretandi rationem quæ illo seculo familiaris erat, alienum autem corpus non alienam vxorem, sed quamcunque carnem extra proprium corpus, intelligit. Vnde potius omnimodam castimoniam quàm matrimonium in Episcopo postulat. Sed quod hi etiam Paulo ipsi, aduersentur, iam videamus. Primum eam phrasim in Apostolicis aut Euangelicis scriptis non reperimus, immo verò neque in Græcis aut Latinis auctoribus, quod si quidam: vel in his vel illis, ita loquantur exactas tamen has loquendi rationes, Paulini styli simplicitati velle tribuere, delirare est.

Deinde facile foret ex hoc interpretamento colligere, virum concubinarium, qui citra nuptias, vnus tantum sceminae consuetudinem coleret, à Paulo idoneum Sacerdotio iudicari, quod est absurdissimum. est enim non mulierosus aut pertentosa libidinis, sed vnus mulieris vir, quod isti tantum necessarium iudicant, nam cum illic Paulus nullam vocem collocet, quæ necessario nos ad matrimonii sensum cogat, quid obicit, cur non de huiusmodi pellicibus accipiatur?

Tertiò, cum Paulo inferius, viduas, vnus viri vxoris deligi iubet, an salaces & multorum

virorum sceminas dumtaxat reicit? quid stultius? Ergo si illic hic sensus Paulo aduersatur, & hic aduersabitur.

Sed quorsum aiunt, Paulus, linguæ, græcæ, peritissimus, vsus est periphrasi, cum si digamiã aut poligamiã vellet excludere, facilius dixisset, monogamum quam vnus vxoris virum? Respondeo alluisse Apostolum ad matrimonii distinctionem. Quanquam enim carnis vsus plurimum Sacerdotii dignitati aduersetur, vxoris tamen & liberorum cura Sacerdotali functioni omnium maxime opponitur, quod nimirum, qui vitam vxoriam agere debeat, non sui iuris: sed totus quantus est, vxoris esse debeat. Vir, inquit, non habet potestatem sui corporis, sed vxor, qui ergo vni vxori coniunctus est, vnus est vxoris; qui duabus, duarum; qui pluribus plurimum. Quoniam ergo expeditum cupiebat Episcopum, & qui non, tam suæ familiæ, quàm totius Ecclesiæ, cui præficeretur esset, neq; tum temporis omnino cælibes inueniri possent, saltem vnus vxoris virum postulat, id est, qui dumtaxat vnus vxoris necessitatibus inferuiat.

Neque verò hic, duas vxores, quod vel nunc hæretici, vel olim quidam veteres, cogitarunt, laicis hominibus licere, colligere quis cum ratione potest. Apostolus enim non tantum ad Christianorum connubia, quæ ex lege Evangelica contraxissent, sed ad ea, quæ ante fidei susceptionem, iniissent hic respicit. Docet ergo eos esse reprobos Sacerdotio, qui vel antea ex suæ gentis consuetudine, sed præter Christianos mores, plures coniuges accepissent: nam id quantumcunque ante fidei Christianæ aduentum gestum esset, indicium erat intemperantiæ, vel post acceptam fidem successiue pluribus obstricti fuissent matrimoniis, quod etiam suspectos eiusdem vitii reddere poterat. Qui enim vno matrimonio non contentus, defuncta priore vxore, ad secundum progrediebatur, signum erat, cum neque illa defuncta quantumcunque in Sacerdotio constitutum, quieturum, post acceptum Sacerdotium: quod tamen Diuinas constitutiones prohibere, libro secundo docuimus. Arcet ergo ab Evangelico Sacerdotio Paulus, digamos, non qui tunc temporis duas vxores simul possiderent, sed qui vel duas, pluresvè simul ante conuersionem habuissent, aut post fidem acceptam successiue, plura iniissent matrimonia. Enimverò Paulus iis locis, quibus de Christiano matrimonio loquitur, non vxores, sed vxorem iubet à viro non recedere. His, inquit, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego sed Dominus vxorem à viro non recedere, quæ verba non poligamiã sed monogamiã satis indicant.

Ais verba illa vnus vxoris virum, non modò de defuncta sed de viuentem quoq; vxore accipiuntur,

ergo cū contrarii generis Digamiã aut poligamiã Apostolus à Sacerdotio excludit, erant eo tempore inter laicos Christianos, nõ modo duarum pluriumvè vxorum defunctorum viri, sed viuentium, quoque.

Respondeo Evangelica aut Apostolica verba non tam ex rerum consequentia quàm ex Christianæ fidei regula fore interpretanda. Vnde cū Christiana religio, tum ex Christi institutione. *Erunt duo in carne vna*, tum ex Apostolicis scriptis, quibus vnus vxoris & vnus viri tantum fit mentio, tum demum ex Christianæ vitæ vsu, quo nãque deprehensum est, post acceptã fidem quæquã duabus pluribusvè vxoribus adhæsisse, vnã tantum vni viro præscribat: nullo pacto, hos locos, quibus digamos aut poligamos ab Evangelico Sacerdotio Apostolus auocat, de duabus pluribusvè post acceptã religionem permanentibus vxoribus, possumus accipere, cum contra, omnia hæc de successiue initis matrimoniis, aut de viuētibus quidem; sed quarũ vnã iã dimissa fuerit, intelligi suadeat.

Quod si hæreticis nostris, gratis tribueremus, eius Apostolici temporis laicis, duas pluresvè pro genti, consuetudine, ante baptismũ acceptas habere vxores licuisset, non perinde nunc proligamiã, vilo pacto vili Christiano homini licere, perinde concedere compellimur, in qua tamẽ parte mirum est, quàm profundè stertant, aduersarii dũ illorum, qui vel ex iudaismo vel gentilismo conuertebantur & aliorũ Christianorũ eandem fore habendã rationem sibi persuadent. Non erat offendiculũ ponendũ Euãgelio, quod haud dubiũ maximũ esse poterat, si vxores fortasse ingenti amoris vinculo, & vitæ cõsuetudine coniuncte, separandæ essent. Deinde nos nõ docemus digamiã aut proligamiã, duarum simulvè vxorum conuentionum omnino Euãgelio repugnare, sed digamiã aut poligamiã earũdem post fidem acceptarum. Aliud enim multò est, nõ licere homini Christiano, duo, pluravè simul viuētũ vxorũ inire matrimonia, aliud eis per Euãgelicam indulgentiam & ne scandalum poneretur Euãgelio, ante fidem & baptismum acceptas, retinere, quod ut non asserimus factum fuisse, ita negare nõ possumus potuisse eo seculo fieri.

Q V A R T A E O R V N D E M locorum explicatio exigitur. Cap. 5.

S V N T deinde inter eos, quã dũtaxat uxore siue uiuam siue defunctam, Apostolum, Episcopis, ac reliquo sacro clero præscribere crediderunt, qui eiusdem vxoris usum, eiusdem interdici ab eodem Apostolo post susceptos sacros ordines non dubitent; Cuius sententiæ auctores, lib. 2. & 3. huius operis produximus, inter alios Siriciũ, & Innocentiũ primũ, Pontifices maximi. vnus, inquit, Innocentiũ vxoris virum, Non permanentem. s. in concupiscentia generandi, sed pro-

pter futuram continentiam hoc dixit. Quæ sententia, quod Græcos mores, immo totius orientalis Ecclesiæ consuetudinem, sine causa, & contra aliorum non modò sanctorum patrum auctoritatem, sed conciliorum & Romanorum Pontificum clemen. Tertii, Stephani secundi, Gregorii primi &c. decreta, communẽque oĩum Theologorum sententiam, damnare uideatur, approbare non possumus, de qua tamen re, & quo pacto horum Pontificum expositio sit accipienda, superius multa disputauimus.

Auctoris interpretatio.

Q V A R E ea nobis interpretatio potissimè probatur, quæ Apostolum ita Monogamiã, siue uiuentis siue mortuæ uxoris, in sacris hominibus postulare docet, ut tamen si ea uiuat, eius coniugalem usum (dum ante sacros ordines suscepta fuerit) nullo pacto interdicit, qua licetia cū orientalis Ecclesiæ omnes semper usæ fuerint, Ecclesia tamen latina uti noluit, sed aut uirgines aut omnino continentes, siue cõiuges siue cælibes ad sacros ordines dũtaxat admitti, latis legibus constituit. Petit ergo Paulus ordinari monogamos, siue uiuãt uxores, eo mō, quo superius diximus, siue iam defunctæ fuerint, cum, mystica quã auctores latini magis secuti sunt sacramenti significatione, tum uerò moraliratione ductus, eos. n. qui reliquos ad castitatem probosq; mores erant exortaturi, omni libidinis suspitione carere debebat, iuxta illud Ambrosii. Quomodo exhortari potest esse uiduitatis, qui ipse coniugia frequenter uerit? Sed cum paucissimi, tunc ex his, qui ad Christianã uitã conuertebantur, qui & ætate maturi, & rerum cognitione perfecti essent, quales homines cura pastoralis postulat, præter coniuges, reperirentur, eos ad sacra mysteria admittendos pro temporum ratione cõstituit. Cũ uerò nunc pro diuersorum gentium consuetudine, ut Romani & Græci magna ex parte, nunc pro uoluntatis arbitrio & castitatis amore, etiam inter poligamas gentes, quales erãt Asiaticæ, quidam unum, quidam plura colerent matrimonia, ex his eos, ad pastorem curam Sacerdotalesq; dignitates, eoaptandos esse decernit, qui quacunque ratione vni tantum vxori alligati essent: in his enim, & minor carnis concupiscentia, & minor familiaris cura, cū Euangelicæ prædicationis officium tũ reliquam uitæ Christianæ administrationem impedire poterant.

Paulus itaque, ut rectè Siricius & Innocentiũ, aliq; multi, & Græci & Latini auctores interpretantur, ratum abest ut inter reliquas Episcopi uirtutes, quas ad Euãgelicũ ministerium necessarias putat, coniugium numeret, ut potius omnimodã castitatem, qualem nunc habet Ecclesia latina, tunc temporis cælibes idonei reperirentur, postulet, sed temporum rationem habendam esse prudenter

lib. 1. de off. c. 50.

Caluino respondetur.

prudenter putauit, atq; adeo cœlibum defectu & penuria, coniuges, monogamos, qui omnium castissimi videbantur, siue viduos siue non viduos, siue ab vxoribus se se cœtinētes siue nō cœtinētes (nullam enim matrimonio inferendam vim existimauit) interim dū cœlibes inuenirentur admittit. Ita hunc locū Theodoretus Gytiensis interpretatur, incipiebat Dei predicatio, virginitatem ethnici: nō exercebant, Iudæi vix admittebant, liberorū p̄creationē benedictionē rati. cum itaq; nō facillē inuenirentur cœlibes, ex cōiugatis eos dicit, qui castitatē honorassent, ordinādos. Olim Græci & Hebræi duabus pluribusvè simul vxoribus assueuerāt. Nūc quoq; cū leges imperatoris polygamiā prohibeāt, rem habent cū concubinis & meretricibus. Cū Apostolus ait, dignum esse Episcopari, qui cū vna vxore pudicē cohabitaret, neq; enim secundum matrimonium in aliis hominibus hic reicit, quibus adeo sæpe alibi remitti vt qui priori quidem expulsa alteri fuerit cōiunctus, dignus esset reprehendi, & accusationi iure, obnoxius. Si mortis vis priorē disunxerit, vrgens autem natura secundæ coniunxerit, ex casu processit, magis quā ex volūtate secundū matrimonium. Subditque. Qui sic intellexerūt, interpretationē, admitto, quod aut postremis verbis, inquit, hoc loco Paulum secundum matrimonium, in laicis hominibus non damnare, non ad nostrorum hæreticorum commentum, quo plures eis vxores illis licere volunt, est referendum, sed ad Montani hæresim, qui secundas nuptias condemnabat, quam hæresim in sanctis patribus, tum latinis, tum Græcis damnatam frequentissimè legimus. Eandem interpretationem sequutus est œcumenius, quāquam non ita aperte & explicitè; si fiat è mundanis, i. secularibus, non sit, saltem digamus.

CVR LEX CONTINENTIAE
apostolicis temporibus, non fuerunt
imposita. Cap. 6.

HINC iam alterius Cauilli dilutio satis elucet. Nam cur aiunt, si Apostolicis temporibus nulli sacrorum hominum fuit imposita lex continentis, nunc nostris imponi debeat, nisi forte eius temporis Ecclesiam hac nostra infirmiore putemus, aut Apostolum in Euangelico Sacerdotio promouendo, nostris Pontificibus socordiorē credamus. Indulget Paulus cōiugibus retento carnis vsu matrimonia, cur non hodie quoq; indulgeantur? aut cur huiusmodi Ecclesiasticae leges, quæ coniuges à sacris ordinibus arcent, Paulo contrariæ: non censentur?

Sed hic nodus, facile ex his, quæ diximus, dissoluitur. Respondemus, tunc temporis, nulli sacrorum hominum fuisse impositam continentiam, multis magnisq; rationibus, quarum nulla hodie Ecclesiam vrget. Prima erat, quod paucissimi homines reperirentur, ex his, qui ad Christianam vitam

religionem conuertebantur, qui in cœlibatu, eam iustitiæ, prudentiæ sapiētis &c. partem retinērent, quæ pascendis Euāgelicis gregibus, vel doctrina, vel sacramētis est necessaria. Vnde cum esset prorsus necessarium Pastores & Sacerdotes diligere, ex medio coniugio maiori ex parte coartabantur. Secunda causa erat, quod cum vel ab Apostolis, vel ab aliis Ecclesiasticum principatū obtinentibus, sæpe numero huiusmodi Sacerdotia munera necessariō imponerentur, nulla videbatur irroganda iniuria matrimonio: neque ab usu licito carnis seiungendi, de quorum fortasse continentia dubitabatur. Nam quātūcūq; de viro casto proposito certi forent, de vxoris tamen castitate futura, ambigi poterat. Tertia. Ne quis putaret Euangelicum Sacerdotium Christianis cōiugibus non posse imponi, quod Græci & orientales Ecclesiæ posteris temporibus vsurparunt. Casto enim matrimonio posse Sacerdotium superstrui, si Ecclesiasticas constitutiones aut vota secludas, lib. 2. satis ostendimus. Quarta, q̄ Ecclesiæ, Apostolico tempore, non tanta esset in uiris Ecclesiasticis bonum temporalium abundantia, quoniam necdum habebat Ecclesia prædia possessiones &c. quæ nunc possidet. Nā quæ passim à fidelibus uel Apostolis uel Episcopis offerebantur ad pauperum alimoniam, in Ecclesiasticas diuitias postmodum sunt conuersa. Vidētes, inquit, Urbanus Pōtifex, Sacerdotes summi, atque Leuitæ & cæteri fideles, plus utilitatis posse afferri, si hæreditates & agros, quos antea uēdebant, Ecclesiis, quibus præsidebant Episcopi traderent, eod quod ex sumptibus eorum tam præsentibus quā futuris temporibus, plura & elegantiora possent ministrari fidelibus, cōmunem vitam ducentibus quā ex precio eorum. Ceperūt prædia & agros quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorū uiuere. Ipsæ uero res indicatione singularū parochiarum Episc. (qui locum tenent Apostolorum) erant & sunt vsq; adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. Ex quibus Episcopi, vt fideles dispensatores eorum, omnibus communi uita degere uolentibus, ministrare cūcta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inueniatur. Memoratis ergo augmentationibus in tantum Ecclesiæ in quibus Episcopi præsidēt, Domino adminiculante, creuerunt, & in tantis maxima pars earum abundat rebus, vt nullus sit in eis communē vitam gerens, indigens, sed omnia necessaria ab Episcopo suisq; ministris percipiat. Hactenus Urbanus. Vt iterum Episcopi admoucantur, unde quorsum tam ingentes diuitiæ, & eorum sententiam, qui thesauros illos fere regios, paruissimi laboris nec in præsentem uita remunerandi, in Ecclesiæ certissimum exitium stipendium esse scribunt ad Diaboli tentationē pertinere sibi persuadēat. Sed in hanc pernitiosam opinionem tum hoc libro non semel, tum alibi, uehemētius stomachati su-

ti sumus. Nunc ad rē regredior. Cū itaq; circa Ecclesiæ primordia exigua esset diuitiarū Ecclesiæ. suppellex, nec tanta esset Episc. & cleri auidia, sed oēs cuiuscūq; ordinis Christiani Euang. paupertati studerent, non ita metuendum tunc erat de bonorum Ecclesiæ, furtiua surreptione, in vxoris & liberorū vsu infumendorum, quæ ad modum nunc iure meritoq; idē timeremus. Accedebat, qđ tunc Episc. non adeo liberè eorūdem bonorū administrationē habebāt, cū in cōi cū ceteris clericis, q̄ nihil pprii possidebant, conuiuēret.

Quinta nec prioribus minor cā fuit, q̄ circa illa veteris Ecclesiæ primordia, sincerior esset viro- rum eorū, q̄ rei Ecclesiæ. addicebantur, in ipso medio cōiugio castitas, & in officio cōiugali maior multo tēperantia, qua suis vxoribus norant, nō iuxta carnis concupiscentiā, sed iuxta sanctas & ab Apostolis p̄fixas leges matrimonii, ut atq; adeo nō videbatur necessariū, illam coniugalem castitatem seuerioribus legibus coercere. Postea uero refrigerēte charitate, libido increuit, & afri- gnatiores uiri in vxores esse ceperūt. Quo circa vt Diu. mysteris debita seruaretur sanctimonia, sanctiss. patribus nostris opportunum, imo uero necessarium visum est, materiā libidinis sacris hominibus succidere. Postrema rō fuit q̄ non vno eodēq; tempore oīa, quæ vel ad Ecclesiæ cōmoditatem vel decorē pertinere uidebant, erant instituenda, qđ in reliquis oībus rebus p̄. aduertere licet. non. n. cuncta initio, sed cōmodis tēporibus institui solent. Erat Ecclesia, eo Apost. seculo parua neq; in iustam & adultam pulchritudinē excreuerat. nōdum dimiserat crepudia, nōdum more adularum scēmin. se cōpserat; quid ergo miremur illi, multa tunc tēporis defuisse, q̄ postea ipsa edē, tanquā sponfa gratissima, Spiritu sancto suggerente, repererit? Sed de causis q̄ Ecclesiam iuniorē ad inducendū clero cœlibatū pmouerint, li. 3. satis amplè differuisse me memini. Quin qđ hæretici cōtendunt, Apost. tēporibus nullā fuisse de cleric. cœlibatu cōstōnem, q̄ sit falsum, satis ex Epist. Clem. Ro. lib. eodem 3. demonstrauimus.

LEGES ET ECCLESIASTICAS
constitutiones salubriter aliquando
permutari. Cap. 7.

AD hanc concertationem, & illa aduersariorum obiectio pertinet. Quæ rectè sunt aiunt, vno tempore in repub. sancita, non sunt per contrarias leges permutanda, quod huiusmodi legum veterum p̄ nouis permutatio grauisima soleat afferre incōmoda, ergo cū Apost. seculo, lata fuerit lex, q̄ iuberet, Episc. Diacon. &c. vnus vxoris esse viros &c. per nullam Ecclesiasticam sanctionem contrariam, abrogari potuit.

Rūdemus primò falsum esse, quod aiunt, fuisse Apost. tēpore legem aliquā aut his Paulinis locis de quibus cōtēdimus, aut alibi Christiano populo tributam, q̄ non alios q̄ coniuges ad Sacerdotia

vocari iuberet, q̄ tñ Caluinus & sui cōplices maxime cōtendūt, dum uerba illa, *vnus vxoris uirū*, inter conditiones Episc. necessarias ab Apost. numerari uolunt. Important ea uerba, necessariā, p̄ tēpore, de minori bono, indulgentiam & permissionem, nō itē p̄ceptum, aut necessariam legē. In quā rem p̄ter ea, q̄ superius ex aliis veteribus auctoribus adduximus, sic scribit Ambr. *Oportet Episc. &c.* Talem hominem, qui hæc custodiat, q̄ Paul. enumerat bona, creari dicit debere Episc. Hæc. n. signa sunt dignitatis Episcopalis. Si aut quis potiora sectatus fuerit, ne se copulet matrimonio, tanto magis dignus fiet: iō. n. inferiorē posuit, vt de potiore nemo dubitaret. Et rursus. Potior inq̄, est continentia Deo consecrata, q̄ monogamia in rōne meriti. Hieron. quoq; de Diaconis, in ea uerba, *Diaconi sint vnus vxoris uiri*. Non ut si non habuerint, ducāt, sed ne duas habuerint. si. n. digno rem faceret vxor, cur nō magis bigami aut trigami ordinarent? Hęc Hiero. Sed uerū Apost. sensum satis superius excusimus. Quod si eo tēpore non legem p̄ceptiuam, sed permissiuā, à Paul. latā intelligant, nihil moramur, dum eā legem p̄pter ea permissiuā appellari nobis tribuant, quod fuerit de minori bono, quod felicioribus Ecclesiis in maius bonum p̄mutare licuerit, quæ admodum & multas alias eorum tēporum vel cōsuetudines, vel constitutiones, quarum exēpla passim in Apostolicis canonibus reperire licet. Sic multa, immo uero omnia veteris illius Mosaicę legis, quæ Apostolo, auctore nihil ad perfectum adducere potuit, instituta per legis Euangelicę aduentum, sunt abolita. Sic efus sanguinis & suffocati, qui ob primorum illorum Ecclesiasticorum temporum infirmitatem, fuit prohibitus ab Apostolis & Spiritu Sancto, nunc passim Christianis omnibus licet. Sic eorum qui conuertebantur, rerum omnium renūtiatio, & ad pedes Apostolorum adductio, Ecclesia iam magis increfcēte, prorsus euauit. Neq; in alia re crudelius insanire mihi nostri tēporis hæretici uidentur, q̄ dum Ecclesiæ illius veteris rudimenta, in eius yltimā p̄cēnē aetatem reuocare uolunt, non minori p̄fectō eruditorum risu, q̄ si quis adultam iā, immo uero prouectioris ætatis scēminam infantilibus crepudiis circūdaret. Vnde non est mirandum, si hæreticorū Ecclesia ridicula semper uideatur. Enim uero, non tā leges q̄ legum tēpora, quæ græci *νομοι* appellant, sunt in prudenti reip. administratione attendenda, propter q̄ non modò permissi mores qualis hic quo vxorati quoque ad sacros ordines assumebantur, erat, in meliores mutari, sed prudentissimæ etiam leges, in alias temporum ac rebus accommodatiores, conuerti consueuerunt. Optima erat profectō suo tempore circuncisio, optima erat tota lex Mosaica, sed Euāgelici temporis perfectione, prorsus inepta, atq; adeo optimo iure de medio per Christū sublata est. Hinc Innocen. Pontifex. Non debet inquit, reprehē-

fibile iudicari, si secundum varietatem tēporum statuta quoq; variantur humana, præsertim cum vrgens necessitas aut evidens utilitas id exposcit. qm̄ ipse Deus ex his, quæ in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutauit, in nouo. Et Assuerus apud Hesteris. historiam, cum ab iniqua in Dei populum ira animum reuocasset, Nec putare, inquit, debetis si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate & necessitate temporum, vt reip. possit utilitas, ferre sententiam. Sancta itaq; Ecclesia ob diuersas causas mutataq; rerum conditionem nonnulla prius probe constituta aut abolet, aut prouidē permutat in aliud, quod magis aut ad sanctitatem aut ad morum honestatem pertineat.

VETERVM MOSAICI TEM-
poris Sacerdotum longē aliam quā nostra-
rum esse rationem. Cap. 8.

MOSAICOS tertio Sacerdotes & Leuitas obiciunt, quibus semper licuit vnicā for-
tiri vxorem, quod etiam Euangelico tem-
pore perdurasse ex Zacharia Io. Bapt. parente demon-
strare fatagunt. Atque ad hanc veteris legis
consuetudinem seu potius Diuinum mandatum,
Pau. iis locis, de qbus cōtendimus alluisse volūt.
Verū Mosaicis Sacerdotes & Leuitas, ad vni-
cum solūq; ac virginale tantūmodō coniugium
propagandi generis necessitate coactos, satis ex
lib. 1. constat. Eligebantur tunc tēporis altaris mi-

De cōsang.
& affin. ca.
non debet.

Luc. 1.

1. Tim. 3.
Tit. 1.

Leuit. 21.

nistri Diuina cōstitutione ex sola Leuitica tribu, vnde cum tribus permiscere non liceret, necessarium erat, ne tota tribus interiret, eisdem liberis operam dare. Contrā, in Euangelico tēpore, non requiritur carnis propagatio, neq; Christi Sacerdotium ad vnum dūtaxat genus hominū coercetur, sed satis est spiritalis institutio, per quam idem Sacerdotium multiplicetur. Zachariam autē non ad Euangelium sed ad legem pertinere, perspicuē Christus indicat. Lex, inquit, & prophetæ vsq; ad Ioan. Zachariæ certē conceptio, Ioan. ipsum præcessit. Erat Zach. de vice Abia, cui inter 24 Sacerdotum vices octaua obtigit, vt ex libro Paralipom. demonstrat Ambr. Itaq; vetera iam transferunt, vt ait Apost. & ecce noua facta sunt omnia; cum noua lege, noui etiam inducti sunt mores. Sapienter itaq; August. cauendum est, inquit, ne forte quod in scripturis veteribus pro illorum temporum conditione (etiam si non figuratē sed propriē intelligantur) non est flagitium neq; facinus, ad ista etiam tempora, quis putet in vsum vitæ posse transferri. Quod subinde de vxorum pluralitate veteribus patribus ad populi Dei propagationem indulta, probat. Quod autē veteris legis Sacerdotes & Leuitæ, necessitate duntaxat successoris accipiendi, coniugio vacarent, id haud obscurē demonstrat, quod ea defuncta, ad nullam aliam progredi permittentur. Erat ergo illud matrimonium potius castitatis adhortatio quā carnis licentia, sed de his superius satis.

Vide Him.
contra, in
lib. 1. c. 11.

de adul. com.
lib. 2. ca.
p. 10.

Leuit. 1.

CONTROVERSIAM VNDECIMAM IN QVA MINVTIORES QVAEDAM ADVERSARIORVM OBJECTIONES PROCVLCANTVR.

SACERDOTES EVANGELICOS NON ABSOLVTA
necessitate, sed conditionali ad cœlibatum cogi. Cap. I.

Cocertatio.



TOYB hætenus quidem de Apostoli locis, quibus vnam vxorem Sacerdotibus aut ministris præscribere, nostris hæreticis videbatur. Nunc obiectiūculas alias (quibus tamen superius satisfacimus) diluere postremo loco oportet, quod illis quantumuis futilibus ac leuibus, molestissimè aduersarii tertio quoq; verbo nobis insultent.

Prima est qd castitas aut cœlibatus in Euangelica doctrina, non sit res pcepti, sed consilii, iuxta illud, *Qui potest capere capiat*. Non ergo coerceri debent Sacerdotes aut reliqui sacri hominis, ad eius obseruantiam.

Respondemus, duplicem esse nō solū in rebus metaphysicis, physicis, aut logicis, sed etiā in moralibus immo & theolog. quibus humana, ciuilibus, Christianaq; vita continetur, necessitatem, absolutam vnam, conditionalem alteram. absoluta iō

dicitur necessitas, quod à nullo pendeat, cōditionalis ex aliqua suppōne deriuatur. Absolutam necessitatem in Sacerdotali sacroq; cœlibatu, quæadmodum neq; in monachali, Catholici non agnoscimus, nullus. n. nunc ad sacrum ministerium cui annexus est cœlibatus, inuitus adigitur. Cōditionalem contra necessitatem agnoscimus, quā si quis spontaneus, Sacerdotiū aut sacros ordines subeat, ad castitatem p leges Ecclesiast. perinde cogitur. Verū qd hm̄i necessitas conditionalis Euang. libertati qua quisq; in manu consilii sui ponitur, vt nubat, aut non nubat, nō aduersetur, si se non planissimè videre hæretici nostri ingenuè fateantur, planissimè profectō mentiuntur. Miles enim uerò fieri, nullus nunc cogitur, quod si nomen semel dederit, eundem ad militarem disciplinam sub capitis periculo teneri quis dubitet? Et ne in proferendis exemplis quæ per se sunt apertissima, simus tēdiosi, id quoque perspicuē natura matri-

35. q. 1. c. 11.
1. q. 1.

Dilut. 1.

cap. 16.

matrimonii ostendit: ad matrimonium nullus cogitur, quæadmodum neq; ad cœlibatum, at si quis semel vxorem acceperit, molestissimis oneribus matrimonii, necessariō supponitur. Falsō itaque Romanos Pont. & Ecclesiasticos canones hæretici calūniantur, quod homines ad vitam cœlibē inuitos pertrahant, cum non homines sed Sacerdotes & reliquum sacrum clerū castē viuere post sacros ordines spontē susceptos, cōpellant. Sed quid isti de Augustini seculo dicent, quo non modō ad cœlibatum, hi qui voluntariē & ex animi sententia ordinati fuerant, cogebantur: sed hi etiam, qui ad ipsos sacros ordines renitentes & inuicti pertracti fuerant? Istos, inquit, qui virilē excellentiam non putant, nisi peccandi licētiā, quando terremus, ne adulterinis coniugiis hærendo pereant, in æternum, solemus eis proponere etiam continentiam clericorum, qui plerunq; ad eam sarcinam subeundam rapiuntur inuiti, eāque susceptam vsq; ad debitum finem Domino adiuuante perducunt. Mitius ergo multō cum nostris quā cum ueteribus Sacerdotibus & sacris ministris agitur: nam cum nostri non nisi post susceptos sacros ordines ab vxoribus abstinere cōpellantur, illi etiam plerunq; ad eosdem sacros ordines inuiti pertrahantur.

LOCVS AVGVSTINI APVD GRATIANVM, quo pacto sit accipiendus. Cap. 2.

SED opponunt statim eiusdē Augustini locū, qui apud Gratianum dicit, Sacerdotum continentiam rem esse non præcepti sed consilii, sicut Apostolus inquit, quædā cōsulendo addidit, quæ Euangelicis præceptis nō inueniebantur difinita, nec tamen tanquā temeraria ab aliis Apostolis sunt repudiata, sic & Ecclesia, post Apostolica instituta, quædā consilia perfectionis addidit, utpotē de continentia ministrorum, de cōfectione ministeriorum, de celebratione officiorū, quæ nullatenus respuenda sunt, sed diligenti ueneratione suscipiēda. Hucusq; Augustinus. De cuius loci auctoritate, quamquā nos superius lib. 3. qd satis uidebatur dixerimus, hic tamē, ubi ab aduersariis obicitur non nihil est adiciendum. Et primum hunc locum non esse Augustini, multi ante nos uiri diligentissimi aduerterūt. Cum. n. Augustino libro 15. de ciuitate Dei à Gratiano tribuatur, nullibi tñ eius libri reperitur. Nā cum initiū eius capitis cum multis subsequētib; ibidem cōtinuō contextu habeatur, eius tñ capitis postrema uerba, quæ cœlibatum in Ecclesia rem esse consilii diffiniunt, nequaquā inuenitur. Vnde cōiecta licet, eam partem ab ipso Pontificalium decretorum collectore, ex suo cerebro adiectā. Quod si quis id de Gratiano non suspicetur, poterit in priorem aliquem eorundem decr. aggregatorem reuocare. Non. n. primus oīum Gratianus Ecclesiasticos cano. in vnū aggressus, sed ante eum Bur-

chard. Iuo, Theodorus Cantuarien. ac multi alii. Sed neq; vniuersa capita quæ Gratian. in sua illa decretorum farragine, memorię prodidit, cum libris originalibus contulit, alioqui non tā turpiter plerūq; errasset, nec tā deprauate eadē excerpisset, sed vt à prioribus canonum cōpilatoribus accepit, ita nobis pponit. Deinde, si uerba cano- nis expēdamus, nihil in eo continentur, quod cœlibatum de cōsilio esse & non de pcepto persua- deat. Non. n. dicit consilia ab Ecclesia addita, cōsilia esse Ecclesię, sed potius Diuina, Ecclesia ait post *Apost. instituta quædā consilia perfectionis addidit*. Consilia perfectionis ego non alta intelligo, q̄ Euang. consilia, quæ ultra Euang. præcepta, quibus Christiana cōis vita continetur, absolutam & perfectam sanctitatem conciliant, qualia illa, Si vis perfectus esse, uade & uide om. &c. Qui pot. ca- pere capiat. Si quis te in vna maxilla percussit, &c. Hęc ergo ultra Apost. instituta. i. ea, quæ Apostoli tanquā necessaria seruanda tradiderunt ab Eccl. addita esse, eius capitis author cōmemorat, sed nō perinde sequitur, addita fuisse, tanquā consilia Eccl. sed tanq̄ præcepta. Potest. n. Ecclesia, Christi consilia, cuidam vitę generi tanq̄ præcepta addere. Nā tametsi ea ante instituti susceptionem ex Euang. libertate, omnibus sint consilia, ex suppositione tñ, sponte suscepto eo vitę genere, cui anne- ctuntur, possunt esse præcepta. Addidit ergo Ecclesia quædam Christi consilia, Apost. institutis, q̄ ex ui Christianę vitę seruare tenemur. Sed quæ iā Ecclesiast. imperii uirtute non sint amplius cōsilia sed vera mandata. Atq; id, ipsa eius capitis uerba demonstrare uidentur. *Quæ nullatenus, inquit, respuenda sunt, sed diligenti ueneratione suscipiēda*. Consilium profectō respuere. i. nolle sequi, mihi liberè licet, licet etiam idem non suscipere.

Est & quorūdam tertia dilutio, quod quemad- modum lex Euang. non vno eodemq; tempore, omnibus orbis puinciis innotuit, sed prius apud Hebr. deinde apud finitimas nationes, postmodū apud exterarum gentes successione quadam. perindeq; non oēs mortales simul cepit obligare, sed quosdam statim post effusionem Spiritus sancti, ipso die Pētecostes, quosdam alio tempore; facta uerò sufficienti fidei promulgatione, ipsa Christianæ relig. professio obligare cepit, vt uenior habet sententia, ita lex Eccl. de Sacerdotali & Sacro cœlibatu, non oēs Sacerdotes & ministros Eccl. simul ad castitatē coarctat, sed debuit illa prius promulgari apud vniuersas Ecclesias, deinde promulgata consensu cōi earundem Ecclesiarum, & moribus utentium cōprobari, vt vim legis obtineret. Quæ omnia non vno eodēq; tempore, sed successione quadam & mora diuturna fieri poterunt apud diuersas totius orbis Ecclesias. Itaq; nondum lege de cœlibatu recepta, neq; publico consensu comprobata apud aliquam Ecclesiam, apud eandem consilii erat: non item præcepti Sacros homines ab vsu coniugii abstinere, contra

Dilut. 2.

Matth. 19.
Matth. 5.

Dilut. 3.
Iodan. Clit.
lib. 2. de cō-
secr. Sacerd.
c. 24.

apud eam Ecclesiam, apud quā iam eadem lex & recepta & moribus vrentium cōprobata iam esset, nulla reliqua erat vacandi matrimonio libertas. Id verò haud absurdè, ex Epistolis decretalibus Siricii & Innocentii Pontificum demonstrare moliantur, ita enim in Sacerdotibus vsum matrimonii reprehendunt, vt tamen nondum tunc temporis legem de Ecclesiastico cœlibatu tanquam præceptum, inualuisse significare videatur. Augustinus autem, cuius is canon esse perhibetur, ad Innocen. I. Pontificem Rom. scripsit Epist. Vnde non est mirum si eo tempore lex de Ecclesiastico cœlibatu tantum esset consilii. Verum quo tempore Sacerdotibus & Ecclesiasticis ministris imponi cœperit, superius lib. 3. abundè discussimus.

A B V S V M C O E L I B A T V S
quorundam clericorum nihil obesse
sacro cœlibatui. Cap. 3.

OPPROBANT præterea nobis hæretici, Ecclesiastici cœlibatus abusum, quòd nimirum plerumque immo vt illi suspicantur, semper, Episcopi, Sacerdotes, ac reliqui clerici, fornicationibus, adulteriis, immo vtriusque sexus stupris cœdetur, quod est longè sacrilegum, quamobrem legem cœlibatus abrogandam esse, tanquam quæ maximorum peccatorum occasionem tribuat, obnixè contendunt.

Sed nos quantum vrgeat huiusmodi cauilus, sequenti lib. examinabimus. quapropter ad alia properantes, huic labori nunc parcimus.

Postremo loco, aduersarii Paphnutii, qui in Niceno Concilio patres ab indictione cœlibatus reuocauit, historiam in nos ingèti alacritate contorquent. Cùm enim esset vir sanctiss. & vnus ex Christi confessoribus, noluit tamen Sacerdotibus & sacro clero inuitam castitatem intrudi, cui loco libro secundo, quid sit respondendum abundè patet. Diximus illic aduersus eorum sententiam, qui iure Diuino Sacerdotio sacroq; ministerio castitatem annexam docebant, veram hanc fuisse historiam, & non vt illi, contra omnem rationem existimant, à Socrate confectam. cum nō modo Socrates sed Rufinus Toranus, & Nicephorus Calixtus, Ecclesiasticæ historiæ quoque auctores, eius etiam meminerint.

Quod verò quidam, Paphnutium tanquam fidei desertorem, post Nicenam synodum ex Epiphani auctoritate accusant, dicentes, eum ad Meletii hæresim declinasse ad nostrum hunc Paphnutium pertinere, haudquaquā mihi persuadeo,

sed ad quandam alium Paphnutium anachoretā: Certè cùm Rufinus, Socrates, Nicephorus & ceteri quicunq; nostri huius Paphnutii meminerūt, eū Episcopum Thebaidis vocent, Epiphanius, illum suum, duntaxat Anachoretam vocat. Erat inquit Paphnutius quidam magnus vir anachoreta & ipse filius scæminæ, quæ confessionem fecerat, immo ipse quodammodo confessionem attingerat. ita Epiphanius. cùm tamen reliquos illius Paphnutii Meletiani comites, Episcopos vocet, Et Ioānes inquit Episcopus ipsorum Meletianorum scilicet, & Calliucius in pelusio Episc. &c. Deinde Paphnutius ille, qui in Nicena synodo Sacerdotum nuptias ante sacros ordines initas, tutatus est, vita, non solum de summa quadam sanctitate, sed de miraculorum claritate, à Rufino, Socrate &c. cōmendatur, ob quam & Constantino Cæsari, carissimus fuisse fertur. In hoc, inquit, Rufinus tanta virtutum inerat gratia, vt si qua per eum non minus quàm dudum per Apost. fierent. Nam & demones verbo tantum fugabat, & egros sola oratione curabat, sed & cæcis visum dicitur reddidisse, & paralyticos ad stabilitatem corporis reuocasse. Hactenus Rufinus. Similiaq; de eodem, Socrates & Nicephorus memorie retulerunt. Hoc autem testimonium hominē sectario & planè hæretico, qualis apud Epiphanius ille alter Paphnutius est, velle tribuere, profectò absurdum est. Demum id mihi hos Paphnutios diuersos extitisse, extra omnem controuersiam ponere videtur; quòd Sozomenus, cùm lib. 1. Eccl. historiæ. c. 23. Paphnutii Episc. qui Sacerdotalibus nuptiis fouit, in Nicena synodo meminert: illius tamen monachi cuius Epiphanius meminit, quemque ad Meletianam hæresim declinasse scribit lib. subinde 3. c. 14. quo loco eorum temporum Sanctissimos quoq; Monachos refert, mentionem facit, eumq; non inter Episcopos, sed inter Anachoretas numerat. Per id temporis, inquit, post Nicenam nimirum synodum in qua tamen ille alter floruit, eadem regione, philosophabantur, Pambo, Heraclides Cronius, Paphnutius, Petubastes, Aesifius, magnus Serapion Pityrion, qui apud Athenienses conuersatus fuerat &c. Describitq; subinde horum vitæ, mores institutum, habitum monasticum &c. Similia & Nicephorus Calixtus de eisdem anachoretis lib. 9. Eccl. historiæ scribit. c. 14. Verum de Paphnutio Episc. multa superius diximus quæ nunc ad eius sanctitatem demonstrandam, repetere esset molestissimum quare iam huic Quarto libro finem imponamus.

FINIS LIBRI QVARTI.

MICHAELIS MEDINAE

ORDINIS MINORVM

REGVLARIS OBSERVANTIAE

PROVINCIAE CASTELLAE.

DE SACRORVM HOMINVM

CONTINENTIA.

Liber V.

ADVERSARIORVM potissimas quasque obiectiones & argumenta, cauillosque, libro superiori magna ex parte distecimus, & protriuimus: nam reliqua minutiora quæ ab eisdem obrudi solent, satis huius temporis Catholici tractatores eliserunt. Nunc iam quid in votis castitatis Sacerdotalis soluendis, auctoritas Ecclesiastica possit, hoc quinto ac postremo volumine, differere est animus. Agemus deinde, de ea grauissima quaestione quæ nostra memoria multos exercuit: an Græcorum morem, quo coniugibus retento vsu matrimonii, indulgeri Sacerdotium sacrique ordines solent, in latinam Ecclesiam expediat inducere. Quod hisce annis multi, non modò hæretici, sed Ecclesiastici viri, contendunt. i. an Ecclesiasticam legem, quæ à veteri memoria, Episcopis ac reliquo sacro clero cœlibatus indicitur, abrogari deceat, atque ita totam hanc de continentia sacrorum clericorum considerationem absoluemus.

RECITATVR QVORVNDAM THEOLOGORVM SENTENTIA,
qui Sacrum clerum, non ex voto, sed ex solo Ecclesiastico statuto, ad continentiam seruandam teneri, sentire videntur. Cap. I.



IN HAC verò parte, illud prius cōtrouertere oportet, Num Sacerdotes & reliqui sacri ordines, ex vero voto, an ex sola Ecclesiæ cōstitutione ad continentiam, castitatemque seruandam teneantur, neque enim id satis à prioribus Theologis excusum esse arbitror.

Sunt quidam, qui cùm id votum implicitū esse liberè fateantur, re vera tamen, nihil aliud quàm merum Ecclesiast. præceptum exponūt, præceptum inquam, non simplex sed mixtum, statuto solèni, quo sacri ordinis susceptores ita à matrimonio vitæq; coniugali arcantur, vt etiam si contraherent, nihil operentur, quale illud quod confanguineos, non quoscūq; sed quarti gradus à cōiugio arcet. Et quæ hi à sacrorum ordinum castitate, voti cuiuscūq; naturam excludant, hinc patet, quod de huiusmodi clericali continentia agētes, neque promissionis quæ iuxta eorūdem sententiam ad simplex votum pertinet: neque traditionis quæ ad solène, meminerunt. Deinde, quod Sacerdotalem castitatem à Rom. Pont. dispensabilem credant, cùm tamen in votum solène castitatis dispensationē posse cadere, nullatenus putent. Enimverò quod id apertè indicet, eos nullum in Sacerdotibus votū constituere, inde patet, quod castitas Sacerdotalis, si à voto dependet, non à voto simplici, sed à solèni pendere dicenda sit, neque in hoc huius opinionis auctores nobis aduersabuntur, vt postea dice-

mus. Quod si votum solenne est, habet igitur traditionem, atq; adeò iuxta eorum sententiam quæ traditioni indispensabilitatem nuncupat, prorsus est indispensabile. Ergo ex aduerso si nullam habet traditionem, & perinde neque votum est. Nam cum votum omne, aut simplex sit aut solène, & de intrinseca ratione solènis ex eorum sententia, sit traditio, sicut promissio de simplicis, sequitur id votum, quod Sacerdotibus & sacris ministris castitatem inducit, aut non esse votum sed merum statutum, vel si sit, esse simplex aut solène, id est habere traditionem aut promissionem, sed id voti genus neque promissionem, neque traditionem habet, non ergo est votum, sed merum statutum. Quod autem non habeat promissionem, inde satis liquet, quod promissio cum solènitatem consistere non possit, cùm statim in veram traditionem conuertatur. Quod verò neque traditionem habeat, eorum sententia abundè ostendit, cùm docent huiusmodi vota esse dispensabilia, nam traditione, causam indispensabilitatis vt superiori libro ostendimus, semper arbitrantur.

Neque verò hic ad id confugere licet, quòd cùm dicitur traditionem reddere votum solenne indispensabile, non de quacūque traditione, sed de illa duntaxat sit accipiendum, quæ fit in religionis professione. Nam si id verum est, non igitur traditio, sed integra religionis professio indispensabilitatem inducere, potius dicenda est.

Deinde, sequitur, ea castitatis vota, quæ olim à sacris uirginibus ante religionem fiebant, esse solennia & tamē esse dispensabilia, nō. n. in religione quapiā castitatē uouebāt, q̄ tñ horū placitis aptē aduerfatur, qui in uniuersum de omni solēni uoto pronūtiāt, esse indispensabile. Cū ergo uoto castitatis traditionē tribuunt, nō de professionis traditione loquuntur, sed de illa, qua homo ad aliquod q̄ promissit seruatū, se tradit. Et profectō religiofus, qui fornicatus, non in illā uniuersalē religionis traditionē delinquit, sed in eā, qua ad castitatem & continenter uiuendum sese tradidit. In omni igitur uoto solenni siue sit in religione siue extra religionem, est eius qui uouet aliqua traditio. Atq; adeo ex opposito, ubi non est traditio, nō est uotum solenne. Superest igitur huius opinionis auctores, in Sacerdotali & clericali castitate, nullum uotum neq; solenne neq; simplex constituit, sed solam Ecclesiasticam constitutionē. Nam quod illud uotum implicitum uocent, inane profus est. Implicitum enim ideo uotū aliquod uocatur, quod implicitam habeat obligandi uirtutem. Ut qui uouet religionē, implicitē uouet castitatem, paupertatem, et obedientiam, & qui se tradit ad religionis obseruantiam, implicitē se se tradit, ad castitatis, paupertatis, & obedientiæ custodiam. Implicitam uero traditionem, id est quæ essentialiter in explicita traditione concluditur, non minus esse indispensabilem, quā & implicitam, neq; hi dubitant, qui enim uouet religionem, non minus ad castitatem obedientiam & paupertatem tenetur, quā ad religionē. Ergo cum hi sacrorū hominum cēlibatū, & continentiā, dispensabilē arbitretur, perinde eā neq; ab explicito neq; ab implicito uoto deriuari, fateri necessariō tenebatur. si sibi cōstare debeāt. Et quod uerbis docere uera ipsa doctrina, negare sunt credēdi. Proferim cū hoc statutū illi cōparēt quo consanguinei inepi redduntur ad cōtrahendū, quod rōnē aliquā uoti possidere nemo est qui cōcedat.

COLLIDITUR PRAECEDENS opinio. Cap. 2.

HANC autem sententiā, esse omnino falsam, & Ecclesiasticę doctrinę cōtrariā. Bonifacii. VIII. Pont. Max. decretū clarē ostēdit, qui duo uotorū solēniū genera cōstituit, unū quod sit per religionis à Romana Ecclesia approbatę, explicitā aut tacitā professionē, alterū quod sacrorum ordinū susceptione cōtrahitur. Verba Pontificis sunt, Ad Biteresem Episcopū scribētis, Quod uotū debeat dici solenne, ac ad dirimendū matrimonium efficax, nos cōsulere uoluisti. Nos igitur attēdentes, q̄ uoti solēnitatis, ex sola constitutione Ecclesię est inuenta, matrimonii uero uinculum ab ipso Ecclesię capite rerū omnium cōditore, ipsum in Paradiso & in statu Innocentię in situate, unione indissolubilitatem acceperit.

De Pot. & Pot. redēpt. lib. 6.

Præsentis declarandum duximus, oraculo sanctio nis, illud solum uotum debere dici solenne, quantum ad post contractū matrimonium dirimēdum quod solennizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam vel tacitā factā alicui de religionibus per sedē Apostolicam approbatis. Hactenus Pōtifex. quo loco profectō nō de Ecclesiasticis constitutionibus, quibus homines ad inuendū matrimoniū incepti redantur, sed de ueris uotis, quæ à uera atq; propria uolūtate proficiuntur, planē loquitur. Estque hæc pontificalis diuisio, nō analogi in sua, ut uocant, analogata, quo genere diuisionis, homo in uerum & pīctum distrahitur, sed uniuocū in sua uniuocata, id est, in mēbra, quæ æquali ratione diuisi naturā & essentiā participant. Atq; adeo uotum sacerdotale, quā monachale quātumcūq; expressum, nō minus est uotum, neq; minus uinculū aut minus solubilē obligationē inducit. Loquitur inquam, Bonifacius, de eo Ecclesiastico impedimēto, cōiugium post cōtractum, abruptem, quod à reliquis impedimētis distinguitur, q̄ ideo uotum uocatur, q̄ nō ab alienā, sed à propria uolūtate oriatur. Neq; in hac parte ullā puto esse difficultatē, nisi quis Bonifacii diffinitioni aduersari cōstituat. Perspicuē. n. ordinis sacri susceptionē, uotum solenne uocat, q̄ si est uotum solenne, est ergo uotum, atq; adeo à propria uolūtate descendit, perindeque nō est tātum, ut isti uolunt, Ecclesiasticum statutum, inhabilitans ad contrahendum, ut cōsanguineos &c. Quod fortasse iudē auctores alibi aduerterunt, dum inter Græcos & Latinos sacerdotes: eā differentiā cōstituunt, q̄ Græci duntaxat ex ordinum dignitatē, Latini cōtra ex uoto post ordinationem à matrimonio abstineāt, quamq; rursus illic rem cōfundere uideātur, dū id uotum in Ecclesiastico statuto cōtineri docent. Nā si Ecclesiasticum duntaxat statutum est, in illo profectō nullum uotum claudi potest, nisi perinde in uniuersis Ecclesiasticis constitutionibus, quæ uel clero uel reliquis, Christianis præfiguntur uota quoq; cōtineri quis credat. Verum Latinos sacerdotes Diaconos atq; Subdiaconos, nūc uotū castitatis emittere superius li. 3. satis ostēsum est.

SACRORVM HOMINVM CONTINENTIAM, & uoto, & Ecclesiastico statuto nuncupari. Cap. 3.

NE QVÆ uero cū sacerdotes & sacros ministros, non constitutione sed uoto uero, à matrimonio sibi temperare decernimus, omnino Ecclesiasticam constitutionem excludimus, Nam hanc libro tertio, & primis illis Apostolicis temporibus à Petro conditam, ex Clementis Epistolis demonstrauius, & postea à Siricio & Innocentio Romanis Pontificibus restitutam, & à multis synodis cū prouincialibus, tum generalibus, confirmatam, scripsimus. Verum ne gamus

Domini S. in 4. d. 38.

S. Bon. in 4. d. 37. e. 23. l. d. c. l. lib. 2. de cons. sinen. fauer. c. 22.

S. Thomas 2. 2. q. 88. art. 11.

gamus huius solius constitutionis uigore, nunc post uotorum introductionem, eundem sacrum clerum ad castitatem teneri, sed utriusque simul immo uero immediatē hæc obligatio à uoto solenni castitatis tacito, mediatē uero, à constitutione deriuatur. Constitutio enim uero Ecclesiastica post introductum in sacrum clerum uotorū usum, solum hoc operatur, ut nemini sacri ordines conferantur, qui non uel expressē ut olim, uel tacitē ut nunc, uotum solenne castitatis emiserit, ita ut potius Episcopos, quā eos, qui sacros eodem ordines suscipiunt, urgere uideatur. Uotum contra, eum qui sacro clero, ordinum sacrorum susceptione adnumeratus est, & è nuptiis auocat, & castitatem perpetuam conferuandam obstringit. Aut si quis uelit constitutionem siue præceptum (utroq; enim modo uocari potest) non modo Episcopos qui ordines conferunt, sed eos, qui ordines sacros suscipiunt quoque urgere, non moror, dum semper immediatam castitatis obligationem, non eidem constitutionem, sed uoto decernat. Urgebit tunc Ecclesiasticum statutum aut præceptum, necessitate suppositionis, eum qui sacros ordines suscepturus est, ut uotum edat, à quo uoto postea seruandæ castitatis obligatio descendit. Sed malo hoc statutum duplex esse, unum quo clerus, sacros ordines suscepturus, ad uotum emittēdum admoneatur, alterum, quo Episcopi & Ecclesiæ maiores, neminem nisi prius perpetuæ castitati deuotum, ordinare cogantur. Huius duplicis constitutionis exempla, multa libro tertio cōgessimus cū de initio, progressu, & consumatione Ecclesiastici cēlibatus scripsimus: Nam ut illic facile est uidere, nunc clerus ad uouendā continentiam compellitur, nunc Episcopis ne quempiam ante uotum ordinare præsumant, à sacris Conciliis & Pontificibus præcipitur. Atq; hæc sententia, quæ obligationem castitatis in uotum & constitutionem reuocat, & ueteribus & recentioribus Theologis fuit semper familiaris, cū eam semper damnarent, quæ sola in hac parte Ecclesiasticam sanctionem agnoscit.

RATIONE DVMTAXAT CONSECRATIONIS, Latinos sacerdotes ad continentiam non teneri. Cap. 4.

EANDEM habet dilutionem, quorumdam ueterum scholasticorum sententia, quæ per solam consecrationem, sacrum clerum ad continentiam constringi docuerunt, quos tamen priores illi, quos confutauimus, Theologi fortassis, se imitari putarunt. Nam cū uotū solenne sacerdotū ac reliquorū suorum ministrorū, in ipsa eorumdē consecratione cōstituant, uidentur planē ab eiusdē omnem uoti rōnem ablegare. Uotū enim uero solenne sacerdotum, in ipsa consecratione ab eis collocatur, ergo si cōsecratio, suo ex genio nullum habet uotū neq; essentialiter in-

clusum neq; exterius necessariō annexum, sacerdotēs ac reliquos sacer clerus nullius uoti obligatione à matrimonio arcebuntur. Quod aut consecratio ipsa nullum habeat uotū necessarium, iidem liberē fatentur, cū docent, ob hanc rationē, in hoc uoti genere posse Pontificem dispērare, & Græcos utēdo matrimonio ante ordines susceptos, nō peccare, peccarēt aut, si ordinis sacro quē susceperūt fuisset uel intrinsicē, uel extrinsicē sua pte natura, necessariō annexum & adiunctum uotum castitatis. Quemadmodum & Latini sacerdotes ob idem uotem, nunc peccant. Est ergo ultra consecrationē in latinis sacerdotibus uotum aliquod continentia.

VOTVM SACRORVM HOMINVM non implicitum, sed tacitum uocari debere. Cap. 5.

AT, in quod genus, in uotum reduci debeat, nunc est quæstio. Et quidem priores illi Theologi, ad implicita uota referēbāt, q̄ tamē falsum esse, satis ex superioribus uideri potest. Uotum profectō; ut dicebamus, implicitū uocare consueuimus, quod in alio aliquo necessariō inuoluitur, & implicatur, ut cū quis uouet religionem explicitē, implicitē uouet, obedientiā, paupertatem, & castitatē, & cū uouet regulā Fratrum minorum explicitē, implicitē uniuersa eiusdem regulæ præcepta uouere perinde censetur. Uotum aut sacerdotalis continentia, si implicitum esset, aut, in ipsa consecratione, aut in Ecclesiastica cōstitutione, qua sacris hominibus cēlibatus indicitur, implicaretur, quorum utrumq; confutauimus neq; enim alterum istorum, immo neq; ambo simul ullam habent uoti rationem annexam aut necessariō adiunctam.

In hac parte nequaquā à Bonifacii decretali recedendum esse puto, qui planē docet quædā esse uota expressa, quædā tacita, id est quæ tacitē & nequaquā uerbis numeratis emittantur. Nā quamq; id ille deuoto religionis scribit, eandē tñ doctrinā de sacerdotali uoto accipiendā satis mihi persuadeo. Profitebantur olim sacerdotes & reliqui sacri ministri expressē, quod tum ex Epistola Gregorii primi ad Petrum Sicilię Diaconum & Concilio Arelatensi, tum ex aliis pluribus locis, quos libro tertio retulimus satis patet, nunc tacitē duntaxat, ipsa ordinis sacri susceptione. Sciunt enim qui ad sacros ordines accedunt, se ipsa eorumdem susceptione, uotum solenne castitatis emittere, quemadmodum qui per annum integrum in religionis conuersatione præstitit, aut habitum professorum acceperit, uotum solenne tacitum emisisse censetur. Non quod ipsa ordinis sacri susceptione, quod ueteres illi scholastici putarunt, sit ipsum uotum, sed quod hi, qui ordinantur, Ecclesiastica doctrina de cēlibatu instructi, ante ipsam ordinationem, animum habeant continentiam

31. d. c. An te triennium d. 28. c. Assumi. & ca. Præterea.

Glossa. in c. unico de uoto. & uot. re dempiō. lib. 6.

tiam profitendi, quem animum postea, ipsa ordinum susceptione testetur. Atque id in veteribus illis virginibus, quæ Christo consecrabantur, aut velabantur, apertius intelligemus. Nam cum illæ nequaquam, ut hodie, conceptis verbis votum castitatis emitterent, tacite tamē ipsa consecratione, aut velatione eandem solēniter profiteri credebant.

Neque verò votum tacitū, minorē, quàm expressum, seruandi castitatis obligationē inducit, nam qui sciens ac volens, habitum professorum acceperit, aut per annum integrum, religionis habitum gestauit; non minus professus religionem censeatur, quàm si illam expressis verbis professus fuisset. Deinde virgo sacra, olim aut ipsa consecratione, aut veli susceptione, castitatem, tam verè professā censebatur, quàm, quæ hodie præconceptis verbis eadem proficitur. Et demum in Concilio Ancyrano, non solum qui expressè castitatem se velle seruare cōtestatus est, sed qui ordinationis tempore tacuit, professus castitatem censeatur. Quicumque autem Patres tacuerint, & susceperint manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias peruenerint, à ministerio cessare debent. Hæc Synodus.

EORVM QVAE HVCVSQVE
dicta sunt, epilogus. Cap. 6.

ES itaque, ut quæ diximus in epilogū reducamus, in sacerdotali continentia, non tantum Ecclesiasticum statutum aut præceptū, nec tantum consecratio, sed votum verissimū, non quidem expressum, sed ex eorum genere, quæ tacita Bonifacius appellat, quæ scilicet animo præcōncipiuntur, & postea per externū aliquod signū ab Ecclesia decretum, exprimentur quod mihi illa præmonitio, quæ in ordinatione Subdiaconi fit, ab Episcopis planè ostendere videtur. Nam cum ordo ille sit reliquorum sacrorum ordinum ingressus, illic sacros homines ad castitatem & perpetuam vitæ continentiam præmoneri oportet, quo conceptis iam votis ad illud vitæ genus accedant. Fratres dilectissimi, inquit, ordinator, ad sacrū Diaconatus ordinē promouendi, iterū atque iterū considerare debetis attēte, quod onus hodie appetitis. Hactenus, liberi estis, licetque vobis pro arbitrio ad secularia vota transire. Quod si hunc ordinē susceperitis, amplius non licebit à proposito resilire, sed Deo cui seruire regnare est, perpetuo famulari, & castitatem illo adiuvante seruare, atque in Ecclesiæ ministerio semper esse mancipatos. Proinde dum tempus est, cogitate, & si in Sancto proposito perseverare placet in noīe Dñi huc accedite.

NON OMNE VOTVM SOLENNE
esse dispensabile Cap. 7.

VERVM nunc, utrum ne id votum, quod sacris ordinibus ineffe conclusimus, sit per Ecclesiasticā potestatem solubile aut dispensabile exigamus oportet. Id, n. est huius prioris cō-

trouersia potissima portio. Et nequaquam à prioribus Theologis satis fuerit excussa, quod multæ variæque, ut fieri solet, de hac re sententiæ extiterint, quibusdam negantibus, quibusdam contra asserentibus. Et inter asserentes, quidē sunt multi, qui quod oē votū solēne per Pontificis potestatem dispensabile putent, id quoque de votis Sacerdotalibus multò quod de monasticis maiori ratione sentiendum existiment. Nam quauis, & votum monasticū & votum Sacerdotale sit vtrumque; solēne, nemotū negare potest, difficilior aliquid, quod ad dispensationē attinet in voto solēni monachali, quàm in Sacerdotali esse, quod monachus sit mors quedā civilis. Atque hæc sententiā oēs illi, ut ego quodē iudico, amplecti debent, qui votū solēne Pontificū volūtatī subesse voluerūt: & Theologi & vtriusque iuris cōsulti.

Hæc tamen sententiā mihi prorsus probari non potest, nam quantumuis votum solēne castitatis sit per Romanos Pontifices dispensabile, quod cum maiori Theologorū & iuris prudentum parte, mihi persuadeo, est tamen aliquid aliud præter votum solēne, in Christianis Sacerdotibus, quod omnino eorūdem castitatem indispensabilem reddat. Id autē est Diuina cōstitutio à Christi prædicatione per Ecclesiam traditionē accepta, qua ut lib. 2. docuimus, Diuinitus cautū est, ne Sacerdotes & sacri ministri, post sacros ordines susceptos, ad nuptias vel vitam coniugalem descendant. Nam id non ex Eccles. statuto, aut Apost. tantum sanctione, in vtrāque Ecclesiam Græcā & Latinā fuisse deriuatū, satis, ut illic dicebamus, demonstrat, oīum totius orbis Ecclesiarū, in hac parte cōsensu & religio. Nunquam enim uerò hucusque, ab Apostolis in Eccles. historia deprehendimus, quæquam post ordinationem, vsu ordinum retento, ad matrimonium & vitam coniugalem transire permissum, cum tamen plures legamus, ante ordinationē cōtracto, vsos fuisse matrimonio. Tantus autē rigor tantaque severitas, nisi ab aliquo Diuino præcepto priori illi Ecclesiæ & Apostolis tradito, deriuari non potuit. Non enim Ecclesiasticas aut Apostolicas sanctiones tanta religione & Ecclesiarum cōformitate obseruatas legimus; sed aut temporibus diuersis, aut diuersis principiis variatas, immo verò prorsus extinctas & abrogatas: quod multis enumeratis nunc velle demonstrare, ociosum fortasse foret, cum libro illo secundo, quod satis erat de hac re locuti fuerimus. Est ergo multò maius impedimentū in sacris hoībus, quo minus eorū cōtinētia indulgeatur, quā in monachis. Nam cum monachi solo voto solēni irretiantur, Sacerdotes præterea Diuina habent legē, qua, post susceptos ordines ad cōiugia descendere prohibent, quā ex cōi Theol. sententiā, quā nunc (nam alibi fortasse de hac re nostram prodemus sententiā) amplecti volumus, nihil potest Rom. Pontifex aut vlla Ecclesiastica potestas. Et monachos quidem minori vinculo quàm Sacerdotes in castitate retineri, id satis indicat, quod cum ut statim diximus, nunquam Sacerdotibus sacrisque

Scot. Dm. Caiet. Co.

S. 7. h. 22. p. 88. ar. 11.

Domin. Scot. lib. 4. sent. d. 3. ar. 1. Et lib. 7. de inst. et iur. q. 5. ar. 3.

li. 4. de pte cep. et disp.

ministris post sacros ordines ad coniugiam descendere permissum fuerit, id ipsum tamen monachis non paucis ac Sanctimonialibus Apostolica Romanorum Pontificum ut postea dicemus, potestas indulget. Nimirum quod hæc obligatio à voto solenni dumtaxat, illa à voto solenni & deinde Diuina cōstitutione, in quam nihil potest Ecclesiastica potestas, descendat. Verum id magis in sequentibus explicabitur.

RECITATVR ET CONFUTATUR eorum sententiā, qui cum voto monachali dispensatione negent, sacerdotali tamen concedunt. Cap. 8.

SUNT & inter auctores Theologos quidam, qui & si votum solenne monachale, contra hos priores auctores omnino per Ecclesiasticam potestatem indispensable putent, votum tamen Sacerdotalis castitatis solubile doceant. In quam sententiā vnica quæ ab vtriusque voti discrimine sumitur, ratione permouentur. Ea autē est, quod monachale votum ita necessariò ad essentiam religionis pertineat, ut nulla potestate ab ea separari possit, contra, votum sacerdotale castitatis (voco autē sacerdotale ministrorū quoque sacrorū, id est Diaconi & Subdiaconi votū, quod Sacerdotio deseruiat) sola Ecclesiastici iuris cōstitutione; Sacerdotio aut sacro ministerio adiungatur, Cum Græci inter ipsa coniugia veri sint sacerdotes & ministri. Vnde quemadmodum ex Ecclesiæ dumtaxat voluntate & arbitrio, propter quandam decentiam, & decorem, Cœlibatus & continentia in hoc homine, Socrate, scilicet Sacerdotio iunguntur, ita eadem voluntate possent in eodem separari, ita ut matrimonio coniunctus, verus ad huc remaneret Sacerdos. Atque hanc sententiā vno animo, Cum veteres tum recentiores Thomistæ, hac sola ducti ratione, amplecti voluerunt.

Quæ tamen ratio, quam parum valeat, haud ingenti labore, iidem Theologi videre potuissent. Enimuerò nos hic non quærimus, an per Ecclesiasticam potestatem fieri possit, ut Sacerdotium à castitate & cœlibatu separaretur, quod tamen ea ratio ex Sacerdotii & religionis discrimine sumpta, dumtaxat ostendit, sed quærimus, an Socrate Sacerdos, qui ex Latinæ Ecclesiæ cōstitutione & consuetudine, solenniter castitatem iam vovit, ab ea possit absolui, in qua parte profectò parum eadem ratio, quæ solum de Sacerdotio & castitate in communi & vniuersali, loquitur potest proficere. Quærimus inquam, non, an Græcorum mos Latino Sacerdotio possit induci, de quo postea, sed an hic homo, qui & sacris ordinibus initiatus est, & verè solenniter continentiam perpetuam se deuouit, ab ea obligatione solutus, per Romani Pontificis potestatem, possit ad vxoriam vitam descendere. Nam hic non tam Ec-

clesiasticam potestatem, & voluntatem liberam, qua Sacerdotio Latino cœlibatus fuit adiunctus, attendendam esse arbitror, quàm huius hominis ad seruandam castitatem, spontaneam traditionem, quæ certè haud minus difficile eius votum reddit, quàm illius, qui religioni se tradidit. Vtraque enim uerò vera traditio est, & per vtramque, æquè vel Ecclesia in sacris hominibus, vel in monachis religio, ad eum actum ad quem quisque se tradidit, dominium acquisiuit. Vnde si, ut isti docent, traditio, votum solenne indispensabile & insolubile efficit, cum nulla sit inter vtramque traditionem differentia, præterquam quod vna expressa altera tacita sit, quæ res obligationē non variat, ut in eo qui explicitè & in eo qui implicitè professus est religionē, deprehendimus, vtrūque votū erit indispensabile. Itaque, ut verum sit, illud religionis & Sacerdotii discriminē, quod ratio illa supponit, religionem absque castitatis voto non posse consistere, Sacerdotiū verò absque eadem posse permanere, de qua tamen re superius lib. 4. Cū de militaribus ordinibus loqueremur, quid nobis videretur, scriptissimus, atque adeo ut verum sit perinde, Ecclesiæ posse cœlibatū à Sacerdotio, quod non sit de eius intrinseca ratione separare, cum tamen propter contrariam rationem à religione non possit, non tamen inde efficitur ut hic Sacerdos, Sacervē minister, qui iam castitatem solenniter vovit, & ad eam obseruandam, perpetuò se tradidit, ab eodem voto castitatis possit absolui, si votum solenne sit indispensabile, quod isti tamen mordicus tuerentur. Præterea, si votum castitatis solenne, quod fit à religiosis, propter eiusdem necessariam cōnexionem cum religionis statu, non est dispensabile, Sacerdotale verò votum, quod ad Sacerdotium necessariò non pertineat, contra, est dispensabile, votum ergo castitatis earum virginū, quæ publicè ab Episcopo præsentē Ecclesia olim consecrabantur & velabantur de quo nondum Bonifacii decretali edita, an fuerit, solenne dubitare, & si extra religionem fieret, profectò, ut superius, cum eadem decretalem interpretaremur, temerarium est, hi dispensabile quantumcumque traditio & professio in manus Episcopi præcessisset, perinde sunt dicturi. Enimuerò, in huiusmodi votis, nulla erat cum religione, quæ, eo tempore nondum in vsu erat, necessaria cōnexio. Quod si iam erant religiones, certè has virgines tempore Cypriani & vique ad Constantini Cæsaris, seculum monachas, aut vllam religionis monasticæ speciem professas fuisse, nullus ex Ecclesiastica historia docere poterit, Viuebant in domibus paternis, quemadmodum ex, quæ hodie Bizochoræ aut Beatae vocitantur, & si in hoc illæ ab istis discernentur, quod illæ solenniter per professionem consecrationem & velationem, ut superius locis multis demonstraui, castitatem suam dedicarent, hæc contra, inuentis iam aut vsurpatis religionibus, voto dumtaxat simplici, Christo se obli-

se obligent. Quod si hoc voti solennis genus, & similia, quæ ad aliquem statum necessariò non pertinent, dispensabile dicant, profectò, cum docent, votum solenne esse indispensabile, potius dialecticè quam Theologicè loquuntur, nihil. n. aliud significare mihi videntur quàm à monacho formaliter loquendo, non posse Pontificem votum castitatis se iungere, quod hi, qui contrariam sententiam tuentur, haud grauatè concedent, dum hi contra eisdem tribuant, posse eundem Pontificem de monacho facere non monachum; de quo sensu postea, cum Innocentii III. decretalem, cui soli hi nituntur, interpretemur. Tertio ex eorundem principiis, hanc sententiam collidere facilè poterimus. Aut in voto sacerdotali castitatis, est aliquid præter sacerdotis cõsecrationem, aut benedictionè, aut vt absq; dubio sensit. S. Th. (quidquid dicant alii) non est aliquid, sed ipsa sola consecratione & benedictione, ad castitatem perpetuò seruandam ex Ecclesiastico statuto cõstringitur. Si secundum, verum est, ergo in Sacerdote nullum est votum vt superius demonstraui- mus; votum. n. est non alieni statuti aut mandati coactio, sed mera ac propria voluntatis spon- sio, expressa vel tacita. Hanc verò opinionem Bonifacii decretali, quæ duplex votum solenne distin- guit, monachale vnum, Sacerdotale alterum, abundè probauimus. Dandum est igitur prius, esse nimirum aliquod votum, scilicet non expressum, sed tacitum quod ipsa ordinis susceptio testetur. Iam hoc votum cum non sit simplex, sed solenne & tam verè solenne quàm illud quod fit in religione, alioqui diuisio illa Pontificis non esset vniuoca sed analogã, quærimus, quo nam: pacto à voto simplici Castitatis, quod idem Sacerdos ante ordinationem emisisset, distinguatur. Exem- pli gratia. Socrates ante Sacrorum ordinum sus- ceptionem, extra religionem, votum castitatis fecit. Suspicit postea eosdem sacros ordines ac perinde votum iterum castitatis emittit. Quo nã prius illud votum simplex, ab hoc secundo solè- ni discernitur? Profectò si hi auctores, sibi cõstare velint, solenni traditione respondebunt, vnum ab altero differre. Nam cum illo priori, Socra- tes, dumtaxat castitatem promississet, hoc secun- do, non promittit, tantum sed ad eandem casti- tatem perpetuò seruandam, Deo per Episcopi & Ecclesiæ manus, se tradidit. Ergo cum solennis traditio sit vnica ratio, ob quam votum solenne aduersus aliorum Theologorum sententiam, in- dispensabile docent, cur in Socrate Sacerdote, qui iam Deo sese tradidit, non idem docebunt? At non se tradidit ad religionem, esto, sed tradi- dit se ad seruandam castitatem perpetuò, & que- madmodum vt isti de religioso iam castitatem professio docent, non posse Pontificem, qui quan- tumcumq; Dei Vicarius est, Deo tamen inferior est, eidem Deo factam castitatis traditionem aut donationè reuocare, ita necessariò fateri debent,

Calet. 22.
q. 88. ar. 11
Dom. Sor. li.
7. de iust. &
iii. q. 4. ar. 2.

non posse eundem Pontificem, donationem aut traditionem Sacerdotalis castitatis iam Deo factam, remittere, aut indulgere, eadem est enim, absit contendendi obstinatus animus, omnino vtriusq; ratio, nisi quod monachus ad plura, Sacer- dos vel sacer minister ad pauciora sese tradit, quod discrimen profectò obligationem non va- riat: tam enim obligatus, est, qui ad pauca serua- da sese constrinxit, quàm qui ad multa. Et certè, illa in manus Prælati, monachi traditio, cui tamè isti magnopere nituntur, potius ad obedientiam, quàm ad castitatem aut paupertatem pertinet. Cum enim se in professione monachus Prælate tradit, potius futuræ vitæ sub eius arbitrio & po- testate, obedientiam testari videtur, quàm ad cas- titatem vel paupertatem conseruandã, se dede- re; quod si quis vel parũ aduertat facilè deprehē- det. Vouet ergo paupertatem & castitatem sclē- niter, non quia sese Prælate tradit; ad ea perpetuò obseruanda, id enim etiam extra religionem præstare posset, vt de Virginibus consecratis ante vsum frequentem religionum, nunc dicebamus, & de uiris Apostolicis cum aliunde frequētissimè, tum ex actionibus Apostolicis constat, cum enim extra religionem essent, non modo Apostoli, sed reliqui quoq; Christiani, omnia sua diuendita, in communes Christianorum vsus, aut in cibos pau- perum, ad pedes Apostolorum afferebant. In qua parte voto paupertatis vsos fuisse punitio Ananiæ & Saphiræ, qui mentiti sunt Spiritui San- cto, haud obscure demonstrat. Immo Aug. Apo- stolos votum paupertatis habuisse perspicuis ver- bis testatur.

Vnde apertè colligitur, tam votum castitatis quàm paupertatis, suapte natura, absq; vlla sui re- ligiosa traditione, fieri posse. Traditio ergo illa, quæ fit à religioso non ad castitatem neq; ad pau- pertatem propriè, sed ab obedientiam pertinet; quæ absq; traditione solenniter sponderi non po- test. Quod si aliquid erga votum castitatis & pau- pertatis. Illa traditio in Prælati manus operatur, hoc profectò tantum est, quædã puniendi, & à vo- tis resilientè, coercedendi potestas, quæ potestas nihil habet cum voti solennitate cõmune, Deus enim in professione, non potestatem coercedi & puniendi, sed spontaneam votorum oblatio- nem admittit.

Verum esto traditio non modo ad obedien- tiam, sed ad paupertatem & castitatem pertineat. Quid? an non eadem traditio & eadem puniendi & coercedendi potestas in voto Sacerdotali repe- ritur? Profectò eam omnem, quam religionum præfati in subditos monachos coercedi ad ser- uandam castitatem, potestatem fortiuntur, &

Episcopi per votum Sacerdotale in Sacer- dotes vniuersumq; sacrum clerum accipiunt.

Quorum

AG. 4.

Lib. de
uitate Di.

Q V O R V N D A M E V A S I O
reprimitur. Cap. 9.

Q V O D verò quidam commiscuntur duo esse votorum solennium genera, vnum de iure Diuino quale est monachale, al- terum de iure positio, vt id, quod à Sacerdotibus emittitur, omnino friuolum est, & à vetera vt cũq; tuendi, desiderio profectum. Enimuero, quãquã celibatus sit de intrinseca ratione religionis, quã essentialitatem isti, improprie tamen, per ius Di- uinum intelligere videtur, de iure autem positio & Ecclesiæ sola voluntate fuerit adiunctus sacris ordinibus, non tamen inde efficitur, vt hoc, quẽ- admodum & illud, reddere Socrati, qui iam vo- uit, non sit deinde Diuino & naturali; non sit, in- quam, vt Socrates ad seruandam castitatem vir- tute illius præcepti *Vouete & reddite Domino Deo vestro*, non teneatur. Si ergo votum castitatis re- ligiosa, ob id non est dispensabile, quod Pontifex neq; alia Ecclesiastica potestas, obligationes, quæ à naturalibus vel Diuinis præceptis oriuntur impedire nequeat, cur in Sacerdotalis castitatis voto, quod reddere quemadmodum & mona- chale Diuini & naturalis præcepti necessitas cõ- pellit, Pontifex dispensare poterit; aut cur si hoc vo- tũ p̄t abrumpere, monachale nõ poterit; cũ vtriusq; obligatio à Diuino & naturali mandato deriuat?

Sed aiunt, monachalem castitatem, ad reli- gionis essentialitatem pertinere, sacerdotalem non itè ad Sacerdotium. Haud abnuo. Verum hoc disci- men, non aliud conuincit, quàm posse quidem Sa- cerdotem absq; castitatis voto consistere, Si Gre- corum mos induceretur, quo coniugati retento vsu matrimonii, ad sacros ordines accedunt; mo- nachum contra absq; eadem castitate, quod ea ad religionis monachalis præsertim essentiali ne- cessario pertineat, nõ posse permanere. Cæterum haud persuadet, Romanum Pontificem non pos- se, de monacho facere nõ monachum, idest pro- bar, non posse in monacho, castitatem, permanen- te monachatu, dispensari, quemadmodum, ea- dem permanente Sacerdotio, sola dispensari po- test, non tamen perinde demonstrat, Pontificem vniuersa simul vota religionis non posse abrum- pere. Ego quidem in Socrate ridendi potestatem solam, nõ possum euertere, possum tamen & ri- dendu potentiam, & Socratem perdere.

Demum quod hi, tanquam certum supponit, votum castitatis esse de iure Diuino & naturali, quod sit de intrinseca ratione religionis, magis quàm paupertatis & obedientiæ vota, quàm sit du- bium, immo quàm sit falsum, libro superiori, cũ de ordinibus militaribus ac tertiariis loquere- mur, satis meo quidem iudicio demonstrauimus quãquã nunc quemadmodum, & tunc, non diffi- teamur, esse de intrinseca ratione religionis mo- nachalis, quæ ipso nomine celibatũ inuoluit, iuxta Innocentii decretalè, cæterum absolutã, ratione

religionis ex sola religione monachali metiri, prorsus est absurdum. Nullum ergo est discrimẽ, quod inter votũ castitatis monachalis & Sacer- dotalis excogitant. sed vnũ quemadmodũ & reli- quum aut est dispensabile aut indispensabile.

S A C E R D O T E S E T V N I -
uersum sacrum clerum, suam quoq; religionis
rationem habere. Cap. 10.

Q V O D si omnino quis, inter vtrumq; in hac parte esse differentiam apud se consti- tuat, profectò neq; hac ratione poterit ef- fugere. Nam & si votum castitatis nõ sit essentia- liter annexũ Sacerdotio, quod non imus inficias, est tamen essentialiter annexum religioni vt ipsi docent, porrò sacerdotes ac sacrum vniuersum clerum suam quemadmodum & monachos habe- re religionem, si rectè eorũ institutũ expendatur, nemo negare poterit. Quod apertius fiet, cum ea, quæ religionis rationem in monachis efficiunt, in ordine clericorum consideremus.

Habent monachales ordines obedientiã, habet & illi ex voto quoq; obedientiam, quod ex eorũ ordinatione satis cõstat. *Promittis obedientiã Præ- lato tuo* ait ordinãs, respondetq; ordinãdus, *Pro- mitto*. Habent ordines monachales castitatem ex voto, habent & sacri clerici, quod tũ ex aliis mul- tis constitutionibus Ecclesiasticis, quæ à Gratia- no dist. 27. 28. & 31. collocantur, tum verò ex de- cretali Bonifacii, in qua votum solenne in mona- chale & Sacerdotale distinguit, satis liquet. Ha- bent monachales ordines maxima ex parte, pau- pertatè in particulari, & quæ ad vitam honestè a- gendam sint necessariæ, diuitias in communi. Ha- bent & clerici ex veteri regula ab Apostolis insti- tuta, idem vitæ genus. Nã quod institutum cleri- corum, sit nihil possidere propriũ, ex ipso nomine Hieronymus ad Nepotianũ scribès, in hæc verba ostendit. Clericus qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primum vocabulum suum, & no- minis diffinitione prolata nitatur esse, quod dicitur. Et subinde. *Qui Dominum possidet & cum propheta dicit. Pars mea Dominus &c.* Nihil ex- tra Dominum habere potest, quod si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia si aurum, si argentũ, seu possessiones, si variam supellectilem, cũ istis partibus non dignatur Dñs fieri pars eius &c. Si- milia docet ad quendam Leuitam scribens. Cui & Ambrosius & Gregorius Romanus Pont. acci- nunt, alter lib. de fuga seculi, alter ad Augustinũ Episcopum Anglorum scribens. Eamq; viuendi rationem, suo tempore in Ecclesia viguisse, docet Augustinus, in sermone de communi vita cleri- corum. Nã q̄ eas, quas possidebant, cum clerici, tum verò Episcopi diuitias, non proprio nomine, sed Ecclesiæ ad pauperum egestatem leuandam, possiderent. Prosper Aquitanicus docet. Expe- dit, ait, facultates Ecclesiæ possideri & proprias per-

in Ro. Pon- tificali.

de voto. &
vot. red. cap.
Quod.

12. q. 1. c. 6. cl.
ricus. 1.

12. q. 1. cap.
ano ibidè. c.
qui portio. ea
c. Quia & ibid.
c. Nolo. cap.
non dicatis
c. Ex eplũ es
c. Habebat.

perfectiois amore contineri, non enim proprii sunt, sed communes Ecclesiae facultates. Et ideo quisquis omnibus quae habuit, dimisis aut venditis, sit rei suae contemptor, cum praepositus factus fuerit Ecclesiae, omnium, quae habet Ecclesia, efficitur dispensator. Quod subinde beati Paulini Nicolani, & Hilarii Arelatensis, exemplis confirmat, qui cum propria ad pauperum usus diuendissent Episcopi facti, Ecclesiae diuitias sine impedimento perfectionis, ad eandem Ecclesiam pauperes alendo conseruauerunt. Fuit in ea sententia Augustinus aliquando, ut nemine ad Ecclesiasticos ordines admitteret, qui proprium aliquid retinere vellet, quod tamen postea, quorundam Hypocritis vitandae, gratia, reuocasse se fatetur. Cuius indulgentiae, & Hieronymus in Epistola ad Damasum meminit. Quae res aperte: prodit clericos, eos praesertim, qui sacris ordinibus sunt delibuti, potius ex quadam indulgentia, inquam ex instituti sui rigore proprias diuitias possedisse. Immo verò non Ecclesiastica dumtaxat consuetudine, aut Episcoporum constitutione, sed voto etiam ante ordines edito, clericos propriis possessionibus caruisse, Urbanus primus Romanus Pontifex & martyr memoriae prodit. Scimus, inquit, vos non ignorare, quod haecenus vita communis, inter omnes Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget, & maxime inter eos, qui in sortem Domini sunt electi, id est clericos, sicut in Actibus Apostolorum legitur &c. Et subinde quicumque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat, sed hoc quod Domino pollicitus est, fideliter custodiat, ne damnatione sed premium sibi acquirat, quoniam melius est non vouere, quam votum prout melius potest, non perficere. Grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt aut fidem per ceperunt: & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quam illi qui sine voto aut fide mortui sunt & tamen bona egerunt opera. Haecenus Urbanus. Habuisse verò olim clericos in communi, diuitias quasdam, quibus moderatè viuerent, ex eisdem locis abundè comprobatur. Harum verò diuitiarum dominium aut penes Ecclesiam, aut penes eorundem clericorum communitatem erat, ut iuris prudentes quidam docent, aut quod ego magis suspicor, penes pauperes, quibus alendis eadem diuitiae à fidelibus destinatae sunt. Quod & Hieronymus ad Damasum, tam aperte scribit, ut nulla sophistica dilutione obscurari queat. Quoniam, inquit, quidquid habent clerici pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum & hospitem inuigilari debent. Maxime curandum est illis, ut de decimis & oblationibus, cenobiis & Xenodochiis qualem voluerint & potuerint sustentationem impendant. Ita Hieronymus.

Viuebant denique olim clerici non in priuatis

domibus, sed in communi domo, quemadmodum & monachi ac religiosi nunc viuunt. Quod Clemens I. in Epistola ad fratres Hierosolymis commorantes, testatur. Idemque Urbanus I. refert. Cum enim vnde Ecclesiasticae diuitiae essent ostendisset, ex fidelium scilicet oblationibus, subinde, quorsum essent in haec verba subdit. E quibus diuitiis, Episcopi ut fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam gerere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint &c. Idem fuisse in usu multis postmodum seculis. Statutum Concilii Toletani, de adolescentioribus clericis argumento est. Si qui, inquit, impuberes aut adolescentes in clero existunt, omnes in vno conclauo commaneant, ut lubricae aetatis annos, non luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem & magistrum doctrinae & testem vitae habeant. Et post pauca. Qui autem his praecipitis resultauerint, monasterio deputentur, ut vacantes animae & superbae, sequiori regula constringantur. Quod statutum & Concilium Tridentinum nostra memoria celebratum, sanctissime renouauit, & vniuersalis Ecclesiae rursus intulit. Eugenius I. Leo IX. & Nicolaus I. Romani Pontifices, suis temporibus non tantum adolescentium sed omnium clericorum communem vitam conseruauerunt, quod eorum apud Gratianum de extruendis aedificiis, in hanc rem decreta testantur. Et demum hanc vitam communis rationem, praeter multos alios & veteres & recentes Ecclesiasticos canones, aedificia ipsa Episcopis & clero in Ecclesiis matricibus extructa, in quibus perspicue triclinia, refectoria vocant, dormitoria, monachalia claustra &c. in quibus vel nunc in quibusdam locis, vel parum antea in reliquis, potior clerici pars habitabat, videntur, satis conuincunt. Immo verò id redditus ipsi Ecclesiastici, quos nunc iidem clerici, qui Episcopo conueniunt, percipiunt abundè ostendit. Nihil enim hi nisi e communibus diuitiis, quas unicuique distribuendas, vniuersum possidet capitulum siue communitas, accipiunt, nec nisi vestiarii, refectorii &c. nomine. Denique id ipsum vel ipso horum clericorum nomine, docetur. Quid enim aliud est canonicus quam regularis? neque hos canonicos ego putauerim, diuersum institutum à reliquis clericis, qui parocciis administrandis, deputantur possidere, quod aliqui fortasse arbitrantur, sed reliquos, quod non possent communem vitam agere, ab eodem vitae genere exemptos arbitror, hos, qui administratione destituebantur, ad veri instituti clericalis rigorem conseruandum, ab Episcopis relinqui. Nam Augustinum regulares & semimonachos canonicos habuisse, cum tamen Benedicti, in quem id canonicorum institutum, à quibusdam refertur, regula non fuisset exorta, tum eius scripta, tum Possidonius in eius vita testatur. Eandemque

demque causam arbitror esse, cur cum iidem canonici, nihil de Ecclesiasticis bonis, nisi, quod ex massa capitulari singulis offertur, nec tunc nec nunc habeant, reliqui clerici qui parocciis aut reliquis beneficiorum Ecclesiasticorum generibus praeficiuntur, possessiones & peculiares diuitias habere permittantur, quia scilicet, ab eodem Episcopo, clericali quoque domo, quae Ecclesia matrix est, atque adeo communibus diuitiis ob parocciarum necessitatem, seiuuncti, vitam agant. Quod etiam in religionibus quibusdam, non modo militaribus, sed, monachalibus etiam, quae Ecclesiasticis beneficiis, quae Pontificum liberalitate fortiuntur, monachos aliquos aut viros religiosos praeficiunt, nunc quoque fieri uidemus. Nam cum in ipsis Monasteriis nihil possideant, in parocciis, quibus praesunt, diuitias & possessiones habere permittuntur.

EAM VIVENDI RATIONEM, quam hodie clerus seruat, nihil ob stare quominus religiosi sint & uocentur. Cap. II.

Q UOD si quis obiiciat, clerum uniuersum hanc uiuendi formam iam dudum exuisse, neque iam aut communem uitam agere, aut communes dumtaxat diuitias possidere, ut olim. Primum respondeo, instituti relaxationem, institutum ipsum non uariare, nisi uelimus multas ex religionibus monachalibus, quae iam dudum aut focordia uitiorumque irruptione, aut quod fieri solet, sedis Apostolicae nimia indulgentia, à pristina perfectione uel in paupertatis uel obedientiae uel castitatis studio & rigore deflexerunt, non esse Religiones, quod est absurdissimum. Quis enim neget multarum religionum conuentuales, qui multis secularibus clericis absurdius uiuunt, adhuc non esse religiosos? Aut cur obsecro hi, qui ob has, quas diximus causas, uotum paupertatis non seruant, adhuc monachi aut religiosi non erunt? Quod si hi sunt religiosi, ergo neque exempti monachi, qui Apostolica auctoritate & indulgentia, neque suarum religionum praefectis obediunt, neque paupertatem, quam suum institutum profiteur conseruant, religiosi erunt. Quod si hi adhuc sunt religiosi, sunt igitur & clerici, in quibus aut Apostolica indulgentia aut ipsa rerum necessitas, aut denique Ecclesiastica aliquorum temporum consuetudo, rigorem paupertatis abrogauit, praesertim cum obedientia & castitas ex uoto, permanent.

Respondeo secundo falsum esse, quod aiunt, communem illam pauperem ac religiosam uiuendi rationem, è medio iam sublatam. Nam praeter hoc quod diximus, potissimam ac principalem clerici partem, illam, inquam, quae Episcopis coniuuit, ex qua sola clerus uniuersus me-

tiendus uideatur, nihil adhuc nisi quod ab ipsa capituli uniuersitate singulis tribuitur, possidere, reliquosque clericos qui parocciis ab Episcopis distincti & separati praesunt, ex ipsa rerum necessitate, ex Episcoporum & Pontificum indulgentia proprium aliquid habere, adhuc eiusdem paupertatis uestigium non paruam remanet, cum de Ecclesiasticis bonis, id est, iis quae intuitu Ecclesiae acquisierunt testamentum condere, aut legatum facere iure prohibeantur: signum est apertissimum eisdem in huiusmodi bonis, nullum adhuc dum uiuerent, ius acquisiuisse. Quod uero de bonis aliunde acquisitis nunc testari permittantur, eadem indulgentia & Apostolica permissione factum est, qua eadem habere fuit quoque permittum. Fuit autem huius indulgentiae ratio, quod plerumque Ecclesiastica bona ad eorundem clericorum uitam honestè transigendam non satis essent, unde ea inopia aliunde supplenda uidebatur. Erat autem iniquum profus, ea postea in Ecclesiae potestatem cedere & non potius mortis uoluntati permitti, quae uel à paterna hereditate uel à propria industria prouenissent. Sic nonnunquam Romani Pontifices erga eas religiones, quarum est etiam arctissima paupertas, ob bonorum communium quibus religiosi alantur penuriam & inopiam, quaedam indulgentias solent, quae eidem monachali paupertati primitus institutae reluctantur, ut in Franciscanis, Dominicanis &c. Conuentalibus, quidam Pontifices fecerunt, quorum quidam, cum tamen uniuersi ideo mendicantes appellentur, quod nihil possideant, non modo in communi sed in particulari quaedam possidere per eosdem Pontifices permittuntur. Immo uero plerisque multis concessam fuisse condendi testamentum facultatem à multis accepi. Nec tamen per huiusmodi Apostolicas indulgentias, has religiones non habere uotum paupertatis, quis dixerit cum nulla religio absque triplici uoto castitatis, obedientiae & paupertatis constare possit. Nam si nullum habent paupertatis uotum, possunt ergo absque Apostolica indulgentia, immo reclamante Pontifice, eas diuitias quas uel in communi uel in particulari habent possidere, quod est absurdissimum.

Itaque, si rectè clericorum latine praesertim Ecclesiae, institutum despiciatur, parum differt profecto à monachali, cum tria quoque uota cum uita communi possideat, neque aliud ego discrimen inter utrumque deprehendo, quam quod clericali, utpotè multò monachali uetustius, longius aliquatò, à religiosa perfectione discesserit: quod tamen haud est mirandum; uidemus enim religiones tantò magis cum Euangelica perfectione coniunctas, quātò recetiora habuerint exordia: quod etiā in ipsis monachalibus religionibus facile deprehendimus. Nā quod quaedam earū cū maiori antiquitate adhuc religiosè uiuant, non ueteri illi religionis initio, sed frequentibus reformatio-

N n nibus,

12. q. 1. cap. Certe.

gl. in c. Ex-pedis. 12. q. 1.

16. q. 1. ca. Quoniam.

12. q. 1. in Ep. ad Hier.

12. q. 1. omni.

12. q. 1. cessante nulla.

de reb. cap. quia.

nibus, quæ sunt iterata quædam exordia, acceptum referendum est. Porro eæ religiones, aut religionum domus, quæ nunquam reformationem pertulerunt, quantum à suis principiis recesserint, immo uerò quàm parum à clericali uiuendi instituto differant, multis exëplis, quæ utinam non frequentissimè occurrerent, compertissimum arbitror.

QVO PACTO SACRI CLERICI uotum paupertatis habere sint dicendi. Cap. 12.

NEQVE uerò cum uotum Euangelicæ paupertatis clericis secularibus impingo, Antropomorphitis, Marfilio Panduano, Waldensibus, Ioanne Wiclefo Lutherovè qui docent Ecclesiasticos uiros nullas posse diuitias possidere, consentio. Nam primò, id illi non de singularibus clericis, sed de Ecclesiis ipsis docebant, quod perspicuè in Lutero patet, qui secularibus principibus Ecclesiastica bona diripere per uniuersam Germaniam persuasit.

Deinde, illi neque Ecclesiæ nomine, Episcopos aut reliquum clerum, ad pauperum quamdam ægestatem, bona temporalia possidere permittunt, quod esse falsum & sanctorum patrum doctrinæ contrarium, antea multis ex Gratiano productis capitulis, demonstrauius. Quod tamen diuitias possidendi genus, cum Ecclesiastici patres Episcopis ac reliquis clericis sacris præsertim, libenter tribuant, id tamen, quod aliquid quasi proprium possidetur, omnino negant.

Vt uideant, hi qui Ecclesiastica beneficia, Episcopales præsertim thesauros, clericorum & Episcoporum stipendia esse sophisticis & inanibus rationibus, cum ingenti tamen totius Ecclesiæ scandalo fabulantur, quantum à ueteri doctrina distent in hac parte. Quam sententiam ideo frequentissimè & uerbis & theologice rationibus flagello, quod maximorum malorum lernam per eam in Ecclesiam iniuctam esse uideam. Ea enim & Episcoporum in pauperes paterna sollicitudo elanguit, & Pastoralis illa cura penitus, emortua est, dum nihil aliud Episcopum agere esse plerique multi arbitrantur, quàm ingentes thesauros in cognatorum delicias conuertendos possidere, aut, quod non nulli, qui tamen se sanctissimos & Apostolis perfectione proximos putant, faciunt, apud suos populos eloquentissimè de mundi contemptu, Euangelica paupertate, mutua charitate & fraterna subuentione declamare, cum tamen ipsi de his, quæ iure Diuino, naturali, & humano, in corundem populorum pauperes elargiri tenentur thesauros aggerant. Eadem sententia, & principibus secularibus, Ecclesiastica bona usurpandi uehementissimam occasionem tribuit. Profectò si pauperum ideo Christi qui in pauperibus pauper est, eas esse diuitias intelligerent, quòd

eas non satis esse putarent, de suis quoque adderent, tantum abest ut eas usurparent, nunc cum uideant publice doceri, esse eas clericorum stipendia, & nescio, quas fabulosas partitiones bonorum Ecclesiasticorum olim factas fuisse, à quibusdam accipiant, cum quæ tam ingens stipendium omnino pastorem laborem, cum præsertim, qui populis nunc per Vicarios impenditur, omnino superare uideant; quid superest aliud, quàm ut easdem diuitias ad laboris mensuram tandem aliquando reducant? Nam stipendia temporalia, & caduca, his qui Apostolorum loco non modo cura & sollicitudine, sed mundi ac diuitiarum contemptu, præficiuntur, quemadmodum & reliquis ciuilibus ministeriis præscribere, prorsus indignum. Quòd si Christus & Apostoli dignum esse mercenarium cibo, & qui altario seruit de altario uiuere debere decreuerunt, non tamen ingentes has, quas nunc uidemus diuitias, delegarunt, uiuere, inquit, non ditari, & cibo non thesauro dixit. Quod uel inde aperte proditur, quòd quibus hæc Christus dixit, nihil possidere præcepit. Nolite, inquit, possidere aurum neque argentum &c. Sed eam in hac parte potissimam rationem esse arbitror, quæ ab Ecclesiasticorum bonorum præsertim Episcopalem origine sumitur, de qua non nulla alibi locuti sumus. & fortasse aliquando plura Deo auctore dicemus. Haud enim nobis satisfacimus, nisi minima quæque huius sententiæ, quæ pauperes suis bonis spoliatur, fundamenta funditus colliserimus, quòd fortasse in totius huius libri sine præstabis.

Tertiò Hæretici illi, qui clerum nullas posse diuitias possidere, fabulantur, de clero nostri temporis loquuntur, cui ut diximus, Apostolica indulgentia, quemadmodum & non nullis religiosi contra uetus institutum diuitias proprias ex paterna hæreditate, aut aliunde quàm ab Ecclesia prouenientes, possidendi facultatem indulsit. Quam facultatem ad iuste easdem possidendum, non satis esse dicere, hæreticum est prorsus. Ego contra, aut de ueteri instituto clericorum, aut de instituto in se & absque Apostolica indulgentia considerato, loquor.

Quartò demum, & quod est omnium certissimum, Hæretici de iure Diuino loquuntur, sentiunt scilicet, clericis uniuersisque Ecclesiasticis uiris, qui Apostolis, qui Euangelicam paupertatem coluerunt, ex Christi institutione successerunt non licere aliquid possidere. Contra, nos, non ex Diuino iure, sed ex patrum constitutione, & uoto fortasse (præsertim ueteri illo seculo) tacito, quo nihil proprium habere ipsa clericatus assumptione permittébatur, ad eandem paupertatem teneri olim qui dem omnino, nunc, quantum Apostolica permissio non indulget, docemus. Nam quòd hi per iuris Diuini coercionem, uiros Ecclesiasticos ad nihil possidendum, adigi docerent, id uel satis indicat, quòd ob hæc causam Hæretici uocantur, hæresis enim

enim non est quæcumque assertio, sed quæ iuri Diuino prauè intellecto, obnititur. Deinde id ita esse Augustinus de Antropomorphitis siue Vadianis loquens, Aeneas Syluius, Cosordus, & reliqui, qui posteriorum hæreses descripserunt, perspicuè scribunt.

FORVM QVAE DICTA sunt, epilogus. Cap. 13.

ERGOT quæ in hac ultima ratione diximus in compendium redigamus. Negamus quod Theologi illi tanquam certum supponebant, institutum clericorum non esse religionem, cum omnia, quæ ad religionem constituendam requiruntur possideat. unde si uotum solenne castitatis, quod religionibus emittitur, indispensabile putant, eadem ratione prorsus & sacrorum clericorum uotum indispensabile putare debent. Nam si monachi uotum, quantumcunque eius institutum in studio castitatis, paupertatis immo & obedientiæ, quæ est religioni essentialior, à pristina perfectione recesserit, indispensabile arbitrantur, quòd non ex præsentis abusu, sed ex ipso in se instituto obligationem metiantur, cur non erit perinde indispensabile apud eosdem, sacri clerici, Episcopi nimirum, Presbyteri, Diaconi, aut Subdiaconi uotum, cum eius institutum, quod ex sacris canonibus ueterumque patrum monumentis aperte constat, non modo expressum obedientiæ uotum, sed castitatis & paupertatis tacita uota, cum uita communi habituque à reliquis fidelibus distincto, ac planè honesto ac religioso possideat?

Quòd si ad rationem religionis constituendam, certæ constitutiones aut regula, sub qua uiuatur, præter tria uota necessariò requiruntur, habent penè innumeras, quas Iuuo, Burchardus, Gratianus, Theodorus Cantuariensis, Isidorus, Rabanus, & multi alii apud Latinos, apud Græcos uerò Photius Constantinopolitanus, & Theodorus Balsanio, ingentibus uoluminibus ex patribus collegerunt. Habent & septem Epistolarum decretalium libros, quod Gregorius IX. Bonifacius VIII. & Clemens V. copilarunt, quæ omnia magna ex parteque clericis differunt. Quos de canones, ideo uiuendi regulas appellare & Græcis & Latinis placuit, ea nimirum ratione, & loquendi forma, quæ religionem constitutiones, regulas uocamus.

OBIECTIO EX VOTI solennis communi diuisio difficitur. Cap. 14.

QUOD si quis, aduersus hæc obiiciat Bonifacium VIII. in illa decretali, cuius plerumque meminimus, uotum solenne in uotum religionis & sacerdotale distrahere, atque

adeò inde uelit colligere, sacerdotum & reliquorum clericorum, qui extra monachales religiones quæ nunc in usu sunt, uagantur, institutum, non esse religionem, is profectò facillè repelletur, si Pontificis mentem, uel non multum accuratè exigere uelimus. Diuidit Pontifex eo loco uota solennia, non per membra opposita & sibi mutuo aduersa quemadmodum animal rationale & irrationale, corpus per animatum & inanime distrahimus, sed per disparatas rationes, quæ tamen uni eidemque subiecto conuenire possint. Quemadmodum enim religiosus ad sacros ordines prouectus, uotum habet religionis solenne, & uotum etiam ordinis ita nihil pugnat, Episcopum, Presbyterum, Diaconum &c. Duplici quoque solenni uoto castitatis constringi, uno quod à sacris ordinibus, altero quod à religione deriuetur. Significat ergo Pontifex duas esse uoti solennis contrahendi rationes, religionis professionem, & ordinis sacri susceptionem, atque alterutram satis esse ad obligationem solennè inducendam, si altera deficeret, non tamen negat, posse sibi inuicem in eodem subiecto consentire, siue ille monachus sit, siue clericus. Deinde Pontifex loquitur eo loco iuxta communem formam loquendi, qua clerici ut uocant seculares, à religiosi qui sub approbata à sede Apostolica religionibus militant, distinguuntur, sed res est aperta.

RECITANTVR THEOLOGORUM sententiæ, in altero extremo constitutis, quibus docetur, uotum sacerdotale castitatis, non esse indispensabile. Cap. 15.

ATQVE hætenus quidem, eorum sententiæ & explicauimus & discimus, qui sacerdotale castitatis uotum per Pontificum uoluntatem dispensabile & solubile crediderunt, ueniamus iam ad eos qui omnino in aliud extremum declinarunt, hi autem bipartiti sunt. Nam quidam huiusmodi uotum, ideo nulli quantumuis supremæ Ecclesiasticæ potestati subesse sibi persuadent, quòd omne uotum solenne per eandem potestatem indispensabile putent, contra alii, cum id uotum solenne castitatis quod à religiosi emittitur solubile fateantur, sacerdotale tamen uotum nullo pacto credunt dispensabile. Quæ duæ sententiæ suo ordine nobis sunt examinandæ.

Ergo priores illi, qui nullum uotum solenne castitatis uolunt per Pontificis uoluntatem absolui, non eademque ratione promouentur, sed, diuersi, diuersis. Nam cum ut prudenter Sanct. Thom. adnotatur, tria in uoto solenni castitatis notentur, materia, perpetuitas ac solennitas, à tribus his ad uoti huius generis indispensabilem, ab auctoribus Theologis rationes neçtuntur.

Vide 12. q. 1 c. necessaria. e. nulla. cap. clericus. c. cuius portio. c. duo. e. Quia. cap. Semus. c. no. lo. cap. Non dicatis. cap. Expediat. ca. uidentes.

Lib. de Her. 50. Lib. de orig. ho. hom. ca. 35. l. cont. ualdem.

Lib. 7. de. Et in. de. fide.

De uoto. et. mor. red. p. c. Quod. autem.

Guilielmus Episcopus Antifiodorensis paulò ante Alexan. Bonauen. & Thom. in Pariensi scho- la celeberrimus Theologus. Causam indispen- sabilis, à materiæ magnitudine, à castitatis nimirum ualore, deriuat. Nam cum in dispen- satione uoti solennis castitatis, aliqua alterius uirtutis compensatio esse debeat, ut firma rata- que sit dispensatio, nihil possit cum perpetua castitate conferri, iuxta illud sap. *Non est æqua ponderatio continentis animæ, nullo perinde pacto, uotum solenne castitatis erit ab aliqua Ecclesiastica potestate dispensabile.* Quòd nihil in Christiana uita continentia possit æquiparari, ex eius utilitatibus ab his colligitur. Continentia enim præter hoc quod de hoste domestico trium- phat, & Angelicis spiritibus similem obseruato- rem reddit, Christo quoque, integrè, id est, iuxta hominis duplicem partem, corpus & animam, conformat. Hanc sententiam imitati sunt ex iuris canonici prudentibus, decretorum glossato- res eadem penitus ratione ducti, quibus, & illam ad comprobendam castitatis excellentiam, addere placuit, quod iuxta Ambrosii dictum, uirginitas paradysum, matrimonium, terram re- pleat. Quamquam in cap. primum de uoto & uoti redemptione, non tam de uoti dispensatione, Glossator, mihi loqui uideatur, quam de commu- tatione quæ inter uoti commutari & eius rei pro- qua commutatur, materiam aliquam comen- sationem aut compensationem requirit.

Sunt, qui non à materia sed à ipsa uoti perpe- tuitate causam indispenabilitatis accersiant, in quibus Albertus Ratisponensis, cum primis nu- meratur. Nam uotum perpetuum nulla ratione potest prætermitti, nisi per id, quod est eidem uoto perpetuo contrarium, ergo numquam ab eo quisquam poterit quacumque dispensatione desistere, nisi peccando, qui enim uoto contra- rium operatur absque dubio in uotum delinquit, atque adeò nunquam erit aliquando dispensabi- le: Uotum enim indispenabile uocamus, contra quod nulla auctoritate licet unquam facere. Aducit. Sanctæ Ephigeniæ uirginis & sanctimo- nialis exemplum, quam Mathæus Apostolus & Euangelista, Hirtaco Regi, quòd Deo se iam uoto perpetuo consecrasset, nubere noluit.

Sanctus Bonauentura, recitatis utrinque senten- tiis, huic magis opinioni adhærere uidetur, tum quòd eam securiorem putet, in rebus autem du- biis securiori parti consentiendum est, tum dein- de, quòd id, quod à libera uoluntate est Deo obla- tum, si bonum sit, ac proinde acceptum, reuocari non possit. Quare de omni uniuersum uoto pronuntiat, non esse dispensabile per ullam humanam potestatem, ea præsertim dispensatione quæ iuris relaxatio appellatur, nam illa quæ iuris interpre- tatio aut declaratio dicitur, non negat quædam esse dispensabilia, quæ scilicet melioris boni dispē- sationem admittunt.

Apud Ricardum & Altifiodorenses, quidam ueteres scholastici, in ius Diuinum & naturale causam reiciunt, nam cum uota reddere, pos- sea quam semel sunt promissa, sit iuri Diuini, iux- ta illud, uouete & reddite &c. & naturalis, quo- niam omnis promissio liberè facta, ad reddend- dum, quod promissum est, natura ipsa cogente urget, reliquum est, Pontificem, cui nec naturæ nec Diuina iura subduntur, neminem à uoto se- mel Deo facto, posse absolueri. In quod & Ber- nar. doctrina præferri solet, quòd quædam sint præcepta, quæ immediatè ad Deum ordinè, ut primæ tabulæ quædam quæ ad proximum, ut se- cundæ, quædam his superaddita, ut canonicæ constitutiones à Patribus constitutæ, in quorum prima, neque homo neque Deus, in secunda, so- lus Deus, in tertia & homo & Deus. auctori- tem habeat. Cum ergo uota reddere ad natu- rale & Diuinum ius pertineat (nam hominem in Deum immediatè ordinat) nulla ratione Ro- mani Pontificis aut alterius alicuius hominis po- testati subduntur.

In quædam sanctificationem aut benedictio- nem alii uoti solennis indispenabilitatem refun- dunt, cuius sententiæ auctorem inter ueteres scho- lasticos solum Diui Thomæ inuenio. Nam cum præcedentes opiniones, quæ uel à materia, uel à uoti perpetuitate rationem indispenabilitatis ne- ctebant, refutasset, subinde prodens in hac parte sententiam, ideo inquit, aliter dicendum uide- tur, quod sicut supradictum est, & habetur Leui- tici ultimo, illud quod semel sanctificatum est Domino, non potest in alios usus commutari. Non autem potest facere aliquis Ecclesiæ Præla- tus, ut id quod est sanctificatum, sanctificatio- nem amittat, etiam in rebus inanimatis, puta quæ calix consecratus, desinat esse consecratus, si maneat integer. Vnde multò minus potest hoc facere aliquis Prælatum, ut homo Deo consecra- tus, quandiu uiuit, consecratus esse desinat. So- lennitas autem uoti consistit in quadam conse- cratione seu benedictione uouentis, ut dictum est. Et ideo non potest fieri per aliquem Præla- tum Ecclesiæ, quòd ille, qui uotum solenne emisit, desinat, ab eo ab quod est consecratus. Pu- tà quòd ille qui est sacerdos, non sit sacerdos, li- cet possit Prælatum, ob aliquam causam execu- tionem ordinis inhibere. Et simili ratione Papa non potest facere, quod ille, qui est professus reli- gionem, non sit professus religionem, licet quidam Iu- ristæ ignorantè contrarium dicant hucusque. S. Thom. Quibus planè uerbis haud aliud quisquam potest intelligere, quam eundem in ipsa consecra- tionis aut benedictionis perpetuitate, uoti indis- penabilitatem collocasse. Hanc enim ille rati- onem necit. Quòd semel Deo consecratum est, amplius in alios usus, ipso permanente, non potest commutari, sacerdos & religiosus, ille per consecra- tionem, hic per benedictionem, Deo in uoti solennis

emissione

emissione, consecrati sunt, non ergo per ullam Ecclesiasticam potestatem ad coniugalem uitam possunt traduci, nisi fortasse quis diceret, Papam posse facere, ut qui fuit consecratus aut benedi- ctus, non fuerit consecratus aut benedictus, quòd quidam Iuristæ ignorantè crediderunt. Deinde solennitas uoti reddit ipsum uotum indispenabi- le, nam uotum non quæ uotum, nec quæ uotum perpetuum, nec quæ uotum castitatis, perpetuum sed quæ solenne est, est indispenabile. Nam si quæ uotum est, esset indispenabile, nullum uotum es- set dispensabile, & si quæ uotum castitatis est, es- set indispenabile, ut prior illa sententia quam confutauit, quamque nos superius, Altifiodoren- si tribuimus, dicebat, planè neque uotum casti- tatis simplex esset dispensabile. Et demum si quæ uotum perpetuum est, esset indispenabile, ut se- cunda opinio, quam uos Alberto nuncupauimus, nullum uotum perpetuum non comedendi car- nes, aut non bibendi uinum, propter paritatem rationis, esset dispensabile. Ergo ratione dumtaxat solennitatis uotum solenne est indispenabi- le: Hæc autem solennitas, sita est in quadam consecratione uel benedictione uouentis, ut supe- rius arti. nimirum. 7. decretum est. Ergo de pri- mo quod aiunt Dialectici, ad ultimum, uoti so- lennis indispenabilitas, in consecratione aut be- nedictione uouentis consistit. Has profectò duas rationes contextus, Sanctæ Thomæ eo loco, con- tinet, ex quibus apertè colligitur, eundem non in aliquo alio uoti solennis indispenabilitatem collocasse, quæ in uouentis consecratione aut be- nedictione. Atque hanc fuisse S. Tho. sententiam, oēs quotquot hucusque, fuerunt alicuius nominis & eruditionis Thomistæ, exceptis recentioribus quibusdam, qui fortasse honestius ut solent ab eo dem diuo Thoma discedendi uiam quærentes, quandam traditionem illi obtrudere, contra om- nem rationem ut paulò inferius ostendemus, mo- liuntur, suis scriptis testatum relinquerunt. Adeò ut uetustiores quidam, qui tamen Thomistæ uel ad tædium ab omnibus indicantur, ut eiusdem au- ctoris in hac parte sententiam tuerentur, quan- dam spiritualem, qualitatem per monachalem benedictionem imprimi excogitarint, quæ tam- en a recentioribus, quemadmodum, & in sa- cramentis ridetur. Nam quòd hanc monacha- lem benedictionem, indispenabilitatis uoti so- lennis continentie, causam, uniuersi ueteres Tho- mistæ ex doctrina Sanctæ Thomæ crediderunt, ex eorum scriptis facile est colligere. Certè Pe- trus Paludanus, Caietanus, & ante hos multi alii in eadem doctrina solertissimi, quibus tamen multò magis, quam recentioribus, in explicatio- ne doctrinæ Sanctæ Tho. credendum est ita eun- dem. Diuū Thomam interpretantur. Immo uerò Syluester Prierius, qui tamen in exquirenda & colenda Sancti Thomæ doctrina, nulli istorum qui se in hac parte ueteres superasse sibi per sua-

dent, cederet, Hanc Sancti Thomæ senten- tiam, quæ in benedictione rationem indispenabi- litatis collocat, à Spiritu Sancto profectam, arbitrat. Sed eius uerba quamuis paulò arro- gantiora, sunt referenda. Cum itaque eius senten- tiæ, quæ uotum solenne quodcumque per Pon- tificis uoluntatem dispensabile credit, multos cum iurisprudentes, tum Theologos recitasset, Et breuiter subdit Sanctus Thomas qui oppo- situm tenuit, non habet secum, nisi Albertum, & ueritatem fundatam in ratione irrefragabili & auctoritate Spiritus Sancti Leuitici ultimo, ubi dicitur, Animal quòd immolari potest Do- mino, si quis uouerit sanctificatum erit, muta- ri non poterit, nec melius malo, nec peius bo- no. Hactenus Syluester falso itaque Diui Tho- mæ, sententiam traditione abtruditur, neque aliunde prodiit, quam ex solo eius placitum, quocumque pacto defendendi desiderio, cum ta- men non tam aliorum sententias tueri oporteat quam rectè & ex eorum animis tueri. Sed quid in aliorum scriptis Sancti Thomæ sententiam ueniamur, cum ipsa eadem eius uerba apertissi- mè testentur. Dicendum inquit, est aliter, quòd sicut supradictum est, & habetur Leuitici Ult. Quòd semel sanctificatum est Domino, non po- test in alios usus commutari. Non autem po- test facere aliquis Ecclesiæ Prælatum, ut quod est sanctificatum, sanctificationem amittat, etiam in rebus inanimatis &c. Neque satis scio unde, hæc sententia. Diui Thomæ obtrudi potuerit, nisi fortassis ex articulo sep. eiusdem quæstionis, quo loco de solennitate loquens eamque penes- susceptionem sacri ordinis, & religionis profes- sionem attendi docens, non nihil ad hanc tra- ditionem pertinens loqui uidetur. Dicendum, ait, quòd unicuique rei solennitas adhibetur, secundum illius rei conditionem: Sicut alia est solennitas nouæ militiæ, scilicet in quodam ap- paratu Equorum & armorum, & concursu mi- litum. Et alia solennitas nuptiarum, quæ con- sistit in quodam apparatu sponsi & sponsæ & con- uentu propinquorum. Uotum autem est pro- missio Deo facta, unde solennitas uoti atten- ditur secundum aliquid spirituale, quod ad Deum pertinet, & secundum aliquam spiritualem bene- dictionem uel consecrationem, quæ ex institu- tione Apostolorum adhibetur, in professione, certæ regulæ. Secundo gradu, post susceptio- nem sacri ordinis, ut dicit Dionysius secundo cap. celestis hierarchiæ. Et huius ratio est, qua re solennitates non censuerit adhiberi, nisi quan- do aliquis totalitèr mancipatur alicui rei non enim solennitas nuptialis adhibetur nisi in ce- lebratione matrimonii, quando uterque coniu- gum sui corporis potestatem alteri tradit. Et similiter uoti solennitas adhibetur, quan- do aliquis per susceptionem sacri ordinis, Diuino ministerio applicatur, & in pro-

Nn 3 fessione

Ecclesiast. 26.

in c. cum ad Monasterium de stat. regu- lo ca. 1. de uoto. & nos. 72. dem in cap. cum ad.

32. q. 1. ca. nuptie.

4. sen. d. 38. art. 7.

d. 38. q. 3.

Explicit S. Thomæ sententia

In uerb. uo- tu 4. pag. 4.

uide sup.

fessione certæ regulæ, quando per ab renuntiationem seculi & propriæ uoluntatis, aliquis habitum professionis assumet. Hactenus S. Thomas eo loco: Ex quibus, quamquam traditionem & totalem, ut ille uocat, mancipationem concomitanter eo tempore, quo uotum solenne emittitur, fieri intelligamus, quod neque inficiari uolumus, solennitatem tamen penes eandem traditionem attendi, aut eandem traditionem causam esse indispensabilitatis, nullo pacto: profectò possumus colligere. Immo uerò, tantum abest, ut ex hoc loco eam fuisse S. Tho. sententiam colligamus, ut potius apertissimis uerbis hinc contrarium habeatur. Nā nō modo apud eundem D. Tho. sed apud omnes Theologos auctores, solennitatem, causam esse indispensabilitatis, nemo certè negare poterit. Omnes enim uotum simplex ideo esse dispensabile & solubile docent, quod Ecclesiastica solennitate destituatur, sicut contra, uotum solenne qui docent esse indispensabile, in eandem solennitatem causam reiciunt. Atq; id cum in ceteris Theologis uerum sit, in S. Thoma profectò est uerissimum. Nam cum articulo illo 11. quæsiisset, an uotum solenne continentia esset dispensabile, reiectis scholasticorum uetustiorum sententiis, in solennitatem dumtaxat indispensabilitatem retorquet. Dicendum, ait, quod sicut supradictum est, & habetur Leuitici ultimo, Quod semel sanctificatum est Domino, non potest in alios usus commutari &c. Subditq; subinde. Solennitas autem uoti consistit in quadam consecratione seu benedictione uouentis, ut dictum est (nimirum sup. ar. 7.) & ideo non potest fieri per aliquem Ecclesiæ Prælatum &c. Credit ergo S. Thom. uoti indispensabilitatem à solennitate proficisci: solennitatem autem idem non traditioni, quæ tantum fit concomitater, sed consecrationi tribuit, ut ex eodem sep. & undecimo artic. apertissimè colligitur, non ergo traditio apud eundem D. Thomam sed consecratio aut spiritualis illa ex Apostolorum constitutione benedictio, uotum solenne continentia reddit indispensabile. Eandemque prorsus intelligentiam habet, quod isdem S. Thom. in 4. sentent. dist. 38. q. 1. inquit, uotum solenne tunc fieri quando quis presentialiter se Deo tradit, Diuinis se se mancipando mandatis. his enim uerò ac similibus locis, quos tamen, qui cupiunt Sanctum Thomam huius fuisse sententiæ, afferunt, nequaquam traditionem esse indispensabilitatis causam dicitur, sed dumtaxat, in

uoto solenni fieri traditionem aut actualement exhibitio- nem, quod est factum ne multum longeque diuersum.

EAM OPINIONEM, QUAE TRADITIONI actuali indispensabilitatem tribuit, falsam esse probatur. Cap. 16.

ERGO, ut hæc opinio, quæ actuali traditioni rationem indispensabilitatis attribuit, nunquam fuit S. Thomæ, ita eam, studio uetera defendendi, nunc recens à quibusdam excogitatum, non dubito. Est autem unica eorum nec, ut recitur, contemnenda ratio. Quod id quod iam in alicuius possessione ac dominio constitutum est, nullo pacto possit ab eodem auelli, quod cum in rebus temporalibus uerum esse putent, in spiritualibus, quæ Deo offeruntur, uerissimum non dubitant, iuxta illud quod Dominus per Moysen inquit Animal quod immolari potest Domino, si quis uouerit, sanctum erit, & mutari non poterit, id est, nec melius malo, nec peius bono. Quod si mutauerit, & ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino. Sed neque S. Thomæ que hi, qui cum in hac parte imitatur, tam his rationibus, quam Innocentii III. Pontificis Max. auctoritate moueri uidentur, qui in Epistola ad conuentum & Abbatem Sublacensem, uotum castitatis ita religioni annexum inquit, ut neque summus Pōtiffex in eo dispensare possit. Nec existimet Abbas, inquit quod super habenda proprietate, possit cum aliquo monacho dispensari, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, ad eam est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Hactenus Pontifex. Nam quod huius decretalis potius quam alterius alicuius rationis impulsu, hi adduci uideantur, uel id satis ostendit, quod ante eius decretalis fortasse lectionem Sancti Thomæ, dum sola Theologica ratione & nullius præiudicio rem decerneret, omnino contrariæ sententiæ consensus. quamquam Caietanus in partibus recitasse, dumtaxat aliorum placitum, in quarto proprium expressisse sententiam obnixè contendat.

Alexander Aletensis pro hac sententiâ à recentioribus quibusdam in tertia suorum scriptorum parte proferri solet, sed quo loco, non indicant. Ego neque in tertia parte, neque alibi unquam Alexandrum hanc quæstionem agitalse comperio.

ALTERIUS EXTREMÆ SENTENTIÆ quæ docet omne uotum solenne esse dispensabile auctores enumerantur. Cap. 17.

ATQUE hucusq; quidem eius opinionis, quæ uoti solennis continentia dispensabilitatem negat auctores rationesq; enarrauimus. Nunc ad eos ueniamus quibus contrariū placuit, Inter quos Ricardus ex his auctoribus, quæ theologici

cōnoie digni iudicatur, primo loco recensendus videtur, qui in uniuersum de omni uoto siue simplici siue solenni absolute pronunciat posse dispensari. S. Thomas in quarto sententiarum, neque omne uotum ut quidam putarunt, neque nullum, dispensabile putat, sed quædam ex causa legitima & rationabili placuit eadem sententia Henrico Gandensi, ac ferè omnibus posterioribus Theologis & iuris canonici interpretibus, Durando, Petro Paludano, Ioanni Bassoli, Gulielmo Rubioni, Francisco Maroni, Petro Tarantasio, Augustino Anthonitano, Ioanni Neapolitano, Ioanni Maiori, Archidiacono, Panormitano, Ioanni Teutonico, Hostiensis, Innocentio &c. Immo quod est magis admirandum, non modo hi, qui S. Thomæ placita ut plurimum in tractanda Theologia imitantur, sed hi etiam, qui eiusdem auctoritatis uniuersa placita usque ad sanguinem alioqui tueri solent, Heruæus, Brito, Caietanus &c. in eandem sententiam declinarunt, adeo ut inter S. Thomæ discipulos unum Syluestrum & recentiores quosdam, quorum tamen fortasse in hac parte haud maxima ratio habenda est, quod fortasse potius defendendi sui auctoris, quam excutiendæ ueritatis animo ageretur, deprehenderim, qui eidem D. Thomæ sententiæ suffragium tulerit. Neque uerò id Syluester grauatè concedit, cum apertè doceat S. Thomam, solum in hac sententia secum habere Albertum. Quod Syluestri dictum uerum est, si rectè res discutiatur. Enim uerò Altisiodorensis, S. Bonauentura, & reliquorum omnium ueterum scholasticorum sententiæ, quas antea recitauimus, multum sunt à S. Thomæ sententiâ diuersæ. Altisiodorensis enim nō modo de uoto solenni, sed de quo cunque uoto siue simplici siue solenni castitatis esse indispensabile pronunciat, cum contra S. Thomam uota simplicia castitatis, & ex solennibus, uota sacerdotalis continentia, dispensabilia doceat.

Sæctus deinde Bonauentura, cum eam sententiâ, quæ uota Deo facta indispensablem credit, magis approbasset, non de uoto solenni castitatis, sed de quibuscunque uotis perpetuis siue castitatis, siue obedientia, siue paupertatis: immo & temporalibus, ut abstinentia, peregrinationis &c. loquitur. Quod tum quæstionis titulum, tum rationes quibus in eam sententiam adigitur, aduertentibus perspicuum est. Quæstio sic habet. *De obligatione uoti in comparatione ad dispensationem, queritur utrum summus Pontifex possit dispensare in uoto.* ubi uotū solenne à simplici profectò non distinguitur, immo nulla est ibi mentio uoti castitatis solennis aut simplicis, cuius contrariū S. Tho. in partibus fecit. cum. n. art. 10. quæsiisset, *an possit in uoto dispensari. affirmatiueq; respondisset,* subinde art. 11. querit *utrum in uoto solenni continentia fieri possit dispensatio.* cui quæstioni, non affirmatiue, ut priori, sed negatiue responderet. Quod est apertissimum signum diuersas esse prorsus quæstiones. Quin uerò tatum abest ut S. Bonauentura in hac parte S. Thomæ con-

ferent, ut potius illi aduersari uideatur. Nam in sententia de uoto absolute sumpti, id est, prout omne uotum comprehendit, dispensabilitate, cum S. Thomæ affirmatiuam sententiam tueatur, ille planè negatiuam magis approbavit. Sed eiusdem Bonauentura rationes quibus in uoto Deo facto nō posse fieri dispensationem sibi persuadet. Expédamus, ex his enim haud magno labore remprehendemus. Positis ergo eius sententiæ, quæ uoto dispensabilitatem tribuit, rationibus, sed alii, ait, dicunt contra, quare cum illa Deo complacere, & absque dubio bona sint, sine hæsitatione totis uisceribus implenda sunt. Videtur etiam quod cum Deus uoluerit unumquemque liberum esse, quod unusquisque sine hæsitatione aliqua talia possit & debeat uouere. Et ideo dicunt, quod Papa in malo uoto tantum potest dispensare secundum quod dispensare est iuris relaxatio. Quia obligatio uoti pendet ex iure Diuino, non humano, ex iure naturali, non ex constitutione patrum. Præterea Papa non habet posse neque auctoritatem in uoto relaxando, quia illud non est ei subiectum, habet tamen potestatem quantum ius sibi dat, & ideo dispensare potest, secundum quod dispensatio est iuris declaratio, hactenus Bonauentura. Subditque subinde. Et hæc positio est rationabilior, & securior, quare magis per ipsam satisfactio conscientia. Profectò hæc rationes, nō de uoto perpetuo dumtaxat, sed temporalibus quoque, neque de uoto solenni tantum sed de simplici, neque de uotis castitatis, sed obedientia paupertatis &c. concludunt. Immo generaliter decernit, tantum in uoto malo Papam posse dispensare. Quod longè ab animo, D. Thomæ distat. idemque iudicium de reliquis omnibus ueteribus scholasticis qui uotorum dispensationem negarunt, habendum est. Nō enim de uoto solenni castitatis dumtaxat inquirunt, an sit dispensabile, sed in uniuersum, de omni uoto siue simplici, siue solenni, siue perpetuo, siue temporali, siue castitatis, siue obedientia, paupertatis &c. quod ex eorum quæstionibus patet, nullus enim illorum, uno excepto Alberto de peculiari aliqua uoti specie quærit, sed absolute de uoto prout omnem uoti rationem comprehendit. In qua quæstione, quidam affirmatiuam partem, quidam negatiuam magis approbarunt uno excepto Altisiodorensi, qui cum absolute ac generaliter quæstionem proposuisset, uota quidem abstinentia, ieiunii &c. dispensabilia docet, continentia uerò indispensable, siue sint simplicia, siue solennia, siue monachalia, siue sacerdotalia; non enim inter hæc distinguit, sed absolute de uoto continentia decernit. Quod uerò ueteres scholastici de omni uoto, non item de solenni tantum inquirerent, eorum, quorum scripta super sunt, Bonauentura, Ricardo, immo & Thoma in quarto sententiarum, satis colligitur. Bonauentura quæstionem iam uidimus, Ricardus ita quærit. *utrum omne uotum sit dispensabile.*

Haud

Quilibet. 5.
q. 25. et 26.
Es reliqui
Theologi. d.
iur. q. 1.
2.

Do. Sa.
7. de
iur. q. 1.
2.

Leuit. 11.

cap. cum
monasterio
de fratribus
chorum.

Haud ergo absurdè Syluester Prierius, Diuum Thomam inter omnes Ecclesiasticos auctores, siue Theologos, siue iuris canonici prudentes, solum Albertum secum habere scripsit. Sed & si Alberti rationem cōsideremus, ea non minus de voto solenni castitatis, quàm cuiuscunq̃ alterius materiæ, obedientiæ scilicet & paupertatis, nec minus de voto simplici quàm solenni, concludit. Nam cum rationem indispensabilitatis, nō aliam quàm uoti perpetuitatem proferat, quodcunq̃ uotum siue castitatis siue obedientiæ, siue paupertatis &c. tam simplex quàm solenne, dummodo sit perpetuum, indispensabile erit, quod S. Thom. minimè concederet, cum vota simplicia & uota solennia castitatis Sacerdotalis dispensabilia doceat. Quæ ratio me non nihil impellit, neque enim eius librum, cum hæc scriberem habere potui, ut credam Albertum qui ætate. D. Bonauent. & Ricardum præcessit, non de voto duntaxat solenni castitatis, sed ut reliqui, de voto absolute: & in uniuersum, pronunciaffe. Quod si ita est, neque Albertus in hac parte D. Thomæ consentit cum omne uotum doceat indispensabile.

DIVVM THOM. NVSQUAM NEGASSE VOTI SOLENNIS ALICUIUS DISPENSABILITATEM. Cap. 18.

FVI & ego nonnunquam in ea opinione ut, neque D. Thomam eius sententiæ fuisse patronum, mihi persuaderem. In quam suspensionem, quid me potissimum impelleret, iam accipe. Et principio quidem, eundem D. Thomam eam opinionem, quæ voti dispensationem negat, in quarto sententiarum refutasse, non est dubium. Et ne id aliquis, quod Syluester Prierius fecit, dubitare possit, eius verba sunt recitanda. Ergo ea opinione, quæ docet omne uotum esse dispensabile, & ea quæ nullum credit posse dispensari, repulsa & disiecta, quid sibi de ea quæstione videatur subinde his verbis subdit. *Et ideo aliter dicendum, quod in voto potest dispensari, etiam secundum quod dispensatio est iuris relaxatio, ex aliqua legitima causa. Quia enim uotum de illicito esse non potest, non autem licet subtrahere alicui, quod ei debetur, ideo per uotum alicuius non potest fieri iniuria suo Prælato, quin debeat eius mandatis parere, cum fuerit opportunum. Vnde si Prælati uideat expedire aliqua rationabili causa, uel propter ipsum qui uouit, uel propter alios, quod uotum non seruet, potest eum a uoti obseruatione de obligare, qui alias de iure obligatus erat; hæc tenet eo loco D. Tho. Quæ sententia planè ei q̃ illi. 22. q. 88. art. 11. tribuitur, qua uotum solenne religionis indispensabile dicitur, aduersatur. Nā si uotum absolute, & prout omnia uotorum genera comprehendit, dispensabile dicitur, profectò & uotum solenne quod sub eodem genere continetur, perinde quoque indispensabile erit. Quæ enim toti, aut generi secun-*

dam rationem formalem generis conueniunt, speciebus quoque & partibus conuenire necesse est. Huius autem contradictionis, cur. D. Thomas non meminit, dicens se in ea fuisse aliquando opinione ut solet &c.

Immo uerò, quod est multò uehementius admirandum, nec in partibus, ubi tamen aliam sententiam comprobasse dicitur, ab eo, quod in quarto de uoto absolute sumpto & secundum suam rationem formalem dixerat, recessit. Quod decimū eius quæstionis. 88. articulum intuentibus, satis liquet, illic enim absolute iterum quemadmodum & in quarto fecerat de uoto quærit, utrum in eo fieri possit dispensatio: Cui quæstioni assertiuè quemadmodum & in quarto fecerat, respondet. Nam quod cum decimum articulum quidam recentiores Thomistæ, ad uotum simplex detorque re uelint, friuolum esse, mea quidem sententia, & à S. Thomæ ut pleraque multa, quæ illi quotidie imponuntur, alienum. Quod duabus mihi rationibus abunde demonstrari uidetur.

Primum in eo articulo non inquitur, *utrum in voto simplici possit fieri dispensatio*, sed absolute utrum in uoto possit fieri dispensatio. Nomen autem uoti, ad simplex uotum, quod cum sit iuxta horum sententiam tantum futuræ traditionis promissio, imperfectè & analogicè dumtaxat uotum uocatur, uelle coercere, est prorsus contra omnem rationem.

Deinde, si in hoc decimo articulo, cum decernitur, uotum esse dispensabile, de uoto simplici tantum agitur, Cur in Quarto non modo de simplici, sed de solenni quoque decernere creditur? Ergo cum & hic & illic eadem sit prorsus quæstionis forma, si illic, ut uno excepto Syluestro, omnes Thomæ discipuli consentiunt, de omni uoto sit fermo, decerniturq̃ cum Ricardo & Reliquis ueteribus, qui partem affirmatiuam approbarunt, omne uotum esse dispensabile, cur articulo illo decimo de omni etiam uoto, præsertim cum sit locutio generica & formalis non fiat item fermo?

Verum S. Thomam utrobique de omni uotorum genere loqui utriusque loci rationes, apertissimè demonstrat. Et in quarto quidem, non alia ratione, ad uoti cuiuscunq̃ dispensationem adigitur, quàm ea, quæ Ricardum in eandem sententiā permouit, quod scilicet in omni uoto uoluntas superioris intelligatur excepta. Atque adeò nemo tam absolute uoueat, quin aliquando superior, si ita uel propter bonum uouentis, uel Reipublicæ expedire uiderit, iam factum uotum possit relaxare. Alioquin illi fieret iniuria, cum iure ipso naturali, in subditorum uoluntates, potestatem obtineat. Atque hæc ratio quidem, non modo reliquis Theologis, sed Thomæ quoque sectatoribus de utroque uoto simplici & solenni procedere uidetur. Est que in hac parte sententia D. Thomæ media inter illam quæ docebat, omne uotum quacunque ratione, posse per Prælatos dispensari, Et illam, quæ nullum

Dom. So.
li. 7. de iur.
Et iure q. 4.
art. 2.

nullum dicebat relaxari posse. Nā cum omne uotum indulgeri posse credat, contra posteriores, non tamen quacunque ex causa, aut pro superioris libito, id fieri posse credit, sed pro causa rationabili, contra id quod priores docebant.

Atque hucusque de ratione qua in quarto ad uoti cuiuscunq̃ dispensationem S. Thomas mouetur; iam de illa, qua in partibus ad idem agitur. Quam profectò haud minus quàm præcedentem de omni uoto tam solenni quàm simplici procedere nemo dubitare potest. Quæstio est eo loco *utrum possit in voto dispensari* Ad quam positus utrinque pro eius seculi more, rationibus. Ita respondet. Dicendum quod dispensatio uoti intelligenda est ad modum dispensationis, quæ fit in obseruatione alicuius legis, & prout supradictum est, lex ponitur respiciendo ad id quod est in pluribus bonum. Sed quia contingit huiusmodi in aliquo casu, non esse bonum, oportuit per aliquem determinari in illo particulari casu legem non esse seruandam. Et hoc proprie est dispensare in lege. Et post pauca. Similiter ille qui uouit, quodammodo sibi statuit legem, obligans se ad aliquid quod est secundum se & in pluribus bonum. Potest tamen contingere, quod in aliquo casu, uel simpliciter malum, uel inutile, uel maioris boni impeditiuum quod est, contra rationem eius, quod cadit sub uoto. Et ideo necesse est, quod determinetur in tali casu uotum non esse seruandum. Et si quidem determinetur absolute uotum aliquod non esse seruandum, dicitur esse dispensatio uoti. si autem, pro hoc quod seruandum erat aliquid aliud imponitur dicitur commutatio uoti. Vnde minus est uotum commutare, quàm in uoto dispensare. utrunque tamen in potestate Ecclesiæ consistit. Hactenus S. Thomas. Quæ ratio enim uerò non minus de uoto solenni quàm simplici accipienda est. Profectò quemadmodum potest contingere, ut uotum simplex emissum, aut inutile aut maioris boni impeditiuum sit, ita potest accidere, ut uotum religionis factum, Reipub. perniciosum sit, cum scilicet ob successoris defectum Regnum aut Prouincia turbatur; aut maioris boni impeditiuum, ut cum sanctimonialis alicuius matrimonio, pax, quæ reliquis populi Christiani bonis præcellit promoueretur, aut reformaretur. Neque hic ad incertitudinem remedii confugere licet, quod S. Bonauent. facit, Nam est quædam moralis certitudo, quæ ex humanis coniecturis colligitur, cui, qui ad hæserit, nequaquam peccare dicendus est. Atq̃ id est quod in quarto idem beatus Thomas dicebat, posse uotum relaxari propter bonum uouentis, uel aliorum Reipublicæ, nimirum. Et in responsione ad tertium in eadem. q. quarti per spicue eorum sententiam approbat, qui ob bonum publicum, uotum quodcunque quantumcunque solemnizatum, dispensabile docent. Sed eius uerba ad quorundam Cauillos excludendos, recitare præstat. Et ideo, inquit,

alii dicunt probabilius. Si communis utilitas totius Ecclesiæ aut Regni uel Prouinciæ exposceret, posset conuenienter Et in uoto continentia & in uoto religionis dispensari, *quantumcunque esset solemnizatum*. Non enim per uotum potest se homo deobligare ab eo in quo tenetur alteri, ut dictum est, unde talis posset imminere necessitas, quod posset alicui iuste prohiberi ne continentiam aut religionem uoueret, eadem necessitate manente. Potest etiam in uoto dispensari iam facto. Sic ille. Itaque non modo ex quæstionum titulis, sed ex ipsis rationibus, quas utrobique necit, eiusdem & in quarto et in articulo illo decimo uidetur fuisse sententiæ.

Sed ais, in articulo decimo, solum quærit utrum in uoto possit fieri dispensatio, non item utrum in uoto solenni. Respondeo. Ita est, sed cum in quarto sententiarum sub eadem uerborum forma quæstionem proponat, & illic de utroque uotorum genere de solenni nimirum & simplici decernat, cur illic de utroque etiam genere loqui non est credendus?

Deinde aut illud quod uotum solenne reddit indispensabile, uoto absolute sumpto, de quo haud dubium S. Thomas eo loco sermonem facit, conuenit, aut non. Si conuenit, ergo omni in uniuersum uoto conuenit, quemadmodum quæ absolute animali conueniunt secundum rationem animalis, omni animali siue rationali, siue rationis experti, conueniunt. Si non conuenit uoto absolute sumpto, & secundum uoti formalem rationem, est igitur illi accidentalium ac perinde, per eandem Ecclesiasticam potestatem, quæ solennitatem illam uoto ab extrinseco adiunxit, separari poterit, eritq̃ dispensabile. Ergo si S. Thomas uotum absolute sumptum dispensabile docet, omne uotum siue solenne siue simplex dispensabile credit, nam quæ generi per se conueniunt, & speciebus conuenire necesse est.

QUID SIBI ART. ILLO 11. 22. q. 88. Sibi uelit. S. Tho. Cap. 19.

NUNC, quid articulo illo undecimo, ubi aperte uotum solenne religionis continentia indispensabile pronunciat, fortasse sibi uelit, S. Th. ostendamus. Persuasi egomet mihi sæpe numero, illic Diuum Thomam, non de uoti personalis, sed de status ipsius dispensatione agere. Querit, inquã, non an Socrates a uoto solenni religionis quod emisit possit per dispensationem absolui, nã id iam præcedenti articulo diffinierat, cum uotum absolute sumptum ex causa iusta dispensabile decreuerat, sed an ab statu religionis per aliquam dispensationem uotum castitatis separari possit. Nã hæc quæstionem quibusdam Thomistarum esse familiarem, ex eorundem scriptis uideri potest. Solent profectò controuertere, an uotum castitatis ita sit de intrinseca ratione religionis, ut absque illo non possit

Dom. So. li.
7 de iur. et
iur. quæst.
5. ar. 3.

22. q. 88.

possit vera religionis ratio consistere. Cre-
duntque constantissimè, neminem dici religio-
sum verè, nisi qui perpetuè castitati fuerit per
votum obligatus, atque adeò militares & ter-
tios quarundam religionum ordines, à nume-
ro religionum reiciunt. Quin & ipse Sanctus
Thomas eam quoque quæstionem aliqua ex par-
te mouisse uidetur, decernitque subinde ad per-
fectionem religionis continentiam requiri.
Quod, quo pacto esset accipiendum libro su-
periorum de voti simplicis & solennis discrimi-
ne ageremus, monuimus. Videtur itaque
illic sanctus Thomas non de voto singularis per-
sonæ, sed de toto ipso perfectè religionis statu
quæstionem mouere. Nam cum persuasum ha-
beret, ad perfectæ religionis rationem & na-
turam, votum solenne castitatis pertinere, que-
rere instituit, an per Pontificis potestatem in eo vo-
to idest in ea connexionè dispensari possit. Hoc
enim eius quæstionis titulus prætere videtur
*virum in voto solenni continentia possit fieri dispen-
satio.* Non enim de socrate aut Platone mona-
cho quærit, an possit eius uotum solenne casti-
tatis relaxari, sed in commune & in uniuersum,
an in voto continentia possit fieri dispensatio?
ac si quæreret an Socrates manens monachus
per Pontificis dispensationem uxorios usus exer-
cere possit. Idque non modo quæ hucusque at-
tulimus, sed eodem rationes, quibus ad id ne-
gandum agitur, manifestissimè ostendere viden-
tur. Primum enim id discrimen, quod inter vo-
ta solennia castitatis sacerdotalis & monachalis
constituit, id clarissimè insinuat, ut superius la-
tis explicauimus. Docet enim continentiam
monachalem ideo non posse dispensari, quod
sit statui monachali essentialiter annexa, contra,
sacerdotalem posse, quod non sit de intrinseca ra-
tione sacri ordinis. Hæc profectò ratio, nisi de
monachali statu accipiatur, ut antea multis proba-
uimus, infirmissima est. Et solum concludit
monachum manentem monachum, non posse
uxoriæ vitæ generi vacare, quemadmodum sa-
cerdos manens sacerdos potest. Decretalis
etiam Innocentii ut postea videbimus, non mo-
do omnium penè Theologorum & iuris pruden-
tium consensu, sed ipsomet Pontificis contex-
tu, non de homine singulari, sed de statu re-
ligionis decernit: Abdicatio, inquit, proprie-
tatis, sicut & custodia castitatis, adeò annexa
est *regulæ monachali* &c. Verum de his postea.

Ratio præterea, quæ ex Leuitici loco sumi-
tur, quod illud, quod est semel sanctificatum
non possit in alios usus commutari, haud aliò cõ-
tendere uidetur, quàm ut ostendat, monachum
manentem monachum, idest Domino conse-
cratum, & illi per professionem dicatum, ad
alienos coniugii usus non posse vlla Pontificis
potestate conuerti. Idque est meo quidem iu-
dicio, quod calicis consecrati analogia demon-

strare contendit. Non, inquit, potest facere Præ-
latus, ut id, quod est sanctificatum, sanctificatio-
nem amittat, putà quod calix consecratus, de-
sinat esse consecratus, si maneat integer. Vn-
de multò minus potest hoc facere aliquis Præla-
tus, ut homo Deo consecratus, quandiu uiuit,
consecratus esse desinat. Loquitur profectò
in posteriori parte, quemadmodum & in prio-
ri formalis est. Et quemadmodum calix integer
manens, idest cõsecrationem retinens (non enim
calicis consecratio nisi fractura perditur) non po-
test non esse consecratus, neque perinde ad alie-
nos & prophanos usus conuerti, ita homo Deo
consecratus, dum uiuit, nisi consecrationem amit-
tat, nulla hominis potestate potest non esse con-
secratus, neque perinde ad uxorios usus per-
trahi. Cæterum poterit, si Pontificis potestate
prius auferatur consecratio, idest si fiat de mona-
cho non monachus. Est enim monachi consecra-
tio, idest auferibilis, contra quàm, sacerdotis. Et
quod subinde, inquit, non posse Papam face-
re, ut is, qui est professus religionem, non sit pro-
fessus religionem, eundem habet sensum, est
enim locutio obligatoria & formalis, qua non
modo sanctus Thomas, sed reliqui omnes Theo-
logi, cum rerum essentias & quidditates scru-
tantur, uti solent frequentissimè. Sic enim di-
cere consueuerunt, eum qui semel prædesti-
natus est, non posse non esse prædestinatum,
& eum qui semel fuit reprobatus, non posse
&c. Est harum locutionum, ut Dialectici uo-
cant, sensus compositus. Est ergo intelligen-
dum, Papam non posse facere, ut is qui est
professus religionem, non sit religiosus, profes-
sione permanente.

Nam diuisum sensum, idest, Papam posse fa-
cere, ut ille, qui semel professus est religionem,
ablata per eundem religionis obligatione, non
sit religiosus, non esse ignorantium Iuristarum,
ut ille uocat, satis apertè uel ex ipsa decretali
ab eo inducta, uidere potuisset. Et nos eum
sensum non modo Iuristarum, sed doctissimo-
rum quoque Theologorum, & quos idem Di-
uus Thomas in magno precio habuit, fuisse,
postea ostendemus. Et profectò ex beati Tho-
mæ modestia quam semper obseruare solet, satis
facile uideri potest, quem sensum ille ignorantium
Iuristarum appellauerit. oportuit profectò,
ingentem stultitiam esse, quam ille ignorantie no-
mine dehonestauerit. Neque aliam fuisse pu-
tandum est, quàm quod illi crediderint, posse
Pontificem facere, ut is qui semel sit professus
religionem, non fuerit professus, aut quod reli-
gionis statu permanente, non sit religiosus, quo-
rum utrunque. Iuxta Theologorum regulas, de
potentia Dei & prouidentia, in qua Theologia
parte. Iuristæ ignorantissimi esse solent, & ple-
rumque ridiculi, neque Deus ipse, potest fa-
cere. Et quidem huiusmodi insulas metaphisi-
cas

cas, eius temporis Iuristas excogitasse, ex simili-
bus quibusdam quas eius decretalis glossema, ex
antiqua memoriæ prodidit, deprehendere possumus.
Cum enim eius partis, quæ Pontifex dicitur,
non posse indulgere contra monachalem regu-
lam, votum castitatis, interpretationes enarraret,
illud quoque refert, fuisse quosdam iurispruden-
tes in ea sententia posse Pontificem propter ple-
nitudinem potestatis dispensare, ut monachus ha-
beat proprium, quoniam potest, auferre sub-
stantiam rei, & possit de nihilo aliquid facere;
Ad quas duas stultissimas hæreses, comprobandas,
multa suo more, hinc inde iura tum cano-
nica, tum ciuilia congerit. Profectò, qui hæc
docebant, multò libentius, Pontificem ad præ-
teritum potestatem habere docerent. Porro,
illum sensum, qui monachum fieri non mona-
chum, ablata per Pontificem obligatione profes-
sionis docebat, omnium Theologorum,
qui contrariam sententiam tuebantur, non mo-
do qui Thomam præcesserunt, sed eorum, qui
etiam eius doctrinæ adiectissimi posterioribus
seculis extiterunt fuisse; eorum scripta testan-
tur. Eandemque, non indocti Iuristæ, sed
doctissimi iuris canonici interpretes, cum ve-
teres, tum recentes, qui rem acutius perlu-
strarunt, & utriusque sententiæ momenta & ra-
tiones expenderunt, ut postea dicemus, ample-
xati sunt.

Sed id quod idem Diuus Thomas in fine eius
vndecimi articuli scribit, mihi iam non leuiter
sed fortissimè hunc fuisse illius animum persua-
det. Cum ille in voto per susceptionem sacri
ordinis solenni, quod eidem sacro ordini non
sit essentialiter annexum, posse fieri dispen-
sationem decreuisset, de religioso voto in hæc
uerba subdit, Est autem debitum continentie,
essentiale *statui religionis* &c. quem homo abren-
nuntiat seculo, totaliter Dei seruitio manci-
patus, quod non potest simul stare cum ma-
trimonio, in quo incumbit necessitas procu-
randæ uxoris, & prolis, & familiaris, & rerum,
quæ ad hoc requiruntur. Inde Apostolus dicit
1. ad Cor. 7. quod qui cum vxore est, sollicitus est
quæ sunt mundi quomodo placet uxori, & di-
uisus est. Vnde nomen monachi ab unitate su-
mitur, per oppositum ad unitatem prædictam.
Vides hic apertissimè, non de quacunque dis-
pensatione sermonem fieri, sed de ea, quæ
fieret manente statu monachali, cui res uxoriæ,
familiaris cura &c. ex diametro aduersantur. Con-
clusio ergo totius quæstionis, quæ immédia-
tè his uerbis adnectitur, in voto per religio-
nem solennizato, non posse fieri dispensatio-
nem, eodem pacto est intelligenda, vnde re-
cè decretalis auctoritatem adiungit. *Quia
castitas est annexa regulæ monachali.*

Eodemque pacto accipienda sunt, quæ in
responsione ad primum & secundum argumen-

tum dicit, Nam cum obiecisset primo loco,
posse aliquando fieri ut uotum solenne esset im-
peditum maioris boni, ut cum aliquo matri-
monio, aut bella tollerentur è medio, aut pax
promoueretur &c. Quod est contra voti ratio-
nem. Respondet Periculis rerum humana-
rum, per alias res humanas esse obuiandum,
non autem per hoc quod res diuinæ in usum
humanum conuertantur, atque adeò profes-
sos religionem, qui mundo sunt mortui, Et
Deo uiuunt, non esse ad vitam humanam re-
uocandos occasione cuiuscumque euentus.
Id ille de his intelligit hominibus, qui adhuc sub
iugo religionis manent, & qui adhuc per obli-
gatione votorum mundo sunt mortui, quem-
admodum eas res Diuinas, non esse ad huma-
num usum conuertendas credit, quæ adhuc
Diuinæ permanent, nam si non maneat Di-
uinæ, per eas humanis periculis posse obuiari,
non iret inficias. Obiecerat in tertio argumen-
to, posse fieri, ut votum castitatis in pericu-
lum personæ & salutis corporalis vergeret,
quemadmodum & abstinentiæ, atque adeò posse
in illo quemadmodum & in hoc fieri dispen-
sationem. Respondet, Cibum directè ordinari
in conseruationem personæ, atque adeò cibi
abstinentiam directè posse vergere in personæ
periculum, vnde & dispensationem votum ab-
stinentiæ reciperet, contra, votum continen-
tiæ non recipere, quod coitus directè non
ordinetur in conseruationem personæ, sed in
conseruationem speciei. Vnde si per accidens
ex coitus abstinentia, periculum aliquod acci-
dat, tum quia per accidens est, tum quia po-
test aliter subueniri, uotum castitatis non est di-
spensabile. Enimuero hæc ratio satis ostendit. Di-
uum Thomam in hac tota quæstione in compo-
sito sensu fuisse locutum. Vult enim languenti
monacho, per coitum non posse subueniri quem
admodum eidem per cibum, quem per votum
alioqui sibi illicitum fecerat afferri remedium,
quod nos superiori libro multis ostendimus.

Hæc sunt quæ nos in eam suspicionem, non mo-
do aliquando impulerunt, sed & nunc impellunt,
quominus credamus sanctum Thomam castitatis
quantumcunque solennis voto dispensationem
denegasse, si de homine singulari, ut reliqui
Theologi loquuntur, non item de statu quæstio-
intelligatur.

Atque hæc sanior mihi scriptorum Diui Tho-
mæ concordia videtur, quàm illæ quas Syluester,
aut Caietanus ut eundem à cõtradictione libe-
rarent, excogitarunt. ille enim ut vnam ean-
demque huius scilicet auctoris sententiam sem-
per fuisse ostenderet, eundem voti solennis dispē-
sationem in quarto approbasse contra omnè ratio-
nem pernegauit, hic contra, ut placitum, quod ab
omnibus Theologis, etiam his, qui eundem Tho-
mam in tractanda Theologia imitatur, passim re-
probari

probari videbat, ab eodem ablegaret, eum non aliter quam opinatiue & ex aliorum placito, hoc scripsisse persuadere haud minus contra rationem quam Siluester, contendit. Nos Diuum Thomam sibi ubique constare dicimus. Sed in quarto & in articulo illo decimo, 2. 2. q. 88. voti absolutè sumpti nomine, vtrumque votum siue simplex, siue solenne, siue castitatis, siue obedientiæ &c. dispensabile docuisse, articulo vero vndecimo, votum solenne castitatis religiosæ decreuisse indispensabile, per comparationem ad statum, & in sensu composito siue formali.

Quod si quis his non adducatur, ut credat sanctum Thomam uoto solenni religiosæ continentiam dispensationem, non negasse, per me in suo sensu abundet, mea enim nihil refert, hanc aut illam opinionem Thomam approbasse. Dum ego semper liberè veritatem si non sequi, imitari tamen contendam.

SCOTVM NVNQVAM DOCVISSE
votum solenne esse dispensabile, ut
vulgo illi imponitur.
Cap. 20.

Sot. in 4. d.
38. ar. 2.
q. 2.

SCOTVM, quidam huius sententiæ patronum, quidam fautorem appellare consueverunt, sed eo iudicio ac perpendione qua vniuersa placita, quæ S. Thomæ aut eius discipulis non arident, eidem summa sæpe cum ignorantia, ac eorum qui eius scripta uersarunt, risu nuncupari solent. Enimuero, doctor subtilis de uotorum siue simplicis siue solennis dispensatione, nusquam est locutus. Nam eo loco quo id maxime præstare oportebat, D. scilicet. 38. q. unica. Dumtaxat id in disputationem mittit, quæ sit ratio ob quam uotum solenne matrimonium contractum & contrahendum dirimat & coalescere non sinat, contra simplex, contrahendum tantum impediatur. Respondetq; aliorum sententiis explosis, hoc dumtaxat ex Ecclesiastica constitutione prouenire, non item ex natura uotorum. Ex his autem inferre, Scotum sensisse uotum solenne esse dispensabile extrema dementia est. Dispensatio profectò in contrahendo matrimonio peccatum tollit, statutum Ecclesiasticum non tollit peccatum, sed contractum matrimonii irritum reddit. Fac nunc statutum Ecclesiasticum, quo uouentes solenniter matrimonio inepti redduntur è medio auferri, & nihil inter utrunq; uotum simplex & solenne differre, non haberes aliud, quam sacratè monachum uerum matrimonium contrahere, contra, quam nunc fit: non item eundem in eo contractu non peccare, quemadmodum nunc de his qui uotum simplex castitatis habent dicimus. Itaque neque tanquam auctori, cum ante eum, multi cum iuris prudentes, tum Theologi,

eandem approbaucrint, neq; tanquam fautori, hæc sententia doctori subtili nuncupari potest. Quamquam mihi persuadere nequeo, eum si de hac re agendi occasio se se obtulisset, ab ea futurum alienum; quam spem de acutissimo eius iudicio, & in Ecclesiasticos usus reuerentia & obseruantia, mihi confidenter polliceri possum.

AUCTORIS SENTENTIA DE VOTO
solennis dispensabilitate recitatur.
Cap. 21.

ENARRAVIMVS iam auctores, qui aperte uoto cuiusq; solenni continentiam dispensationem tribuunt, aut nostro iudicio tribuere uidentur. Nunc quid tandem nobis de re ea uideatur, ostendamus, iudiciumque nostrum in hac parte proponamus.

Ego profectò ab horum, qui omne uotum siue temporale siue perpetuum, siue solenne siue simplex, siue castitatis siue paupertatis, obedientiæ, abstinentiæ, peregrinationis &c. per Pontificis potestatem dispensabile docent, uel latum unguem dissentire non possum. Putoque contrariam sententiam siue fuerit S. Thomæ, siue, ut ego magis à suis discipulis illi imposita præter hoc quod summo cum labore uix defendi potest, non satis cum Ecclesiasticis usibus, & quæ eis debetur reuerentia conuenire, tantum abest ut sit sanior & tutior, & omnino tenenda, ut quidam scribunt. Intellego autem dispensationem non iuris declarationem, sed relaxationem ex aliqua causa legitima, quemadmodum ab omnibus, qui de hac re disceptare solent, accipitur.

Quæ uero me in hanc sententiam uel inuitum impellunt, quatuor sunt. Primum quidem, cum omnium penè Theologorum aut saltem utriusq; scholæ præstantiorum, tum doctissimorum iuris prudentium in hac parte consensus.

Secundò Ecclesiasticus usus & Romanorum Pontificum consuetudo, cui honorem non deferre aut eam hæreticorum calumniis exponere, præsertim Doctorum hominum accinente iudicio, haud cum recta Theologiam tractandi ratione, conuenire arbitror.

Tertiò inuictissimæ, cum ueterum, tum iuniorum Theologorum & Iuris prudentium, qui non tam ex maiorum affectu quam ex ueritatis studio in hac quæstione uersati sunt rationes, quibus nunquam hucusque neque factum est neque fiet satis.

Quartò demum, rationum alterius opinionis infirmitas, quæ quantumcunque forceatur, nihilo tamen magis promouet.

Proba-

PROBATVR, VOTVM SOLENNE
quodcunque esse dispensabile ex Theologorum & iuris prudentum cõmuniori consensu. Cap. 22.

SEd primum iam aggrediamur, quod ex his, quæ iam diximus, haud obscure patet. Veteres enim illos Altisiodorenses, Bonauenturam, Alexandrum Alen, immo ut ex eius ratione suspicor, Albertum Ratispon. in alterius sententiæ patrocinium accerere, mea quidem sententiæ, uoluntarium est, cum aut illi de hac re nihil attigerint, quod de Alex. diximus, aut omnino de omni uoto siue temporali, siue perpetuo, siue simplici, siue solenni, siue castitatis, siue paupertatis &c. pronunciarint esse indispensabile, quod isti qui ita uoto solenni castitatis religiosæ dispensationem negant, ut cuiusq; simplici aut castitatis sacerdotalis uoto solenni non denegent, non sunt concessuri. Profectò, si quisquam illorum, aut uotum castitatis simplex, aut uotum castitatis sacerdotalis solenne, dispensabile diceret, perinde de omni genere uotorum idem pronunciarer, neque quod isti faciunt, inter uotum solenne & simplex quantum ex eorum scriptis & rationibus possumus colligere, quod ad dispensationem attinet, discrimen agnoscunt. Quid deinde de S. Tho. animo in hac parte sentiamus, superius explicauimus. Quo fit ut quod sæpe dixi, penè adducar credere, neminem antiquorum huius fuisse sententiæ. Ut iam satis aperte uideri queat, quam sit uerum quod quidam scribunt, hanc fuisse semper opinionem indubitata antiquorum. Et profectò tantum abest, ut ab horum Theologorum auctoritate, illi sententiæ quæ isti illis obrudere moliantur, patrocinium aliquod conciliari queat, ut eorum opinionem nunc erroneam nisi me eorum aut sanctitas, aut grauitas reuocaret, pronunciare non dubitarem. Aperte enim diffiniunt, Pontifices in nullo uoto posse dispensare, quod absque erroris nota, contra eorundem Pontificum usum & consuetudinem, qui in uotis saltem simplicibus quotidie dispensant, ut per totum titulum de uoto & uotire demptione patet, nemo nunc assereret.

Ad iuniores siue Theologos siue iuris prudentes, iā uenio, quos omnes uno excepto Syluestro, eidem sententiæ, altera repudiata adhæsisse, cum ex eorundem scriptis, tum ex ipsa Syluestri ingenua confessione, qui nullum præter unum Albertum pro se in hac parte S. Tho. habere scribit, uideri potest. Id etiam quod de eisdem sit habendum iudicium, abunde indicat, quod Caietanus Thomisticorum dogmatum, alioqui constantissimus defensor, eum hac in parte deserat, & eius sententiæ repudiata, in cõmunem aliorum Theologorum & Iuris prudentium sententiæ declinat. Neque ego quæquam ex his qui aliqua dignitate aut ingenuitate, nostra aut patrum memoria,

Theologiam pertractarunt, etiam ex eiusdem S. Tho. acerrimis sectatoribus hucusq; deprehendi, qui eidem opinioni non ualle fecerit.

De iuris Canonici interpretibus, qui tamen alioqui, uerbis Pontificum Theologis omnibus posthabitis, importunissimè adhærescere consueuerunt, ex eorundem; sanè potius quam ex aliorum quorundemq; præiudicio quæstiones decernere, generali sermone Abbas Panor. pronunciat, eos ferè oēs, eam opinionem approbare, quæ docet Pontificem ex magna causa posse dispensare.

Scio quosdam ex nostri seculi ex Theologis, de Sacerdotum cõlibatu scribentes, dum putant illa sententia, eorundem Sacerdotum continentiam promoueri, Pontificibusq; qui à secularibus Principibus, qui fortasse hac ratione hæretici dogmatis grassantis scuitiam leniri sibi persuaserat, in hac parte vexabantur, omnem ansam dispensandi, & clerum peruertendi, eripere moliantur, illam approbasse sententiam. Sed mihi de eorum animis ac doctrinæ candore polliceri audeo, nunquā illos in eam, cõmuniori illa derelicta, declinatos, si alia potiori uia, quā nos postea ostendemus, eidem periculo subueniri posse cogitassent. Adde quod ad hæreticorum aduersus quos scripta ediderunt peulantiæ coercendā, infirmissima est, illa ratio, quæ opinionem & non quacunque, sed maiori ac potiori Theologorum ac Iuris prudentium parti aduersam, fundamentum habet. Post ingentem profectò laborem multumq; sudorē, neq; ora hæreticorum obstruunt, neq; Principibus & populis coniugia sacrorum clericorū postulantibus satisfaciunt, neq; demum (quod tñ maximè contendunt) Pontifices à dispensationibus cohibent, cum ex opinione illa, non nisi opinionem infirmissimam & penè auctoriis & rationibus destitutam colligare possint. Immo uerò hi, neq; in uoto solenni sacerdotalis continentie Pontificem dispensare posse arbitrantur, in quo planè S. Tho. ac eius scholæ aduersantur; sed iā ad secundum argumentationis locum accedo.

DEMONSTRATVR VOTVM
solenne quodcunque castitatis esse dispensabile ex usu Ecclesiæ.
Cap. 23.

Sumitur is ab Ecclesiastica cõsuetudine, qua Romani Pontifices, non modo in iuramentis Deo factis sed in omni genere uotorum dispensant.

Et primò, hanc rationem necesse erit licebit. Romanus Pontifex dispensat & relaxat solennia iuramenta promissoria, ergo potest quoque relaxare causā legitima uotum solenne cuiuscumq; siue religiosæ, siue Sacerdotalis continentie. Antecedens non negabunt, qui alteri sententiæ patrocinantur, cum & illud doceat S. Tho. & cõmunis Theologorum & iuris canonici interpretum

O o doctrina

In c. Cui ad
monasterium
de Stat. mo-
nachorum.

Fran. Toriè
in lib. de 6.
Syn. & l. de
Dogm. lo. de
Clit. lib. 2.
de continer.
cleric. c. 13.
& 14.
Robertsus Ce-
nal. Arbori-
cen. li. de re-
de cõlibatū
Tom. 4.

22 q. 89.
In c. Quarta
de iur. iur.

doctrina comprobet, & Ecclesiasticus vsus & consuetudo confirmet. Quotidie enim huiusmodi iuramenta Apostolica auctoritate relaxari videmus. Immo cum iuxta causam non modo Pontifex, sed Episcopi etiam in promissoriis iuramentis, iuxta multorum opinionem posse dispensare dicuntur. Consequentia verò probatur.

Immo in c. de
borei. de iur.
An. & Pa
normis. in c.
Quatuor eod.
iii. c.

Quia quemadmodum se habet iuramentum simplex ad votum simplex, ita iuramentum solenne ad votum solenne. Ergo si votum simplex & iuramentum simplex sunt dispensabilia, iuramentum solenne & votum solenne erunt pariter dispensabilia. Et ut euidentius huius rationis virtutem explicemus, iuramenti & voti substantiam & solennitatem parum perscrutemur.

Iuramenti substantiam quemadmodum & voti, promissio est. Sed hæc Deo per hominem, illa homini per Deum fit. Et S. Tho. in ea fuit sententia, ut hac ratione votum putaretur iuramento præcellere. Nam cum virtus obligandi, ut ille persuasum habet, ab obiecto sumatur, quanto Deus homini præstat, tanto præstat votum iuramento. Deinde voti obligatio ex fidelitate quæ Deo debetur oritur, iuramenti verò ex reuerentia, quæ eidem debemus. Infidelitas autem, fidelitati contraria, peior est quam irreuerentia, cum illam in se claudat. Nam infidelitas species quædam est irreuerentiæ, non tamen vice versa includitur ab illa; cum possit quis per irreuerentiam quæpiam dehonore stare absque vlla infidelitate.

2. 2. q. 89. ar.
8.

Verum hæc ac similes rationes, nihil aut parum promissionis iuramenti virtutem diminuunt. Et ut priorem, prius in examen vocemus. Falsum est, quod supponitur, tantum virtutem obligandi, in iuramento ab obiecto descendere, non enim ab illo duntaxat, sed à materia quoque; deriuari contingit. Enimvero, qui diem ieiunium Deo vouet, si postea violato ieiunio, promissum non præstet; multò minus peccat illo, qui mihi centum aureos se daturum peierauit. Quæ grauitas non quidem ab obiecto, sed à materiæ quantitate descendit. Deinde, Qui vouet se Hierosolymas peregrinaturum, si votum non reddat, minus peccat, quam ille qui Principi aut Reipub. fidelitatis iuramentum, quod præstiterat, non soluit. Quod si de iuramento eodem pacto quo de reliquis humanis actionibus est iudicandum, quis non videt leuem blasphemiam, aut leuem superstitionem, quæ tñ peccata immediatè, obiectiue in Deum committuntur, multò esse quam adulterium, falsum testimonium, aut homicidium leuiora? Non ergo ab obiecto, ut S. Th. quasi certum supponit, sed à materiæ quantitate & qualitate, à persona, à tempore, atque reliquis moralibus conditionibus maior aut minor obligatio descendit, quod & de reliquis actionibus humanis Aristoteles docet. Nam si obligatio maior, ex perfectiori obiecto semper deriuaretur, perfectò minus peccaret, qui homini in extremis constituto depositum cum

posset, non redderet, quam qui elemosinam Deo deuotam, non præstaret, quod est absurdissimum. Sunt igitur grauioribus obligationes, quæ Deo fiunt, obiecti ratione, sed non absolute ac simpliciter: quemadmodum quæ in Deum committuntur peccata, ex obiecto quidem siue ex genere, sunt grauiora, non tamen simpliciter. Multò enim minus peccat, qui vnus diei peregrinationem Deo deuotam non soluit, quam qui hominem occidit, adulterium committit, aut in parentes est impius. Et demum pessima est collectio, hæc est maior obligatio, aut maius peccatum (idem enim de utroque iudicium est) ex obiecto, aut quod idem est ex genere (actionis enim iuxta Aristotelis sententiam genus & speciem ab obiecto fortuantur) ergo & simpliciter. Sed hæc fortasse alibi luculentius exigimus.

Verum demum maiorem esse in voto quam in iuramento ex obiecto virtutem obligandi, quid dicent hi, de eo iuramento, quod non homini, sed Deo præstatur, ut cum quis Deo iurat, se intraturum religionem. Hoc certè iuramentum, idem habet quod votum obiectum, non igitur minus quam votum astringet: immo multò magis, nam in voto Deo tantum fit promissio, in huiusmodi iuramenti, non tantum Deo quippiam promittitur, sed ipse Deus quasi testis futuræ veritatis affertur. Ruit ergo prior illa ratio, qua inter iuramenti & voti promissiones in obligando distinguitur. Nam tamen si, iuramentum homini fiat, votum verò Deo exhibeatur, atque adeò obiecti ratione siue ex genere, quod aiunt, iuramentum à voto superetur, fieri tamen potest, ut aliarum moralium conditionum aut circumstantiarum ratione, voto iuramentum præcellat. Ratio deinde secunda minus profectò valet. Primum enim haud verum esse arbitror, quod dicitur, voti fractionem, non item iuramenti ab infidelitate progredi. Nam quemadmodum voti redditio à fidelitate quam Deo debemus enascitur, ita iuramenti impletio, ab eadem fidelitate descendit. immo à multò præstantiori fidelitate. Nam fidelitas qua uota facta reddimus, cum sit eiusdem generis, cum illa qua homini promissum solimus, non est uirtus Theol. sed moralis, quæ Cic. diffinit, dictorum factorumque constantiam & ueritatem. Fidelitas autem, à qua iuramentum oritur, non est aliud, quæ Theol. uirtus. Et illa quidem siue in Deo siue in hominibus, aut est pars iustitiæ, ut idem Cicero inquit, aut ad iustitiam refertur, hæc contra, non ad iustitiam, sed ad religionem spectat. Nam quæ illa Deum habeat obiectum, & per illam Deo respondeamus, in exhibendis promissis, non tñ sub ea ratione, qua in illum tanquam in obiectum, uirtus religionis contendit, sed illa duntaxat, quæ reliquis uirtutibus moralibus, quæ in iustitia clauduntur, est communis uel hinc proditur satis, quod cum Aristoteles hominum ad Deum religionis uirtutem constituat, inter Deum tamen & hominem intercedere posse fidelitatem

lib. 1. magn.
mor. c. de in
finita.

2. de in

lib. 1. de in

lib. 1. de in

delitatem, aut aliquam iustitiæ partem omnino non patitur. Fidelitas ergo qua vota redduntur, non est alterius generis ab illa, qua homo homini promissum persoluit. Nam & si in Deum tanquam in obiectum feratur, non Diuina tamen, sed humana ratione, quam Christiani, Deum cum hominibus, seruare supponimus.

Adde quod etiam ab hoc genere fidelitatis, quod voto tribuitur, iuramenti obligatio progreditur. Quemadmodum. n. ius promissionis factæ, me ut get, ut votum persoluam, ita ius promissionis, qua in baptismo uniuersa vitæ Christianæ præcepta seruare spondi, necessariò me impellit, ut Domino iuramenta reddam, & non assumam nomē Dei mei in vanum. Mediata autem quam immediata promissio non minus coerctet, nec minorem obligationem inducit, licet in hoc differant, quod mediata plures, immediata pauciores obligationes comprehendat.

Præterea in promissorio iuramento, Deo quodam modo immo uerissimè fit promissio. Ideo enim iuranti fidem habemus, quod illum Deo post iuramentum promissæ fidei debitorè putemus.

Præterea quatumcunque, ut S. Th. contendit, voti uolatio ab infidelitate, iuramenti autem ab irreuerentia deriuetur, non tamen inde fit, votum maiorem quam iuramentum obligationem inferre. Non enim omnis irreuerentia omni infidelitate leuior est. Immo irreuerentia, quæ in iuramenti uolatione clauditur, multò est grauior infidelitate, quam voti uolatio includit. Multò enim maior iniuria Deo infertur, dum testis falsitatis adducitur, quam dum illi quod debebamus, non reddimus. Et in promissorio iuramento, non tantum testis, sed sponsor quoque mendacii profertur Deus, quod est multò grauius quam illa, non dico quæ erant super erogationis, & uoluntario voto facta, sed etiam quæ ex Diuino precepto debebantur, quæ certè uehementius obstringunt, non reddere. Estque tantò grauior hæc iniuria quæ illa, quanto honor & nomē bonum diuitiis præstant; iuxta illud, Melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ. Enimvero apud oēs mortales grauior est mendacii nota, quam iniuria, quæ ex non redditione eorum, quæ uel spontanea, uel necessaria obligatione debentur deriuatur. Adde, quod multò grauior culpa est irreuerentia, qua quis necessariò præcepto, & à sua uoluntate minimè pendentem, non obtemperat, quam illa infidelitas, qua forte ex infirmitate, debitum uoluntarium. i. uoluntariè oblatum non redditur. Maiori. n. uerò me iniuria afficis, dum mihi res meas. i. quæ nunquam fuerunt in tua potestate, non reddis, aut à me uolenter eas abstrahis, quam dum non reddis ea quæ uoluntariè & tua sponte spondidisti, in hoc enim fidem frangis, in illo iustitiam ledis. Et quis alioqui inter omnes, qui uel olim uel nunc Theologiam colunt, ignorat, post idololatriam, periurium longè omnium criminum esse grauiusimū? Quis ne-

get eum perniciosius in Diuinam bonitatem delinquere, qui uel in promissorio uel in assertorio iuramento defecit, quam qui ex infirmitate, imo etiam ex malitia, in voto defecit? Certè periurium, voti uolatione ab oibus grauius cæsetur. At hæc, voti uolatio, duntaxat Deo iniuriam infert, dum illi quod fuerat spontaneè promissum subtrahit. Iuramenti uerò uolatio, non modo Deo sed Reip. nocet. Nam cum, ut inquit Apost. omnis controuersiæ finis sit iuramentum, qui fidem iurando aufert perniciosissimè oium, Reipub. ledit. Atque hinc est, quod in omnibus, cum Diuinis, tum ethnicis, omnium orbis prouinciarum rebuspub. in nullū peccati genus, magis animaduersum est, quam in periuria, quod nos multis è veteri memoria productis exemplis, alibi probamus. Porro fortius esse multò uinculum, per cuius uolationem Deo & proximo, immo & totæ Reip. iniuria erogatur, quam illud per cuius uolationem tantum Deo infertur iniuria, cæcus est qui non uidet.

lib. de præ-
cep. & disp.

Falluntur ergo hi, dum infidelitatem ex genere suo, cum irreuerentia etiam ex suo genere, conferunt; non enim infidelitatem irreuerentiæ, sed iniuriam, quæ ex irreuerentia illa, quæ in iuramenti uolatione committitur, enascitur iniuriæ illi, quam infidelitas, ex qua ut uolunt, voti uolatio deriuatur conferre debuissent. Hinc iam falsum esse, quod aiunt, infidelitatem ex qua voti uolatio deriuatur, irreuerentiam in se claudere, & non è conuerso, satis patet. Quod si uerum esset, cum irreuerentia illa, quæ in voti uolatione clauditur, multò alterius generis sit, ut probatum est, atque illa alia ex qua iuramentum uolatio deriuatur, non est cur ea ratio arguendi aliquid ualeat.

OSTENDITUR VINCULUM
iuramenti promissorii maius uoti vinculo. Cap. 23.

ATQUE hæc quidem ad eius sententiæ rationes, quæ uoti uinculum maius uinculo iuramenti persuadere contendit. Nunc amplius eandem sententiam falsam esse, directis in eam argumentis probemus. Omnis ratio obligationis in voto, manet quoque in iuramento, & additur aliquid aliud, ergo non modo infert equale uinculum, sed maius. Antecedens satis patet. Nam in iuramento quemadmodum & in voto inuenitur intentio obligandi & iniiciendi uinculum, immo non quodcūque uinculum; sed iustitiæ, quod, quam, reliqua omnia uinculorum genera fortius esse solet. Enimvero, voti simplicis dispensationem, omnes, voti autem solennis dispensationem, ut superius diximus, maior pars Theologorum concedit, cum matrimonium ratum non consummatum, quo homo homini obstringitur, per quamcunque dispensationem dissolui nullus Catholicorum docuerit. Cuius discriminis ratio, non aliunde

de progreditur quam quod ea iustitię portio, quę proximū respicit, quęq; propriissimē iustitia, & est & vocatur, licet non sanctius, arctius tamen vinculum & insolubilius inducat, quam illa altera abusuā iustitię pas, qua homo Deo obligatur; Cuius rei præter id quod posuimus exemplum, in Christianę vitę campo multa reperias. Atq; hinc est, quod cum Romanus pontifex in ea genera promissionum, quę Deo fiunt, quod de temporalibus cuiuscunq; generis, & de votis castitatis simplicibus, neq; alterius opinionis patroni negabunt, potestatem obtineat, in ea tamen vinculum genera quę sunt hominis ad hominem, nullam obtinet; haud enim dispensare potest, vt Socrates qui mihi centum debet, non reddat centū, aut quod legatum aut hæreditas quam mihi Sempronius delegauit, mihi non reddatur. Itaque, quod istos maximē aduertisse cuperem, hominis ad Deum sanctiora sunt vincula, hominis tamen ad hominem multo fortiora. Et quidem Sanctitatis ratione, eorum vinculum, quę ad Deum sunt transgressiones sacrilegia vocantur, sed non omne sacrilegium reliquis omnibus, peccatis maius est simpliciter sed tantum ex genere.

Quod si omne sacrilegium, omni alio peccato, quod in hominem admittitur grauius esset, nõ inde fieret fortius esse vinculum, nam multa sunt minora peccata, quę a maiori vinculo progrediuntur minus peccatum est decem mihi furari, quam voti castitatis simplicis violatio, & tamen cum in voto simplici dispensare possit Pontifex, nulla sua potestate, Socratem ab obligatione, qua mihi tenetur potest absolueret. Immo Socratem ab hac obligatione eripere, multo esse difficilius quam in voto solenni dispensare, ipsa commissę potestatis ratio indicat. Põtifex profecto Vicarius est Christi, atq; adeo eorum verborum, quodcunq; ligaueris &c. in virtute, in oēs, quę hominis ad Deum sunt obligationes potestatem obtinet, non item in alias, quę ad proximorum & Reipublicę, quorum nullo pacto ius diminueret voluit, iustitiam pertinent.

Et quidem quantò magis, præsertim in Evangelico statu, proximam charitatem quam suam propriam dilectionem commendauit, tantò vehementius debita hominum reposcit, quam propria, quod fortasse ad dulcem illam prouidentię rationem, quam in vita humana administranda semper obseruauit, referri potest. In hoc cognoscunt, inquit, omnes quod discipuli mei eritis, si dilexeritis adinuicem. & cum totius suę prædicationis & Evangelicę legis iam prope moriturus, epilogum faceret, solam fraternam charitatem commendat, qua humana iustitia continetur. Hoc, inquit, est præceptum meū vt diligatis inuicem. Et demum munus suis altaribus illatū, ante fratris, quem quis offendisset reconciliationem, acceptum habiturum se negat. Si offers, inquit, munus tunc ante altare, & recordatus fue-

ris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, vade reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Est ergo hominis ad Deum sanctius & religiosius, vt dixi, vinculum, sed hominis ad hominem, aut ex natura rei, aut ex Diuina cõstitutione fortius multo, & nullius alterius, quam ipsius hominis, ad quem est, voluntati subiectum atq; adeo soluta difficilius, quam voti obligatio. Ergo habemus, esse in iuramento omnem rationem obligationis, quę reperitur in voto, & non quocunq; pacto, sed multo perfectius.

Sed quod vltius aliquid aliud, quot in voto non reperitur, in eo inueniatur, quod in secunda antecedentis parte dicebamus, hinc claret, quod vltra illam obligationem, quam iuramentum inducit, est quoq; præceptum Diuinum prioris tabulę, quo nomē Dei in vanum assumi prohibemur. *Non assumes*, inquit, nomen Dei tui in vanum. Est deinde ipsa Dei testificatio, quam falsam & mendacem reddere, omni vinculo religionis & naturę vetamur. Nam, quod de reddendis Deo votis, quę illis obtulimus sit quoq; præceptum, non imus incipias, sed tantò vinculum a Diuino de non peierando præcepto illatum, eò quod ab eo, quo vota semel facta reddi præcipiuntur, est fortius, quãtò hoc nõ nisi ex suppositione, quia, si nos ita voluimus, illo contra, sine nostra voluntate natura ipsa Deoq; auctore, constringimur.

Secundò, quod iurandi vinculum, fortius sit vehementiusque obliget, quam voti obligatio, hinc etiam colligere facili labore Theologus poterit, quod iuramentum etiam metu extortū, iurantem obstringit. Cum votum, quod libera voluntas non edidit, ex omnium Theologorum cõsensu obligationem non inferat. Quod si ita est, maior est igitur iuramenti quam voti obligatio. Nam ex contrario, si spontaneum votum maius vinculum quam iurandum spontaneum induceret, & votum quoq; coactum, maiorem quam coactum iuramentum obligationem inferret. Quod verò iuramentum coactum per metum cadentem inconstantem virū, in foro conscientię; si qui iurauit, in materia licita, intentionem habuit obligandi se (de hoc enim iuramento loquimur) obliget. Cum ex communi Theologorum, & iuris prudentium sententia, tum ex vsu Ecclesiastico, quo qui ita iurant, absolui a iuramentis, quominus implere teneantur, consueuerunt, colligitur. Immo vno excepto Abbate Panormitano, cuius tamen ab omnibus ferè sententia refellitur, iuramenti huius violatio non est quæcunq; culpa, sed mortalis.

Sed ais, in voto esse duas obligationes, vnam, qua iurans obligatur homini, cui quippiam promittit, alteram quę fit Deo propter iuramenti reuerentiam. Sit ita, hinc tamen quid aliud inferas quam hoc totum quod est iuramentum, multo, quã votum quod vnã dumtaxat obligatione inducit, maius vinculum inferre. Immo verò id hoc

quod contendimus probare, clarissimè demonstrat. Nam si in voto vna est tantum obligatio seu obligandi ratio, quę admodum & in reliquis promissionibus, in iuramento verò duplex, vna quidem eiusdem generis cum voto, licet obiectiue & ex genere quod non ad Deum sed ad hominem sit, illa ignobilior, altera diuersi generis, qua homo Deo obligatur, est igitur voti vinculum, quã vinculum iuramenti debilius.

Sed ais rursus, eam obligationem quę est in voto, duas illas, quę in iuramento reperiuntur perfectione superare. Sed quã hoc sit falsum, parumper attendamus. Enimverò vinculum quod in voto reperitur a virtute fidelitatis descendit, atque adeo ex sua formali ratione, ab obligatione, qua homo iurans, alteri homini, in iuramento abstringitur, quę a virtute quoque fidelitatis deriuatur, non differt. Nam quemadmodum Socr. Platoni Rustico, Titio mercatori, & Philippo Regi, p eandem virtutem fidelitatis obligatur, ita & per eandem, supposita rone agendi Dei cum hominibus, in rone dati & accepti, quã Christiani credimus, Deo quoq; obligatur. Et si enim obiecta diuersa, humanis actionibus diuersa genera tribuere soleant, non tñ id de quocunq; obiecto accipiendum est, sed de formali. porrò rō formalis in his promissionibus quę Deo aut hominibus fiunt, non variatur. licet obiecta materialia varientur. Nam sicut aliud obiectum materiale est Socr. agricola, aliud Plato mercator, aliud Philip. Rex, est tamen vna eademque obligationis ratio, quã non minus debetur quod Socrati & Platoni quam quod Philippo debetur. Itã aliud obiectum materiale est, homo, aliud Angelus, aliud Deus, est tñ vna eademque debiti ratio in omnibus, quia scilicet promissum est, vnde nõ minus debetur quod homini aut Angelo promissimus, quã quod Deo. Non itaq; promissio homini facta infirmior est, ea quę fit Deo; in quo tamen alterius opinionis patroni mirè hallucinantur: nam promissionis firmitas & robur, non a materiali obiecto sed a formali desumitur, & si, quod sæpe monui, perfectio in genere entis, aut sanctitas, a materiali obiecto & immediato sumatur: libenter ergo obligationem illam, quę Deo fit immediatè, qualis reperitur in voto, in genere entis perfectiorem, & in genere moris sanctiorem fatebimur, non tamen firmiorem, quoniam siue in homine, siue in Angelo, siue in Deo, ratio formalis, obligationis nõ variatur. Homini, non alia ratione obligor post promissionem, nisi quia *promisi*. Angelo deinde quia *promisi*, Deo demum, non quia Deus est aut summum bonum &c. sed quia *promisi*. Enimverò si Deus non esset, nec summum bonum esset, adhuc illi post promissionem obstringeretur. Ergo ex parte obligationis, quę in iuramento clauditur, iuramentum voto equale est.

Sed iam ad illam alteram obligationem quę in iuramento reperitur peruenio, Ea autem est, qua

in eodem, homo Deo, ob reuerentiam sui nominis in testimonium proudcti, deuincitur. Hanc verò adeo ineluctabilem Theologi fatentur, vt cū illa prior per vehemētem timorem euanescat, nullo quantūcunq; terribili metu euacuetur, sed etiam si quis rem alioqui licitam & cum virtute non pugnantem, inter mucrones gladiatorum iurauerit, urgente conscientia, teneatur exsoluere. Nunc in illam obiectiōem ita rationem formemus. In iuramento promissorio (de hoc enim semper loquimur) duę obligationes, aut obligandi rones illi coessentialis & intrinsecæ inueniuntur, in voto dūtaxat vna, vni quidem illarum duarum, quę in iuramento clauduntur, æqualis, altera verò, quę fit hominis ad Deum, multo debilior, cum hæc per metum collidatur, illa contra non collidatur, est igitur simpliciter & absolutè iuramenti vinculum, vinculo quod per votum inducitur firmitus & solutu difficilius.

Atq; hinc iam quantum valeat eorum dilutio, haud difficile est cognoscere, qui cum sibi obiectissent, voto simplicem dūtaxat promissionem inesse, iuramento contra, & promissionem & Diuinum testimonium, respondent, quod licet hac ex parte videatur iuramentum excellere, votum tamē plus ex parte obiecti excellit; quia fit Deo. praua est profecto hæc argumentandi ratio, & eorum, qui sibi, molli ac leui rerum tractatione satisfaciunt. Immo verò respondere debuissent, votum quidem ex parte obiecti excellentius esse, non tamen simpliciter, cum vt illi quoq; non diffitentur, in iuramento duę obligandi rationes inueniantur, quarum altera saltem maior est in genere obligationis, cum non possit per metum quantūcunq; fortem subverti; altera, si non maior in genere obligationis, quã, vt diximus, obligationes hominum ad homines, & si non ita sanctæ ac religiosæ, tamen, quã a iustitia secundum propriam iustitię rōnem progrediuntur, fortiora vincula solēt iniicere, æqualis tamen esse negari non potest. Postremò iuramenti obligationem fortiorē esse voti obligatione, minusq; solubile. Ita suademus. Votum Deo factum, nõnunq; iuramento cõfirmatur, id aut, quo aliquid confirmat, est illo fortius, fortius igitur est vinculum, quod manat a iuramento, quam quod manat a voto.

Respondent huic rationi quidã, & est, vt aiunt, notanda responsio. Iuramentum voto non ad cõfirmationem adhiberi, vt scilicet per illud voucti fortius vinculum iniiciatur, sed tãquam aliud vinculum, atque adeo licet sit minus, additum tamē alteri, implicatiorem facit nexum.

Verum hæc responsio quantūcunq; notetur, rationis factę vires non cõminuit. Nam primò Paulus, cum inquit, Omnis controuersia *ad confirmationem* finis est iuramentum, non modo de iuramento assertorio loquitur, quod est de re præsentis aut præterita, sed de promissorio etiam, quo omne genus promissionū reficitur, & roboratur.

Sol. lib. 8. de
iusti. & in
q. 1. art. 8. im
resp. ad 1.

Exod. 20.

Ca. 1. v. 10
iur. in. 1. 1.
v. 10. 1. 1.

In c. 1. 1.
1. 1. 1.

Ioan. 13.

Ioan. 15.

Matth. 5.

Votum igitur cum sit promissio, tanquam finem omnis controuersie. i. tanquam, eo per quod omnis rō dubitandi tollitur, & ab eius, cui sit promissio animo, omnis scrupulus eximitur, iuramento confirmari poterit. Immo si Pauli locus aliquāto diligentius excutiatur, eius sensus est, per iuramenta omnem quācūq; promissionem robur accipere. Hoc est enim, quod inquit, *ad confirmationem*. Nam quæ obsecro promissio tam certa esse potest, quam illa, qua Deus cum hominibus agit, aut quæ promittenti, promissis respondendi, maiorem obligationem imponit? Certè homo Deo aliquid uolens post votum, non tantum Deo quantum Deus homini post simplicem promissionem, tenetur. Nam & obligatio respondendi promissis à persona quoq; promittentis deriuatur. Indignum est enim Principem metiri & impossibile Deum sibi ipsi deesse. Ergo si Diuinæ promissiones iuramento firmantur, & humanæ quoq; poterunt, cuiuscūq; sint generis ex eodem iuramento robur accipere. Abraham, inquit Apost. promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret, iurauit per semetipsum, dicens, Nisi benedicens benedicam tibi &c. Et subinde. Homines, subdit, per maiorem sui iurant, & omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. Certissima erat suapte natura perfectio Diuina promissio, sed quoniam cum homine agebat Deus, qui homo uniuersas promissiones suas iuramento, tanquam eo, quod solidius vinculum inducit, confirmare solet, promissioni suæ iurandum adiecit. Non tanquam equale aut quod isti uolunt minus vinculum, sed tanquam ex formali sua ratione uehementius & minus solubile, licet materialiter (quod aiunt Dialectici) equale foret, erat. n. impossibile promittentem mentiri. Nam quod non tanquam eminus aut equale, sed tanquam maius aliquid, post promissionem iurationem induxerit, id quod subdit, Apostolus apertissime conuincit. In quo *abundantius* uolens Deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilii sui, interposuit iurandum. Quod si Deus interposito iuramento, immobilitatem consilii sui heredibus pollicitationis ostendere uoluit, est ergo iuramentum etiam Diuina promissione robustius. Comparatiuum enim *abundantius* ad prius factam promissionem refertur. Itaque qui quācūque promissionis rationem, etiam ea, quæ in voto reperitur, quæ certè certitudine, nullo pacto quācumque sit solennis, cum Diuinæ promissionis certitudine certare potest, iuramento promissio addito confirmari posse, uigentiusque vinculum accipere negant, planè Apostolico testimonio aduersant, qui omnis controuersie finem ad confirmationem inquit, esse iuramentum. Controuersiam enim uocant non assertiuam tantum sed promissioam (de ea enim loquebatur) sub qua tanquam sub genere, votum includitur.

Deinde ut dimisso Pau. ad rationes veniamus.

Quid, obsecro, obest, quominus voti promissio, quemadmodum & reliquæ quæcūque promissiones, voto robustior fiat? Promissi tibi decem, naturæ iure, solius promissionis ratione, decem tibi nisi remiseris, dare teneor. Ergo si nihil promissionis vigore impediens, rectè tanquam robustius vinculum, iuramentum inducitur, cur non & ei promissioni, quæ fit Deo, poterit induci? Quid prohibet Socratem regi promittentem aliquid, per eius vitam ad promissionis confirmationem iurare? Simili ergo ratione, nihil impediens, Deo castitatem promittentem. Nomen Dei ipsius per iuramentum in testimonium asserre ad pleniorē confirmationem.

Demum ipsa in uotis edendis humanæ mentis ratio, eam responsonem collidere uidetur. Enim uero frequentissime, præsertim cum uota simplicia Deo nuncupamus, post illam simplicem promissionem, quæ ad voti naturam pertinet, quod magis nos ipsos in ea voti promissione firmemus eidem Deo iurare consueuimus. Ut Christus per suam passionem, mortem &c. aliquid iuramus nos præstituros aut uituros. Sed iuramenti obligationem, voti obligationi præstare satis validis rationibus demonstrasse me arbitror. Cui nostræ sententiæ & Ioannes Maior a uorum memoria, Parisiensis Theologus eruditissimus, altera sententia, quæ votum iuramento anteferebat, pro trita, consentit.

Q U O D E A D E M S I T I N
iuramento, quæ in voto solennitas.

Cap. 24.

DE solennitate, quam alteram iuramenti solennis partem esse diximus, nunc loquamur. Ea autem per omnia similis est voti solennis solennitati. Nam ut voti solennitas in testimonium frequentia & religionis probatæ professione consistit, aut quod recentiores Thomistæ arbitratur, in sui ipsius traditione. Sic profus uniuersa iuramenta, quæ à magistratibus publice exiguntur, solennia uocantur. Nam quemadmodum non quæcūque professio sed quæ ut aiunt probatur, solennis est, ita non quodcūque iuramentum sed quod iuris formam & ordinem retinet, solenne uocatur. Sin uero voti solennitatem dicant in traditione consistere. Profecto omnia illa præstandæ obedientiæ, aut repedendi tributum aliquod, quæ uel Ecclesiasticis Prælatibus, uel Principibus secularibus in susceptione alicuius dignitatis exhiberi solent, iuramenta solennia uocabuntur. Nam inter has & uota solennia obedientiæ nihil omnino distat, nisi quod hæc hominibus, illæ Deo fiunt, quod tamen vinculum augere potius quam minuere, superius euidentissime comprobauimus. Nam tamen (quod isti contendunt) promissio, quæ est in uoto solenni, eod quod fiat Deo, eam quæ est in iuramento, transcendat, alteram tamen obli-

obligationem, quæ ab adductione Diuini nominis deriuatur, robore ea firmitate; non equat, tantum abest, ut superet, cum neq; illam metus in uirum constantem cadens, qui tamen uniuersas promissiones; & contractus cum humanos, tum Diuinos collidere solet, possit peruertere. Tale iuramentum solenne est, quod recentiores iurisperiti, Homagium appellarunt, quod, ut ex eorum scriptis colligitur, non est aliud quam iuramentum promissioam de fidelitate præstanda, qua quis flexis genibus, infra manus Domini seruitutis fidelitatem iurat. Tale deinde est iuramentum solenne promissioam, quod olim Episcopi & Archiepiscopi tantum, nunc omnes ad Ecclesiasticas dignitates promouendi, Pontifici Romano præstare solent, quod ex Epistola Beati Gregorii ad Petrum Subdiaconum Siciliæ, in titulo de iurando collocatur. Tale quod Romani Imperatorum, futuri eidem Pontifici ante diadematis acceptionem, exhibent. Tale quod clerici cum ordinantur, iuxta undecimi Concilii Toletani statutum, suis Episcopis faciunt. Tale demum est, quod uassalli domino iurant, Cuius condiciones Gratianus ex Epistola Philiberti suæ raphodiæ inseruit. Qui & de sacrosancta ac inuolabili horum solennium iuramentorum obseruantia multa ex ueteribus, causa. 22. per quinque quæstiones coegit. In his omnibus enim uero, est iurantis & promittentis uerissima traditio. Nam ea omnia traditionis symbola, quæ in solenni uoto inueniuntur, hic reperire licet, stetit genua iurans, manus complicatas, intra eius, qui iuramentum suscipit, reuerenter collocat, atq; in se non per modum promissionis, sed per modum actualis traditionis, ad illud quod solenniter iurauit: potestatem tribuit, quo nihil amplius in uoto solenni reperimus.

Est deinde, non modo in his fidelitatis iuramentis solennitas, sed aliis, quæ ex statuto aut consuetudine, uniuersitatibus, aut communitatibus exhibentur, per sanctorum Euangeliorum, & plerumque Aræ altaris, corporalium, calicum, & quandoque sacramentorum aut tactum, aut presentiam, aut quod Reges, cum foedus ineunt, facere solent, per Eucharistiæ sacrosanctæ communicationem, quæ omnia, multo sanctiora firmioraque sunt futuræ fidelitatis symbola, quam quæcūque in solennis uoti professione contingunt. In his autem omnibus solennibus iuramentis, Pontificem Romanum posse dispensare, & ea relaxare, non tantum ex causa necessaria, ut cum à Regum, qui Re publ. negligenter aut perniciosè administrant, obedientia, quod sæpe fecit, subditos absoluit, sed etiam ex quacūque legitima causa nemo unquam dubitauit, atque adeo nobis non est necessarium, illud, productis rationibus, aut ueteris historiarum exemplis, demonstrare. Quod si ita est, potest igitur & in uoto solenni religionis dispensare quod tota hac disputatione contendimus.

PROBATVR ITERVM EX EODEM
usu Ecclesiastico uoti solennis dispensabilitas. Cap. 25.

SECUNDA ratio ab alio usu Ecclesiastico sumitur, quo passim, & absque ulla Doctorum hominum contradictione, Romanus Pontifex in uoto simplici, non modo temporalis, ut peregrinationis &c. sed perpetuo, ut perpetuæ abstinentiæ carnis &c. immo in uoto castitatis dispensat. Nectemusq; hoc pacto rationem. Pontifex dispensat in simplici uoto castitatis perpetuo, ergo potest dispensare in uoto solenni eiusdem castitatis. De antecedenti quia nulla est apud alterius opinionis patronos dubitatio, quippiam dicere necessarium non arbitror. Sed consequentia probatur. Nam aut uotum solenne, redditur indispensabile, quia est promissio Deo facta, aut ratione materiæ, quia nimirum, est tantæ perfectionis, quod nulla alia re compensari queat, aut ratione solennitatis superadditæ. Per nihil enim uero aliud suspicari possumus uotum solenne religiosæ castitatis, fore indispensabile. Primum non dicent, quia tunc uniuersæ promissiones quæ Deo fiunt, siue simplices siue solennes dispensari non possent. Sed neq; secundum, cum illud in Guilielmo Altiſiodorenſi ridere soleant. Adde quod eadem est, in hac parte, & in uoto simplici, & in uoto solenni materia, Castitas scilicet perpetua. Superest ergo tertium solennitas nimirum, ratione cuius, uotum huius generis indispensabile reddatur. Verum neq; solennitatum aliquid quominus per Pontificis uoluntatem relaxetur obſistere, iam demonstramus.

Enim uero uoti solennitatem, fuisse ab Ecclesia ad id quod ipsum nomen solennitatis insinuat; excogitatum & inuentam, rotundis uerbis Bonifacius decernit. Nos inquit attendentes, quod uoti solennitas ex sola constitutione Ecclesiæ est inuenta &c. Possit uero Pontifex in omnibus Ecclesiasticis sanctionibus & inuentionibus dispensare, nemo ibi inficias. Deinde, quid solennitas; uoto conciliet, nisi iam res in pertinacem disputationem cruduisset, ex aliarum rerum, immo ex ipsorum sacramentorum solennitatibus, uideri potuisset. Profecto in reliquis, aut actionibus humanis, aut sacramentis, nihil ad substantiam pertinens solennitas addit sed ut rectè, inquit Durandus, decorem quandam, aut ut plurimum, auctoritatem quandam. Hoc in baptismo, hoc in confirmatione, hoc in Eucharistia, hoc demum in ipso matrimonio, quod proxime ad uoti solennis naturam accedit, facile est uidere, in quibus nihil profectò substantiale, nullamque maiorem firmitatem aut robur, solennitas addit. Sed qui nunc contrariam opinionem tumentur, ad traditionem, qua uotum solenne à simplici differre comminiscuntur, confugiunt: quod tamen suffugium, quam sit debile, & superius libro præcedenti

Gloſ. in cle.
pastor. spe
culat. lib. de
fundi. titu.
ord.

Cap. Ego
Episc.

Clemen. Ro-
mani Princ.
ord. in.
21. dist. ca.
Quæquam.

22. q. 5. ca.
De forma.

4. sent. 1.
q. 4. dist. 1.

li. 6. c. Quod
autem.

cedenti apertissimè demonstrauimus, & postea, Cum eorum rationes comminuamus, iterum fumus ostensuri.

TERTIO EXVSVE Clesiastico dispensabilis voti solennis colligitur. Cap. 26.

TERTIO, ita pro nostra communiq; sententia pugnamus. Pontifex dispensat in voto solenni paupertatis, ergo potest dispensare in voto solenni religiosæ continentie. Antecedens de monachis, qui ad Episcopalem dignitatem promouentur, satis est apertum, cum enim nihil sub monachatu possidere possent, post Episcopalem dignitatem assumptam, Ecclesiasticos redditus administrant & possident. Consequentiã verò ex eadem Epistola decretali Innocentii ad Abbatem Sublacensem, cui isti maximè nituntur, perspicua est. Eodem enim pacto de voto paupertatis Pontifex pronuntiat, quo de voto castitatis. Abdicatio, inquit, proprietatis, sicut: & custodia castitatis, adeò annexa est regulæ monachali, vt contra eam neq; summus Pontifex possit indulgere. Deinde ex paritate rationis: quemadmodum enim castitas materia est Euangelicæ perfectionis ita & paupertas, & quemadmodum vna est voti solennis materia, ita & altera.

Verùm, qui alteri sententiæ patrocinantur, diuersæ huic rationi respondent, veteres quidem; Antecedens negant, nolunt enim Pontificè cum monacho ad Episcopatum promotum, in paupertate dispensare, sed prorsus eidem quemadmodum & castitati irretitum manere, quâquam possit bona Ecclesiæ dispensare, quemadmodum & Abbas bona Monasterii. Iuniores quidam, cum huius argumenti vires experti, cum veteribus antecedens negare non esse aliud quàm & ipsi rationi, & Ecclesiasticis vsibus aduersari, videret, Consequentiã inficiari satagunt, docentes, in religioso, votum paupertatis non esse tam indispensabile, quàm castitatis votum. Nam, vt aiunt, postquam creati sunt Episcopi, non nunquã hac in parte cum illis dispensatur, & illos qui ad Apostolicam sedem assumuntur notum est propria possidere, licet à voto castitatis religioni annexo non sint absoluti.

Quas duas dilutiones iam suo ordine collidamus oportet. Et priorum quidem responsio, apertissimis verbis à Synodo habita apud Althæum subuertitur, statutum est, aiunt illic Patres, & rationabiliter secundum sanctos Patres à Synodo confirmatum est, vt Monachus quem electio canonica à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit & sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit, vel vt legitimus hæres paternam sibi hereditatem postea iure vendicandi potestatem habeat. Sed quidquid acquisierat vel visus fuerat habere, monasterio relinquat & Abbatis sui, qui fuerat, secundum

dum regulam. S. Benedicti, arbitrio. Postquam enim Episcopus ordinatur ad altare ad quod sanctificatur & intitulatur, secundum sacros canones, quod acquirere poterit, restituat, hæctenus synodus. Atq; huius loci violentia in illam responsionem tam aperta est, vt & hi, qui recentissimè maximo cum affectu. S. Thomæ doctrinam, cum hac in parte, tum in reliquis omnibus propugnare nituntur, victi manus extenderint, ingenuè confitentes per canonem illum votum paupertatis, quantum ad secularia bona. i. quæ Ecclesiasticæ administrationis ratione non proueniunt. Et meritisimè profectò cum Canonis verba tã expressa sint, vt nullo pacto, nisi ridiculosè negari quear. Apertè. n. dicitur per canonicam electionem à iugo regulæ monasticæ monachum, Episcopum electum absolui. Porro paupertas vnum est ex his, quæ vel præcipuo loco religionis regula continentur. Et quod est his multò vehemètius, illic declaratur, Episcopum ex Monacho, paternam hereditatem obeundi tanquã hæredem legitimum habere potestatem, quod maximè cum voto paupertatis pugnat. Quæ verba apertissimè profectò S. Thomæ interpretationem horum verborum subuertit, qui huiusmodi Episcopos ideo non habere proprium post ordinationem scribit, quòd paternam hereditatem, non tanquam propriam, sed tanquam Ecclesiæ cui sunt consecrati, debitã, eos adire credat. Clara sunt verba Concilii, quibus eos, nõ item Ecclesias, quibus sunt cõsecrati legitimos hæredes vocat, & quibus eos à iugo regulæ monachalis absolutos pronuntiat. Enimuerò si illi proprium habere nequirent, nequaquam eos, paternã hereditatem adire, sed Ecclesiã dixisset, quemadmodum cum votis monachalibus obligabatur, non illi sed religio ipsa aut domus, hereditatem adire poterat. Tantũdemq; valet quod eodem loco ait, eosdem de rebus illis, quæ paterna hereditate obueniunt, non posse condere testamentum, sed extendi per auctoritatem Apostolicam, eorum administrationem. Nã præter hoc quòd hæc extensio metaphisica est, & fictitia, quo pacto enim mortuus, quantacũq; auctoritate Apostolica post mortẽ bona cognatis administrare queat? cum illi sint à regulæ iugo absoluti, & legitimi hæredes à Cõcilio paternorum bonorum appellentur, quis prohibet eos testamentum posse condere? Deinde S. Thomas, bonorum Ecclesiasticorum, quæ post partitionẽ, portione Episcopali clauduntur, reliquos Episcopos, non tantum administratores, sed veros dominos facit. Ergo cum Episcopis, qui à religionibus assumuntur, eodem pacto, quo aliis, illa portio assignetur, quis prohibebit quominus verum eius dominium habeant? Præterea vsum Ecclesiasticum iam dudum receptissimum, quo Pontifices, cum Episcopis Monachis dispensare solent, vt bona secularia emant, & postmodum quibus libeat, relinquunt, damnare velle, temerarium est, immo

Do. Sol. de iust. in. q. 5. ar. 1.

2. 2. q. 111. art. 8.

art. 4. q. 1.

Barbat. in. cum in off. de testam. Baptista. S. Sener. tract. de p.

mo verò non cum Episcopis modo, sed cum multis. aliis Monachis & voto solenni paupertatis obstrictis quotidie dispensare Põtifex videmus, vt etiam inuitis suorum ordinũ præfectis, & reclamante ea viuendi rone, quam voto soleni profecti sunt, bona possideat, ea quibus volunt dispescerent, demum testamenta condant, & hæredes & legatarios relinquunt, quo nihil amplius Reges, & si q. sunt alii suarum rerum veri dñi, possunt facere. Et profectò absurdissimũ videtur, dicere Pium V. Põf. Max. q. nunc ex Fratres ord. Prædic. vniuersali Ecclesiæ meritisimè præfideat, earum rerũ, quas habet nullum obtinere dñium, esseq; nunc quæadmodum & olim ita obnoxium voto paupertatis, vt si quid illi aduersum egerit mortaliter peccet. Et quis dicat Cardinales, qui ex religionibus assumuntur, adhuc esse voto eidem paupertatis obstrictos? Itaq; id vnum est ex illis paradoxis, quæ à vetustioribus Theol. non tam exacto rerum iudicio, quam pietate quadã dicebantur. Neq; verò hic illi sententiæ, quam sæpe sanctissimam pronuntiauimus, aduersari volumus: quia nimirum multoties diximus, Episcopos bonorum Ecclesiasticorum non habere dominium sed administrationem tm, concedimus illis facultatẽ possidendi, & religiosos quoq; voto paupertatis absoluti, iuxta c. statutum à nobis allegatum, sed in Ecclesiasticis bona, nullum dñium tribuimus. Quæ duo secum non pugnare, postea ostendimus. Est ergo nostræ ronis aũs verissimum, nimirũ Pont. in voto soleni paupertatis, nõ modo posse dispensare, sed illud frequentissimè relaxare de facto.

Nunc ad consequentiã veniamus in qua parte cum recentioribus his dũtaxat bellum est. Qui non tam dispensabile votum castitatis, q̃ votum paupertatis absq; vilo rationis suffragio credunt. Et hos in primis, non modo ab omnium illorum, qui votum solene religiosæ castitatis indispensabile docent, qui omnes, vt in eorum scriptis apertissimè patet, equaliter de voto paupertatis, & castitatis loquuntur, sed à sui auctoris placito longissimè discedere, manifestum est, idq; (quãquã illi multum maximeq; renitantur) eisdem nũc ex eiusdem S. Tho. scriptis intorquendum. Et principio, in 4. sent. dist. 38. vbi tamen votum quodcũq; dispensabile putat, ad quintam obiectionem rñdens. Ad quintum, inquit, dicendum, quod cũ illis qui assumuntur à statu religionis, ad statum prælationis non dispensatur in principalibus votis religionis, quia illa quæ possidere videntur, non suo nomine sed Ecclesiæ possident, vnde nihil per hoc præiudicatur voto paupertatis. Hæc illo loco S. Tho. rursus. 2. 2. q. 185. art. 8. ne quis in partibus animum mutasse dicat, perspicuis verbis docet, Epõs ex religionibus electos, ad oēs regulæ obseruantias, quæ Pontificale ministerium nõ impediunt, sicut antea teneri, eius verba sunt. Sic ergo dicendum, quod si quæ sunt in regularibus obseruantias, quæ non impediunt Pontificale

officium, sed magis valeant, ad perfectionis custodiam, sicut est continentia, paupertas, & alia huiusmodi, ad hæc remanet religionis etiam factus Episcopus obligatus. Et in responsione ad 3. Proprium autem nullo modo habere possunt. nõ enim paternam hereditatem vendicant, quasi propriam, sed quasi Ecclesiæ debitam. Et subinde. Testamentum autem nullo modo facere potest, quare sola ei dispensatio committitur rerum Ecclesiasticarum, quæ morte finitur, vt Apost. dicit ad Hebr. Si tamen ex concessione Papæ testamentum faciat, non intelligitur ex proprio, facere testamentum, sed Apostolica auctoritate intelligitur esse ampliata potestas suę dispensationis, vt eius dispensatio possit valere post mortẽ. Hæctenus illic S. Th. Et demum eodem loco, quo votum castitatis religiosæ indispensabile pronuntiat, ad id argumentum, quod sibi quarto loco obiecerat, rñdens. Ad quartum ait, dicendum, quod religiosus, qui fit Epõs, sicut nõ absoluitur à voto continentie, ita neq; à voto paupertatis, quia nihil debet habere tanquã proprium, sed sicut dispensator cõium bonorum Ecclesiæ. Post hæc quis iam dubitare poterit S. Th. nullam differentiam inter paupertatis & castitatis religiosæ vota posuisse? Ergo generosius Caiet. fecit, qui fortasse huius ronis vigore superatus, libenter ab hac snia, tanquã Ecclesiasticæ vsui aduersa recessit. Enimuerò votũ paupertatis dispensabile ponere, votum verò castitatis indispensabile, non est aliud, quàm & à S. Th. q. de vtroque. imò de omni voto soleni, æqualiter locutus est, aduersari, & totam rem prodere. Neque. n. vel ille, vel quisquã alius, vno admisso alterum negaret. Porro quod S. Th. volunt Monachali paupertati in Epõs ex religionibus assumptis conuulisse, quod 2. 2. q. 185. ar. 6. dicit, Episcopos non teneri ad paupertatem Apost. idq; Ambro. August. & Athan. qui fuerunt, vt isti volunt, vna & Monachi & Epõs exemplo cõfirmet frivolum est, ac nullius ponderis. Profectò, qui Epõs voto ad hæc paupertatis post consecrationem obstringi tam apertè decernit, nullo pacto eorundem Episcoporum paupertati cõnuere potuit. Exẽplum porro Ambrosii, August. & Athanasii, non aliorum adducitur, quàm vt id quod eo articulo intẽdit, persuadeat, nimirum licere Episcopis diuitias possidere, quod illæ omnibus in vniuersum Ecclesiæ nomine, siue religiosis, siue non religiosis concedere non morabitur. Sed alia lögẽ quæstio est, an omnis suo nomine aliquid possidere queant, hoc enim cum ille Episcopis secularibus non neget, religiosi tamen prorsus putat illicitum. Itaque eo loco S. Tho. sibi optimè constat. An verò illi, quorum exemplo vtitur S. Thomas, monachi extiterint impertinens est nõ dubitare velle, de Ambrosio tamen nulla est dubitatio eum non fuisse monachum, de Aug. Possidonius qui vitam eius memoriæ prodidit, non aliud scribit, quàm quod ordinatus presbyter monasteriũ in-

c. c. ad Monasterium de sac. monach.

S. Tho. 22. q. 88. ar. 11. S. Bonavent. 4. dist. 37. ar. 2. q. 3.

Do. Sol. li. 7. de iust. in. q. 4. ar. 3.

18. q. 1. c. sta. cum.

2. 2. q. 88. ar. 11. ad 4.

In vii. August. c. 5.

tra Ecclesiam mox instituerit, & illic cum Dei seruis viuere cœperit, secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Maximè ut nemo quicquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, & distribueretur unicuique, prout cuiq; opus erat. An verò vel ille vel illi, voto paupertatis solenni obligarentur, non constat. De Athanasio demum nihil tale veteres Ecclesiasticæ historiæ prodiderunt, immo planè contraria Rufinus Aquileiensis scribere videtur, docens eundem ab ipsa infantia ab Alexandro Patriarcha fuisse numero clericorū adscriptum. Nisi fortè a se quod vitæ Antonii Abbatris scripserit, cum fuisse monachum isti arbitretur, quæ tamen leuissima est cōiectura. Habemus eos qui consequentiam negant planè, non modo omnibus veteribus Theologis, qui voti indispensabilitatem crediderunt, sed & S. Thomæ, cuius tamen sententiam propugnare nititur repugnare, ab eiusq; principiis, qui de omni voto solenni vna eadèq; sententiâ celsèndū putat, q̄ lōgissimè recedere.

Nunc in eodem Paradoxon, sunt enim in hac parte soli, rationem conuertamus, probemus, inquam, contra illos, nostræ rationis consequentiâ. Omnia quæ possunt votum castitatis religiosæ indispensabile reddere, sunt plenissimè in voto paupertatis. Ergo si vnum est dispensabile & alterum, aut si vnum est indispensabile & alterum quoque, sed hi votum Euangelicæ paupertatis credunt dispensabile, perinde igitur necessariò fateri debent, votum castitatis religiosæ esse dispensabile. In hoc toto processu, omnia sunt apertissima & euidentia, præter primam illam absumptionem, quam tamen facili labore suadebimus, siue rerum naturam, siue pontificalem Epistolam exigamus, quam isti nobis maximè obiectât. Enimverò paupertatem Euangelicam, non modo eâ, quam spiritus vocamus, quæ non est aliud, quàm rerum temporalium neglectus, non modo æquè, sed multò magis ad religionis perfectionem spectare quàm castitatem, nullus Christianæ religionis cultor negare poterit. In exhortationibus profectò Euangelicis, quas ad Monachismum, non modo reliqui Theologi sed isti quoq; rapiūt, multò studiosius rerum temporalium desertio, quàm castitas commendatur. Certè Christus de Euangelica perfectione quæsitus, non tam ad castitatem corporis que mundiciem, quàm ad omnium bonorum vèditionem & erogationem adlescentem mittit. *Si vis*, inquit, perfectus esse, vade & vède omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me. Illa deinde ad rerum temporalium contemptum pertinent, *Si quis* venit ad me, & nō odit patrem suum & matrem & vxorem & filios, & fratres & sorores adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et demum fructum illum centesimum, qui omnibus assentientibus Euangelicæ perfectioni respōdet, nō nisi relinquētibus omnia se retribu-

turū pamonuit. Nā cum Apostoli quorū vitā religiosi imitantur, aut saltem profitentur, per Petrū Christo intulissent: *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Amen.* Respondit, dico vobis, quod vos qui secuti estis me in re generatione cum sederit filius hominis, se debitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomē meū, centumplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Et demum in Epitome illa totius legis Euangelicæ, in qua, quasi Christianæ perfectionis gustum quendam exhibuit, primo omnium loco, Euangelicam paupertatem collocauit, quod eâ: totius eiusdem Euangelicæ perfectionis fundamentū putaret. Beati, inquit, pauperes spiritu &c. Quin verò in exhortationibus ad castitatē, quas vel Christus, vel Paulus, vel ceteri Apostolici viri multò rariore, quàm paupertatis posuerunt, multò audiusq; ipsam continentiam, rerum temporalium abdicationem & diuitiarum neglectum exoptasse videntur. Quod nimirum paupertas Euangelica proprius Christianæ perfectionis, quæ in caritate consistit, quàm castitas instrumentū sit. Unde cū illa absq; paupertate rerūq; temporalium neglectu, quo habentes tanquā non habentes sumus, nihil valeat, hæc oculis Diuinæ maiestatis, in medio vitæ coniugalis arridet. Hinc Christus, non dixit, coniuges difficile intrare in Regnū cœlorū, sed diuitē, quod nimirum, nihil sit in omni vitæ Christiana, quod ita Euangelicæ perfectioni viâ faciat, vt Euangelica paupertas. Viri deniq; Apostolici Christianæ religionis initio, cum vxorum commercia reliquis Christianis non intendicerent, vitæ tamen communitatem coluerunt, adeò vt nemo suum quicquam esse diceret, sed erant illis omnia communia, ad quem tamen vitæ Christianæ principium omnes quantumcunq; perfectæ religionis affirmari solent. Immo fuisse illic aliquod genus professionis aut protestationis, quod nihil sibi reseruarant, Ananiæ & Saphyræ punitio testatur. Cur, inquit, Petrus, tentauit Satanus cor tuū mētiri spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Iā si partes religionis cōsideres, inuenies paupertatē nō modo tā essentialiter & intrinsicè sed multò magis ad naturā religionis pertinere, quàm castitatē. loquor semper de paupertate in particulari, nā de illa quæ est in cōi, longè alia ratio est. Enimverò non est aliud, vt isti quoq; fatētur, religio, quàm mūdi fuga, qua vetere hoīe profus executo, Nouū illū, quē Deus creauit refectū, induimus. Oē aut quod est ī mūdo cōcupiscētia carnis est, cōcupiscētia oculorū aut supbia vitæ. Per votū castitatis cōcupiscētia carnis absconditur, p voto paupertatis cōcupiscētia oculorū, quæadmodū vitæ superbia p votū obedientiæ, nullus, n. adeò vitæ superbiâ supprimit, vt p totum vitæ spatiū, obedientiâ promissa. Verū in sufficientia triū votorū,

ad

ad vitæ Christianæ perfectionē amplectendam, enumerata, cum anteriores Theologi, multa scripta prodiderint, & hi etiam facitè concedant, omnia hæc tria vota essentialiter ad religionē pertinere, immo votum paupertatis esse reliquis ordine & vsu prius, quod ex Ambrosio deducunt, nobis non est opus amplius in hac parte iminorari. Quod si votum paupertatis, quæ est de intrinseca religionis ratione, immo, vt isti docent, ordine & vsu prius, castitate & obedientia, est igitur in eo omnis ratio indispensabilitatis, quæ in castitate, immo tantò maior, quò ad Euangelicā perfectionem magis est necessarium. Aue si hoc est, vt putant dispensabile, & votum castitatis religiosæ quoque relaxari poterit.

Sed ad decretalem Innocentii iā venio, cuius post veteres illos, qui voti castitatis religiosæ indispensabilitatem docuerunt, adeò fidunt vt planè credant esse Pontificis assertionem, immo verò irreuerentissimè nos cum summo Pont. agere, qui apertissimas eius diffinitiones glosulis illudamas, cū illæ absolute pronuntiet, non posse Pontificem Romanum in voto castitatis cum Monacho dispensare. Nunc ergo eandem quæ in nos tēla coniciunt, eos oportebit sustinere. Nam si Pontifex æqualiter de voto paupertatis, ac de voto castitatis pronuntiat, si votum castitatis est indispensabile, votum paupertatis perinde indispensabile erit, aut si hoc, vt putant, est dispensabile, neq; argumentis quæ hoc suadent, vt aiunt, respondere possunt, & votum quoq; castitatis religiosæ dispensabile erit. Quod autem Pontifex æqualiter de vtroq; voto pronuntiet, eius textus adductus demonstrare poterit. Abdicatio, inquit, proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeò est annexa regulæ monachali, vt neq; contra eam summus Pontifex possit indulgere. An non hic Pontifex una eademq; sententiâ, eodèq; iudicio de vtroq; voto decernit? Quia verò si rectè eius decretalis sensus perpendatur, Pontifex incidenter quidem de voto castitatis, ex intentione autem de voto paupertatis decernit. Nam cum nec verbum quidem de castitate, sed multa de monastica paupertate dixisset, vt rem vehementius exageraret, postremis eius decretalis verbis ita pronuntiat. *Nec existimet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare.* Subditq; verba quæ ab istis citantur, Quia abdicatio proprietatis sicut & custodia castitatis &c. Pontificis ergo decretum principaliter quidem & ex intentione, de voto paupertatis est accipiendum, incidenter autem de voto castitatis, Unde cum Pontifex, ea de quibus est principalis quæstio decernere se semper videatur, non itè reliqua, q̄ inter decernendū incidant, in quibus plerūq; ea assumuntur, quæ aut eorum opinioni magis accedat aut sunt magis cōiā, non esset absurdū si quis diceret, Innocentii decretū de solo voto paupertatis fore accipiendum illudq; solū decernisse, Romanū Pō-

tificem vota paupertatis. Monachalis relaxare nō posse, illudq; quod adiicit de castitate, nō decernendo, sed veterū illorū Theol. Altifiodor. & c. qui omne votum continentis indispensabile docuerunt, vsurpando, dixisse. Atq; id recēiores hi Theologi, quæquā multò aliorum, planè tamē fieri aliquando à Pontificibus consentitur, quòd si alicubi factum est, hoc loco profectò, ubi principalis quæstio de paupertate monastica, non itè de castitate, agitabatur, factū fuisse fatēdū est. Sed esto Pontificem de voto castitatis quoq; pronuntiasse non moror, dum de voto quoq; paupertatis pronuntiasse credatur.

EX VSV ECCLESIASTICO
relaxandi uotum obedientie, si uideretur
dispensabilis uoti solennis ca-
stitatis. Cap. 27.

QVARTO ex eadem Ecclesiastico usu, ita uoti religiosæ castitatis dispensatio si uideretur. Ro. Pontifex relaxat uotū solenne obedientiæ religiosæ, ergo potest quoq; relaxare uotū solenne religiosæ castitatis. Atq; huius quidam argumenti uires tam debiles putantur, ut uix quidā ad illud, q̄ alteri opinioni patrocinatur respōdere dignentur sed veterū prius respōsiōne expēdamus. Respondent itaq; veteres negando absumptionē. Nā Pontifex dum ex Monacho Episcopum facit, ait. S. Bonauentura, non dispensat, sed mutat obedientiam, Nam omnē obedientiā, quam debebat prius suo superiori, debet Papæ, & Papa à sua obedientiâ neminē potest absoluerē. Et in huiusmodi Episcopis meritū obedientiæ commutatur in meritum pastoralis curæ, nec est dispensatio sed exemptio potius dici debet. Hæc illæ. Similia B. Thomas respondet. Nam quòd quis è monacho Episcopus factus amplius prælato nō teneatur obedire, non inde accidit, inquit, quòd fuerit ab obediēdi uoto solenni liberatus, sed quòd superiorem Episcopus, præter unum Pontificem in Ecclesia non habeat. Exēplūq; de Abbate aut generali ministro proferūt, q̄ & si nemini in religione obedire teneatur, non tamen perinde iudicatur à uoto obedientiæ absolutus. Quod quantum ualeat: nunc expendamus. Enimverò egonihil aliud dispensationem intelligo, quàm eius uoti, quo me Deo obstrinxeram, per Pont. potestatem relaxationem, & absolutionē, hic est enim huius nominis dispensatio proprius usus. In uoto autem obedientiæ, aliquid aliud quàm in reliquis uotis esse, negari non potest. In reliquis enim dicitur obligatio fit Deo, in hoc, non Deo tantum, sed homini, quo proximè ad iurifuradi naturam accedit, in quo & Deo & homini, qui iurat, obstrigitur. Vouer. n. qui obedientiam promittit, Deo toto tempore uitæ, se nunquam propriæ uoluntatis arbitrium, sed alienæ secuturum. Deinde cui sit paraturus, non vagè, quòd aiunt, sed in

lingu

lib. 1. Eccl.
hist. c. 14.

Math. 19.

Luc. 14.

Math. de Inff.
iur. 7. q.
art. 1.

Math.

fm. d. 38.
2. m. 2.

Math. 3.

1. Cm.

Math. 3.

Ab.

Iom.

In 4. di. 38.
ar. 2. q. 3. ad
7. l. arg.

singulari decernit. Non enim cuiunque, sed Prælati eius religioni cui se tradit obedientiam promittit. Nunc ita ratione construamus. Si quis mihi obedientiam iurasset & postea ad Episcopatum promoueretur, dispensatione indigeret, quominus mihi amplius non teneretur obedire, & hoc non alia ratione, quam quod in iuramento, sit duplex obligatio una homini altera Deo. Ergo eadem ratione, qui vouit mihi obedientiam ne amplius mihi obedire teneatur, cui sese promissit toto vitæ tempore obedire, absolute, ac voti relaxatione indiget. Ergo cum Episcopi, nulli in vniuersa religione post consecrationem parere teneantur, à voto obedientiæ dispensatione accipiunt. Itaque hi meam quidem sententiam falluntur, quod votum obedientiæ ex voto paupertatis & castitatis metiantur, in illis profecto dicitur Deo fit promissio, in hoc non Deo tantum obedientiæ meritum offertur, sed homini, aut vnius religionis præfectis obedientia promittitur, quæ promissio, cum iustitia intercedat, absque vera dispensatione, quæ ab Apostolica auctoritate deriuetur, relaxari non potest. Nam eum, qui mihi promissione aut obligatione tenetur, per altioris status assumptionem ab eadem obligatione absque vlla dispensatione liberari quis dicat? Deinde quod eam potius exemptionem, quam dispensationem eo cari velint, nihil magis rem promouet, exemptio enim dispensationem supponit. Nemo enim ab obedientia quam sui ordinis præfectis promissit, eximi potest, nisi prius illi fuerit obedientiæ votum relaxatum. Quod verò aiunt, votum obedientiæ in curam pastoralem commutari, si de commutatione, vt à dispensatione distinguitur intelligunt, à suo illo placito quo votum solenne credunt irremissibile, dissentire videntur; Nam quemadmodum votum solenne est indispensabile, ita est incommutabile. Atque ipsi eodem loco, quo voto solennis castitatis indispensabilitatem astruunt, planè docent. Nam cum duplex tantummodo dispensationis genus constituent, vnum quo vota ex causa legitima relaxantur, alterum, quo aliquid non esse seruandum ab habente potestatem exponitur, quod iuris declarationem vocarunt. Atque hanc in his dumtaxat votis, quæ æqualis boni compensationem admittunt, quæ tria vota religionis destituuntur collocent, sequitur votum solenne obedientiæ ex eorum doctrina, nullius rei quantumcunque perfectæ commutationem admittere. Commutatio enim ex Theologico vsu in hac parte, vtriusque rei & eius quod mutatur, & illius inquam mutatur, commensurationem & æqualitatem importat.

In 5. Tho. Verum iam ad secundam illam dilutionem accedo, quæ profecto nullo modo, mea quidem sententia, difficultatem absoluit. Nam & si non negemus Episcopum ex monacho factum, non habere superiorem cui obedientiam præstare teneatur præter vnum Pontificem, quo pacto ta-

men in illo Episcopali statu potuerit constitui, & absque dispensatione, à suorum Præfectorum obedientia liberari, non video. Certè seruus meus princeps constitutus, nullius cogitur seruituti parere, verum vt princeps constituatur, oportet prius per eum qui habeat potestatem à mea seruitute liberari. Deinde quid S. Thomas, & reliqui veteres Theologi, ad eas dispensationes respõdebunt, quibus non iam Episcopi, sed simplices monachi, aut causa prædicationis, aut alia quacunque, à suorum ordinum obedientia absoluantur? Nam quod hæc dispensationes sint damnandæ, & Apostolicæ potestatis plenitudo ad eas non propagetur, maximè quando rationabilis causa intercedit, nefas est sentire.

Quod autem aiunt, commutari obedientiam monachalem, in eam quæ Pontifici debetur, multas patitur calumnias, primam quidem, quod, vt statim diximus, in votis quibusque solennibus compensationem admittitur: nemo enim istorum votum castitatis solenne in aliquid aliud commutari posse diceret, & si S. Thomas aperitis verbis contra rationem Altisiodorensis dari posse maius bonum castitate monachali concedat. Deinde, vt diximus, nemo me iure meo, quod in quempiam habeo priuare potest ad quancumque dignitatem assumptus, nisi aut me remittente, aut eo qui potestatem habeat illum à mea seruitute absolvente. Ergo cum monachus professus, mihi cui est professus, ac reliquis religionis Prælati iure Diuino obedire teneatur, ad quamcunque dignitatem etiam perfectiorem, absque mea totiusque religionis remissione, aut eius qui potestatem habeat relaxatione, promoueri non poterit. Remissio hic Præfectorum ordinis nihil prodesset, quātuncumque illi obsequium & obedientiam remitterent & indulgerent, ille adhuc quia non solis hominibus sed Deo quoque vouit, obedire tenetur. Est igitur necessaria vera dispensatio, qua illi qui antea Diuino iure Præfectis religionis parere tenebatur votum relaxetur, & ab eorum imperio, quod Deo obtulerat liberetur. Quo pacto verò Romanus Pontifex in ius Diuinum exerceat potestatem: postea, in rationum aduersæ opinionis dilutione explicabimus. Tertio demum, ea obedientia, quæ Romano Pontifici, debetur omnibus Christianis est communis, & ad eam etiam ante voti obedientiæ monachalis tenemur, non ergo in illam eandem monastica obedientia commutari potest. Quod si quis dicat Episcopos peculiari quodam genere obedientiæ Pontifici obligari, non renuo. Verum eam per ordinis Episcopalem assumptionem debebant. Ex his satis patet huius quartæ rationis assumptio, qua Pontificem in voto solenni obedientiæ dispensare dicebamus.

Iam consequentiam facile persuadebimus, si inter omnia religionis vota nullum ad eandem religionem essentialius pertinere viderimus.

Quod,

Quod, tū ex eius materia, tū ex ipsa ratione religionis tū demū, eorum ingenua confessione demonstrabimus. Per votū paupertatis fortunæ externaque bona Deo offeruntur, per votū castitatis, caro comprimitur, per votū uerò obedientiæ humana uoluntas, in odore suauitatis holocaustū incenditur. Per votū paupertatis auaritia, per votū castitatis Luxuria, per votū obedientiæ omnium peccatorum pessimum, superbia domat. Præterea votū paupertatis, neque obedientiæ, neque castitatis in se claudit, quæ admodum neque votū paupertatis castitatis, aut obedientiæ, cum tamen obedientiæ votū, reliqua omnia complectatur, nā qui obedientiā seruat & superioris imperio pareat, ad religiosè uiuendū uoto paupertatis, aut castitatis non indiget. Iam si religionis naturā consideres, nullū uotum ad eam religioni necessariū & essentialē reperias. Nam cum in medio coniugio, & in copiosissimis diuitiis ratione religionis ueræ, aut ut quidam istorum docent secundū quid, inuenire liceat, ut in militaribus &c. Absque obedientiæ tamen uoto, neque umbrā quidem religionis cogitare quis poterit. Verum uoti obedientiæ excellentiam neque hi, qui nouissimè contrariā opinionem tuentur, inficiari possunt, perspicue enim post ueteres Theologos docent, uotū obedientiæ non tantum esse de essentia religionis, quod est illi cum reliquis cõe, sed esse ex tribus uotis religionis potissimum esseque, primū intentione, i. perfectissimū, paupertatē autē primā in executione. Quod si ita est, optima profecto est huius quartæ nostræ rationis collectio, qua ita sumus argumentati. Pontifex dispensat in uoto solenni obedientiæ, ergo potest dispensare in uoto solenni castitatis.

EX SEDIS APOSTOLICAE DISPENSATIONIBUS IAM FACTIS, DEMONSTRATUR UOTI SOLENNIS CASTITATIS DISPENSABILITAS. Cap. 28.

QUINTO demū, ex ipsis Apostolicis dispensationibus, quas in hac parte à Romanis Põt. exortas, Ecclesiasticæ historiæ memoriæ prodiderunt, hæc nostrā cõmunemque sententiā demonstrare possumus. Nā si Romani Põtifi. non temerè, sed ut in rebus huiusmodi facere solent, ingenti cum rerum expensione, ac maturo consilio, nonnullos per monachismū uoto castitatis obligatos, ad nuptias vitæque cõiugale traduxerunt, quod obsecro impedire poterit, cur illā alterā sententiā tanquam Apostolicis usibus aduersam falsam esse dicamus. Et principio Cælestini Põtificis, Innocent. III. qui decretalē illā, quæ cõtrariæ opinionis unicū fundamentū est edidit, antecessorē immediatū, cum Constantia Rogerii Regis filia ac Regni unica hærede, Quinquagenaria uirgine, Deo in Panormitano Monasterio per religionem consecrata, ut Henrico sexto Imperatori, gratia componendæ pacis nuberet, dispensasse, & ueteres eorum seculorum, & recentiores historici tradiderunt. Certè ut de reliquos taceamus, id testatur

Flavius Blondus, Baptista Platina, Martinus Polonus Gotifredus Viterbiensis, Antonius Florentinus &c. Ramirū Aragonū Regem, è cœnobio in regiam dignitatē translatum, auctores grauisimi testantur & in primis Sigiberdus Monachus, Rameliū eundem uocans, Raphael uolateranus in re hispanica, Michael Ritus Neapolitanus, Baptista Fulgosus, & multi alii Tale quid & de non nullis aliis diuersarū gentiū historici memoriæ prodiderunt, ut quod de Veremundo Hispaniarū Rege. Baptista Fulgosus memoriæ retulit, qui cum duos post Diaconatum ex legitima uxore liberos Regni hæredes suscepisset iterū monachū induit. Ritus author est, Ioannem filiū nothi Ferdinandi, qui ab initio monachatus inierat. statim deserto monastico habitu, à Lusitanis ad regium diadema uocatus, Regno aliquantisper præfuit, Urbano Pontifice Ro. religionis uinculum dissoluente Ducis Lencastris filia Philippam sibi matrimonio iunxisset. Testantur & has dispensationes à Pontificibus factas, præter historicos, grauisimi quoque Theologi, quorum testimoniū haud minus apud quenquā ualere debet. In his est Petrus Paludanus Caiet. ac reliqui ferè omnes qui uoti solennis dispensabilitatem crediderunt. Sunt & alii huius generis dispensationes, quas per varia Ecclesiastica tempora pro rerū grauisimarū oportunitate factas, & ipsa rō Pontificalis regiminis, & præfectorum, tum Theologorum tū Iurisperorum auctoritas credere cogunt. Certè Petrus Tarantasius D. Tho. & Bonauē. coetanus, & postea ex ordine prædicatorū, Rom. Põtifex, non alia magis ratione ad uoti solennis dispensabilitatē credendā, & docendā adducitur, quam quod Ioannes Theutonicus insignis decretorum interpres, scripto prodiderit, se de facto Pontifices uidisse dispensare.

QVAE IN HAS DISPENSATIONES à quibusdam scribantur. Cap. 28.

SED quid his aduersæ opinionis patroni respondeant, iam nunc attendamus. Et in primis Guilielmus Altisiodorensis, & si credat Ecclesiā cum multis dissimulasse, cum nullo tantum putat dispensasse. Liberius multo, & pro sua consuetudine insolentius, Syluester Pierius, triplicem horum dilutionem excogitauit. Primā quod illi, cum quibus Pontifices dispensasse dicuntur, non professi, sed nouitii fuerint; Secundam, quod eas dispensationes, de plenitudine potestatis Apostolicæ, non item de iure quo pacto, S. Thomæ sententia est accipienda, factas fuisse credamus, Tertiam, quod Papa in dispensando errauerit, ac planè Apostolicæ potestatis limites transgressus fuerit, in qua parte non esse mirandum quoniam ut inquit, ipse uidit Pontificem maiora facientem cum scandalo totius Christianitatis. Vnde aliud esse dicit, aliquid de facto facere, aliud autē decernere quod ita possit fieri de iure, quod si faceret ut Papa, id est ut caput utens

Pp adiutorio

Bapt. Plat. in Cælestino. 3. Blond. li. 6. Martin. & Gotif. in chronica. Pādolphus Ant. Flor. 1. p. hist. in. 1. Sigib. i. Chr. Ritus i. hist. reg. Hisp. Ba. p. ista. Fulg. i. de relig. cul.

In 40. dist. 38.

Li. 3. Trae. 22. q. 2. de uot.

In uerb. uob. 4. q. 5.

Dem. Sol. li. 7. de ius. & iur. q. 6. m. 4.

adiutorio membrorum consultando factū & faciendo quod in se est, ut sciat veritatem non errare. &c.

Dom. Sor. li. 7. de iust. & iur. q. 4. artic. 2.

Inter recentiores Theologos, alia excogitatur solutio. Prima quidem, quod Pontifices non nunquam se qui soleat eam opinionem, quam probabiliter putat. Unde cum, ut est verum simile credere, an Cælestini Pontificis tempora, ea quod iam dudum agitari coepisset, idem Cælestinus, eius opinioni adherere potuit, quæ ad eam dispensationem indulgentiam Apostoli. auctorita. propagabat, neque tamen suo facto, eam tamquam de fide decreuisse credendus, cum facta Pontificum articulos fidei non constituent. Respondet secundum, historias illas, præsertim illam Regis Aragoniæ non esse usquam; quas certas, quod in chronicis Aragoniæ non inueniatur. Testimonium autem Paludani, aiunt, non esse sacrum canonicum. Respondent Tertio, eos fortasse allegasse, inuitos se fuisse professos, quod crebro usu venire solet. Nam quod Cælestinus cum Constantia Rogerii Regis filia dispensauerit, inde sibi incredibile videtur, quod Innocentius Tertius eundem Cælestinum immediate secutus fuerit, neque tamen huius facti meminerit, sed potius Rom. Pont. in huiusmodi votis non posse dispensare, in decreta retulerit. Eademque ex D. Tho. suspicio oritur. Nam cum ille Cælestini non admodum ueteris Pontificis, dispensationem non sit credendus ignorasse, cur eius non meminerit, aut cur decretalem illam, ei facto contrariam ediderit, non alia ratio reddi potest, quam quod eius uilam habendam rationem crederet.

Dom. Sor. in 4. d. 38. q. 2. ar. 2.

Robert. cen. li. de iur. ca. lib. tom. 4.

Similia quadam, & alii quidam, dum putant, hac ratione magnopere sacerdotum celibatū promoueri, respondunt, Ramirum illum monachum, non tam legitimam uxorem accepisse, quam concubinam, ex qua ad Regni successionem soboles quæreret: Cuius rei non leue argumentum esse uoluit, quod ille, ut Baptista Fulgositus scribit, suscepta prole deterioris sexus, non amplius expectata mascula, ad monasterium regressus. Quod isti haud aliorum factum fuisse credunt, quod stimulis malæ conscientie agitaretur. Soboles autem susceptas ideo Regni capacem extitisse, quia ceteris error, iuxta leges imperiales ius cedere soleat, præsertim si bona fides & obediencia partium à probabili ignorantia procedens, cum Pontificis auctoritate conueniant, accedente populi consensu. Quæ tamen res, ut aiunt, posteris temporibus controuersa non caruit, causa penitus inspecta, ac ex omni parte discussa. Nam & difficultatem auxit, in ipsa cognitione bellum exortum pro successione Regni Aragoniæ.

Barbarius

Cliffonius li. 2. de con. sacror. 15.

Demum alii, hinc eas dispensationes illegitimas esse & Diuinæ Maiestati penitus ingratas præterquam sedis Apostolicæ facultatem, satis idonee comprobare se autumant, quod eas maxima ex parte illicitissimi secuti fuerint rerum euentus. Cuius rei satis idoneum argumentum esse credunt, immanes illarum bellorum tragediarum, quas Federicus secundus ex Henrico sexto & Constantia sanctimoniali genitus, per totam ætatem Gregorii noni, & Clementis quarti, cum maximo rerum Christianarum detrimento excitauit. At que hæcenus isti.

SINGVLARAE PRÆCEDENTES DILUTIONES EUERTUNTUR. Cap. 30.

NUNC in singulas istarum dilutionum dirigamus sermonem, quæ ex his, quæ dicta sunt, abunde uniuersas illas fuisse collatas, mihi haud temere persuadeo. Nam quod Altifiodorensis inquit, Pontifices dissimulasse quidem cum multis, cum nullo tamen dispensasse, ex his historiis, quas superius attulimus, satis conuincitur. Quod si etiam illas dissimulationes Pontificum appellare libeat, profecto & reliquæ quæcumque dispensationes eodem iure dissimulationes, uocabuntur. Scio ego non paucos Principes, aut ex uoto monachali, aut ex sacro ordine, regium sceptum usurpasse, scio & quosdam sacras uirgines ex monasteriis uolenter ad sua coniugia pertraxisse, ut quod de Constante Constantii Britanni filio, Nauclerus narrat, qui regnandi libidine seductus, à monachatu, ad regium diadema diuertit, qui tamen postea, cum uix sui propositi telam ordiretur, meritas penas dedit à Vortigerno Gerseorum Duce occisus; ut quod de Apostata Iuliano prius hipodiano, & postea tyranno Ecclesiastici auctores memorie prodiderunt; ut quod de Alphonso quarto Aragonum Rege, Volateranus scribit, qui prius Regni deserto diademate, & Ramiro fratre in locum suum suffecto, postea boni propositi penitentiæ ductus, Regnum repetere contempsit, excitata aduersus eundem Ramirum seditione, & luminibus & regnandi facultate priuatur: ut quod de Henrico Anglorum rege eius nominis primo Polydorus recedit, qui cum Regis Scottorum sorore Matildem nomine Deo sacratam uirginem, adeo improbe sibi depolceret uxorem, ut compulsum Edgarus eius frater, sororem matrimonio iungendam eidem dederit; ut quod de Bocharo Aueniensi, Iacobus Maierus Flandricæ historiæ scriptor narrat, qui cum ex mediocri iurisprudentie cognitione, ad Sacerdotia Tornacense & Laudonense factus Hipodiano, quo sibi prouentibus frui liceret ascendisset, postea ordine beneficiisque desertis, libidineque attractus, Margaritam Angliæ minam sibi matrimonio coniunxit, ut demum multa alia, quæ ab auctoribus grauissimis frequentissimè scribantur, hic inferere omitto. Verum si quod hos ac similes prophanos homines, Pontifices Romani, ne maiora mala excitarent, tollerasse dicuntur, cum reliquis, ubi causa intercedit, non sunt dicendi dispensasse, neque in quarto quidem affinitatis gradu nunc dispensare dicitur, quoniam multi sunt, qui sprete Pontificum potestate ac legum Ecclesiasticarum maiestate, suis affinibus, immo & consanguineis, nunc incestuose adherent. Verum Altifiodorensis homo Theologus multas fortasse Prouinciarum historias ignorauit, & cum in Gallia, Prouincia à Roma aliquatulum remota ageret, usum Apostol. sedis, non calluit; Sed in hac parte maior Ioanni Theutonico, & iuris canonici peritissimo & Romæ conuersato fides est adhibenda. Qui planè docet se uidisse dispensare.

Syluestri

SYLVESTRI DILUTIONES EUERTUNTUR. Cap. 31.

AD Syluestri dilutiones venio. Et prima quæ de frigida est prorsus, nam si illi nouitium erat, quid illis ut ad coniugia diuerteretur, dispensatione Pontificum opus erat, cum non dum solenne uotum quod illis indulgeretur, edidissent? Deinde Constantia Rogerii filia, quinquagenaria erat, & in Panormitano Parthenio nutrita, in qua ætate, nouiciatum suspirari ridiculum est.

In 2. Sylu. dil.

Secunda dilutio non satis intelligo, quid plenitudinem Apostolicæ potestatis accipiat, quid item potestatem de iure. Nam si ius in hac parte pro iure Ecclesiastico & pontificio usurpet, optima est eius responsio & Glossæ illius decretalis conformis. Fatemur & nos, Romæ Pontificem de iure, id est iuxta canonum præscripta communemque Ecclesiæ consuetudinem in uoto solenni castitatis religiosam dispensare non posse, sed cum Pontifex sit supra Canones & Ecclesiasticas leges, de plenitudine potestatis Apostolicæ dispensare poterit, cum causa legitima se se obtulerit. De quo sensu postea cum decretale interpretemur. Verum neque S. Tho. (si tamè eius est sententia) ita intellexit, cum uotum religiosam castitatis esse indispensable pronuntiauit, neque Syluester quantumcumque sacri Palatii magister, tam æquus fuit in Pontifices. Enim uero quæquam illi sensum alicui iuris canonici interpreti, ut Glossatori illi nuncupare possimus, quod illi plerumque id fieri non posse docere soleat, quod iuri quod tractat. i. canonico aduersatur, ut postea dicemus. Theologo tamè intrudi nequit, qui cum non humanum sed Diuinum ius interpretetur, id fieri aut non fieri posse decernit, quod ius Diuinum habet aut non habet aduersum. Itaque Syluester non aliud hic significare illud illa loquendi ratione uoluit, quæ eas dispensationes, sacrilegas fuisse, & contra ius Diuinum, cuius terminis Apostolica potestas clauditur. cæterum Pontifices, de facto & de plenitudine potestatis quæ sibi contra ius usurpant, & arrogat idem uotum solenne plerumque contra fas abrumperent. Quæ ratio loquendi, quam pia sit, hi qui eorum, qui in eandem Apostolicam sedem grassantur liberos aliquando legerunt, facile possunt percipere.

In 3. Sylu. dil.

Sed ad tertiam, quæ meo iudicio eadem cum secunda est progrediamur. Ait magister sacri Palatii se uidisse Pontifices maiora cum totius Christianitatis scandalo facientes. O bella uocem & nostris temporibus idoneam, præsertim ab eo qui se dis Apostolicæ propugnatorem, & ut sibi uisus est non inertem egit editam. & quid iam Romanorum Pontificum facinoribus, quæ à nostris hæreticis minutissimè recenseris solent, has quoque auctore Syluestro, dispensationes, aut ut illi uidetur, dissipationes non adiungimus? Sed ad rem. ego non eo inficias, Syluestrum, ut erat magister sacri Palatii, atque adeo uitæ Pontificum domesticus inspector, uidisse se maiora facientes Pontifices, cum scandalo

(ut ait) totius Christianitatis, nam neque ego ex hominum eorum genere sum, qui Roma. Pontifices (quod tamen Syluester & non nulli alii, qui in votis dispensandis potestatem illi negant, aliqui facere solent) aliqua ex parte homines non credant, atque adeo posse aliquando sibi tradita potestate, non bene uti. Verum irreuerentissimum profecto esse arbitror, & catholico homine præsertim scriptore Ecclesiastico indignum, facta Pontificum præsertim cum non ex proprio cerebro, sed ex Theologorum & iuris prudentum sententia illis accinent procedunt, ut in hac parte accidit, ob zelum & doctrinæ emulationem, uelle calumniari. Non fuit profecto Cælestinus tertius, qui Constantiam Henrico sexto copulauit, adeo scandalosus ut Syluester dicit. Eum certe optimis quibusque Romanis Pontificibus, & qui non tam sua comoda quam Christi gloriam quaererent, semper adnumerari uideo. Et ut reliquos auctores taceam. Baptista Platina uitarum Pontificaliū historicus, qui alioqui, nemini parcere solet, eum non sanctum modo, sed sanctissimum Pontificem appellat. Neque uero hunc, aut alios quoscumque Pontifices qui cum Principibus illis dispensasse leguntur, tam præcipites, ut Syluester putat, in rebus tam arduis & in quibus magnarum prouinciarum Christianarum momenta verteabantur, fuisse cogitandum est, ut non tanquam capita aliorum membrorum adiutorio uictoria. i. fratrum sapientumque; maturo consilio non prius diligenter habito & excusso, ad huiusmodi dispensationes indulgentias processerint. Nam si id de his ac similibus factis Syluester sibi persuadeat, eadem temeritate de illa decretali qua Innocentius dicit, ut isti putant, uotum castitatis fore indispensabile, immo de reliquis omnibus quibus condendis non interfuissemus, aut saltim in quibus expressè non asserunt Romani Pontifices, illud se de consilio fratrum fecisse &c. idem quis causari poterit. Nam & eas decretales, quæ hac ratione non aderent suspectas esse infirmasque; ad aliquid decernendum. Syluester affirmat, in qua parte illi refragari non uolo. Itaque licet facta Pontificum quæcumque, fidei articulum non constituent, ut isti docent, quoniam non omnia eorundem Pontificum gesta excusari possunt, facta tamè Pontificum ex suæ potestatis discussione, & maturo consilio deriuata, ut ista fuisse, ratio ipsa rerum, credere nos impellit, præsertim cum Theologorum & aliorum sapientum sententia accinere uidentur, præter summam quandam reuerentiam, quam tractatoribus intorquet, ne amplius in eam sententiam quam Pontifices usurpant sinistrè obloquantur, penè fidei auctoritatem eidem sententia conciliant. Nam argumentum ab Ecclesiastico usu deriuatum, iure Diuino non apertissime repugnante, quantum in Hæreticos ualeat, nec isti ignorare poterunt. Esse autem de hac re usum Ecclesiasticum, ex dispensationum numero

quas partim attulimus, partim omisimus, tum deinde ex Ioannis Teutonici testimonio uideri potest.

REFELLVNTVR ALIORVM DILVTIONES Cap. 32.

In 1. Dom.
Sot. dil.

VERVM dimisso Syluestro, ad alios ueniamus, quorū dilutiones partim eadē cū Syluestri, partim diuersē uidetur. Et priori quidem respondemus, id quod statim diximus, Pontifices quidē suis factis articulos fidei non cōdere; uerū cū ea nō ex passione aliqua aut affectu p̄dire manifestē cōuincuntur, sed potius ex Ecclesiasticā cōmoditatis studio, p̄uicio maturo eorum, qui sapiētes esse iudicantur cōsilio, non sunt aliud quā Pontificalis à Christo relicta potestatis explicatio, neq; n. maiorē rationē ego uideo, cur in factis & ipsa Ecclesiā administratione, Pontifex faciens, quod in se est Spiritū Sanctū p̄ viros sapiētes consulēs falli permittatur, q̄ ubi aliquid decernit. Quod si hic iuxta oīum Catholicorū in cōsensum, falli nō pōt, dum tanquā caput mēbrorū adiutorio uitur ut Syluester dicebat, neq; illic profectō falli poterit, non. n. minus habet momenti ipsa Ecclesiā actualis administratio, quā doctrina. immo doctrina Christiana, quā Pōtifex administrat, nō est p̄ se sed propter opera. Ergo si in doctrina faciēs quod in se est, falli nequit, neq; in ipsa doctrinā executione & applicatione falli poterit, dūmodo quod in se est, p̄stet. Et alioqui profectō indignissimum uidetur Christi prouidentia, quā suo Vicario p̄misit (p̄sertim cū tanta sit & meritō apud populū Christianū eiusdē Pontificis auctoritas, ut quod ille decernit, nisi apertissimē cū bonis moribus pugnet, sanctissimū & tutissimū ab omnibus iudicetur) in re grauissima, & in qua tantum illi placere contenditur, Pontifices, eūdem per spiritum interrogātes falli permittere. An nō est res grauissima, hominē in cōtrario omnino statu eius quē Deo uouerat, Apostolica auctoritate cōstitui, ubi si eadē Apostolica auctoritas à Christo relicta nihil pōt, idē homo in certo damnationis discrimine collocatur? Profectō si quid est in uita Christiana grauissimū, hoc est. Er rare itaq; possunt Pontifices in eo genere erroris, quod peccatū uocamus, neq; n. sunt impeccabiles errare possunt, deinde cū passione aliqua, aut odii, aut cōmodi &c. p̄cipites aguntur, sed in rebus grauissimis, in quibus id quod ipse Christus p̄scripsit exequitur. i. ad quā rectē exequēda quid Spiritū Sancto uideatur, scicitatur, haud magis quā in doctrina ipsa tradēda errare possunt. Et alioqui, An nō esset indecorū, & ab Ecclesiā dignitate alienū, Pontificē Romanū, quē alioqui adeo efferunt, ut neq; Cōcilia eius auctoritate celebrata, absq; eiusdē cōfirmatione, tāquā Spiritus Sancti oraculo habenda esse doceant, fideles p̄sertim eiusdem populi, Ecclesiastici Principes, non quacūque ratione, sed perniciosissimē fallere? Fac obsecro, (id quod haud dubium accidisse credendum est) Henricū Sextum matrimonium Constantiā uirginis Deo sacrā ambisse, idque cū de fa-

cto alioqui illam uel inuitā & renitentem abstrahere potuisset, à Cēlestino postulasse. Hoc certē Henrici desiderium, cū non esset legibus Diuinis absolutum, sed cum illis cohērens, peccatum non erat, sed fortasse potius studiosum, & Ecclesiā Romanā, & Reipublicē Christianā, ut tunc tēporis uidebatur, accōmodum. Nam multas alias tunc fuisse iuniores multō nobilissimas fēminas, quā eiusdē imperatoris tēporales nuptias ambirēt, par est credere. Dispēsaui Cēlestinus grauissimō cōsilio prius habito, quod tāi Pōtificalis sanctitas, & negocii auctoritas credere uel inuitos cogūt. Quid? An & Henricū à Pōtifice perniciosissimē deceptum dicemus, & Cēlestinum, decipere & decipi quoq; permillum affirmabimus? Ergo quā est in Ecclesia Christi prouidentia?

Itaq; ego in ea sum sentētia, ut in huiusmodi factis grauissimis, falli Pōtificalis p̄sertim cū Deū ipsum per sapientes consulunt, non minus cū Spiritus Sancti assistentia, quā Petro ac eius successoribus spondit pugnare credam, quā errorem in fidei causis decernēdis. Quod uerō quidā tunc tēporis dissentirent non est ratio sufficiens, quominus Pontifices suis dispensationibus hanc uostram sententiam penē approbasse uideantur. Nam in primis, nulla est ferē res, de qua non aliquando disceptationes, ut plurimum inutiles extiterint, Deinde pro nostra sententia, & urgentiores rationes & grauiora auctorum testimonia, & amplior Deūtorum hominum numerus, militabat, quare accedente Pontificum consensu & usu, quid superest ne dicamus, eam opinionem factis à Romana Ecclesia approbatam esse. Et ut semel dicamus, isti negare nequeunt Pontifices Romanos quascūq; sententias sed quā maximē sunt cū ratione ipsa Theologica, & Christiana doctrina cōiunctā usurpare solere. ergo si nolint hanc eorundē Romano. Pontif. factis approbatā & extra terminos opinionis iam constitutam, hoc saltem eos necesse est fateri, eā magis quā appositam, cum Christiana doctrina cohāere, & reliquam per eadem Pontificum facta, redditam fuisse suspēctam, quod nobis satis est.

Quod secundo loco aiūt, eas historias non esse usq; quāq; ueras, quantū habeat momētū, nō est necessariū multis explicare. Nā & hac rōne, nulli unquam rei gestā fidē adhibebimus, nulla. n. est priorū temporū historia, quē celebriores pluresq; auctores habeat. Sed hi, qd̄ eos auctores quos superius attulimus fortē nō legissent, à nemine posteritati traditas crediderūt. Nā quod aiūt historiā illā Ramiri in Aragonū historiis non cōtineri, primū quidē impertinēs est, cū uti diximus, aliarū gentiū auctores grauissimī & qui non temerē, sed omnium diligentissimē res gestas undiq; cōquisitas, memoriē prodiderunt, eius historiā meminere.

Deinde nō fuisse mirandū res gestas Hispaniarū, potius in alienis historiis quā in nostris cōtineri, si literarum ignorantiam, & scribendi ignauiā quā

In. 1. a. dil.

Vides hōsati
fines.

In 3. Sot.
dil.

quā fere usq; ad hęc tēpora, quibus iā bonarū disciplinarum studia gliscere incipiunt, totam Hispaniā oppresserunt, attendant. Quā de causa factum est, ut in uniuersis Prouinciis Christianis, nulla sit, quā suorum maiorum gesta (quā tū fuerunt illultrissima & cum illis quā toto orbe celebratur siue arma, siue studiū religionis cōsideres, cōferenda) magis ignoret.

Tertio, & si hęc historia in Aragonum libris, ut aiunt isti, nō cōtineatur cōtinetur, tū, totius eius gētis immo & totius Hispaniē, memoria per oīum que ora nō sine eius Principis ingēri laude circūfertur. A nemine. n. eius Prouinciā quāras, q̄ tibi eiusdē Regis historiā uia memoria nō recenteat. Narrātq; de eodē alia multa, ut qd̄ rei equestris imperitus, cū sinistra manu scutū in p̄lio gestaret, & dextra lanceā, à proceribus, qua parte corporis lora gubernare deberet quāsiuerit, illisq; ore iuxta eorū cōsiliū eadē apprehendēs, ingenti cum uirtute hostes fuderit: ut quod aliqñ cū se à regni proceribus ob monachalē uitā prius gestā cōtēni uideret, à probatissimo sene, quem antea Abbatē in Monasterio coluerat p̄ nuntium quāsiuerit, quid nā illi agendū, senemq; in hortulo. Regis nuntio deprehensum, nullū respōsum retulisse. Rogasseque Regē, seruū quidnā Abbas ageret, respondisseq; illū, nihil aliud quā summa quādam herbularū capita scalpello proscindere, intellexisseque ex eo facto Regē, quid ad eius Regni pacē retinēdā, captandāq; tibi reuerentiā esset agendū, nimirū altiora capita, id est Regni proceres, qui altius quā oportebat sapere uidebantur, ē medio tollere. Atq; hanc postremā historiā in non paucis aliarum gentium libris meminere me legisse.

Quarto, falsum est, in Aragonū historiis, hanc de qua agimus historiā nō cōtineri. Nā in primis Ritus Neapolitanus, quas Regū Hispanorum epitomē diligentissimē texuit, eandē historiā scribit. Franciscus Tarapha canonicus Barcinonensis, & Antonius Beutrus non modo rerū Hispanicarū, quod eius egregia cōmentaria testatur cōsultissimus, sed Theologia, ac sanctarū scripturarū peritissimus, eius rei quoq; in Ramiro Aragoniā Rege meminere. Sed hi fortasse solū Paludanū eius historiā meminisse putarūt. Cuius auctoritas & si nō sit scriptura canonica, ad asserendā tū rem aliquā fuisse gestā, cū nō sit uerissimile, eum aliunde quā aut ex probatis historicis, aut fidei relatione eandē scribere, satis esse, nō est cur quis ambigat.

Tertia respōtio frigida profectō est; & eiusdē probabilitatis cū illa, quā primo loco à Syluestro reddebatur, quod fuisse nouitiū, Nā si nihil aliud Pōtifex Cēlestinus fecit, quā Cōstantiā uirginē in uitā à patre habitū religionis sumere & uotū castitatis edere cōpulsam, ē monasteriū extrahere, nullo pacto dicēdus fuisse dispensare. Sed neq; illic ulla opus fuisse dispensatione, cū nūquā uotū religionis fuisse emissum, ab inuita. n. uotum religionis emitti nō potuit. Deinde, quid Cōstantiā ad re-

clamādum quinquagenariā etatē expectasset? Sed nunquā Ramirus, Ioānes. &c. quos ē monachis ad regia diademata fuisse assumptos diximus, inuiti ēt ac reclamātes, uota castitatis & religionis ediderant? uiri ad religionem cogi non consueuerunt, p̄sertim cū nihil tale de illis legamus.

Porro q̄ inde Cēlestini dispensationē in dubium reuocēt, quod Innocentius, eius nullā rōnē habuerit friuolū est. Innocē. n. decretum, cum Cēlestini dispensatione nō pugnat, Innocētius, haud aliud decernit q̄ Pōtificalē nō posse dispensare cū monacho ut p̄prium aliqd̄ possideat, qm̄ uotum paupertatis sicut & custodia castitatis sunt annexa regulē monachali &c. Ac si diceret, monachū manētē monachum neq; p̄ Pōtificalis potestātē aut p̄prium aut uxore habere posse, qd̄ decretū nullo pacto cum Cēlestini dispensatione pugnare nemo non uidet. Immo uerō ex eodē Innocentio uiro profectō & eruditissimo, & integerrimo, quiq; Regum facies neq; reuereri neq; formidare solebat, qd̄ eius ad diuersos Reip. Christianē Principes Epistolā testantur, ita in hac parte argumētum necere poterimus. Cōstat Hērico sexto, aut ut alii numerant, quinto, Cōstantiā sanctimonialē matrimonio cōiunctā à Cēlestino Pōtifice, & id nō dānarunt Innocētius III. Gregorius IX. Alexan. III. & Innocē. III. quorum tū quosdā Federicus, ut antea diximus, ex eo matrimonio editus, afflixit, neque hoc incestuosum parentum coniugium illi obiecerunt. Erat igitur ea dispensatio legitima.

Demū quod de S. Tho. aiunt, cum huius dispensationis rōnem non habuisse, quominus uotū solē ne religiosā castitatis indispenabile doceret, non magis quā p̄cedētia persuadet. Nā primō S. Tho. id numquā sensisse, nō leuibus cōiecturis cōprobauimus. Deinde si illud sensit, homo Theologus, & Parisiis agēs, Theologicis p̄sertim ac philosophicis studiis impeditus aut Apostolicā sedis consuetudinē, aut p̄cedentis temporis historias quantumcumq; proximas, non satis cognitās habebat, aut quod lolet plerumq; accidere, eam quāstionē non tā ex Pontificum factis, quā nondum ab historicis celebrari ceperant, quā ex Theologorū sententiis exigendam cogitauit. Aut demum historiam illam & si legisset, nō aduertit, neq; enim hi omnium, quē lectione cōprehenderunt aliquādo, in scribendo recordantur. Adde quod recentes historias Pontificumq; gesta, nō tanti ducimus quā uetusta, & quē iā scriptorum grauitate auctoritatem obtinuerunt. Et multi sunt hodie grauissimī Theologi, qui nostrorum tēporum Pontificū aut Principum gesta profus ignorāt, cū tū uetustio res historias fortasse minutissimē cognouerint.

ROBERTI COENALIS DILVTIO subuertitur. Cap. 33.

COLLIDAMUS iā, q̄ alii Theol. optimo (ut par est credere zelo) sed nulla necessitate dixerint, Enim uerō nō modo nos, sed alii multi uiri graui-

fimi nostra memoria, Prouinciam hanc tuendi cœlibatus magna cum laude susceperunt, neq; tamen adeo fuerunt in concedenda voti dispensatione inexorabiles. immo mihi non aliud videtur hac ratione illum propugnare quam totam rē hostibus prodere. Nā si ideo colendus est cœlibatus, quia Pontifices in matrimonio clericis indulgendo dispensare non possunt si possunt profectō ex opposito, quod aiunt Dialectici, abrogāndus erit posse aut Pontifices, nō esse opinionē maxima cū rōne cōiungā, illi persuadere nunquā poterūt. Ita que nunquā certior erit conclusio quam prēmiffa. Qui modus arguendi aduersus hæreticos, quibus in hac parte omnium maximè tēnum iniicere contendimus, profus est infirmus.

Sed ad id, quod primo loco dicitur, fortasse inter illos nō fuisse veras nuptias, sed potius cōcubinatū, ad sobolē Regno successurā suscipiendā, respōdeō, hāc dilutionē indignam esse Theologo & alioqui pio & docto. Nā quorsum obsecro tā indignē de illis Ro. Pontificibus, præsertim de Cælestino viro sanctissimo (nā eius qui cū Ramiro dispensauit nomē ignoro) sentire liceat, vt eos nō modo incestas illas ac sacrilegas nuptias permisisset, sed earū fuisse auctores credamus? An existimandū erit, eos concubinatū illū sacrilegū, vel totius orbis lucro cōpensari credidisse? An vt inde successor, Regno adulesceret aut pax reformaretur, tā horredū facinus erāt patraturi? Sed cur postmodū sacrilegū illū maternū coitū, vel Pōtificates uel eius aduersarii, Federico Cōstātia filio, eisdē Pōtificibus infestissimo, nō obiecerūt, quo illū uel Regno Siciliæ, uel imperio expellerēt? Cōis error in hac parte, si dispēfatio nō intercessit, nullus erat, qui, quo soboles uel ex cōstantia, aut ex Ramiro suscepta, legitima esset suffragaretur. Quid. n. euidentiū, quā Monachi aut sanctimonialis filiiū legitimum hæredem, paternorū bonorū esse nō posse? Ita que hæc dilutio nō paruā Ro. Pontificibus iniuriā irrogat, præter hoc quod Cōstātia, & Ramirus, nō tanquam sacrilegi & incesti ab historicis dānari solent, sed tanquā optimi Principes de pietate & prudentia cōmendari. Et Cōstantiā quidē defuncto Henrico cuius semper legitima uxor ab auctōribus uocatur, maximis laudibus cōmēdari, dū filiū optimis moribus formare, quāquam frustra, & paternum ac maritale imperium prudentissimè ac sanctissimè administrare, totis uiribus contendit, eorum temporum historia testatur.

IN CLICTO VEI DILV
tionem. Cap. 34.

POSTREMI, demū infirmisimè omnium rationem nostrā diluere uidentur. Primū enim infauista soboles & Rebus publicis perniciofa, nō modo ex infauistis nuptiis malisq; parētibus oboriri solet, sed et ex sanctissimis nuptiis optimisq; parētibus. Quod, quia cū ex Israelitica, tū ex Ecclesiastica uariorū tēporum, uariarūq; Pro-

uinciarum historia, omnibus persuasum credo, ab adducendis in eam rem exemplis abstineo. Plerūque profectō non tam parētum delicta quam peccata populi pessimos Reges ac Principes merentur, iuxta illud, Qui regnare facit Hipocritā propter peccata populi. Erant ea secula, si ueteres anales consulamus, in omne uitiorū genus dissoluta, omnes Christiani mores cōciderant, Romæque præsertim quidquid erat religionis quid pietatis sensim euanescente iā dudū inceperat. Oīa auaritia & ambitio inuaserāt, & domesticæ seditiones Guelphorum & Guebellinorum aliarumq; sectarū per totam Italiam crudescēbant, quid ergo supererat, nisi ut Deus iustissimus criminum uindex flagellū mitteret, quod prauaricatores ad cor redire uel inuitos compelleret? Diuina igitur iracundia & uindicta Federicū excitauit, nō parentū coniugium, quod à nullo ueterū scriptorum dānatur. Et quidem, Christianorum morū statū, qualis tūc temporis extiterit, sanctorū uirorum Francisci & Dominici historia testatur, neque enim alioqui hos uiros sanctissimos tunc missos fuisse crediderim, quā vt tanquā secūdi quidā Apostoli, Ecclesiā penē labescentē & nutatē reficerēt. Hinc uisio illa Christi iracundi, tres hastas acutissimas cōtra mūdum uibrantis, quē sacratissima Virgo adductis ante illum Francisco & Dominico, qui eundē mūdum ad meliorem frugē reducerent, placauerit, cuius uisionis in utriusq; uita fit mentio. Quod si Federicus ille secundus Ecclesiæ fuit infestus, de Ramiri successoribus nihil tale legimus, sed cōtra ingentē in populos pietatē, & in Deum religionē, qua Aragonum Reges semper floruerunt.

NON OMNES PONTIFICI
cum dispensationes ratas ac solidas
esse. Cap. 35.

NEQUE uerò quis me putet, cū à factis Pōtificū argumētū sumo; oēs eorū dē dispensationes approbare uelle, sed eas dūtaxat in quibus ingēs cōmodū aut totius Reipublicæ Christianæ, aut peculiaris alicuius amplissimæ Prouinciae, cōmoda uertūtur. Quod pp quosdā nostri seculi ordinū militariū religiosos dixerim, qui cū uoto solēni castitatis obligati tenerētur, nescio quā rōne ut cōiugia inirēt dispēfationē acceperunt. Cū fortasse nihil aliud causarent quam prauorū morū cōsuetudinē, quo se cōtinere nō posse, uerē uel fasē faterent. Horū ego dispēfationes pp Apostolicæ sedis reuerentiā reprobare nolo, sed approbare nō audeo. Nā hos tā arcto castitatis uinculo q̄ reliquos oēs religiosos teneri, ipsa sui instituti rō & modus edēdē p̄fessionis insinuat, q̄ p̄fectō in hac parte à monachali nō distat; Excipio semp eas militares religiones, quæ ex suo instituto cōiugale castitatē profitētur, de reliquis ego nō uideo quo pacto à monachalis castitatis obligatione cū ad eā ex instituto & p̄fessione teneātur, earum profes-

professores facilius quam reliqui religiosi absolui possint. In his enim uerò omnia, quæ ad uotum solenne exiguntur, quemadmodum & in reliquis reperire licet, regulam nimirum per Pontifices Romanos approbatam, probationis tempus, de liberationem uoluntatis, publicos testes &c. & quod magis, iis, qui id hac nostra memoria in dubium conuerterunt, persuadere debuit, tria uota paupertatis suo modo, obedientiæ, & castitatis integra non aliqua ex parte mutila, ut in his, qui castitatem coniugalem tantum profitentur.

Deinde hi facile admittunt, diui Ioannis milites, uota castitatis solennia edere. Quod pro suo instituto conuentum habeant, & obedientiæ specimen & matrimonia non contrahant, cū hæc ergo in reliquis religionibus militaribus reperire liceat, ueri religiosi erant earum professores. Nam eas pro suo instituto conuentus habere, ubi sacerdotes ac clerici nomine totius religionis Diuinis laudibus uacent, & laici per annum probationis p̄fessionem solennem edant, & cū in Deum aut in p̄fessionem delinquant, puniantur, nouum est omnibus. Quod si quod iidem laici extra domum illam reliquo uitæ tempore conuerterentur, non sunt uocandi religiosi, aut eorum uota non sunt solennia censenda, neque ergo S. Ioannis milites religiosi uocabuntur, quod hac eadem licentia uagandi extra conuentum plerumque per totam uitam fruuntur. Immo quidam illorū uix Rhodiū aut Melitā uiderūt, cū tñ & magnis eius ordinis honoribus & diuitiis fruuntur. Sed neq; in his neq; in illis extra cōuentū uagari, rationē religionis dimiuit, dum conuentum illū repetere quoties eorum institutum postulat, sint parati: immo si non sint parati, apostata fortassis erunt, seculares non erunt. Quod si in conuentu non cōmorari, satis est ad solēnitatē uotorū auferendam, profectō neque ad sacros ordines promoti uotum solenne castitatis habebunt, quod non modo cōmunitatem non seruent, sed nec aliquem certum contentum habeant quem certis temporibus recognoscere teneantur.

Deinde q̄ obedientiam militarem & qualis eorum religiones docet suis Magistris, aut cōmendariis maioribus &c. seruent, non est opus probare sicut quod non contrahant matrimonia.

Præterea si hi militares religiosi, absq; Pontificis indulgentia, matrimonium attentarent contrahere, matrimonium ut isti quoq; confitentur, non teneret. Ergo sunt ueri religiosi uotum solenne castitatis habentes.

Verum respondent, id nō à rōne religionis sed ex statuto Pontificis puenire. Quæ respōsio quā tū ualeat, non est difficile cognoscere. Profectō hos ineptos matrimonio ex pontificali statuto, reliquos uerò religiosos, contra Scotū & Caietanū ex ipsa natura religionis asserere, merè uolūtariū est. Neq; tale statutū, aut isti aut quispiam alius, uel in horū regula, uel alibi deprehēdit. Nō enim

Pontifices præcipiunt ne contrahant, q̄ si contraxerint matrimoniū non teneat, sed regulā tribuūt, quæ admodum & S. Ioannis militibus, quam profitentur, ex cuius p̄fessione, solenni uoto perpetuæ continentia, atq; adeo contrahēdo matrimonio ex natura ipsius uoti quæ admodum & alii religione ineptos se se postmodum sentiunt.

Quod uerò matrimoniū ratum non cōsummatum, per ingressum harū religionū nō dissoluatur non obstat, q̄ non sit uotum solenne, nam neque per sacrorū ordinū sumptionē dissoluitur, & tamē dicere non esse solenne uotū quod à sacris hominibus emittitur, nunc esset erroneū. Quin uerò uotum sacerdotū tantū est tacitum, horū uerò militum contra expressum. Est igitur ratio quare per ingressum harū religionū, rata matrimonia non dissoluantur, non quod uotū nō sit solenne, sed q̄ harū religionū uiuendū rō, quemadmodū, neq; sacrorum clericorū, cū matrimonio nō pugnet, habent enim obedientiā & paupertatē, sed quæ domus filiorū, aut uxoris gubernationē, quæ admodū paupertas & obedientia monachali, nō impediatur. Sed de his inferius plura dicemus.

Rationes demū illæ q̄ castitas in huiusmodi religionibus non sit seruatu possibilis, q̄ uiuant laute, q̄ domi seruitrices habeāt, forisq; cum aulicis feminis iuge cōmertiū, torneamenta & alia militaria meditantes &c. fortasse cū fundatorum eorū ordinū, animū, quo eos à coniugiis arceri uoluit, optimū fuisse, & maximè arti militari & Reipublicæ cōmodū, nō sit dubitandū, potius reformatio nē aliquā quā relaxationē integrā persuadet. Nam quantā horū cœlibum militum Calatrauensium Alcantariensium, Montesium, Tēplariorū de quibus nunc sermo est &c. institutio in bellis gerendis, cū nondū uitæ mollicia & coniugalibus delitiis nostrorū Principum negligentia dissoluerentur, Christianæ Reipublicæ cōmoditatē attulerint, rerum præteritarū consulti, cōpertissimū habent. Præterea ergo quādoquidē ob earū ordinum p̄fessionem amplissimis redditibus & Principibus æqualibus fruuntur, eos ad militariū uiuendū rōnem opera Regum Christianorum aut Pōtificum, quæ admodum & reliquas religiones quæ à suis institutis deflexerunt, reuocare. Non item eorum delitiis, uxores adicere. Nā hanc quā isti causam legitimum mutandi ex cœlibe in coniugale eorum institutum, appellant & nostrorum tēporum hæretici, & catholici quidā inepti quo sacri clerici uxoribus copulētur molestissimè obtrudunt. Neque ego vllam inter hos & illos differentiam inuenio. Nam Diaconos Subdiaconos, & Episcopos nō habere domos, quibus sub obedientia uiuant cōpertum est, habere seruitrices domi, cum feminis foris cōuersari, habere Crassi diuitias, & deniq; ī maximo esse uitæ spiritualis discriminē constitutos, cū in medio seculo conuerterentur, notius est quam ut probatione indigeat.

Sed à mutādū institutum, ut scilicet hi, qui nondum

Dom. Soto
lib. 7. de in-
si & iur. q.
5. art. 3.

Lib. 6. de uo-
to. & nos.
redempt. c.
Quod autē.

Apud Do-
minic. Sab-
uasi sup.

dum erant solēnem castitatē professi, facultatem contra pristinum suæ regulæ morē ducendi vxorē haberent, nunc non decerno. Illud tñ cōpertissimum habeo, has ac similes ratiūculas, nō esse idoneas, ut p̄fessi à voto solēni castitatis absoluerent.

Quòd si hæ rōnes idoneæ istis videntur, nescio quo pacto votum solenne castitatis indispenabile doceant. Nā quēadmodum vnum, ita & alterū negare S. Thomas. & si enim ille, religiones illas q̄ vxoribus vr̄tur, nō esse simpliciter religiones dixerit quod tñ quo sensui id dictum fuerit, superius explicauimus, de illis tñ religionibus aut religiosis, qui vxoribus non utebantur quātūmcūq; extra suos conuentus uagarentur, nihil ille dubitaret, eos quēadmodum & alios quoscumq; verissimos religiosos eē, & solēni voto castitatis obstrinigi. Itaq; aut sedē Apostolicam posse in voto solenni castitatis non modo sacerdotali, vt isti putant, sed monachali dispensare fatendum, si horum dispensationes post vota emissa approbēt, aut si nō pōt neq; horū vota eē soluta perinde fateri debēt.

DE EORVNDĒM MILITVM DISPENSATIONIBUS ITERUM. Cap. 36.

VERVM hic poterit quis obiicere, quātūmcū que non intercesserit cā rationabilis absoluedi à voto castitatis hos milites religiosos, tenere tñ Pontificis factum. Sed id nihil excusare poterit. Nam & si de his dispēsationibus, quæ ab Ecclesiastico iure fiunt fateri oporteat, non modo tunc cū ex iusta cā indulgētur validas esse, sed etiā cū absq; cā fiunt, quod Pontifex potius ex decentia q̄ ex necessitate suis legibus obligetur. In his tñ quæ Diuino iure debentur, non absolutā accepit facultatem, sed Christiani populi necessitati cōmensuratā. Non enim accepimus potestatem, inquit Paulus, in destructionē sed in edificatiōnē. Post uotum autem solenne immo & post simplex, q̄ vouit, debitorē esse iure Diuino ac naturali castitatis p̄missæ, p̄cedētī libro satis demonstrauimus. Atq; id ex ciuili ac humana administratione Reipublicæ cognoscere licet. Enimuerò Imperatoris aut Regis p̄fectus diuersam i eas quas ipse condidit constitutiones, & in sui Principis leges auctoritatē obtinet. Nam in suas omnimodā, in alienas nō nisi p̄ grauissimis causis, & quas Princeps ipse fuisset excepturos potestatem habet. In suas, duas habere potestates, de iure unā & de facto alterā, illā ordinariā, hanc absolutā, Theologi dixerunt, & secundū priorē q̄dem operās, & rectē facit & factū tenet. Secundū uerò posteriorē malē q̄dam facit, qm̄ Principes bonas leges & Reipublicæ cōmodas haud violare debent, qm̄ tñ leges eius potestati subduntur, factū tenet. Contra in alienas Principis superioribus leges quoniam illis subditur non habet aliā potestatem, quā in his casibus dispensandis in quibus legum conditor, dispensaret, est aut hic casus tātū cum leges ipse alio

qui in Reipublicæ perniciem conuerterentur. Itaque Pontifex in soluendo obligationē quæ à iure Diuino deriuatur, non absolutā quēadmodum in suas leges & canones, sed utilitati populi Christiani, ut diximus, cōmensuratā potestatem retinet. Tuncq; potest dispensare, ita ut dispensatio valeat, qm̄ non dispensare, charitati, ad quā oēs nostræ actiones diriguntur votum religionis aduersaretur. Vnde quid de his militibus, qui absq; grauissimis christianæ Reipub. causis dispensationes acceperunt sit sentiendum iā diuinarī possumus. Atq; id de hoc secundo argumētandi loco qui ab Ecclesiasticis usibus sumebatur, dixisse satis sit. Deseruiunt aut hæ militum dispensationes in hoc nobis, ut id quod in hac parte maximū habet momentum, comprobemus, uota castitatis solennia dispensandi & relaxandi vsum esse sedis Apostolicæ. Neq; iuniores hos Theologos aliorum, militarium religionū uota, nō esse solennia cōtra reliquorum omnium cōmunē sensum, & præter eorum, quorum doctrinā se tutari arbitrātur docuisse credo, quā quod uiderent nostra memoria, cum quibusdam dispensatum, unde ne sedis Apostolicæ usibus opponerentur, neganda eorundē uotorum militarium solennitas uisa fuit. Sed præter militum horū aliquas dispensationes damnare, quā illas ueteres quæ maximis grauissimisque, de causis factæ fuerunt. Haud enim Pontifices in his in quibus dispensandi potestatem habent, semper bene dispensant. Dispēsationes etiā horum militum usq; ad hæc nostra tempora, quibus non nulli Theologi nescio, qua ratione mori Pontificem hoc posse cōtestari sunt, inauditę fuerunt. Porro an potius placendi quibusdā & eorū delitiis inseruiendi, quā iustis rationibus coacti id consilium Regibus & Pontificibus dederint, non est meum nunc ad uiuum exigere.

EVANGELICIS RATIONIBVS probatur, uotum solenne castitatis esse relaxabile, & primo ex charitate, quæ est finis legis Euangelicæ. Cap. 37.

TERTIVS locus argumētationis in hac controversia rationibus theologis quæ à uitæ Christianæ rōne, sanctæq; scripturę uero sē su duceretur, institutus est. Et si enim uel Doctōrū hominū Diuini & humani iuris interpretū penē cōsensio, & Ecclesiasticus usus, q̄ duo hucusq; pertractauimus, satis ad hæc rē p̄suadendā uideri potuissent, nihilofecius tñ, ne uel Pontifices, uel auctores temerē in hæc sententiā declinasse iudicentur, quibus in eā adducti fuerint nunc expēdamus.

Prima itaq; rō à Christianæ uitæ potissimo fine & scopo in hūc modū deriuat. Duas esse Christianæ uitæ partes, necessariā unā quæ à p̄ceptis Diuinis deriuatur, liberā & spontaneā alterā, q̄ à cōsiliis Euāgelicisq; adhortationibus descendit, vel

hi,

hi, q̄ eidē Christianæ uitæ recēs initiati sunt, cōperitū habent. Enimuerò sicut nō peierare, esse in parentes pium, nō occidere, nō alienū thorum usurpare, non falsum testimoniū dicere, & si quod est aliud mādatur, ad primā illam ac necessariā uitæ christianæ portionē p̄tinent, ita inimicis bñ facere, nihil in mundo possidere, postposita libertate, se se p̄petuæ obedientiæ seruituti sum mittere, & demū, delicias coniugales repellere; ad secundam spectant. Huius aut̄ utriusq; partis adq; adeo totius legis Euangelicæ finē esse charitatem, Paulus Apostolus in prima Epistola ad Timoth. diffinit. *Finis*, inquit, *p̄cepti* est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide nō ficta Christus ē eiusdē Euangelicæ legis institutor & cōditor, *Hoc est*, ait, *p̄ceptum meū*, ut diligatis inuicē sicut dilexi uos, quasi uniuersa legis Euangelicæ mandata, tanq̄ in finem, in fraternā charitatem refunderet. Hoc rursus Paulus apertius docet ad Rō. scribēs. Nō adulterabis, inq̄, nō occides, nō furaberis, uō falsū testimoniū dices, nō cōcupisces, & si qd̄ est aliud mandatū, in hoc uerbo inuaturatur, diliges proximum tuū sicut te ipsum. Delictio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Leges aut̄ quascumq; p̄sertim, q̄ ab humana uel Diuina uoluntate ponuntur, ex fine esse interpretandas, & morū philosophia docet, & ipsa rō p̄ se abunde demonstrare uidetur. Nam, ut iure prudentes aiunt, frustra uerba legis amplectitur, q̄ contra legis nititur uoluntatē; & uerē ille tātum, legē implere dicitur q̄ ad scopū legis actiones suas exigit. Sequit̄ ergo uniuersa legis Euangelicæ p̄cepta siue, q̄ nobis imponunt, siue q̄ nos nostra ipōte suscepimus, qualia sunt q̄ à uotis deriuant tum tēporis dūtaxat à Christianis impleri, cū adamusim fraternæ charitatis exigunt, tūc uerò lōge abesse à Christi aīo & mēte, cū aliunde interpretationē accipiunt, quātūcumq; in optimos alioq; fines dirigant. Neq; uerò id tantūmodo, de ea p̄ceptorū parte, quæ proximum respicit, est accipiendū, sed de ea ē, q̄ Deū spectat, qualia sunt p̄cepta primę tabulæ. Nā hæc quoq; ex fraternā charitate fore interpretandā, multis locis Christus ostēdit, dū ipsa sacrificia, externos honores, legisq; Diuinas ceremonias &c. ex eadē fraternā charitate metiēda decernit. Hinc toties in Euāgelica historia Sabbati custodiā, & tēpli donaria, & si q̄ alia ad religionē p̄tinent, ex eadē proximi dilectione interpretanda nos docet, & eos q̄ uel ab ipso Dei honore (q̄ tñ sanctissimus finis uidebatur) uel aliunde interpretationē ex maiore traditione q̄ritabant, maledictis incessit. Sic in eos q̄ discipulos spicas Sabbato purgantes carpebat, & eūdē, qd̄ sabbatis laguoribus mederet, calumniabantur tanq̄ q̄ Diuina legis uerā cognitionē nōdum essent uicēcuti accerrimē inuehit. Sic eos Diuina mādaturā necdū implere, sed trāsgredi, p̄nūtiat, q̄ Deo, quod erat ægenis parētibus offerendū, p̄staret. Atq; nō modo legē Euāgelicā q̄ tñ lex gratiæ & amoris dicebat sed ueterē illā Mosaicā quoq; ex eadē charita

te fore interpretandā, per Isaiā in hæc uerba demōstrat. *Quo mihi multitudinē* uictimarū uestrarū dicit Dominus? plenus sum. Holocausta Ariētū, & adipē pinguiū, & sanguinē uitulorū & agnorū, & hircorū nolui. Cū ueneritis ante cōspectū meū, q̄s quæsiuit hæc de manibus uestris, ut ambularetis in atris meis? Ne offeratis ultra sacrificiū frustra. Incēsum abominatio est mihi. Neomeniā & Sabbatū, & festiuitates aliās nō ferā. Iniq̄ sunt cētus uestri, Calendas uestras & solēnitates uestras odiuit aīa mea, facta sunt mihi molesta. Laboraui sustinēs. Cū extenderitis manus uestras auertā oculos meos à uobis, cū multiplicaueritis orationē nō exaudia, manus enim uestrę sanguine plene sunt. Habes à sancto Propheta, Diuinū sacrificiorū & Mosaicā oblationū ceremoniarū fastidium. Sed unde hoc oriretur ex fraternæ, inquā charitatis cōtēptu, subinde subiungit. Lauamini, mundi estote, auferte malū cogitationē uestrarū ab oculis meis. Quiescite agere p̄uersē, discite benefacere. Quærite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo. Defendite uiduā, & uenite & arguite me, dicit Dñs. Rursus, ieiunia & corporis afflictiones, q̄ tñ quā maximē à religione deriuatur, quod ex eadem charitate, nō p̄dissent, omnino refellit. Quare, dicebat Israeliticus populus, ieiunauimus & non aspexisti humiliuimus animas nostras & nescisti? quibus ipse respōdet. Ecce in die ieiunii uestri inuenit uoluntas uestra, & oēs debitores &c. Ecce ad lites & cōtentiones ieiunatis & p̄cutitis pugno impiē. Et subde. Nōne hoc ē magis ieiuniū quod elegit? Dissolue collegationes impietatis, solue faciculos deprimētes, dimitte eos, qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panē tuū & ægenos uagosq; indue in domū tuam; cū uideris nudum operi eū & carnē tuā ne despexeris &c. Et demum ipse legis Mosaicæ cōditor Christus Phariseorū superstitiosam religionē incessens. Ex Osea Propheta de uniuersa religione Mosaicā p̄nūtiat. *Si sciretis* quid est *miseriordiam* uolo & non sacrificium, nunquam condemnassetis Innocentes.

Docent hæc oīa, uniuersa, nō modo Euāgelicę sed Mosaicæ quoq; legis mādaturā, siue q̄ ad primā siue quæ ad secundā tabulā p̄tinent: siue quæ nobis Christianæ uitę professione in ipso baptismo imponunt, siue q̄ nos, cū ante liberi essemus, nōstra uolūtate cōtraximus, qualia sunt quæ à uotis oriunt, ex fraternā charitate fore interpretanda. Ex ea quæ dūtaxat, eorū obligationē mitiēdam. Atq; adeo tunc tātū obligare, cū charitas aduersari nō incipit. Nā adeo Christus dñs nos huic fraternæ necessitudinis uinculo obstrinxit, ut neminē suū esse uoluerit, sed reliquorū omnium. Quò mihi appositissima illa humani corporis metaphora quā ad Roma. & Corinthios scribit Apostolus spectare uidetur, quēadmodū enim nullū humani corporis mēbrū suū est, sed alterius, ita Christiani homines, q̄ sunt inuicē alter alterius mēbra, nō libere de seip̄s statuere debēt sed quātū huius mystici corporis

i. Sap. 1.

Isa. 58.

Math. 12.

1. Cor. 13.

corporis .i. Christiani populi comoditas patitur. Quod si ita est, nemo adeo absolute, pot voto solenni religionis obstringi, quin si, eiusdem populi Christiani aut necessitas aut utilitas postulet, ea obligatio non sit cessasse interpretanda. Nam si ut dicebamus, non modo Diuina precepta, quae a nostra voluntate deriuant, quibus nos non aliud obligandi pondus, quam natura legis Euangelicae patitur indere possumus, sed ipsa, quae nobis ex necessitate Christianae iustitiae sunt illata, non ad aliud quam ad fraternam charitatis normam sunt exigenda, perfectio cum eadem charitas & populi Christiani utilitas aut saltem necessitas, voto opponatur, is qui eiusdem Christiani populi regimini praesidet, votum illud soluere aut relaxare poterit.

Christiani populi necessitas tunc temporis ad hoc sufficiens uideretur, cum alio aequiori & certiori medio, in Christiano Regno aut latissima aliqua Prouincia pax aut obtineri, aut conseruari non posset, quae alicuius virginis Deo deuota, coniugio, quod Caestini III. ad Constantiae votum solenne relaxatum impulisse uideatur. Nam cum Tenedus Tyrannus & Rogerii quodam Regis Sciciliae filius nothus, non modo eandem insulam, & bonam Italiae partem crudelissime infestaret, sed & sedi Apostolicae in soluendis tributis, quae illi ex eorum regnorum feudis debebant, more non gereret, unicum huius tyrannidis in tota Italiae peninsulae surgentis, remedium visum est, Constantiam legitimam Rogere filiam, Henrico VI. matrimonio copulare, quo non iam solum tantum uindex Ecclesiae sed tanquam haeres legitimus ea regna repeteret, & ab eadem tyrannide propugnaret. In quo facto a nullo, quem ego legerim, ut antea dixi, veterum scriptorum est reprehensus.

Utilitas populi Christiani tunc ad voti solennis dispensationem Pontificiae adhortaret, cum, aut duorum Regnorum pax eo facto reformaretur, & maiori uinculo magis coalesceret, aut magnus aliquis in fidelium Princeps, eo matrimonio ad Christianae religionis fidem conuerteretur.

Ad primam hanc rationem, nonnullae aliae, quas auctores scholastici condiderunt, sunt referendae, in quibus haud infimum locum illa obtinet, quae ab impedimento maioris boni deriuat. Enimvero una ex causis (immo uero omnium potissima) Ex quibus, in reliquis humanis uotis simplicibus cuiuscumque sint generis, dispensationem fieri posse alterius opinionis patroni concedunt, est ne uotum maioris alicuius boni sit impedimentum, tunc enim non modo Pontificae posse idem uotum relaxare liberum fatetur, sed omnino absque pontificali dispensatione cessare uoti obligantem. At non minus in uoto solenni quam simplici potest aliquid accidere, ut uotum editum maius bonum impediatur, ut cum eo uoto pax prouinciae aut populi Christiani, aut reformaretur aut promoueretur ut diximus. Poterit ergo solenne uotum quoadmodum & simplex Pontificis potestate relaxari. Nam bonum integrum Prouinciae maius esse Monachi aut Sanctimonialis bono, & illi esse anteferendum, & Aristoteles & ratio uita civilis persuadet, quae docent non sibi solis natos homines sed patriae potius, & uita deinde Christianae insti-

tutio, quae non nostros sed omnium potius per charitatem esse docet, ostendit.

Eodem de uerget & illa Henrici Gan. ro. Quod omnes humanae actiones quae a naturali uel Diuina lege non imperantur, qualis est uirginalis, uidualis &c. continentia, in coniugio diuitias possidere uel non possidere &c. & demum uniuersa quae Theologi supererogationis uocant opera, quae suapte natura sunt indifferetia, id est sicut cum merito fieri possunt ita absque peccato possunt quoque committi, & non sunt mala nisi quae lege humana prohibita, aut ex uoto uel iuramento suscepta, non debent prohiberi, neque ex iuramento uel uoto suscipi, nisi quae pro loco & tempore, ad bonum promouendum conducunt. bonum inquam, uel simpliciter, uel eius quod uouit iurauit, &c. Alioquin tanquam peccatorum inuicem & perniciosi laquei sunt profusus committendae. Sed uotum solenne castitatis est actio humana ex eo genere, tunc ergo dum taxat obligationis uinculum iniicere credendum cum suo fini deseruit, promotio inquam maioris boni & uitationi mali, nam alioquin, illud quoque quoadmodum de reliquis uotis, de eo dicitur; *In malis promissis rescinde fide*, & turpi uoto muta decretum. Atque haec ratio adeo eidem Henrico persuadet, ut non modo Pontificem in huiusmodi uotis solennibus, dispensare posse credat, sed et eundem teneri ad abstrahendum a religione, cum cuius uotum per rerum & temporis conditione, impedimentum foret maioris boni, aut eius obseruantia, uel Reipublicae, uel obseruatori, perniciose redderetur.

Eademque est omnino ratio Ricardi, putat enim aequissimam tunc dispensandi Pontifici occasionem offerri in quocumque uoto siue simplici siue solenni, earum rerum quae super erogationis uocant, quae maioris boni perfectus, aut mali uitatio, siue per comparationem ad Rempublicam, cuius bonum unius hominis continentia maius est, siue per comparationem ad uouentem affertur.

Quae ratio in hoc, quod publici boni promotione & publici mali uitatione causam dispensandi in uoto solenni castitatis concludit, mihi maxime placet. In hoc tamen quod boni peculiaris promotione & mali uita peculiaris uitatione, eiusdem dispensationis esse causam contendit, si de uoto simplici intelligatur non refuto, si tamen de uoto solenni quoque; ut eius uerba praetendere uidentur, accipiatur, quamquam eam quoque sententiam S. Thomae in quarto sententiarum placuisse uideo, mihi omnino non probatur. Grauiore enim multo causas, ad uoti solennis quam ad uoti simplicis dispensationem requiri, quod per illum status, ut postea dicemus, mutatur per hoc contra non mutetur, ne gare non possumus. Fateor tamen dispensationes religiosorum militarium, quae nuper factae sunt, & quotidie fiunt Ricardum & S. Thomae a sua parte habere. Aperte enim Ricardus scribit, uehementer probabilitatem violationis uoti causam esse dispensandi. Vitatio, inquit probabilis transgressio uoti, si probabilitas sit uehemens, potest esse causa rationabilis dispensandi. In quo quocumque; super erogationis uoto. Et S. Thomae si Praeatus, inquit, uideat expedire aliqua rationabili causa, uel pro-

S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 1. 1. in sol. arg. 2. 2. q. 44. in mod. S. Bona. 4. sent. d. 38. ar. 2. q. 3.

propter ipsum qui uouit, uel propter alios quod uotum non seruet, potest eum ab obseruatione uoti de obligare, qui aliam de iure obligatus erat.

QVID ALTERIVS SENTENTIAE auctores in praecedentes rationes obiciant. Cap. 38.

SEd instant alterius opinionis patroni, contra has rationes, uotum esse religionis opus, atque adeo cum religio, quae fraterna charitas altioris ordinis, plus in hac rerum conditione hominem Deo, cui castitatem uouit, teneri, quam humanae necessitati aut utilitati, & demum toti ordini charitatis fraternae subseruire.

Respondent deinde. Humanis periculis non nisi humanis mediis occurrendum esse.

Respondent tertio, in duorum mandatorum occursum, maior semper esse parendum, contemptu minore, instare hic duo mandata, unum de uoto soluendo alterum de fraterna charitate promouenda, sed illo Deum quod sibi per professionem fuerat traditum, repetere, hoc hominis quod sibi ante mortem civilem eiusdem professionis debebat, exigere. Oportet autem Deo magis quam hominibus obedire. Unde Saul ideo reprobatus est, quod fortasse fraterna charitate ductus Regem Amalechitarum seruauit.

Respondent quarto, huiusmodi remedia fore incerta, quare nescit utrum ex eo coniugio pax aut conseruaretur, aut reformaretur, non est autem dimittendum certum pro incerto.

Respondet quinto, nullum alienis comodis, cum suo certissimo incommodo inferuire debere, esse aut certissimum incommodum dimittentis uotum solenne castitatis, cui tamen tricesimus fructus deputatur. Respondent sexto, nullam harum rationum in solenni uoto locum habere, sed in simplici tantum, quod nimirum, uotum solenne perinde ac matrimonium factum fuerit indissolubile. Unde nullam admittit dispensandi causam, quantumcumque opportunam.

Respondent demum, religiosos mundo esse iam defunctos, atque adeo ab illis nullum esse querendum remedium, ad humana pericula uitanda.

EVERTVNTVR PRAEEDENTES dilutiones. Cap. 39.

QVAE omnia, quam parum has rationes Euangelicas & ab intimis uita Christianae uisceribus fluentes, suo loco remoucant, singillatim exigamus.

Et primo quidem, quod uoti solutionem opus esse religionis, atque adeo altioris ordinis, quae fraternam charitatem aiunt, si quid ualeret suaderet et neque uota simplicia castitatis, immo uero cuiuscumque materiam siue perpetuam, siue ad certum tempus, relaxari posse. Immo uero suaderet, ea uota, quae sunt de rebus directe ad religionem pertinentibus, ut de oratione, sacrificiis &c. minus esse dispensabilia. Huiusmodi enim uota non tantum ad uirtutem religionis esse

fectiue aut imperatiue pertinent, sed obiectiue quoque, cum uotum paupertatis obedientiae, aut castitatis, non nisi imperatiue ad eandem uirtutem attinere uideantur. Falluntur ergo, dum fraternam charitatem ad religionem quoque pertinere non putant. Enim uero Christiana charitas, non hominibus eorumque necessitatibus aut utilitatibus, quacumque ratione, sed propter ipsum Deum inferuit. Est enim uirtus Theologica, quoadmodum fides & spes, atque adeo quoadmodum & reliquae duae, Deum habet obiectum. Sed huic Cauillo, iam satis responsum erat, Deum uotum sibi factorum impletionem, & demum uniuersam religionis qua ipse externum colit, fraternam charitatem, cum ueteri tum nouo testamento posthabuisse.

Quare ad secundum progredior. Vbi aiunt humanis periculis non nisi humanis mediis occurrendum esse, atque adeo uel totius Prouinciae uel Regni pacificationem, non esse causam aequam dispensationis, & in summa quacumque humanorum malorum uitationem. Huic obiectioni, quae a S. Tho. litera sumitur, primum respondeo eam ab eodem S. Thomae multo aliorum atque a suis discipulis accipi. Nam cum ille uti multis persuasimus, de monacho adhuc manente monacho, non tantum ceteris locis, sed hic quoque loquatur, hi eum de sensu diuino, ad negandam Pontificis potestatem, accipiunt. Docet ergo B. Tho. nullum Reipublicae bonum satis esse, ut monachus manens s. monachus, uita quoque coniugali societur. Quia humanis periculis non nisi humanis remediis sit occurrendum, non ite per rerum Diuinarum, quae scilicet ad huc Diuinae permanet, usurpationem. Unde neque hinc habetur, eam sententiam, quam tota hac disputatione discimus, esse S. Tho. quod tamen quidam ex eodem loco aduersus Caieta. certo, sibi persuadent.

Respondemus secundo, siue id, siue aliud quodcumque; S. Thomae intellexerit, hunc Cauillum, nihil rationum superiorum uirtute retundere. Nam si uerum est, quod aiunt, humanis periculis, humanis remediis esse subueniendum, perfectio nullum ad componendam augendam, & promouendam pacem humanius remedium inueniri potest, quam partium dissidentium coniugia, aut Principum praecedentium legitima successio, qua surgentium omnium tyrannorum libertate Reipublicae inuadentium impetus comprimatur. Quod uero quis castitatis uotum solenne ediderit, non pro hoc adeo Diuinus efficitur, ut extra Reipublicae corpus eiiciatur, unde hac parte homo est, atque adeo humanis necessitatibus tanquam pars Reipublicae inferuire tenetur. Quod si hi, tam Diuinos eos, qui uouerunt solenniter, existiment, ut neque partes Reipublicae esse fateantur, saltem populi Christiani portionem esse differi non possunt. Populum autem Christianum non adeo esse Diuinum, ut huiusmodi diaboli testamenta non sentiat, nemo inficiari potest. Ergo cum Monachus aut uirgo sanctimonialis pars sit Christiani populi, non tam suis quam eiusdem Christiani populi periculis, necessitatibus, & utilitatibus, praesertim accedente maiorum imperio inferuire tenebitur.

Respondemus tertio falsum esse quod supponunt

In 2. 2. 2. q. 88. ar. 1. 1. Sot. de inst. & iur. lib. 7. q. 4. ar. 2. ad. 1.

In 1. dilu.

nunt, res semel sanctas, ad impedienda humana pericula, nō modo publica, sed priuata ēt, assumi non posse. Enimuerō si Respublica, ad hostium bellū reprimendum, aut ad alias publicas necessitates, calicibus, crucibus ac huius generis rebus, Deo iā dudū consecratis, ægeret, absq; ullo peccato, eadē v surpare posset. Et ne multa exēpla sine cā pferamus, Dauid esuriens in illo summo legis Mosaicę rigore, panes ppositionis ad pellendā famē, q̄ humana est necessitas, vsurpauit, quod factū tm̄ abest vt Christus reprehendat, vt ex illo uerū cęremoniarum Mosaicarū sensum Iudeorū legis peritis, exponat. Nō legistis, inquit, qd̄ Dauid fecerit qn̄ esuriit, & q̄ cum eo erāt, quomodo intrauit in domum Dei, & panes ppositionis comedit, quos non licebat ei edere neq; his q̄ cum eo erant, nisi solis sacerdotibus. Licet ergo in humanorū periculorum remediū, res quantūcunque sacratissimas cōuertere, quod ita Dñs dulci quā dā dispositione uoluerit, sua ēt nostris cōmoditatibus inseruire. Sed neq; aliorum tota ea Christi doctrina de Sabbati uera obseruatione, cōtendit, quā q̄ tēpus Deo cōsecratū, & quod alioqui uiolare nefas esset, in fraternę charitatis vsus possit quoq; cōuerti, & eo humanis calamitatibus ac periculis, possit subueniri. Non tm̄ igitur rerum humanarum periculis p easdem res humanas occurrere potest, sed Diuinis & iam in Dei possessionem per sanctificationem traductis.

Respondemus demū, quartō, falsum esse ēt, qd̄ supponunt, pacē Christianę Reipublicę, aut peccatorū uitationē q̄bus huiusmodi cōiugiis subueniret, inter humana bona esse muneranda. Nihil enim in Xpiana uita pace Diuinus, neq; aliquid in Euāgelica p̄dicatione à Christi cunabulis magis p̄dicatum. Immo uerō adeo pax res est Diuina, ut eam pprium Christi incarnationis fructū, vtriusque testamēti scriptura proclamet. Vnde Isaias lāceas & gladios eodem tpe, in vomeres conuandos Christumq; Principē pacis appellendum, scribit. Ipseq; Christus ad patrē reuertēs, nihil æquā discipulis & in eis vniuerso populo Xpiano cōmendauit. Pacem, inquit, meā dō uobis, pacē relinquo uobis. Alia p̄fectō rōne de populo Christiano loquēdum est q̄ de Ethnico. In gentili populo, pax ac reliquę uirtutes, nō sunt aliud q̄ uitę ciuilibis instrumenta, ad humanā fēlicitatē ordinata, atq; adeo merē humana sunt. In Christiano cōtra, pax ac reliquę uirtutes, cū nō p̄pter se, sed pp̄ Deū colātur, & à uirtute religionis imperatiuē producant, nō humanę, sed Diuinę sunt prorsus, unde earū uirtutū p̄dendarū pericula, nō sūt dicēda pericula rerū humanarū, sed Diuinarū; immo (si de pace loquamur) nō quarūcūq; rerū Diuinarū, sed earū, sine q̄bus in spiritualis uitę edificio, nihil pōt subsistere. Quid enim sine pace Deo pōt placere? aut quę uirtus absq; illa subsistere. Deinde malorum non modo in Republica, sed in proximo uitatione, quid potest esse Diuinus?

Ergo ut istis concederemus, humanarum re-

rum periculis, Diuinarū rerū usurpatione non esse occurrēdū, haud rōnes superius factę ullū detrimentū acciperent. Non enim negarent, Diuinarum rerum periculis Diuinis quoq; rebus posse subueniri.

Tertius Cauillus, nihil habet periculi. Nam si quod persuadere molitur, uerum esset, nullū uotū Deo factum etiā cum cuiuscūq; fraterni cōmodi cōpensatione esset dispensabile, quod est absurdissimū. In quocūq; enim uoto siue simplici siue perpetuo, siue continentię, siue cuiuscūq; alterius materię, Deo qd̄ est, p̄missū debet ac perinde p̄ceptum de reddendo Deo, quod illi debet, instat. Instante igitur quocūq; alio p̄cepto fraternę charitatis priorī illi ac Diuino parēdū potius erit, qm̄ Deo magis quā hominibus officiū charitatis iure sibi debitum repetentibus obedire oportēbit. Ita que hi non aduertunt & religionis & charitatis utrumq; Diuinū esse p̄ceptum atq; utriq; obediendo, Deo obedientiam exhiberi.

Deinde non aduertunt, p̄ceptum charitatis & à natura & à Deo nobis absq; nostra uoluntate fuisse de salutis necessitate imposita, uoti uerō reddendi p̄ceptum, à nostra uoluntate ortū habere. Demū non aduertunt, id qd̄ multis locis scripturę demonstrauius, totius legis Enāgelicę, omniumq; eius p̄ceptorū obligandi uim, ad finem & scopum eiusdem legis exigendā tuncq; dumtaxat obligare, cūm fraternę charitatis cōmodum non obest. Quod aut de Agag. Rege. Amalechitarum subiungitur, non obstat, Saul enim de illo interficiendo & de uniuersa ea gente uastanda, expressum p̄ceptum habuit unde nulla erat necessaria interpretatio. Quod si quis nunc quoq; de conseruando in omni rerū euentu uoto, expressum p̄ceptum Diuinitus accepisset, omni interpretatione postposita, uoto illi ēt simplici, in omni rerū humanarū cōditiōne, parere teneret quocūq; populi Christiani utilitate aut necessitate non obstante. Longe aut alia rō est de his p̄ceptis, q̄ cūm alioqui nobis essent indifferentia, nōstra uoluntate auctore, uires acceperūt. In his. n. cūm non Diuina uoluntas expressa p̄scribatur, locus est interpretationi, interpretatio aut nō aliud de q̄ ex totius Diuinę legis sine accipienda est.

Quartō Cauillo respondemus, in rebus moralibus & ciuilibus, non esse querendam certitudinem logicam aut Metaphisicam, sed moralem. Eo autem certum esse aliquid dicimus, quod ut in plurimum accidit. Nullum autem in humana uita uel ad Reipublicę pacem componendam, uel ad eam promouendam, remediū efficacius, quā matrimoniales copulas esse, cūm ex ipso satis eiusdem humanę uitę usu sit compertissimum, rationibus exemplis demonstrari non indiget.

Ad quintum, ut nihil nunc de Euāgelica parabola trigēsimi sexagesimi & centesimi fructus loquamur, quoniam de illa, libro tertio nonnulla scripsimus breuiter cum Ricardo respondemus, multo esse maius meritum eius qui uoto solenni castitatis

castitatis p̄termisso, ob publici boni promotionē, malorumq; uitationē, ex Pōtificis obediētia, se uitę cōiugali traderet, q̄ si monachatu aut uirginitati adhuc studeret. Nā cūm meriti rō, ab obediētia & charitate deriuē, ubi sit maior charitas & obediētia, maius perinde meritū erit. Atq; hac rōe epales diuitiæ, monachali paupertati, & eorundē libertas, quantūcūq; à rectissima religionis obediētię p̄ferunt. Et demū uniuersa uita cōtēplatiua, q̄tūuis securitate & quete actiua p̄stet, ceteris paribus, eidē actiua in meriti rōne post habet. Itaq; si statū statui cōferamus, cōiugibus tricesimus, uirginitatibus sexagesimus, & uirginibus cētesimus fructus & tribuēdus. Qm̄ vnus alterū excellit p̄fectione, ceterū si personā p̄sonę cōferamus, plerūq; in cōiugali statu reperit cui cētesimus rōdeat, quēadmodū & in uirginali cui tricesimus dūtaxat. Sed eius parabola, ut illo loco diximus, uaria est auctōrum interpretatio, & à quibusdā tricesimus, infirmis iustis tm̄, sexagesimus, p̄fectioribus, cētesimus p̄fectissimis deputatur, perfectissimos aut nemo negabit, & in medio uitę cōiugalis reperiri posse. Nā alioqui eadem uita cōiugalis, quacūq; rerum necessitate instante, nemini, nisi aduertente charitate posset consuli, aut saltem nemini posset p̄cipi aliquando, cūm id Reipublicę status aut rerum necessitas exigeret. Nemini enim necdum p̄cipi, sed neque consuli minus meritum potest. Sed hæc sunt satis per se aperta.

LONGE ALIAM ESSE RATIONEM uoti solennis, & matrimonij rati & consummati. Cap. 40.

QVARE ad sextum veniamus, quod omnium maximē in superiores illas rōnes, quæ à charitate ducebant, impetū facere ab auctōribus creditur. Enimuerō quēadmodum nulla quātūcūq; grauis, uel puincię, uel totius populi Christiani, necessitas, nullaq; quātūcūq; magna cōmoditas satis esset, ut quis ab uxore aut marito quē habet ad alterius coniugiū obeundum separaretur, neq; ad id persuadendū, aliquid à christiana charitate ductæ rōnes p̄ficerent, q̄ prius illud uinculum sit indissolubile, ita hic ociosum putant, ex eadē charitate argumenta congerere. Cūm nō minus, ut aiunt, hoc q̄ illud uinculū per monasticam professionem factum sit, indissolubile.

At hi principio contrariū eius, quod nos tota hac disputatione cōtendimus, tanquā certū absq; ulla p̄batione supponūt. Profectō, nos nihil aliud egimus hucusq; q̄ uotum quantūcūq; solēne, indissolubile non fore. Ita q̄ hoc nihil aliud mihi esse uidetur quā uotum solenne indispensabile p̄bare, per hoc, q̄ est, indissolubile. Sed agē quibus id rōnibus astruere potuerint, iam exigamus.

Et matrimoniu quidē ratum p̄fertim, & cōsummatū, indissolubile esse, omisis alijs, q̄ nequicquā à quibusdā afferri solēt, tribus quidē rōnibus fit po-

tissimū. Prima qd̄, quod Dñs ita sanxerit. Quod Deus, inq̄t, cōiunxit, homo nō separet. Et Paulus. His q̄ matrimonio iuncti sunt, p̄cipio nō ego, sed Dominus uxorē à viro non discedere &c. Huius autē sanctionis ratio, tum ipsa natura matrimonij est, (haud. n. aliter proles, ad cuius educationē coniugiū ordinatur, edncari posset) Tunc deinde quod vna caro efficiatur. Vnde Christus, pp̄ hoc relinquet hō patrē & matrē, & adherēbit uxori, & erūt duo ī carne vna. Itaq; iā nō sunt duo, sed vna caro.

Secunda causa est, quod vnus sub Diuino testimonio, & Deo p̄ sacramentū matrimonij, quod sumitur fideiussore, uxor in uiri corpus p̄petuā p̄tate, & seruitutē accipiat, quēadmodū & uir in uxoris corpus. Uir, inquit Paulus, sui corpis p̄tate non hēt, sed mulier, & mulier sui corporis p̄tatem nō hēt, sed uir. Dixi autē Deū per suū sacramentum esse eius contractus fideiussorē, qm̄ in hac mutua seruitutis exhibitione, non modo cōiuges sibi inuicem dant fidem, sed Deo. Atq; hinc prouenit, ut etiā ambobus cōsentientibus, nō possit cōtractus ille coniugalis rescindi, aut mutua illa seruitutis obligatio aboleri. Idq; est, quod veteres & quidā ex iunioribus Theologis, uinculū à rōne sacramenti prouenire dixerunt. Quanquā illorū qd̄, id uinculū nō in hac rōnem sacramenti, sed in illā aliā, quā cōiugiū Christi & Ecclesię cōiugalis uinculū imaginē rēp̄sentat, detorqueant, quod ēt accipio.

Tertia demū ratio est, vtriusq; cōiugis grauisissima iniuria, fœminilis sexus p̄fertim. Nā si cōiugia non essent indissolubilia, sepe aut alterius fœminę uirgēte amore, aut eius, quæ iā copulata est tædio, in perniciē quoq; filiorum, & rei familiaris, soluerentur. Ob quā causam, non modo in Diuina, sed in gentium quoq; prophanarum Rebus publicis, grauisissimis p̄cenis sunt diuortia cohibita.

Hinc iā an aliqd̄ istorū in solēni uoto inueniatur, quo uinculū insolubile injiciat parūper attendamus. Et primū, hic Diuinū illud statutum quo Deus expressē cauerit uotū solēne nō disp̄sari, ut statim dicebamus, inuenire non licet. Sed neq; illius statuti Diuini, rōnes hic quisq; reperiat. Haud enim Deus vna caro fit, cū hōie, licet fiat vnus spiritus, sed hæc cōiunctio nō uoto tm̄ solēni, sed simplici quoq; cuiuscūq; generis, immo sine uoto, p̄ solā iustificationē cōtrahitur. Deinde hic nō sunt geniti filij, qui separatis parentibus iniuriam accipiunt. Iam neq; hic reperire licet, mutua illā seruitutem, quā cōiuges, Deo intercedente inuicē accipiunt. Et multo minus aut eius, qui uouet, aut eius cui uotum exhibetur iniuria. Quod si ita est, non ergo uoti solennis uinculum est, æquē indissolubile ut matrimonium.

Deinde aut solēnis uoti uinculū est indissolubile, rōne obiecti, id est Dei cui fit promissio, aut ratione materię de qua fit uotum, aut demum rōne formę, id est, solennitatis quæ adhibetur extrinseca, si primū, ergo omnis uoti. Deo facti siue simplicis siue solēnis, siue temporalis siue p̄petui,

tui vinculum est indissolubile. Quod si secundum, uotum in salute castitatis simplicis vinculum erit indissolubile. Tertiū causari non poterūt, quia ut Bonofacius dicitur, Solennitas quæ extrinsecus uoto adhibetur, ab Ecclesia est inuenta, unde vinculum ab eadē iniectum non erit indissolubile.

Sed hi quo uergāt, nō est difficile cōprehēdere, uolūt, huius indissolubilis uinculi. n. traditionē quæ fit in uoto solēni esse unīcā cām, quæ p̄ter hoc quod S. Tho. aduerfatur, quod indispēfabilitatē nō in traditione sed in sanctificatiōe posuit (si tū huius fuit sentētīæ) quā parū tamē ualeat, superius lib. quarto demōstrauimus, & cū ad locū quartū huius cōtrouersīæ puenerimus amplius examinābimus.

MORTEM CIVILEM NON reddere uotū solenne indissolubile. Cap. 41.

VND E ad postremū iā accedamus, in quo etiā nō parū fiducię collocat. Ergo aiunt ideo nihil ratiōes illas cogere. qm̄, iam qui sunt religioni solenniter deuoti mortui sunt ciuili ter, atq; ideo eorū, tanquā qui ē uita recefferint, nullam ad Reipublicæ nec esitates aut cōmoda rationem esse habendam.

Quæ responsio cū magis tñ speciosa uideatur, minus quæ p̄cedētes earundē ratiōnū impetū rep̄mit. Sed ut id quod dicimus magis appareat, mortis metaphoricæ species, quæ à iuris prudentibus sunt excogitatæ proponamus in medium.

Ergo ad similitudinē naturalis mortis, quadruplicē mortē metaphoricā, tū ex sanctis scripturis, tū ex utriusq; iuris prudētīæ cāpo, iurisconsulti excogitarūt. Primā spiritalem, quā rursus in bonā & malā distraxerūt. Spiritalis mors bona fit p̄ baptisimū, de qua Paulus tū alibi, tū capite sexto Epistolæ ad Ro. An ignoratis fratres quia quicūque baptizati sumus, in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti. n. sumus cū illo p̄ baptisimū in mortē & c. Spiritalis mors mala iuxta eorū dē iuris prudētū doctrinā, triplex est. Prima baptizati hoīs, sed ab Ecclesia per hēresim aut p̄ schisma diuisi. Secūda baptizati & in Ecclesiastico gremio permāētis, criminosi tñ. Tertia demū eorum qui iā eterno cruciantur incendio. In quas spiritualis mortis species diuersa canonum capita pro sua consuetudine allegare solent.

Secūda species metaphoricæ mortis, est quam leges humanæ ciuile uocarunt, quæ ij, qui eo p̄cæ genere puniuntur, omniū ciuiliū actionū, ita sint expertes, ac si uitæ naturali cōcessisēt, cuius multas quoq; subinde posuerunt species. Dicūtur hoc genere mortis ciuilis, mortui, ad hostibus capti, ij deinde, qui libertate ceciderūt, damnati ad metalla, deportati, et demum, quicūq; capite censi à iuris prudentibus uocantur. Quos olim aqua & igni interdici solitos, Vlpianus scribit. Adiūxerūt & huic generi mortis canonici iuris interpretes, excōicatos omnes, quæ ēt duratē excōicationē, ad ciuiles actiones tanquā mortui inepti habeantur

adeo ut quidā, ubiq; mortis in iure canonico sit mētio, nō de morte naturali, sed ciuili esse intelligendum, generali regula decreuerint. Quod ius canonicum à Pontificibus exortū p̄cā mortis naturalis irrogare non possit.

Tertiū genus mortis metaphoricæ est, quæ effectuale uocatur, cū scilicet, homo in uitæ Christianæ p̄fectione cōstitutus, nō magis mūdānis affectibus ducit̄ quā si fuisset mortuus, ad quod genus mortis pertinere aiunt quod Paulus de se ipso testatur. Mihi mundus crucifixus est ego mundo & rursus uiuo ego iā nō ego uiuit uerō in me Christus.

Quartū demū mortis metaphoricæ genus seculare dixerūt, quo scilicet quæ à mūdo remotus, secularibus actionibus & negociis nunciū remissit, quo mortis genere monachos mortuos dicūt, iuxta Eugenii Pōtificis decretū. Placuit, inquit, cōi reno de monasterio nefandissimo ausu exire p̄sumat, neq; p̄niam dare, neq; filiū de baptisimo accipere, neq; baptizare, neq; infirmū uisitare, neque mortuū sepelire, neq; ad Ecclesiā seculare transire, neq; aliis quibuscūq; negociis sese implicare, sit claustrō suo cōtētus, quia sicut piscis sine aqua caret uita, ita sine monasterio monachus. Sedeat itaq; solitarius & taceat, qui mundo mortuus est, Deo autē uiuit, Atq; hactenus de mortis metaphoricæ generibus, quæ à iureconsultis notantur.

Nūc ad canilli dilutionē reuertor. Primū. n. falsum est, quātūuis à quibusdā uulgariis Theologis iactet, Monachos aut quoscūq; uoto solenni religionis obligatos, mortuos esse ciuili ter sed tantū seculariter. Mortē. n. ciuilem nō quicūq; ad Reipublicæ munera obeūda ineptitudinē uocatur, sed eā quæ p̄ter crimina grauissima à legibus ciuilibus aut canonicis tāquā p̄cna irrogat, dānationē ad metalla, deportationē, seruitutē, & demū, iuxta leges ciuiles, oēm capitis diminutionē, iuxta canonicas autē excōicationē. Monachus autē non est p̄cna, atq; adeo neque mors ciuilis, nā mortē ciuilem inter p̄cenas cōtineri utriusque iuris cōsulti cōsentiūt. Differt igitur mors secularis à morte ciuili, quæ ista uoluntariē, obeat, illa cōtra tanquā p̄cna eaq; grauissima irrogat. Vnde iā ita in aduersæ opinionis patronos ducere rōnē licet. Quicūq; morte ciuili p̄pter crimina mulctant, adhuc Reipublicæ, cū necessitas aut utilitas postulet, inferuire tenentur. Ergo & illi, quæ minori genere mortis metaphoricæ obligantur, seculari scilicet, eidem Reipublicæ sese accommodare tenebuntur.

Secundo demus istis (quæ tñ cōtra oēm iuris rōnē siue ueteres siue iuniores cōmenti sunt) monachos ac religiosos qui uotum solenne castitatis ediderunt, mortuos esse ciuili ter. Quid? an inde colligitur, monachos Reipublicæ utilitatibus aut necessitatibus non obligari? Profectō de hoc genere mortis ciuilis non aliter, quā de reliquis indicandum esset, ergo si neq; deportati, neque damnati ad metalla, neq; banniti, neq; excommunicati,

Bartol. per uotum biling. sim leg.

lib. de p̄c. cap. de disp.

16. q. 12. Placuit.

nicati, quantumcumque ciuili ter mortui, ab obligatione inferuēdi Reipublicæ eiusq; periculis currēdi per mortē ciuilem eximūtur, neq; monachi aut reliqui uotarii eximūtur. Sed de primo genere rōnū quæ à fraterna charitate sumunt, & de his quæ eius uirtutem retardare moliuntur, iam satis.

D I V V M B E R N A R D V M uoti solēnis dispēfabilitatē docuisse. Cap. 42.

I L L V D in hac parte præterire nō debeo, huic generi rationum, B. Bernardum multū maximēq; suffragatū, adeo ut eūdē huius fuisse sententię, mihi haud leuiter persuaserim. Diuisit ille uniuersas. S. Benedicti cōstitutiones. i. quæcūq; in eius regula continētur, in Diuinas, & humanas. Diuinas humilitatē uocat, charitatē, mansuetudinē, & quæcūq; alioqui à Christo ante Benedictū, instituta fuerāt. Quæ penitus nullaq; de causa mutāda esse decernit. Humanas rursus, in consilia & p̄cepta diuidit. Cōsilia, inquit, esse nō uotibus, p̄cepta uotibus, sed ita, ut cū ratio ipsa Christianæ charitatis postulauerit, ab eo qui habet potestātē, relaxētur. Sed eius uerba referre, multō est oportunius. Oīa, inquit, S. Benedicti instituta, exceptis nōnullis de spiritualibus, uerbi causa, charitate, humilitate, mansuetudine, quæ non tam ipsum cōstat instituisse, quā Deū, & ob hoc penitus non esse mutāda, de cetero reliqua uniuersa, non profitentibus quidē, monita tantū seu consilia cōsenda sunt. Nec grauant non obseruata, cū tñ profitentibus, in præcepta, præuaricātibus, in crimina fiāt, siue ut uestra uobis reddā, illis uoluntaria uel factitia, istis necessaria uel tanquā naturalia nō immeritō reputātur. Hęc Bernardus. Quis hic nō uideat, Bernardū sub numero eorū cōstitutionū, quæ nō profitentibus quidē Christianis, monita sunt & consilia, profitentibus uerō crimina, uniuersa paupertatis, obedientiæ, ac castitatis uota solennia cōprehendere, cū nullus negare possit, Euāgelicā paupertatē, cōtinentiā, & obediētīā monachalē de qua loquimur, ex eorū numero esse quæ uotentibus quidē sunt præcepta, nō uotentibus uerō, Euāgelica cōsilia? Certē hęc ad primā illā cōstitutionū Diuinarū aciē, in quā humilitatē, charitatē & mansuetudinem retulit, referri nequeēt. Nā illa cū sint Diuina, et non uotentibus præcepta sunt, hęc nō nisi uotentibus. Accedit uerū loquēdi rō quæ id quod ad institutū aliqd̄ p̄tinet, cōstitutiones uocare cōsueuerūt, quæ rō loquēdi, nō mō i August. ac reliq; patribus, tū Græcis, tū Latinis, quæ post monachismū uixerūt, sed & i posterioribus frequētissimē se p̄ire liceat. Neq; uerō absq; rōe, nā et si castitas, paupertas, et obediētīa uota sint, sunt etiam ideo cōstitutiones, quia à religionum fundatoribus cōstitutum est, ut illa expleto anno probationis Deo solenniter promittantur. Atq; id præcipuē in Benedicti regula locum habet, qui Occidentali Ecclesiæ & uota & religiones induxit. Adde quod hic Bernardus, nō

cōstitutiones, sed instituta uocat, quod nomen non aliud quā regula monachalis significare solet. Et ne multa hic sine causa uerba prodigamus, dum capitorum ac pertinacium hominum quorundā cauillos omnes præuertere conamur, mihi ac omnibus qui potius ueritatis studio quā affectū aguntur, certissimum est, uota quæcūq; siue paupertatis, siue obedientiæ, siue castitatis, sub illo secundo institutorum mēbro contineri. Immo hęc potius quā alia contineri, cū reliqua omnia, quæ in S. Benedicti regula continentur, etiā directē uotari nō soleant, nisi quatenus his tribus uotis obseruādis deseruiunt, i. indirectē ac per accidens. Nā cū id quoq; in Beati Francisci regulā contingat, quæ tamen omnium est rigidissima, id ipsum de S. Benedicti regula nobis promittere faciliē poterimus. Enim uerō Franciscanum institutū est, uiuere in obedientia, sine proprio in particulari & in cōi, & in castitate, reliqua oīa, aut his quæ iā sunt in eodē statuto, p̄cepta sunt institutoris, aut p̄ceptis æqualētia & c. Verū iā quod de hoc secundo institutorū ordine Bernardus sentiat audiamus. Ita sanē necessaria dixerim, ut ex eis minime p̄iudicetur, necessarijs rationalibusq; dispensationibus. Et subinde post pauca, quibus de dispensatorib. ex Paulo philosophatus est, ad institutū sermone regrediēs. Cōstat igitur, inquit, ex his quæ dicta sunt, uestrā illā diuisionē integrā esse ac sufficiētē, si modo p̄sonæ distinguātur & t̄pa; dum subiectis sit quod oīs singularis institutio (quātū dū taxat ad corporales obseruātijs p̄tinet) ante p̄fessionē uoluntaria, post p̄fessionē necessaria, Prælati uerō partim uoluntaria, ut quæ inuēta ab hoīe, partim necessaria, ut quæ fuerint Diuinitus instituta. Quāobrem fortassis, tūc potissimū cōgrua & loculēta magis eadē diuisione apparebit, si eius mēbrū quod dictū est necessariū, rursus in tria hęc subdividat. stabile, inuolabile, in cōmutabile. Et quod stabile dixerim, quod ita est necessariū, quod nō cui libet hoīum, illud mutare fas sit, nisi solis dispensatoribus mysteriorū Dei, ex p̄positis, ut uerbi gratia, regulæ sctōrū Basilij, Augustini, Benedicti. Necnō auctētici canones, & si qua sunt alia Ecclesiastica instituta, dignæ auctoritatis: quæ quoniā à sanctis tradita sunt, sancita stabiliter p̄ueuerāt, neq; oīno cuius subiectorum ea aliquo modo uariare uel mutare cōceditur. Quia tamē ab hoīb. et p̄ hoīes loco & officio illis canonica electione succedētes, licitē interdū innoxīaq; p̄ causas, p̄sonis, locis & t̄pibus dispēfantur. Vbi sanē quæ hęc legit attēdat me cautē nō dicere, ea posse uel ab istis leuiter p̄ uolūtate mutari, sed ex rōne fideliter dispēfari. Ideo aut, hęc ipsam mutationē, taliter & à talibus recipere possunt, quā nō naturaliter nec per se bona sūt. Porro inuēta atq; instituta fuerūt, nō quæ aliter uiuere nō liceret, sed quod ita magis expediret, nec planē ad aliud quā ad lucrū & custodiā charitatis. Quādiu ergo charitati militāt, immobiliter fixa sunt, mutariq; oīno neq; ab ipsis quæ p̄positis sine offensa p̄nt. At si cōtrario, cōtraria fortē aliquā charitati uisa fuerit, his dū

e. Quod aut de uot. e. uot. eadem. lib. 6.

De cons. d. 2. de Christis. 3. q. 4. c. Hi. qui de cons. d. 4. c. filius.

D. de pen. l. 2.

taxat, quibus hoc posse uidere datum est, & prouidere credendum est, nō ne iustissimum esse liquet, *ut quæ pro charitate inuēta fuerūt, pro charitate quoq; ubi expedire videtur, vel obmittantur, vel intermittantur, vel in aliud commodius fortè demutentur?* Si cut è regione iniquum proculdubio, si statuta pro sola charitate, contrā charitatem tenerentur. Tenēt ergo firmam, fixamq; immobilitatem èt apud Prælatos, quæ ex stabili necessariō sunt, sed quatenus charitati deseruiūt. Hætenus Bernardus, quæ deinde Gelasii & Leonis Pontificum auctoritate confirmat. Secundum, huius diuisionis membrum, quod necessarium inuolabile vocat, eas constitutiones intelligit, quæ non ab homine traduntur, sed Diuinitus promulgatæ sunt, in quas Deum tantum habere potestatem decernit. Tertium demū membrum, i. necessarium incommutabile, illud vocat, quod Diuina ita constat, & æterna ratione firmatum, ut nulla cā possit vel ab ipso Deo aliquatenus immutari. Iam hic querere libet, vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ sub quo istorum membrorum à Bernardo collocentur? Certè in tertio ac postremo ea duntaxat ab eo collocantur, in quæ neq; Deus ipse potestatem habet, in secundo ea reponuntur, quæ Diuinitus sunt tanquam præcepta promulgata, in quod genus castitas, & obedientia referri non possunt, Nō. n. sunt Diuinitus promulgata. Sunt igitur primi ordinis, ex eorū. s. genere, quæ ille necessaria stabilia uocat. In quæ tamen Ecclesiæ pastores, i. Pontifices potestatem habere pronuntiat. Cùm charitatis pro qua instituta & usurpata sunt, rō, ad dispensationem adhortatur. Itaq; mihi dubium esse non pōt, Bernardū quæcunq; uota siue solēnia siue simplicia, & in uniuersum, ea, quæ neq; Diuinitus imponūtur, neq; æterna rōne constant, ab Ecclesiæ ppositis dispensabilia credidisse. Vnde eundē huius sententiæ auctorem potius quàm Ricardum aut ex scholasticis quempiam mihi persuaserim.

RATIONIBVS A CHRISTIANAE REIPUBLICÆ NATURA DERIUATIS, UOTI CASTITATIS DISPENSABILITAS PERSUADERETUR. Cap. 43.

SECVNDVM rōnum genus, ab ecclesiasticæ Reipublicæ rōne desumitur. Constat. n. Christum non Anarchiā sed Hierarchiā. i. non genus Reipublicæ Acephalū ac sine Principe, quod etiā Ethnicis refugerunt, sed sacrum quendam principatū, cui omnes parerent, instituisse. Hunc at principatum, non paucorum aut multorum, sed vnus duntaxat qui sui loco Ecclesiæ præsideret fuisse, & catholici omnes planè confitemur, & nos in secundo tomo librorum de recta in Deum fide præter alios multos nostræ memoriæ eruditissimos uiros, abunde demonstramus. Reliquit. n. Petrum ac eius successores Romanos Pontifices, Regiæ cuiusdam ac Pontificalis ptatis hæredes, quo eorum directione ac imperio, oēs qui Christiano noīe censentur & vnus corporis ecclesiasticæ & spiritualis cuiusdā reipublicæ formā seruaremus, & ita demū æternæ sa-

lutis uia ingredierimur. Hunc aut principatum, non quemcunq; sed paternum fuisse, & ipsa regii principatus natura, q̄ philosophis auctoribus, ei quam pater in filios ptatem obtinet, est oīno consimilis, & Euangelicæ administrationis clementia satis ostendit. Vnde Christus Petro Ecclesiasticum hūc principatū daturus ter quæsiisse refertur, *Petre amas me.* quasi oues & agnos, nō tā imperio, q̄ amore gubernandos p̄scriberet. Qui paternis amor paternaq; gubernadi rō, quia in uniuersis & angelicis scriptis latissimè patet, locis adductis cōprobari nō diget. Nunc ex hoc Christiano fundamento, duas pro nostra cōiō; sententia, rōnes formabimus. Nā cū Ro. Pōtifex sit totius Ecclesiasticæ populi princeps, deindeq; pater, rōne principatus, eam, qua ad rectè Rempublicā administrandā, reliqui principes funguntur, tribuimus ptatem, imo tanto maiore, quanto hic non tēporalem ut reliqui, sed spirituale potestatem accepit. Sed neq; eum illa ptate priuabimus quam reliquis parentibus aut tēporalibus, aut spiritualibus, aut natura, aut diuina oracula cōcesserūt. Verū ab hoc posteriore fonte prius, deinde à secundo, iam argumenta deriuemus. Enimuerō parentes non modo ex rōnabili legitimaq; causa relaxandi filiorum uota, sed ea prorsus irritandi, ptatem accepisse, quia id sancta ueteris illius Mosaicæ legis scriptura, contestatur, hi inficiari non possunt. Mulier, inquit dominus, si quippiam uouerit, & se constrinxerit iuramēto, quæ est in domo patris sui, & adhuc & iestate puellari, si cognouerit pater uotū, qd̄ pollicita est, & iuramētū, quo obligauit aīam suam, & tacuerit, uoti rea erit. Quidquid pollicita est & iurauit, operē cōplebit. Sin aut statim ut audierit cōtradixit pater, *Et uota, & iuramēta eius irrita erūt.* neq; obnoxia tenebitur sponsioni. eō q̄ cōtradixerit pater. Atq; hanc ptatem, non modo in puellas, aut pueros, qui nondū pubertatis tempus attigerūt ut vulgo exponitur, sed in uniuersum, in oēs liberos adhuc sub paterno imperio constitutos, parentes accepisse, & sequētis literę contextus, & rō ipsa de monstrare uidetur. Datur illic profectō subinde factus uiro, uxoris uota coercēdi, & nulla habēdi, si statim reclamauerit. Si maritum, inquit, habuerit & uouerit aliquid, & semel de ore eius uerbū egrediens, aīam eius obligauerit iuramento, quo die audierit uir & non contradixerit, uoti rea erit, reddet quæ quodcunq; promissit. Si aut audiens, statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, uerbaq; quibus obstrinxerat aīam suam. Et subinde Vxor in domo uiri, cū se uoto constrinxerit, & iuramento, si audierit uir & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcunq; promissit. Sin at ex tēplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea, q̄a maritus contradixit. Si uouerit, & iuramēto se constrinxerit, ut piciunium, uel ceterarū rerum abstinentiam, affligat aīam suam, in arbitrio uiri erit, siue faciat, siue non faciat &c. Enimuerō uir in uxoris uota, non ætatis ratione, sed eō q̄ sub eius potestate sit cōstituta, potestatem exercet. Ergo & pater quoq; filia non ætatis ratione, sed quod sub eius

1000.
Dom. for. li. 7. de iustit. & iur. q. 3. at. 1.

1. Tim. 3.
Matth. 20.

eius adhuc imperio detineatur, uota & iuramenta irritare potest. Est ergo irritandi ratio, nō tam ætas & iudicii defectus, quàm subiectio ipsa & œconomica ratio. Nam cū natura Deusq; parentibus, administrandi familiā potestatem tradiderit oīa perinde eisdem quoq; tradidit, quæ ad œconomicæ administrationis rōnem exigūtur; atq; adeo ea, quæ eadem administrationem retardare aut impedire possent, remouendi, facultatem indulsit. Est aut apertè administrationi œconomicæ contrariū filium, filiā, uxorem, seruum, &c. absq; eius, qui eadem administrationi p̄sident, de se aut de rebus q̄ in domo continentur, aliquid disponere. Neq; Dominus, qui auctor est naturalium legum, uult aliena iura alicui surripi, ut sibi aliqd̄ tribuatur, quare neq; eleemosynas, quæ de rapina fiunt, ut quidā bene adnotarunt, gratas habet. Qui at sub aliena potestate est, non est sui iuris, unde nihil pōt Deo uouere, quod patri, Domino suo, aut maiori debet, sed est omnino ab eius ptate pendēs, uotumq; absque eius consensu, ualidum non tantum Diuina cōstitutione, sed natura ipsa rerum, esse non potest. Quod uerò quædam personalia uota ut castitatis, religionis &c. nunc parentum arbitrium non expectent, priuilegium est euangelicæ legis, quæ cū sit Diuina, naturalem illam administrationē coercere potest, & in angustiōres limites redigere. Nunc ita ex hac parentum ptate rōnem formemus. Pater in filios sub sua potestate constitutos, & uir in uxorem, ad eius uota irritanda, habet potestatem, ergo & totius huius Ecclesiasticæ familiæ pater, & uir Ecclesiæ, i. Christi Vicarius, in fideles aut in ipsam Ecclesiam, eandem administrationis rōnem, habebit. Nam Ecclesiam esse domum Dei, in qua Christi uice pontifex p̄sident, Paulus Docet, Ut scias, inquit ad Timotheum, quo oporteat te in domo Dei cōuerfari, quæ est Ecclesia Dei uiui. In Euangelica quoq; parabola, Christus domus Dei procurator appellatur, cuius, in eadem domo uices obtinet Romanus Pontifex. Sed est inter Ecclesiasticam domum, & particularem, nonnulla differentia. Quod particularis domus Præfectus, cū paucis p̄sident, omnium uota, quæ domi fiunt, statim cognoscere pōt, unde si statim non irritet, rata censentur. Contrā, domus Dei Præfectus, cū amplissimam habeat familiā, non statim oīum uota aut cognoscere aut irritare ualet, sed cum ad eius cognitionē pueniunt; tunc que si uniuersali huius domus administrationi aduersentur, irritare quidem poterit, id est ex causa legitima ac rationabili relaxare, sin minus eadem pro uouentis prima uoluntate inuolata reliquet. Nā & ita pater, uir, aut dominus, in filiorum, uxoris, aut seruorum uota, ptatem accepit. Enimuerō non quæcunq; uota, isti, eorum, qui, illis subiciuntur, irritare dicuntur, sed quæ ad eorum cognitionem peruenerunt, & domesticæ ac familiari functioni aduersantur. Itaq; quo pacto pater se habet ad domestica uota, eodem Pontifex ad Ecclesiasticā, & quemadmodum filius, aut filia (loquor de his

qui ætatis puberis annos attigerunt, de quibus quoque lex Mosaica, ut diximus loquebatur) ante patris irritationem uoto tenebatur: cū at ad patris cognitionem peruenisset, eodem patre irritante, uorum relaxabatur, tacente autem cōfirmabatur, ita uota oīa castitatis & religionis, immo & omnia, his exceptis, quæ ipse uniuersalis pater indulgendi & dispensandi inferioribus p̄fectis, id est Episcopis ac Prælati ptatem tradidit, sicut ante eius cognitionem uouentes astringūt, ita postea eo non reclamante, manēt solida: quod si uerò ex causa aliqua, Ecclesiasticæ administrationi, i. paci, charitati, &c. quæ illi Christus uerus huius domus pater familias, seruanda & promouenda necessariō p̄cepit, aduersentur, illeque reclamet, eadem quæadmodū, pater filiorū uota, rescidere poterit.

PROPOSITIO SECUNDA RATIO
Euangelica quæ à ratione paternitatis spiritualis ducitur. Cap. 44.

SECVNDAM huius paternitatis rationem nunc exigamus. Diximus, Pontificem non patrem duntaxat esse, sed spiritualem patrem, i. (ut uocant) Prælatum. Ex qua parte in hunc modum colligimus. Prælatus religiosus potest eorum, q̄ suo imperio subiiciuntur, uota non modo iure Ecclesiastico, sed, ut quidam uolunt, Diuino irritare: ergo & Pontifex, qui solus ueram Prælationis rationem in Ecclesia obtinet, (omnis. n. p̄latiō ab eo in reliquos, hierarchica ratione deriuatur) omnium Christianorum uota, q̄ suæ administrationi repugnare iudicauerit, ex cā legitima hoc illi Deo tribuente, poterit relaxare. De assumptione nulla est apud Theologos dubitatio: Constantissimum. n. habent, uota illa rerum indifferentium, q̄ non ipsa religionis professione facta sunt necessaria, absque superioris approbatione, quantumcunq; sint, pia, nullum uinculū iniicere. Vnde Basilius apud Gratianum. Monacho non licet uota uouere sine consensu Abbatis sui: si autem uouerit, frangendum erit. Concilium etiā Agathense, cū regulas uiuendi nonnullas monachis p̄scriberet, Verum hoc, inquit, intelligendum est, de monachis religiosè uiuentibus, quibus uota specialis abstinentiæ, uel alicuius distractionis, quæ generalem suorum fratrum consuetudinem excedat, sine sui Abbatis consensu uouere non licet. De consequentia, nullus, qui Ecclesiasticæ Reipublicæ rationem intellexerit, dubitare poterit. Nam quemadmodum se habet Prælatus ad suam religionem, uel domum, cui p̄sident, ita Episcopus ad suā diocesim, & Pontifex ad totam uniuersalem Ecclesiā: quid enim aliud sunt religiones, aut monasteria, quàm uniuersalis p̄lationis partes? Ergo quemadmodum p̄latus, suorum monachorum uota rerum, quæ Diuinitus non sunt p̄cepta, aut religionis professione facta iam necessaria, potest relaxare, ita Pontifex uniuersorum Christianorum uota, quæcumque eadem ratione soluere poterit.

20. q. 4. c. 6. Monacho.
end. catif. 2. c. Monachum.

Verum quia fortasse plus nos colligere, quàm

præmissæ propositiones permittunt, quis dicet, quod tantum doceant, prælatum, monachorum uota, non solennia, sed earum rerum que post professione adhuc sunt indifferetes, posse soluere, collectio auctoritate infert summum pontificem uota quoque solennia posse relaxare. Videamus quo iure, quauē ratione uota subditorum per prælatos irritentur. Putant Theologi quidam duabus potissimum rationibus uota subditorum per Prælatos irritari. Prima quod, quod religionis onus sit grauissimum, neque oporteat illud nouis sarcinis uotorum augere. Secunda, quod uotum religionis tate sit celsitudinis, ut quemadmodum omnia præcedentia extinguit cuiuscunq; generis uota, ita sequentia omnia absorbeat, & irrita reddat. Quorum ego sententiam consentire non possum. Nam prima ratio, illud aperte suadere uidetur, neque etiam ex Prælati uoluntate, uoto religionis, uotum aliquod quantumcunque reileuis adici posse. Secunda, eodem pacto quoque probaret, quantumcunque laxæ religionis uotarium, nullo pacto posse ad altiore conficere. Estigitur, ut mihi uidetur uerissima ratio, domesticæ ac religiose administrationis necessitas, & in summa obedientia illa monastica, quam monachus in se ius Prælati tribuit, ad uniuersa, que uitæ ac rationi uidei religiose conducunt, aut sunt necessaria. Enim uero, posteaquam Prælati, non modo ad seruandam castitatem, paupertatem, & obedientiam, sed & ad illam, quam est professus religionem intra domum, cui idem Prælati præsidet, in cõi uita uiuendum sese tradidit, nõ alia rone de monacho est cõfendendum, quam de filio, filiaue, uxore, seruis &c. quorum uota, que domesticæ administrationi aduersantur, Deus irritari non prohibet.

Atque hinc iam, quo iure, monachorum uota Prælati irritare dicat, uidere est procliuē. Neque enim omnino ex diuino iure, ut quidam docent: neque ite omnino ex Ecclesiastico, sed ex misto quodam ex naturali & Ecclesiastico. Profectò, quod iure naturali, in huius generis uota Prælati potestatem exercere possunt, ipsa domesticæ administrationis ratio, conuincit. Nam sub Prælati obedientia constituti, si quæpiam eidem administrationi ac uiuendi rationi religiose, cui sese addixerunt, aduersum sponderint, haud aliud faciunt, quam obedientie illi, qua in se præfecto eidem, ius & potestatem tradiderunt aduersari. Eius igitur obedientie uirtute, quecunque uota religiose uitæ administrationi aduersentur, irritari possunt, quoniam homo per se, nihil sibi libertatis reliquit. Verum hoc ius naturale, quemadmodum & illud, quod in filios ac reliquos domesticos obtinetur, per diuinum oraculum promulgari debuit, per parum canones, & statuta publicari oportebat, ita ut illud, quod est parentum in filios, uiri in uxorem, dominorum in seruos, totamque familiam, partim naturale, partim Diuinum uocetur, hoc uero partim naturale partim ecclesiasticum, quod scilicet quemadmodum illud natura applaudente, diuinitus fuit hominibus tributum, ita hoc eadem natura

hortante, monachis ab Ecclesiasticis patribus fuerit illatum, & prestitutum. Nam quod hæc potestas, non tantum naturali, sed Ecclesiastico quoque iure coaluerit, Tu eius rationis, qua hi, qui hanc opinionem approbant, permoueri uidentur examen, cum Basiliæ & concilii Agathensis, superius adducta decreta manifestè testantur. Enim uero, non quia aliquid cum ratione ipsa naturali coherere uideatur, statim est de naturæ iure, nisi uniuersas leges ac constitutiones, quibus ratio naturalis applaudit, leges aut constitutiones naturæ per se doceamus, quod est longe absurdissimum. Oportunum est igitur, ac maxime cum naturali, rectaque ratione coherere uidetur, eos qui se alicuius seruos per liberum uoluntatis arbitrium reddiderunt, nihil amplius habere uoluntatis, sed quoniam adhuc uoluntas quamcumque uinculo religionis obligata, aliqua, que cum ipsa obedientia religionis non pugnet, præstare potest, ut ieiunia, orationes quasdam, & similia supererogationis opera, quæ tantum abest, ut cum uotis editis pugnent, ut ea potius promoueri uideantur, necessarium fuit ob aliquos fines laudabiles, harum quoque rerum uota per Prælati potestatem coerceri. Hi autem fines sunt, singularitatis, & scandali, quod inter illos, qui uitam cõem uere solent, ex huiusmodi operibus frequentissimè oritur. Atque id est quod Concilium Agathense, inquit, de Monachis religiose uiuentibus. *Quibus uota specialis abstinentiæ, uel alicuius distinctionis, quæ generalē consuetudinē suorum fratrum excedat, sine Abbatis consensu uouere non licet, ne super eos fratres scandalizentur.* Deinde ne dissolueretur monastica disciplina per uagas peregrinationes, unde subditur statim. *cã et illorum statutum est hoc, qui regularem disciplinam subterfugientes, peregrinationis suæ sibi uota assumunt, quod nec Monacho nec alicui clerico licet, ne hac occasione ad secularem conuersationem redeat.*

Quod uero quidam hunc canonem, non aliam quam Basiliæ auctoritatem possidere, respondent, nec in hac Prælatorum auctoritate in uota subditorum, aliquid iuris humani admittere uideantur. Primò quidem falsum est: nõ est enim Basiliæ sed concilii Agathensis. Nã quod illic à Gratiano tribuitur Basilio, nihil amplius de hac re decernit, quàm quod monacho uouere absque Abbatis licentia non liceat, porro an id fuerit ab eo an à patribus constitutum, non dicit. Monacho, inquit, non licet uota uouere absque consensu Abbatis, quod si uouerit, frangendum erit. Secundo quantumcunque Basiliæ foret, non ex eius auctoritate, sed ex publica approbatione publicoque usu, de illo est cõfendum. Profectò (quod iam me superius admonuisse meminimus) non ex auctoris cuius in decreto Gratiani, loci illi tribuuntur auctoritate, de eisdem locis est iudicandum, quod tamen aliqui perniciosissimè crediderunt, sed ex ecclesiastica tantorum annorum usurpatione & approbatione qua illis tanquam Ecclesiasticis canonibus utitur Ecclesia. Vnde & si

mul-

TERTIA RATIO QUAE A RATIONE ECCLESIASTICI IMPERII DERIUATUR, explicatur. Cap. 45.

Sed ad tertiam iam huius ordinis rationem ueniamus. Tertia, in hoc genere rationum, cum à regali, tum ab imperiali, quam in uniuersum christianum populum, auctore Christo, pontifex Romanus accepit, potestate, desumitur. Regiam potestatem appello, quæ in pace Rempublicam administrat, imperialem, quæ militiæ, exercitum & acies, disciplina militari moderatur. Imperatores enim, eos Romani uocabant, si propria nominis usurpationem consideres, qui toti militie, integra potestate præerant, quemadmodum Regis proprium est, pacis tempore eidem Reipublice leges quibus uitia eliminantur, virtutes promoueantur, tradere, & demum, eius siue utilitatibus, siue necessitatibus providere. Sic itaque ex hac consideratione rationem, nec temus.

Si quis uel in Republica pacis tempore, uel in exercitui tempore militiæ, de se, ac suo uita genere, si totius eiusdem Reipublice perniciem, aut saltem detrimentum, statuisset, Rex aut Imperator, possent, eundem tãquam summum moderatores, ad seruiendum, eius populi, cuius sunt partes, commoditatibus, uel inuitum reuocare. Ergo cum Romanus Pontifex & Rex, & Imperator sit populi Christiani, eum qui se per solemne uotum religionis, eiusdem populi utilitatibus, aut necessitatibus in uilem reddiderit, ad eiusdem Reipublice commoda reuocare poterit. Absumptionem declarare satis erit. Constituamus uirum ante oculos, uel togæ tempore ad Reipublice pacem, & commoda promouenda utilissimum, uel militiæ gerendæ strenuissimum, & qui alias sepe hostes fuderit. Hic uel eius uitæ tediò, uel amore philosophiæ, ocio, sanctissimo iuramento se obstrinxerit. Quis credat hunc uel inuitum, ab ocio ad uitã negociosam siue urbanam siue militarem, per Regis aut Imperatoris potestatem non posse reuocari? Aut quis credat eundem, dimisso philosophico ocio, aut rei familiaris cura, in summa Reipublice necessitate aut utilitate, cum scilicet qui eidem Reipublice cõmodè præsideat, aut qui hostibus iam iam ingruentibus, occurrat, non inuenitur, Regi aut Imperatori uocanti, uiolato etiam iuramenti fœdere, nõ debere obtemperare? De collectione, quoque hi, qui hanc duplicem potestatem in Pontificem aduertent, dubitare nõ possunt. Enim uero Regiam potestatem, qua per bonas leges in uiam pacis gressus nostros dirigeret, omnes, illi ex Christi traditione tribuimus. Hoc est enim, quod illi dixit, *Pasce oues meas.* Sed & Imperatoriã accepisse, qui Christianæ uitæ rationem, quæ non est aliud, ut Basilius inquit, quæ cum uitis perpetuus conflictus, rectè expenderit eidem facile donabunt, neque aliud hic esse uideo, quod isti possint confugere, quàm quod iuramentum, non tã indissolubile uinculo constringat, quàm uotum, cuius tñ contrarium superius abunde demon-

mon-

multi in Gratiano sint auctores, una tamen est eorum auctoritas, siue sit Augustini, siue Synodi Provincialis, siue generalis &c. Enim uero ante Gregorium IX. qui quinque libros decretalium in unum corpus coegit, ius canonicum erat in Ecclesia, neque aliud quod Gratianus ex diuersis canonum compilatoribus paulo ante cõgesserat. Habebat ergo iam Ecclesiasticam auctoritatem, quidquid in decreto Gratiani collocatur. Atque id in canonibus Græcorum cognoscere licet, cum enim neque Basilius neque Nifenus neque multi alii patres, Patriarche Constantinopolitani extiterint, corum dicta & Prouincialium quorundam Conciliorum, qui ante separationem ab Ecclesia Latina ad eorum cognitionem puenerunt, religiosissimè uenerantur. Verum de hac re præcedenti libro, non nihil diximus.

Illud tamè hic est, antequam ulterius progrediamur, deiciendum, quod quidam nolunt, hanc irritandi præterea ad Episcopos & Pontifices pro pagari, quæ nõ sunt absoluti domini libertatis subditorum, sed tantum iudices. Sed hæc ratio nihil aliud molitur, quàm quod religiosorum Prælati maiorem quandam auctoritatem in suos subditos, qui illis se totos tradiderunt, quàm Episcopi aut Pontifex habeat, in uniuersos Christianos, qui se sua libertate non abdicarunt. i. laicos. Non tamèn suadent, in ordine ad Euangelium, ut illi de rebus alijs que merè secularibus docent, Pontificem & Episcopos cuiuscunq; actionis secularis nõ habere potestatem. Quamquã inter Pontificem & Episcopos multum interfit, nõ Pontifici, uota illa quæ personæ statum & conditionem concernunt, per Ecclesiam cui præsidet, utilitate relaxada seruantur, non ite Episcopis, qui uniuersalis Ecclesie utilitatem promouere nõ tenentur. Deinde si hi Episcopi potestatem irritandi non tribuunt, tribuent tamen illis potestatem dispensandi, quam & Romano Pontifici negare non debent.

Sed ais. Si iure partim humano partim naturali, Prælati inferioribus hæc potestas tribuitur: Pontifex igitur humano iure dispensandi aut irritandi uota quecunq; quæ Euangelio promouendo impedimentum afferre uiderit, habeat potestatem. Respondeo. Pontifici non erat in Ecclesia, qui hanc potestatem tribueret, naturæ quæ dictamen ad actuale præceptum deduceret. Vnde quod natura ipsa persuadere uidebatur, quo in actum deduceretur, à Deo erat illi quoque tribuendum. In reliquis Præfectis Ecclesiasticis non erat necesse, idem dictamè Diuino imperio ad actum reduci, sed satis erat, si postea per Pontifices & Ecclesiasticos patres reduceretur. Vnde ius quod hæt pontifex in uotis Christianorum, quæ uniuersali Ecclesiasticæ administrationi, aut Euangelii promotioni aduersantur, irritandi aut relaxandis, partim est naturale, partim Diuinum, uirtute illorum uerborum, quibus uniuersalis administratio committitur. *Pasce oues meas,* eidem Pontifici tributum, reliquorum Prælatorum religiosorum in subditos partim naturalis & partim Ecclesiastica est potestas, nõ ite diuina.

Dom. fol. 11.
7. de iur. &
11. q. 3. ar. 1.Dom. fol.
7. de iur.
11. q. 3.20. q. 1.
21. ar. 1.

1. 20.

Luc. 2.

Ioan. 21.

monstrauimus. procedunt aut hæ tres rationes, (id quod Ricardus admonuit) non à simili aut à pari, sed à maiori, quæ prælationis, paternitatis, Regiæ & Imperatoriæ potestatis auctoritas, plus in Pontifice, quam in reliquis omnibus uel prælatis, uel parentibus, uel Regibus, aut Imperatoribus refidet, quod de prælatione saltem negari non potest. Vnde si prælatus, uota quæ suæ administrationi obstant, irritare & dispensare potest, multo magis Romanus Pontifex à quo in Ecclesia omnis prælatio & spiritalis in subditos auctoritas deriuatur, ea quæ suæ administrationi uniuersali sunt impedi- mento, irritare & dispensare quoque poterit, siue sint simplicia, siue solennia, siue perpetua, siue temporalia.

QVAE IN PRECEDENTES RATIO- nes à quibusdam afferantur, & eorum dilutio. Cap. 46.

Iodo. clif.
lib. 2. de cõ.
fac. c. 4.

OBITCIUNT, in hoc genus rationum quidã eas non aliud moliri, quam quod nemo uo- tum religionis, nisi prius Pontifice consul- to, possit emittere, quod ridiculum existimant.

Respondent alii, id duntaxat his ac similibus ra- tionibus confici, quædam esse uota, quæ promitti efficaciter nequeant, sine ipsius Pontificis volun- tate, cum scilicet de iure ipsius agitur, sicut nec pu- pillus sine tutore, nec uxor sine uiro in ipsius præ- iudicium uotum efficax emittere potest. Eisdem etiam obtrahitur, quædam esse uota, quæ ita ab au- thoritate Pontificis pendent, ut occurrente neces- sitate, commutari possint, & debeant, ut uota quæ- dam castitatis simplicia, peregrinationis &c. haud tamen id de illis est accipiendum, quæ sibi Domi- nus reseruauit, & per traditionem, sua effecta sunt, ad suumque peculium pertinent. Nam si excipienda est in uotis emittendis Pontificis auctoritas, cur non potius attendenda est, Diuina uoluntas in- eruenda possessione rei acquisitæ? Itaque attende- dum est, aiunt, minime lædi auctoritatem Pontificis nisi forte cum in re ad Ecclesiam Romanam perti- nente, iure suo fraudatur, in aliis manere suam cuique in rem propriam libertatem, ut aut illam re- tinere, aut alienare possit, etiam inuito Romano Pontifice. Hactenus isti.

Quæ omnia superiorum rationum vigore haud quicquam extenuant. Nam quod priores aiunt eas in hoc contendere, priusquam quis uotum solenne religionis edat, consulendum esse Romano Pont. om- nino falsum est. Non enim nos, Romanos Pontifices in uotorum editionem semper habere potestatem docemus, cum iam per suam doctrinam Christus ea omnibus Christianis consulerit, sed cum Chri- stianæ charitati, aut Christianæ Reipublicæ admini- strationi, rectè rebus expensis, aduersa iudicentur.

Quod deinde alii dicunt, Romani Pontificis au- thoritatem, tunc tantum in uotis edendis fore exci- piendam, cum de re ad Romanam Ecclesiam per- tinente, agitur, prorsus est indignum: Neque hi am-

plius aliquid eidem Pontifici tribuere uidentur, quam reliquis omnibus Episcopis, immo quam re- liquis omnibus hominibus, in quorum præiudiciũ, nemo potest aliquid uouere. Romanus profectò Pontifex, non tantum in Romanam, sed in uniuersam Christi Ecclesiam, haud minorè quam uir in uxorem, & tutor in pupillum, potestatem accepit, atque adeo non tantum ea uota, quæ Romanæ, sed quæ uniuersalis Ecclesiæ gubernationem pertur- bant, nulla reddere & ex causa legitima dispensa- re potest. Habet Romanus Pontifex iure pastora- li, potestatem, non solum ea, quæ Romanæ ecclesiæ sed uniuersalis, utilitatibus detrimentum afferit, remouendi, damnaque propellendi, atque ad id præ- standum, uniuersos homines eorumque fortunas conditiones, status &c. suo imperio subiectos ha- bet. Verum quoniam hi uoti solennis traditioni, in reliqua responsionis parte mihi niti uidentur: Nunc usque ad quartum huius disputationis locum, quo de eadem traditione rursus agemus, sunt dimitte- di, illic certè memoriæ refricabimus, id quod lib. 4. demonstrauimus, cum uotum solenne & simplex (quod tamen isti dispensari non tantum posse, sed debere ingenuè fatètur) penes traditionem & pro- missionem non differre, tum eam differentiam (si esset) uoti solennis dispensabilitati non obstare. Vnde nihil habet momenti, quod aiunt potius ad- uertendam esse Diuinam uoluntatem, in eruenda possessione rei acquisitæ &c. Quanquam, uerum esset, per uotum solenne uotarium in Diuinæ pos- sessionis peculium concedere, non tamen inde se- quitur, eam traditionem Pontificis potestate, qua ad augenda populi Christiani comoda, uitandaque mala, Diuina uoluntate, defungitur, non posse rescindi. Et hucusque quidem de hoc secundo gene- re rationum.

DEMONSTRATUR VOTI SOLEN- nis dispensabilitas, ex ipsa rei, quæ uouetur compensatione. Cap. 47.

TERTIUM sumi potest, ab ipso rei, quæ uo- to solenni promittitur, ualore. Vbi hæc ra- tio potissimum locum obtinet. Voti solen- nis materia, castitas, scilicet, paupertas, & obedientia, ali- quo maiori bono compensari possunt: possunt igitur commutari, atque adeo dispensari. Antecedens solus Altisiodorensis & ueteres quidam iuris cano- nici interpretes, ut in huius controuersie princi- pio annotauimus, negabunt. Nam multa, non mo- do paria his rebus, sed maiora in Christianis actio- nibus dari posse, & S. Thomas, & Theologi reli- qui, qui aduersam sententiam tuentur, facile con- cedunt. De prima deinde collectione, nulla potest esse ambiguitas, nam ad uoti commutationem, equalis boni, simpliciter aut portione quadam, compensatio requiritur: Sed neque de secunda: Nam uotum quod est commutabile, erit etiam di- spensabile. Vnde qui uota religionis dispensari posse negant, neque commutari concedent.

Sunt

Sunt in hoc tertio genere rationes alia multæ, quæ quoniam auctoribus scholasticis & iuris cano- nici interpretibus passim scribuntur, hic omitte- re, consultum erit, quare ad quartum disputatio- nis locum iam gradum faciamus, ubi ab earum ra- tionum, quæ pro aduersa sententia sunt hucusque excogitate infirmitate, nostra sententia asserenda est.

QUARTVS DISPUTATIONIS LO- cus ubi uoti solennis castitatis dispensabili- tas ab aduersæ sententiæ infirmitate demonstratur. Cap. 48.

ERGÒ Altisiodorensis, primi omnium Theolo- gorum, qui uotorum indispensabilitatem inficiantur, & ueterum iuris canonici glos- satorum ratio, quantum ualeat, hic quoque satis cog- nouerint, qui nunc eiusdem sententiæ acerrimos propugnatores agunt. Vnde S. Tho. cuius eadem sententia esse putatur; eam rationem tanquam ener- uem & inualidam omnino cominuit. Dicunt, aut quidam, quod uotum solenne est indispensabile, ratione ipsius continentie, quæ non recipit compen- sationem condignam, ut patet ex 26. ca. Ecclesiast. non est quæ ponderatio continentis animæ, cuius rationem, quidam assignant, quia per continentiam homo triumphat de domestico inimico; uel quia per continentiam, homo perfectè conformatur Christo, secundum puritatem animæ & corporis. Sed hoc non uidetur efficaciter dici, quia bona ani- mæ uidelicet contemplanatio, & oratio, sunt multo me- liora bonis corporis, & magis nos Deo conformant. Et tamen potest dispensari in uoto orationis & contem- plationis. Vnde non uidetur esse ratio, quod non pos- sit dispensari in uoto solenni, si respiciatur absolu- tæ ad ipsam continentie dignitatem, præsertim cum Apostolus, 1. ad Cor. 7. ad continentiam inducat propter contemplanationem, dicens quod mulier in- nupta cogitat, quæ Dei sunt, finis autem potior est, his, quæ sunt ad finem. Responditque ad auctori- Ecclesiastic. intelligendam esse quantum ad hoc quod nec fecunditas carnis, nec aliquod corporale bonum, est comparandum bono continentie, quæ in- ter animæ bona computatur, ut Augustinus dicit lib. de sancta uirginitate unde signanter dicitur, *Anima continentis*. Non carnis continentis. Hactenus S. Thom. Eadem quæ ferè respōdet Henricus Gandensis, Meliora scilicet esse contemplanonem, & orationem, in quorum uotis tamen sit dispēsa- tio. Nam quod sint meliora, non modo S. Tho- mæ ratio suadet, quod scilicet ad illa, tanquam ad finem castitas ordinetur, sed etiam quia absque contemplanonem & orationem, continentia nihil ua- leat; cum contra contemplanatio & oratio, absque cō- tinētia, suum ualorem fortiantur. Rūdet secundò multò esse melius & excellentius, bonum conuer- sionem unius Regni, aut multorum bellorum uita- tionem, quæ unius hominis continentiam. Sed id quod tertio loco respondet uidetur multò præcedenti- bus neruosis omnem argumenti uim euacuare.

Quod illic continentia non pro sola castitate cœli- bi sumatur, sed pro uniuersali uirtute, de qua uirtute quoniam libro præcedenti in explicatione illius loci: Sciebam quod nemo possit esse continens, nisi tu &c. multa diximus, hic loqui amplius cum le- ctoris fastidio non libet. Satis est monuisse hac ratione confici, neque uota quoque castitatis simpli- cia esse dispensabilia, quod facile Altisiodorensis concederet, cum omne uotum continentie indis- pensabile pronuntiet, ut superius dū eius ac reli- quorum ueterum sententiam explicarem, an- notauimus.

Tantumdem ualet Alberti ratio, & ab eodem Diuo Thoma. eodem loco tanquam inutilis colli- ditur. Sunt alii, inquit, qui huius rationem assi- gnant ex perpetuitate & uniuersitate huius uoti. Dicunt enim quod uotum continentie non potest prætermitteri, nisi per id quod est omnino contra- rium, quod nunquam licet in aliquo uoto, sed hoc est manifestè falsum, quia sicut uti carnali copula est continentie contrarium, ita comedere car- nes uel bibere uinum est contrarium abstinentie à talibus; & tamen in huiusmodi uotis potest di- spensari. Hæc S. Thomas. Sequitur etiam ex hac Al- berti ratione, uota simplicia castitatis esse indispen- sabilia, quod nunc uelle docere aduersus usum se- dis Apostolicæ, communemque doctorum homi- num sententiam, temerarium et erroneum foret.

DIVI THOMAE RATIO QVA VO- ti solennis castitatis indispensabilitatem as- serere putatur euertitur. Cap. 49.

ACCEDAMVS iam ad rationem S. Thomæ quæ non erat aliud, quam hominis uouentis sanctificatio quædam iuxta illud Leuitici, illud quod semel sanctificatum est Domino non potest in alios usus commutari &c. Quæ ratio, quam parum hanc sententiam promoueat, abun- de cognoscet, qui eam ab huius temporis doctis ui- ris, qui eandem sententiam tuentur, in hac parte tanquam inutilem omnino prætermitteri uideat. Om- nes enim, ea deserta, ad traditionem quam uotum solenne à simplici differre, sibi persuaserunt tan- quam ad sacram anchoram confugiunt.

Sed quoniam eidem non modo Syluester sed ue- teres omnes Diui Thomæ discipuli in hac parte, tã- quam unico fundamento nituntur, eam exactius aliquantò examinare, & expendere oportet.

Itaque primum illi respondemus cum Henrico Gan. locum Leuit. non aliorum fore accipiendũ, quàm quod id quod est Domino sanctificatum, non possit in contrarios usus commutari, bene tamen in alium usum magis proficuum & utilem. Dein- de respondemus id accipiendum esse de humana auctoritate, id est ut nemo id quod est Domino consecratum, humana quauis auctoritate aut potestate in alios usus possit transferre, non tamen habenti Diuinam auctoritatem, qualis est Roma- nus Pontifex, id denegatur.

Tertiò

Robe. Arbo- rican. lib. de- uen. calib. Tom. 4.

2. 2. q. 88. art. 1.

2. 2. q. 88. art. 1.

S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1.

Tertio, dicimus eundem locum accipiendum, cum non aduersatur Christiana charitas, aut populi Christiani necessitas, ex qua non modo spontanea uota, sed reliqua quoque Diuina precepta metienda & interpretanda sunt, tanquam ex fine, iuxta illud *finis precepti est charitas &c.* Nam quod Domino iam sanctificata, & religioni obnoxia, in humanae necessitatis aut charitatis usus conuerti possint, clare demonstrat, oculi Sabbatini uiolatio, de qua Christus in Euangelio multa. Immo id etiam in illa Mosaica lege, quae summo in huiusmodi rebus rigore cum hominibus agere solebat, factitatum fuisse, Ex facto Dauidis, panes propositionis affumentis, hi intelligere potuerunt. Certè hi panes non temporaria, sed perpetua sanctificatione Domino consecrati fuerant, & tamen famis necessitate urgente, & a Dauide assumuntur, & a sacerdote illius legis non ignoro, eidem ad supplendam famis necessitatem tribuuntur. Quod factum, ut antea monuimus, tantum obest, ut Christus reprehenderit, ut potius id in exemplum proposuerit.

1 Reg. 21.

Matth. 12.

lib. 2. de of. sic. c. 28.

Res etiam sacras, & Deo semel dicatas pro alimonia pauperum & redemptione captiuorum, distrahilicere, ex Ambrosio Gratianus demonstrat. Aurum, inquit, Ambrosius Ecclesia habet, non ut seruet, sed ut erogat, & subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire, quod nihil adiuuat. An ignoramus quantum auri atque argenti de templo Domini Asirii sustulerunt. Nonne melius conflatur sacerdos pro alimonia pauperum si aliqua subsidia defunt, quam si sacrilegus contaminet & asportet hostis? Nonne dicitur est Dominus, cur passus es tot inopes fame mori? Certè habebas aurum, unde ministrasses alimonia. Cur tot captiui in captiuitatem ducti, nec redempti ab hoste occisi sunt? Melius fuerat ut uasa uiuentium seruari quam metallorum. His non potest responsum referre. Quid enim dices? Timui ne templo Dei ornatus deesset? Respondet. Aurum sacramenta non quaerunt, neque auro placet, quae auro non emuntur. Ornatus sacrorum, redemptio captiuorum est. Et uerè illa sunt uasa pretiosa, quae redimunt animas a morte. Ille uerus thesaurus est Domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est. Et postmodum. Nemo potest dicere, cur pauper uiuit? Nemo potest queri, quia captiui redempti sunt. Nemo potest aculare, quia templum Dei est edificatum. Nemo potest indignari, quia humilis fidelium reliquiis spacia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulchris Christianorum, requies defunctorum est. In his tribus generibus, uasa Ecclesia etiam iniuncta confrigere, conflare, uendere licet. Haec enim Ambrosio. Quibus aperte innuit, res Deo iam sacras, urgente charitate, non modo licite, sed necessitate, ad humanos usus conuerti posse. Neque hic quorundam dilutio quicquam prodest, quod Ambrosius, non calices consecratos, sed prius cominendos, aut in numeros costandos deinde redemptioni captiuorum aut pauperum elemosynis impendē-

dos doceat. Primum enim hoc nihil est, quoniam non calicis consecratio, sed aurum aut argentum calicis siue consecratum siue non consecratum Deo dicatum erat, & illud in humanos usus conuertitur.

Deinde nos quoque dicemus idem de monacho, nam quemadmodum, calix manens consecratus, non potest ad humanos usus conuerti, ita neque monachus, & quemadmodum calix non manens calix, id est ablata forma consecrationis, humanis necessitatibus deseruit. Ita monachus non manens monachus, potest auctoritate Pontificis, ad matrimonialia, usus conuerti.

Tertio, ea fuga nihil ualet, si Ambrosii sequentem, literam aduertamus. Opus est, inquit ut de Ecclesia mystici poculi, non exeat forma, ne ad usus nefarios, sacri calicis mysterium transferatur. Ideo infra Ecclesiam primum, quae sunt uasa, quae initiata non essent, deinde comminuta, postremo conflata, per minutas erogationes dispensata egentibus, captiuorum quoque pretiis profecerunt. Quod si defunt noua, & quae, nequaquam initiata uideantur, in huiusmodi usus, quos supra diximus, arbitror omnia pie posse conuerti. Vides hic Ambrosium non modo uasa sacra non initiata, aut comminuta, sed initiata & sacra, ad humanos usus conuerti posse plenissime docere. Possunt igitur res iam Deo semel consecratae humanis necessitatibus deseruire, si id charitas postulet.

Sed neque eorum fuga quicquam prodest, qui ideo docet uasa sacra, ad humanos usus conuerti posse, non item monachum, quod illud oraculo Christi fieri, posse constat, qui dicit, Euntes dicite, quid est misericordiam uolo & non sacrificium, & qui rursus iubet, ut prius fratri reconciliemur quam munus ad altare offeramus. Hoc autem non constat fieri posse, cum de eo Christus nihil statuerit. Haec inquam fuga nihil prodest. Primum quidem quoniam quauis in particulari de Christi uoluntate non constat, quod non est necessarium, constat tamen in uniuersali illa doctrina, qua opera charitatis & populi Christiani necessitate quibuscunque sacrificiis anteferenda docet, est autem monachismus non aliud quam sacrificium quoddam. Immo uerò de sacris uasis nihil Christus instituit in particulari. Deinde, locus ille Leuitici, non de monachis aut de his, qui Deo uirginitatem dicauerunt, sed de rebus, quarum erat usus in sacrificiis, & reliquis, quae Deo offerebantur loquitur. Ergo si in his ipsis instantia habet, in monachis, qui non nisi quodam modo ad illarum genus pertinent, exceptionem quoque charitatis aut necessitatis Christiani populi patietur.

Quarto respondemus, locum illum praeposterè ad comprobanda uoti solennis indispensabilitatem afferri, cum illic non de quocunque uoto, sed de anathemate agatur. Haerem enim id est anathema non quodcunque uotum designat, sed illud, quo ex pacto interfectionis hostium, aut ex conditione euerfionis alicuius urbis, hominis aut spolia deuuebantur Deo, ut quod Iephte cum Am-

nitis

Iud. 11.

Num. 21.

Iosue 6.

Iosue 7.

Robert. a de m.

ca. lib. 1.

In 4. art. symb. Ap. post. interpret. Iosue 17. 1. Cor. 11.

nitis pugnaturus imprudenter fecit. Si tradideris filios Amon in manus meas, quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meae mihi; occurrerit reuerenti cum pace a filiis Amon eum holocaustum offerat Domino. Ut quod Israel contra Canaeros uouit, si tradideris populum istum in manus meas, delebo urbes eius &c. Tale est etiam uotum quod Iosue, urbem Ierico expugnaturus, edidit. Sit, inquit, ciuitas haec anathema, & omnia quae in ea sunt Domino. Sola Rahab meretrix uiuat cum uniuerfis, qui cum ea in domo sunt. Vos autem caute ne de his, quae precepta sunt uobis, quidquam commingatis, & sitis praeruaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint, atque turbentur. Quidquid autem auri & argenti & ualorum aeneorum, ac ferri, est Domino consecratur, repositum in thesauris eius. Quod autem homini res deuotae in alios usus quam in Diuina sacrificia non possent conuerti, seuerissimeque; qui ea quacunque ratione usurparent, punirentur: sumptum de Achan, qui de Anathemate sumpsit supplicium satis indicat. Achan, inquit, filius Zabdi, filij Zaræ de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate, iratusque; est dominus contra filios Israel. Et subinde Dominus ad Iosue. Surge, quare iaces pronus in terra? peccauit Israel & praeruaricatus est pactum meum, tuleruntque de anathemate & furati sunt atque mentiti &c.

Sed neque de uerbali illa, qualem monachi aut sacerdotes, uel per uerba sola, uel per uerba & mysticas quasdamunctiones recipiunt, sanctificatione Moses illo loco sermonem facit, quod S. Thomas putabat, sed de morte ipsa aut earundem rerum in Diuina sacrificia totali consumptione, hoc enim uerbum, sanctificare, ex scripturae usu denotare alibi scribimus. Ita Christus morti proximus, pro eis, inquit, ego sanctifico me ipsum. Id est in sacrificium offero. Et rursus Paulus de Christo. Qui factus est nobis a Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Et demum de his omnibus, quae in Diuina sacrificia destinata erant, Dominus praecipit, Quae autem sanctificaueris & uoueris Domino, tolles & uenies ad locum quem eligerit Dominus, offeres oblationes tuas, Carnem & sanguinem super altare Domini Dei tui.

Sanguinem bestiarum fundes in altari, carnibus autem ipse vesceris. Non itaque; eo loco Dominus de uoluntate sacrorum delibutione aliqua, aut uerbali benedictione ut S. Thom. putat, sed de destinatione ad sacrificium siue oblationem, loquitur, cum sanctificatum non posse in alios usus commutari praescribit. Nam tametsi 777 Kadas, plerumque; ad aliud genus sanctificationis referatur, quod non negauerim 777 Herem tamen quod eo loco ponitur, perpetuo eam sanctificationem denotat, qua aliquid ad mortem aut sacrificium per uoluntatem offerentis destinabatur. Insinuat ergo locus ille Leuitici, ea quae sunt Domino facta anathemata, in euerfionem alicuius gentis aut urbis Domino deuota, aut ea, quae quacunque ratione in Diuina sacrificia sunt destinata, neque; posse aliquo pretio, ut reliquum

genus oblationum, redimi, neque; in alios usus commutari. Atque; id ipsa haebraica ueritatis noua uersio, (qua quidam tamen in huius opinionis, qua confundimus, tutelam proferunt, perspicue indicat. Nullum anathema, quod homo a se abdicauerit, & Domino deuouerit, ex omnibus quae habet, ab homine usque; ad pecus, & usque; ad agrum possessionis suae, uendi potest, neque; redimi, sed omne tale abdicatum sanctum sanctorum est Domino. Nullum anathema, quod abdicatum fuerit ab homine redimatur, sed morte moriatur. Ergo quod nostra uersio Domino consecratum aut, ut S. Thomas legit, sanctificatum habet, haebraica ueritas, iuxta horum interpretationem, anathema uocat, quod nulla ratione redimendum, sed occidendum dicitur. Hinc proditur, eorundem laborum, quo duplex uotum, unum aestimationis, alterum destructionis, quorum hoc quod de perpetuum, & nullo pretio redimibile, illud contra, pretio estimabile, excogitant, prorsus esse inutile, cum uotum destructionis, quod illi uocant, non sit aliud, quam anathema, id est uotum ingentis urbis &c. sub uersione permixtum, aut quod erat ab aliquo in Diuina sacrificia destinatum, quorum utrumque; quoniam erat in holocaustum offerendum, redimi non poterat. Nam quod ad uota destructionis, pertinere uelint, uotum quo Ana Samuelem filium Domino perpetuo feruiturum deuouit, omnino friuolum est, hoc enim. Anque; uotum, non ex sua natura perpetuum erat, cum in eodem capite, homines Deo oblata redimi certo pretio permittantur, sed ex offerentis perpetua uoluntate. Non enim quacunque; ratione filium obtulit, sed dabo, inquit, eum Domino omnibus diebus uitae meae. Caeterum uotum aut quod 777 herem haebraice, Graece, ἀνάθημα, latine, donarium appellatur, quod isti destructionis uotum dicunt, de quo hic agitur, cum dicitur, omne, quod Domino consecratur aut sanctificatur &c. Diuina constitutione, non item ex offerentis uoluntate perpetuum erat. Preter hoc, quod, quo pacto ad uota destructionis pertinere poterat, quod non erat occidendum, cum textus ipse confestim addat, omne tale anathema occidendum Dominoque; maclandum esse? Ridiculum uerò est quod interpretantur, *Moriendo morietur*, hoc est in eo statu motum fixumque; manebit, usque; ad mortem. Enim uerò occidi quod Diuini preceptum praescribat, & in sanctificationis statu usque; ad mortem naturale permanere, omnino contraria sunt. Unde isti potius mihi scripturam in risum hereticorum illudere, quam eandem interpretari uidentur, nisi sit iam interpretari contrarium illi sensum intorquere.

Vident itaque; Syluester ac reliqui, qui huic Leuitici loco uotorum solennium indispensabilitatem ac commodant, quae longe aliud sit, summas casuum texere, quam scripturas, apte ad Theologica dogmata confirmanda, producere. Primum enim hic locus non de uotis, quibus se quis ad aliquam actionem deuouet, sed de anathemate bellorum, aut de rebus in sacrificiis consumendis loquitur: quae res semper sunt ab offerente diuersae. Deinde, non de quacunque; sanctificatione loquitur, sed de illa, quae est destina-

Robert. Arbor. lib. de uend. calib. tom. 4.

destinatio ad sacrificium, in quo mors violenta, aut totius rei absumptio accidere debebat. Quæ duo quam longe absint non modo à voto solenni, sed ab omni voto personali, non est cur multis persuadeamus.

Quintò respondemus. Illud Leuitici præceptum, cum ad sacras cœremonias pertineret, omnino cum ipsa lege Mosaica extinctum, præpostere reque si quid aliud ad votorum Euægelicorum obligationem, pertrahi. Nam quod id præceptum de anathemate non redimendo ex mera Diuina voluntate, non item ex aliquo iure naturali deriuetur, cum ipsa Diuina cõstitutio satis per se indicat, tum eiusdem capituli multi loci, quibus aliæ res Deo deuotæ redimi permittuntur, apertissimè demonstrat. Neque ex natura rei si requiras, aliquid præter Diuinam voluntatem inuenies, quare illa post consecrationem & deuotionem immo & traditionem, redimi & in contrarios vsus transire, permitterentur, hæc non permitterentur. Quòd si quispiam vix & ægre, aliquam congruentiam excogitaret (quod tamen nunquã concesserim) ea tamen non continuò legem naturalem aut moralem, quæ daret Euangelico tempore, constituit.

Sextò demum respondemus. Hunc locum, si ad votorum obligationem perpetuam comprobendam produci debeat, non minus de voto simplici quam de solenni concludere. Nam cum illa sanctificatio non à Sacerdote publica que auctoritate, sed à quocunque priuato homine Deo aliquid promittente fieri deberet, vt ex ipsa sacri textus litera patet, sequitur in Euangelico statu non modo eos, qui publicè ac solenniter vouent, sed qui simpliciter Deo aliquid promittunt: non posse ad alios vsus conuerti. Enimuerò ea quæ domino consecrabantur, & si à Sacerdotibus publicisque templi ministris, post consecrationem mactarentur, aut offerrentur, à priuatis tamen hominibus Domino consecrabantur, id est offerebantur. Nam consecrari aliquid Domino aut illud eidem sanctificare, esse idè quod illud promittere, ipse contextus indicat. Omne, inquit, quod Domino consecratur &c. Et subinde omnis consecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur. Morte mori, non erat aliud, quam sacrificari, quod erat sacerdotum, hoc autem posterius erat, quam consecrare aut sanctificare, quod erat singulorum. Vota ergo simplicia si hic locus aliquid his iuare debeat, non minus sunt indispensabilia quam solennia.

D I L V V N T V R R A T I O nes contrarię sententię, quibus docetur votu castitatis esse indispensabile. Cap. 50.

R A T I O N E S illorum, qui votorum solennium dispensationem Pontifici negabant,

quod is, in ius Diuinũ & naturale, quòd votum factum reddere vrget, non habeat potestatem, si quicquam valeret, id quoque de voto simplici, immo de reliquis votis omnibus cuiuscunq; materię, siue simplicibus, siue temporariis persuaderent, cum illa quoque quemadmodum & solennia, iure Diuino & naturali postquam facta sunt, sint reddenda. Immo neque in iuramento, quod etiam iure Diuino ac naturali hominem cõstringit, dispensare posset. Neque verò obstat quòd solenne votum magis obliget quam simplex, nam illa maior obligatio, non aliam inter illam differentiam constituit, quam quòd maiorem dispensandi causam postulet. Non enim est maior obligatio essentialis. Nam hæc paria sunt, vt ait Cœlestinus, sed accidentalis tantum. Est ergo duplex ius Diuinum aut naturale. Vnum ab humana voluntate ortum: & ex suppositione, quod adiunt, alterum, à Diuino tantum arbitrio deriuatum & absolutum. Aut vnum earum rerum, quæ sunt supererogationis, alterum earum, quæ ad vitæ Christianæ necessitatem pertinent. Secundi generis sunt sacramentorum & dechalogi præcepta. Primi, vota omnia supererogationis, iuramenta &c. In secundum genus, nullam Pontifex aut quisquam hominum habet potestatem: in secundum, cum illud eiusdem Pontificis potestati, aut populi Christiani necessitati aduersum, emitte non potuerit, non modo cum causa legitima dispensari, sed eo etiam, qui fecit inuito ac reclamante per eundem Pontificem irritari potest. Ratio autem est. Quia vt doctissimè quidam annotarunt, in his ac similibus Diuinis præceptis, & si votum emissum iure Diuino sit executioni tradendum, obligatio tamen ab humana voluntate ortu habuit: actiones autem humanæ, iure ipso naturæ Principibus, summisque magistratibus Reipublicæ subiiciuntur. Hinc enim fit, quòd filii votum, parentis iudicio submittitur, ita vt possit illud nullum reddere. Non ergo mirum si Romano Pontifici votum quocunq; subiiciatur, vt possit obligationem remittere, si id viderit expedire Reipublicæ.

Respondemus secundò, quòd & si vota promissa seruare sit de iure Diuino in cõmuni: hoc tamen, aut illud votum, aut hoc aut illo tempore seruare nõ est de iure Diuino, sed id summi Principis arbitrio permittitur. Sic legibus obedire postquam sunt nobis impositæ iure Diuino quidem tenemur, nec tamen, hanc aut illam seruare perinde constringimur.

Rõndemus tertio, in ius Diuinũ aut naturale, nullũ hoĩem per propriã ptãtem dispẽsare posse, posse tñ per diuinã, à Christo acceptã, iuxta illud. Quodcuq; ligaueris super terrã, erit ligatũ & i cõlis, & quodcuq; solueris &c. De qua tertia responsione alibi multa. Eandẽ habet dilutionẽ & illud quod votorũ solenniũ dispensatio sit contra veracitatẽ, quam debemus Deo scriptũ est. n. Perdes omnes

lib. 4.

Did. con. vii. in. de test.

l. 4. de p. cep. et ali.

plal. 5.

omnes qui loquuntur mendacium. Respondemus in omni voto, vtilitatis aut necessitatis populi Christiani conditionem esse intelligendam, Pontificisq; rationabilem voluntatem, vt diximus, esse excipiendum. Vnde nullum est post dispensationem mendacium. Neque verò hæc voluntatis Pontificalis exceptio, actionibus humanis quatumcunq; absolutæ videantur, vilo pacto repugnat. Nam si, vt ait Iacobus, in his, in quibus Diuinæ prouidentię generali subdimur, semper non modo tacitè, sed verbis quoque expressis excipienda est, adeò vt nõ liceat Christiano homini dicere. Hodie aut crastino ibimus in illã ciuitatẽ &c. Nisi protinus adiecerit, si Deus voluerit &c. Cur nõ quoque actiones nostrę spontaneę, Pontificalis prouidentię iudicio & rationabili arbitrio subditur, cum aliud iuxta Christiani populi necessitatem, cui iure Diuino absoluto inferuire tenemur, possit statuere?

Secundò, hæc ratio, in vota quoque simplicia cuiuscunq; generis eodem impetu irruit, omnes, n. qui quacunq; ratione Deo aliquid vouent, affirmant se illud reddituros, atque adeò si eorum vota relaxentur, iuxta horum opinionem mentiuntur. Atque id certè hi quemadmodum & maiori ex parte veteres, vno excepto Altisiodorensi, qui vota sola continentię indispensabilia statuit, facillè concederent.

Et demum hæc eadem ratio vehementius de iure iurando quam de voto quocunq; concludit esse indispensabile, Nam periurium magis cum veritate pugnare, quam promissionis voti violationem, nemo negare poterit. Votum profectò, simplex est promissio, iusiurandum promissio sub Diuini nominis attestatione. Qui verò homini mentitur, non minus mentitur quam qui Deo. Veritas enim non suscipit incrementum aut diminutionem.

Illud quoque, quod de morte ciuili proferri solet, quòd monachus mundo mortuus iam sit per professionẽ, quã vim habeat superius ostẽdimus.

Verum & illud quoque quod Ricardus respondet, satis rationis difficultatẽ excludere videtur, quòd quẽadmodum homo morte vera mortuus, dum adhuc mortuus est, ineptus quidem est matrimonio, sed si à Deo suscitetur, continuo eiusdem vitæ coniuugalis est capax, ita homo ciuilitẽ mortuus, dum adhuc ciuili morte detinetur, matrimoniũ nulla ratione possit inire, verũ si à morte ciuili liberetur, nihil oberit, cur nõ possit. Quemadmodũ aut vitę ac mortis naturalis Deus auctor est, ita mortis ciuilis Pontifex. Atque adeò quẽadmodum verò mortuum Deus ad naturalem vitam, ita mortuum ciuilitẽ Pontifex ad ciuilem vitam potest reuocare. Mors enim ista non aliunde quam à voti solennitate descendit, quę iuxta decretũ Bonifacii ab Ecclesia inuẽta est. Tales sunt & similes alię quęcunq; ratiunculę, quę ad Pontificis potestatem in hac parte infringendam, vel

à veteribus vel à recentioribus excogitantur. Quas omnes quoniã aut æquẽ de votis quibusque persuadent, aut passim ab scholasticis proteruntur, consultò omitimus.

A C T V A L E M T R A D I T I O N E M quę fit in voto solenni non reddere illud indispensabile. Cap. 51.

Q V A R E ad traditionem iam venio, quæ horum qui nunc hanc opinionem probat, vnicũ est suffugiũ. Reliquas enim ferè omnes rationes hac vna apprehensa, præmittunt. Voluntataque non aliunde votum solenne religionis esse indispensabile, simplex contra dispensabile, quod illud sit essentialiter ipsius votum emittentis traditio, hoc verò nõ aliud quam promissio. Atque id non modo quidam recentiores Theologi. S. Tho. discipuli, sed alii quidã pii, atque docti homines nostra memoria, quòd hac ratione monachorum cœlibatũ maximè ab hereticis calumniis se tueri putarent, approbasse mihi videtur. Vnde quidã ita arguit. Munus ab aliquo vltionẽ superiori Domino oblatum, & quòd Princeps acceptauit, nullus inferior potest reuocare, alioqui, quòd Princeps acceptauit donum, præfectus aut prætor suo arbitrato possit illi auferre, & eũ, qui se obstrinxit obsequio Cæsaris aut Regis, præstato publicæ fidei sacramento, absolue ab huiusmodi iuramento & obligatione officii. Ergo cum Deus, sit Rex Regum & Dominus Dominantium, summus Pontifex illo longè inferior, hominem eidem Deo per solenne votum obligatum, à redendũ voti obligatione liberare non poterit.

Similia & alii proferunt: quę tamen omnia quanquam maiori ex parte lib. præcedenti, cum de voti solennis & simplicis discrimine ageremus, minutissimè collisimus, nunc rursus sunt expendenda. Et quã immeritò huic rationi tantũ tribuatur, palam ostendendum. Et primũ huic rationi nunquam. S. Thomam innixũ fuisse, quòd tamen vulgo ab his recentioribus Theologis putatur, superius apertissimè demonstrauimus. Neque hic illud rursus repetere necessarium est. Nam quod ille votum solenne à simplici per traditionem & promissionem distinxerit, atque adeò votum solenne ex rei natura, non item ex Ecclesiastica constitutione distinxerit, quòd tamen nos non modo Theologicis rationibus, sed veterum Sanctorum patrũ & synodorum monumentis lib. superiori confutauimus: non tamen inde sequitur, eidem traditioni tribuendam esse eiusdem solennis voti indispensabilitatem. Quòd si hoc ex illo recta consecutione colligeretur, quòd superius fallum esse diximus, cum tamen non traditioni sed soli sanctificationi, ille eoloco, quo suã explicaturus erat sententiã, eadẽ in dispensabilitatẽ tribuerit, si tñ eius fuit opinio. R r non

Cliff. li. 2. de con. sac. c. 13.

Robert. Ar. bor. lib. 4.

22. qu. 88. ar. 11.

Quidam apud Ricard. & Iodoc. Cliff. li. 2. de con. sac. cap. 13.

non est opus illi aliorum locorum doctrinam intrudere. Vnde oēs veteres Scholastici siue eius doctrinæ additi, siue alterius cuiuscunque scholæ cultores, vsque ad Caietanum ipsum & Syluestrum, sanctificationem vnicam causam indispensablem voti solennis arbitrantur. Nam quod aiunt quidam, in illis verbis, quibus de sanctificatione in alios vsus non conuertendis agitur, quibusq; solis, vt Syluester inquit, S. Thomas inquit, hanc traditionem inui, primum quidem falsum est; Nā vt superius paulo, demonstrauimus, consecratio non erat rei actualis traditio, sed destinatio ad sacrificium, quæ à quocūq; iudæo fieri poterat, traditio autem actualis tūc fiebat, cum res Deo per promissionem consecraretur, aut sanctificaretur, immolabantur. Deinde cum vt superius demonstrauimus, ea Diuina constitutio non esset moralis aut naturalis, sed merè ceremonialis, & ad eius populi ritus pertinens, etiam si in illa sanctificatione aut consecratione esset aliqua traditio, ad probandum reliquas omnes siue personales siue reales traditiones non posse rescindi, infirmisimum, immo nullum est argumentum. Itaq; id audacter pronuntiauerim, hanc de traditione personali causam, non à S. Thoma aut veterum quorū excogitatam, sed à recentioribus, vetera defendendi studio, illi contra omnem eius mentem intortam. Et quod id ita sit, vel id præter præcedentia multa, quæ in hanc rem multoties attulimus, abundè conuincit, quod Durandus & doctrinæ S. Thomæ & totius Theologiæ consultissimus, cum votum solenne à simplici penes traditionem & promissionem eodem. S. Thoma differre consentiat, votum tamen solenne dispensabile putat. Vnde apud illum non rectè colligitur, votum solenne est traditio rei promissæ, ergo est indispensabile, idemq; iudicium de Paludano ac reliquis veteribus Theologis, qui voti solennis dispensationem admitterunt, & votum solenne à simplici penes traditionem & promissionem distare persuasum habent, qui ferè omnes sunt, habendum esse iudico. Cum enim omnes illi voto solenni traditionem tribuant, voto simplici contra, promissionem, non tamen eius traditionis vllam rationem habuerunt. Sed absolute pronuntiarunt, votum solenne esse dispensabile. Vt videant hi, qui ad traditionem tanquam ad vnicum asylum confugiunt, quam ficulneum auxilium sibi quærant, cum neq; illi veteres Theologi & S. Th. discipuli ex eadem traditione, ad opinionis, quam approbant subuersionem (quod tamen semper facere solent) obiectionem aliquam quæsiuerint. Nimirum quia non valet collectio, votum solenne est traditio, ergo non potest dispensari. Et vt rem magis ad viuum exigamus, traditio, aut votum solenne reddit indispensabile, quæ traditio est dūtaxat, aut quæ est sacra traditio, i. Deo facta. Primū cogitari nō pōt, nisi velimus oēs rerū actuales traditiones, per Reip. aut

Rob. Arb.
vt supra.

Principis potest, legitimis ex causis rescindi nō posse, quod est absurdissimum. Quis, n. neget, reque mihi iā actu donata est, ac tradita, Principis imperio, ad pristinum dominū reuocari posse? Deinde matrimonium ratū & nondum consummatū uerissimam mutuum coniugum traditionē esse, Theologi consentiunt, & ipsum eius à sponsalibus, quæ sunt promissio futurarum nuptiarum discrimen manifestè testatur, & tamen eandem matrimonialē traditionē per uotum superueniēs rescindi, nemo dubitat. Nō ergo traditio quæ traditio est, uotum solenne reddit indispensabile. Quod etiā non quatenus sacra traditio est, uotum solenne reddat indispensabile, uota illa omnia, quæ Leuitici 27. redimi permittuntur, ostendunt, Nam cum in illis uotis ueræ sint traditiones, eadem tamen persuperuenientem redēptionem rescinduntur, & Deus qui earum rerum quæ illic offeruntur dominus constitutus fuerat, earundem dominio abdicatur.

Neque hic illud suffugium quicquam prodest, quod traditiones illæ essent redimibiles, hæ uerò quæ in uotis solennibus includuntur, nō ita: Primò quidem, quia id est quod est in controuersia, an hæ traditiones uotales essent redimibiles, quod nos credimus. Deinde in uniuersa lege illa Mosaiica, nullæ sunt Diuinæ traditiones irreducibiles, nisi quibus conditio adiungitur, ut nunquam redimantur, ut diximus de anathemate de quibusdam alijs oblationibus. Quod manifestissimum indicium, nullam sacramentalē suapte natura esse incommutabilem, nisi Diuinitus eadē conditio adiciatur; & Deus enim cū sit naturæ auctor, naturam ipsam coercere potest.

Quod autem quidam, ad illud quod diximus, de matrimonij rati nō consummati, traditione, respondent, eam traditionem, non humana dispensatione, sed aut ipsa superioris ac perfectioris traditionis natura, aut ut alij uolunt, Diuina constitutione rescindi, quantum ualeat postea examinabimus. Nunc satis sit hic quoque deuoti solennis traditione idem sentire. Nam si illi uolunt matrimonium ratum & nondum consummatum, ipso perfectioris traditionis aduentu, aut Diuina auctoritate resolui cum religio inuitur, hoc idem de solennis uoti traditione nos quoque dicemus, maioris boni superuentu rescindi. Et cum ad expendendum an sit maius bonum, id ratione cuius religio est prætermittenda, & maioris securitatis ratione, auctoritas Pontificis debeat intercedere, in traditione autem matrimonij nōdum consummati, cum ipsa Pontificali auctoritate, iam dudum diffinitum sit, religionis perfectionem quam uitæ coniugalis ampliore esse, nulla est necessaria Pontificalis auctoritas, quæ id rursus declaret, atq; id nos non minori quam illi auctoritate docebimus. Nam si à nobis, ubi id ius Diuinum fuerit expressum requirant, primo quidē hoc idē ab illis requiremus, nullum

nullum enim ad illud afferendum ius Diuinum expressum habent, sed dumtaxat conformitatem quandam cum sacra Doctrina, ut inquit Innocentius, & quorundam sanctorum facta, verum de hac re postea latius.

Quod si ut isti plurimum contendunt, traditio uoti solennis ex natura sua esset indissolubilis auctoritate humana, quoniam id, quod iam in superioris potestatem & dominium transit, à minori non potest reuocari, at non item Diuina autoritate, qua Romanus Pontifex, in resoluendis spiritibus uinculis, non modo quæ propria uoluntate nobis iniectimus, qualia sunt uota siue solennia siue simplicia iuramenta &c. sed quæ Deus ipse absq; nobis imposuit ut pœnarū reatus &c. totius populi christiani consensione pollet, & quam auctoritatem alioqui quidam istorum plus satis afferre solent. Sæper mihi illi indignissimè de Romani Pontificis auctoritate sentire uidebuntur, qui de eo quasi de humano quopiam magistratu, loquuntur. Romanus profectò pontifex post illa uerba *Quodcumque ligaueris &c.* Christus est potestate ipsa, non homo, eorumque uerborum uirtute omnia illa posse censendus est, quæcunque ad Reipublicæ christianæ commoditatem concernunt. Nam si Romani Pont. auctoritas humana est, quid ergo, aut per indulgentias reatus pœnarum diluit, aut quid aliquod ex his, quæ Deo facta sunt uota cuiuscunque; materiæ & quantuncumque simplicia dispensat? Nam cum illa iure Diuino & naturali quemadmodum & solennia debeantur, non nisi Diuina quoq; mediata aut immediata auctoritate soluentur. Itaq; quemadmodum Præfectus à Rege longè dissitus, cum aliquè iure soluit, aut in illo in his quæ alioqui sunt à Regia quam accepit potestate dispensat, ita Pontifex à Domino super familiam suam constitutus, in his ac similibus spiritibus uinculis, siue dispensandis siue irritandis, siue commutandis, siue quacunque ratione resoluendis, non humana aut propria, sed christi auctoritate defungitur, de qua tamen re alibi plura dicimus.

CLICTOUEI ET ROBERTI ARBORICENSIS rationes præcedenti capite positæ diluuntur. cap. 52.

N V N c iam clictouei & aliorum ex hoc falso fundamento deriuatis speciosis quidem sed infirmis rationibus, facile erit satisfacere. Fatemur munus Principi oblatum, non posse per inferiorem Præfecti auctoritatem, illi inuito ac reclamanti auferri, atque adeò ea quæ Deo sunt oblata, per nullius potestatem posse reuocari aut ab illo inuito abduci, cœterum & ipse utriusque testamenti contextus & ipsa ratio prouidentie, quam Euangelico tempore præsentim obseruat aperte docent, Eum in aduentu maioris boni publici uidelicet, aut cum populi christiani necessi-

tas, quæ nullas leges patitur urget, (id quod iam multis magnisq; rationibus credo persuasimus) in hac parte neque esse inuitum, neq; reclamare. Deinde dicimus his, in uoti religionis dispensatione, hominem Deo nō auferri, sed eundē ab eo Domino, ad aliud Diuinum obsequiū pertrahi. Commutatur ergo seruitus, non item eripitur.

Tertiò negamus, Deo aliquid per inferiorem potestatem subtrahi, sed per propriam atque Diuinam, quam ipse Romano Pontifici, ad uniuersæ christianæ Reipublicæ comoda, impertit. Quæ admodum domus, Regiæ aut prouinciæ Præfectus, hunc seruum ex hoc munere ad illud pertrahit, non propria sed Regis auctoritate quam ipsa præfecturæ susceptione induit. Verum enim uerò si horum ratio aliquid persuadet, non tantū de uoto solenni, sed de simplici quoq; persuadet. Nam quemadmodum, id quod est superiori iam traditum nemo potest auferre, ita neque quod est illi promissum. Quis enim id quod ego Principi aut Imperatori repromissi, illo inuito ac reclamante, eidem auferre poterit? Profectò quemadmodum & in ea, quæ mihi iam sunt tradita, ius ac potestatem habeo, ita & in illa, quæ mihi sunt repromissa. Nam hominem suis promissionibus ac stipulationibus teneri, & naturales & ciuiles leges decernunt. Ergo quemadmodum, quod est Regi iam traditum, illo inuito & renitente per inferiorem aliquam potestatem auferri non potest, ita neq; quod est illi repromissum. Vnde, si traditio uotum reddit indispensabile, & promissio quoq; idem præstabit, atq; adeò neq; uotum simplex dispensabile erit. Atq; id quidem. S. Bonauentura, ob hanc rationem perspicuè docet, non esse nimirum aliquod uotum Deo factum dispensabile, quod id quod est à libera uoluntate Deo oblatum, reuocari non possit. Itaq; non est cur hi traditioni ad eò nitantur, cum & promissio etiam facta superiori, eadem quoq; ratione reuocari aut rescindi nequeat. Verum hoc uoti solennis & simplicis penes traditionem & promissionem discrimen, esse prorsus fictitium, lib. superiori euidentissimè, nisi me mea falsum habet opinio, conuincimus. Uotum profectò simplex quodcunque, præsertim, quod ideo simplex uocatur, quod publicitate careat, aut quod Ecclesiastica auctoritate destituatur (triplicem enim uoti simplicis rationem illic collocauimus) ueram habere traditionem, quanquam non solennem, illic demonstrauimus. Verum hanc solennitatem tantum esse accidentariam quandam & extrinsecam perfectionem, quæ traditionem de indispensabile in dispensabilem non transmutet. Ex Cœlestini & Bonifacii decretis comprobauimus. Quare ad decretalē Innocentii, quæ fuit huius opinionis occasio, iam transeamus.

Vide Dup.
lib. 4. d. 38.

EXPLICATVR DECRETALIS

Innocentii III. ex qua maximè contenditur votum solenne castitatis esse indispensabile.

Cap. 53.

1. interpr.

CVI tamen superius, tum cum S. Thomæ sententiam explicarem, tum alibi multoties, satisfactum esse arbitror, ne quis tamen dicat nos in Pontificis decretales esse irreuerentes, quæ vtriusque iuris interpretes, in eâ decretalem scribant prius sunt huc afferenda.

Et primò quidem Innocentius III. Pontifex Maximus in eius decretalis interpretatione, Romanum Pontificem non posse licentiam indulgere contra vota paupertatis & castitatis religiosæ exponit, quia non sine causa, eaque ingenti hoc potest aut debet idem Pontifex facere. In quam sententiam ex nomine *licentia*, quod semper in malam partem usurpari solet, adigitur. Consentit, & huic interpretationi Hostiensis, dicens ex magna causa, & Deo magis placente hoc Pontificem posse. Quæ interpretatio haud illo cauillo quem in eam Syluester Pierius ex Abbate Panormitano iacit, quod scilicet licentia à verbo licet deriuetur, atque adeò, iuxta Baldi sententiam, pro iuxta facultate usurpari debeat, vilo pacto læditur. Cum nominum propria significatio, non à Bartulo, sed potius à Cicerone, vsuque Latini sermonis sumenda sit.

Syl. in verbo
20. 4. 9. 5.
Barto. ff. de
ali. l. alio.

Eleg. lib. 4.
c. 17.

De licentiâ Clodiorum quæritur Quintilianus, Et Terentius, omnes ait, deteriores sumus licentia. Est, inquit, Laurentius Valla, huius nominis, impunita quædam facultas agendi quidquid velis. Potest hæc Innocentius interpretatio ex verbo *indulgere* quoque fulciri, quod semper in malam partem sumi videtur.

2. interpr.

Abbas Panorm. non posse Romanum Pontifex, contra vota paupertatis licentiam indulgere interpretatur, quia id non potest facere nisi in eque aut melius bonum, Deoque acceptius commutando. Concedit is, non posse quidem Pontificem licentiam indulgere, neque posse illa vota dispensare, posse tamen commutare quam commutationem multò minorem non ille duntaxat, sed alii quoquam potestatem requirere fatentur. Dispensatio enim, solam causæ legitimæ innoxiam potestatem postulat, commutatio contra boni alterius æqualis aut maioris, compensatio nem. Atque hæc sententia nobis non aduersatur, qui duntaxat, contendimus, votum solenne castitatis, non esse insolubile, quod altera sententia dissuadere nititur. Et dispensationem nos non strictè, quod aiunt, sed laxè, pro quacunque voti solutione usurpamus. Immo cum semper contenderimus, vota huiusmodi non pro quacunque causa sed pro maiori bono esse dispensabilia, potius ad commutationem, quam ad dispensationem respicimus. Itaque respondemus secundò

cum Abbate Panorm. Pontificem non posse dispensare, aut contra ea vota licentiam indulgere. Posse tamen eadem vota in melius bonum publicum, scilicet commutare. Sed obstrepit Syluester, monacho cui datur illa commutandi facultas, nullum bonum commune, quod illi loco religionis imponitur, posse esse æquale, cum in hoc reliqua omnia vota commutentur. Secundò, quia omnis licentia data à summo Pontifice, religioso contra castitatem, est illicitè & ultra eius potestatem data, quod probat ex eodem capi. Cum ad monasterium: sed licentia quam daret in hoc voto contrahendi, non dispensando sed commutando esset contra castitatem, non obstante commutatione, quia per eam soluitur castitas, ergo est impossibilis Pape. Hactenus Syluester. Sed hæc ac similes inuolutæ ac perplexæ ratiunculæ facile eluduntur. Nam quod primo loco inquit, monacho nihil posse æquè bonum imponi, planè arguit hominem à vera Theologia immo à communi philosophia prorsus destitutum. Nam vt multis antea ostendimus, meritum non ex peculiari commodo cuiuscunque, sed ex Christiana charitate metiendum est, immo ea reclamante, neque fides, neque angelorum & hominum linguæ, neque distributio bonorum in pauperes, neque denique traditio corporis in ignem, ita vt ardeat, quicquam prodest. Et quis nesciat ipsam vitam contemplatiuam, quæ absolute actiua perfectior est, cum necessitas actiua, id est fraternæ charitatis se opponit, non modo prisca illa sua perfectione destitui, sed omnino in peccatū conuerti? Ergo bono meo bonum semper commune præferendum est. Ex philosophia etiam hic, facile cognoscere poterat, bonum particulare, non simpliciter bonum esse, sed huic aut illi bonum, bonum autem commune absolute ac simpliciter bonum. Sed hunc cauillum superius abundè confutauimus. Secunda rō omnino nihil valet. sc. oēm licentiam à summo Pōt. tributam esse illicitè data. Hoc est enim quod nos tota hac disput. contēdimus, nimirum hmoi dispensationes potestatem Pont. non transcendere. Sed magis est Theologo indignum, quod per idē caput quod nos interpretamur Syluester suam sniam statuere conatur. Sed hos lapsus dialecticos in hoīe summissa, non licet acrius reprehendere: fortasse enim quid esse petere principium in disputando non aduertit. Itaq; huic rationi per cōtrariam affirmationem satisfaciemus. Ille negat posse licitè dari religioso contra castitatem licentiam. Nos dicimus cōtra omnes licentias quæ eidem ex causa legitima à Romano Pontifice tribuuntur, licitè ac sanctissimè tribui. Ille ad suam assertionem cōprobendam producit cap. Cum ad monasterium, nos contra: ex illo nihil tale elici dicimus. Quod verò omnia alia vota in votum religionis cōmutentur, haud aliud arguit, q̄ regulariter & vt in plurimū votum religionis reliquis votis esse perfectius,

non

3. interpr.

non tamen inde sequitur pro loco & tempore, & certa rerum occasione contrarium non posse accidere. Occidere, occidentem per se quidem licet & in vniuersum, fieri tamen potest, vt occidere hominem qui alterum interfecerit, sit contra patriæ officium. Deinde vita contemplatiua per se melior est actiua, fieri tamen potest aliqui, vt statim dicebam, vt si quis illam actiua postposita amplecteretur, grauissimè delinqueret. Sed ad interpretationes eorum verborum iam redeo.

Cardinalis Hostiensis, quorundam interpretationes refert, qui aiunt, non posse Pontificem aduersus vota castitatis & paupertatis licentiam dare, non quidem absolute, sed de iure & iuxta Ecclesiasticos canones, posse tamen de plenitudine potestatis Apostolicæ, totum id faciendo quod sibi ius Diuinum indulget. Has duas potestates, non modo Theologi, sed iurisconsulti etiā ordinariam & absolutam vocarunt, elegantiores, summum ius dixerunt absolutam potestatem. Non potest ergo de ordinaria potestate quam iura canonica coercent, potest tamen de absoluta, quæ est supra canones aut summo iure. Quam interpretationem vt ille canonicam probet, multa tum ex iure ciuili, tum ex canonico producit, sed nos alia quæ ad rem magis attinere videantur proferemus. Et principio illa Ecclesiastici iuris regula, *id possumus, quod iure possumus*, id aperte ostendere videtur. Nam cum Pontifex non quocunque pacto, sed iuridicè, vt qui ius ipsum in pectore habere iudicetur loqui sit credendus, sequitur eum tantum sibi possibile dicere, quod iuris canonici regulæ permittunt. Deinde priores veteresque Pontifices, cum nondum Ecclesiasticæ disciplinæ per indebitas dispensationes corruptio irrepererat, hanc loquendi consuetudinem obseruabant, vt id tantum se posse dicere, quod Ecclesiastica statuta concedebant. Quod si ita de aliquo Pontifice aliquando coniciere licet, id profectò de Innocentio tertio nobis promittere facile possumus, qui fuit tum iuris canonici & ciuili consultissimus, tum veteris illius antiquitatis imitator. Quod verò Romani Pontifices id sibi tantum posse viderentur, quod Ecclesiasticæ leges permittebant veteres eorum canones docent. Sic olim Zozimus Pontifex, contra statuta patrum condere aliquid vel mutare, neque huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuat antiquitas, cui decreta patrum sanxere reuerentiam. Vides hic Pontificem non de absoluta, sed de ordinaria potestate loqui. Nam quod contra Ecclesiasticos canones & Patrum constitutiones, Romanus Pontifex dispensare possit, Gratianus eleganter ostendit. Nam formata quæstione an Romanæ sedis Episcopus, Patrum constitutionibus obligetur, cum pro affirmatiua parte, & Zozimi & aliorum Pontificum complures locos obiecisset. His, inquit, ita respon-

25. q. 1. c. 6.
vniuersa.

25. q. 1. cap.
14. m.

c. scripti

201. &

telem

detur. Sacrosancta Romana Ecclesia auctoritatem sacris canonibus impartitur, sed non eis aligatur, habet enim ius condendi canones, vt potest quæ caput est & cardo omnium Ecclesiarum, à cuius regula nemini dissentire licet, &c. Sic Gregorius Magnus ad Ioanem Episcopum Constantinopolitanum, Eulogium &c. scribens, quatuor priora Generalia Concilia tanquam quatuor Evangelia venerari se & amplecti profiteatur. Cum verò in Euangelio Pontifex dispensare nequeat, neque in his Conciliis, aut quopiam eorum statuto se perinde dispensare diceret. Atque id generale sermone, non modo de his quæ ad fidem, sed quæ ad mores Christianæ formandos pertinent, ille pronunciaſſe videtur dicens. Cunctas verò quas præfata veneranda Concilia personas respuunt, respicio, *quæ venerantur amplector*, quia dum generali sunt constituta consensu, se & non illa destruit, quisquis præsumit absoluere, quos ligant, aut ligare quos absoluunt. Hic non modo de Christianis aliis, sed de se quoque Pontificem loqui, causa illa generalis ob quam illa statuta amplectitur ostendit. Quia dum generali, inquit, sunt constituta consensu. Se & non illa &c. Deinde quod non de fide duntaxat sermonem facit, planè insinuant, verba illa, *Quæ dum generali sunt constituta consensu* &c. Non enim statutum & relatiuum *Quæ*, ad personas à Concilio damnatas aut reprobatas, sed ad omnes illorum Conciliorum constitutiones, cum fidei, tum morales, extenditur. Pontifices tamen Romanos posse absoluta potestate contra Conciliorum statuta dispensare nemo dubitat. Sic tertio eundem Pontificem contra Apostolorum & Sanctorum Patrum constitutiones dispensare non posse, Urbanus diffinit. Sunt, inquit, quidam dicentes, Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges, quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum verò summopere est, quia inde nouas leges condere potest, unde Euangelistæ aliquid & Prophetæ nequaquam dixerunt. Vbi verò aperte Dominus vel eius *Apostoli & eos sequentes sancti Patres*, sententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius quod prædicatum est, vsque ad animam & sanguinem confirmare debet. Hactenus Urban. Posse tamen eundem Romanum Pontificem contra Apostolum dispensare, inferius nos, Deo auctore, comprobabimus. Sic demum idem Pontifex non posse in gradibus Affinitatis & Consanguinitatis iure Diuino olim prohibitis dispensare, ab eodemmet Innocentio, qui hanc decretalem condidit, in Epist. ad Bituricē. Archidiaconum dicitur. Cuius verba quia prolixia nimis & implicata sunt, huc afferre non libet. Et tñ eundem in eisdem gradibus posse summo iure vtendo dispensare, idē Innoc. Liouienti Ep̄o scribit, permittens, vt eadem Liouici. Ecclesia, con-

lib. 1. Epi.
stro. 24.

25. q. 1. cap.
sunt quidā.

De rest. spo.
c. lueras.

De dimortis
ca. Deus qui
eccl. suam.

tractis cum relictis fratrum, qui non suscepto semine defuncti sunt, matrimonii utatur. Est ergo iuridica ac canonica horum interpretatio, qui Romanum Pontificem, non posse licentiam contra vota castitatis concedere de iure, & ordinaria potestate intelligunt, non item de absoluta quæ canonibus non coercetur.

4. interp.

Cui proxima est & illa quæ explicat non posse Romanum Pont. idest non consuefcere. Quam Hostiensis amplectitur, & ex Hieronymi Epistola ad Eustochium deducit, ubi dicit. Deum non posse suscitare virginem post ruinam, idest non consuefcere.

5. interp.

Henrico Gand. placuit, non posse pro difficile posse illic usurpari. Quæ interpretatio neq; à Philosophica, neq; à Theologica loquendi ratione abscedit. Id profectò communi sermone, nos non posse dicere consueuimus, quod vix difficile terque possumus. Aristoteles etiam inter significationes huius nominis impossibile, eam quoque collocat, qua id quod est difficile significat, de qua significatione superius lib. superiori locuti sumus. Et demum impossibile dicitur diuitem intrare in regnum Cælorum &c. idest difficile. Ita etiam iuxta Henrici sententiam, illud canonico iure dicitur fieri non posse, ad quod nisi ingenti necessitate non ducimur. Nam illud, inquit, communi cursu, censetur impossibile, ad quod homo non debet inclinari, vt faciat, nisi in summa necessitate. Ergo Rom. Pont. contra vota castitatis & paupertatis dispensare non posse diffinit Innocen. qm non nisi maximis de causis summaq; difficultate id facere debet. Atque hæc explicatio & Durã. & Turrecrem. quoq; arsit.

Math. 19.

Postrema tandem eius de cr. interpretatio est, & quæ hucusq; probauimus & nunc quoq; probamus, quod Pontifex in sensu, quem Dialectici vocant, compositum aut formalem, cum monacho non possit dispensare in votis castitatis & paupertatis, possit tamen in sensu diuino. i. non posse eum dispensare, cum monacho permanente monacho, posse tamen illum ex monacho prius facere non monachum, vnde ille postea ad matrimonium conuolet. Atq; hanc interpretationem Ricardus, Paludanus, Durand. & Caiet. ex Theologis approbant, ex iuris canonici interpretibus, Vincen. de Pallcotis, Ioã. Andr. &c. Immo verò eam fuisse S. Tho. multis rationibus persuasimus. Estq; profectò mea sententia hic illorum Innoc. verborum legitimus germanusq; sensus. Nam cum Pontifex de monastica paupertate formaliter, i. quatenus est monachorum, qui adhuc monachi permanent, ad Abatem illum scriberet, illamq; in illo monasterio reformari cuperet & cõ tenderet, de continentia quoque voto eodem pacto loqui est perinde credendus. Et certè Pontificem de voto paupertatis & continentia differenter loqui, nisi ingenti cum impudentia defendi non potest. Loqui autem illum de pauper-

6. interp.

tate monachali formaliter. i. de paupertate monachorum, qui adhuc monachi permanent, cum ex tota illa decretali, qua monachorum illorum, qui pristina religionis perfectione ceciderant, reformatione loquitur, tum verò ex ipsis Pontificis verbis superius apertissime demonstrauiimus. Putabat Abbas ille, se in monastica paupertatis iniuriam, proprium vt haberent, monachis indulgere posse: de hac re eundem Abbatem Innocen. corrigit. Ne existimet, inquit, Abbas quod super habenda proprietate, possit cum aliquo monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, ad eam est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec summus Pont. possit licentiam indulgere. Quod si de monachorum paupertate in sensu composito Pontifex loquitur, de castitate quoque eodem sensu loquetur. Ratioque est, qd sint essentialiter annexa regulæ monachali, nam reliquæ religionis constitutiones, quæ ad essentiam religionis non pertinet, manente religione dispensari possunt, vt quod minor frater, pecuniam habeat, quod quidam Pontifices conuentualibus indulerunt, qd habeat in cõmuni diuitias &c. Hæc enim & si sub voto solenni generali cadant, non tamen si mutantur etiam monachismo permanente, substantia religionis subuertitur. Atque ad eò vinculo religionis perseuerante, dispensari possunt. Paupertas contra, & castitas, quoniam ad substantiã religionis pertinent, in monacho, monacho permanente, dispensari non possunt. Atque hæc fuisse Pontificis mentem, ipsa eadem eius ratio apertissime insinuat. Ad eò, inquit, sunt annexa regulæ monachali &c. Ergo qd non possint dispensari, hæc vnica causa est, qd ad essentiam religionis pertineant, & monachus absque illis non possit esse monachus, sed de hac interpretatione multa superius attigimus.

Non est tamen in hac parte silentio tegenda Didaci Couarruix Episcopi Segobienis, viri profectò præter vtriusque Græci & Latini sermonis peritiam & ingentem quandam, cum prophana, tum sacræ vetustatis cognitionem vtriusque iuris peritissimi interpretatio, quod ea Pontificis Innocentii verba, intelligenda sint ex quadam modestia, & ad conuincendum illum Abbatem, ne amplius existimaret se monachis licentiam concedere posse, aduersus votum paupertatis. Itaque hyperbolicè Pontifex ad Abbatis temeritatem reprimendam, non item quod ita sentiret, est accipiendus. Ex his apertè proditur votum solenne castitatis esse indispensabile, nō esse expressam Innocentii assertionem, vt quidam confidentissime pronuntiant. Immo hinc proditur neque illum hanc indispensablem formaliter, Verum de Innocentii decretali satis superius locuti sumus.

In c. 26
testam.

ed. cap.

cap. 18.

Reber. Arb.
lib. de men.
calib. tom. 4

1. Cor. 7.

de diner. ca.
gendemus.

PROPONITVR ET ELIDITVR quorundam argumentum ex matrimonio rato & cõsummato formatum, quod à quibusdam in voti solennis dispensabilitatem profertur.

Cap. 54.

COLLIDENDA sunt in hac parte recentiorum quorundam argumenta à matrimonio vtroq; desumpta, quod tanti ea videam à quibusdam fieri, vt vel eis solis à nostra hanc sententia resiliendū esse putent. Et prius de consummato matrimonio, ita arguunt. Si votum solenne foret dispensabile, aut aliqua Ecclesiastica potestate solubile, eueniret aliquando, vt digamia & trigamia in Evangelicæ legis statu licerent, quod est absurdissimum, & ab Ecclesiasticis patribus semper damnatum. Id autem ita suadent. Constatuamus hominem, qui post consummatum cum propria vxore coniugium, ipsa etiam consentiente, ac religionem solenniter proficiente, sese religioni deuoueat. Jam si fieri potest, vt casus accidat quo pro totius Reipublicæ salute, iste religionem professus, vinculo tandem religionis absolutus, vxorem ducere possit, erunt igitur illi duæ vxores simul viuentes. Nam priorem quantumcūq; religioni obnoxiam, adhuc esse veram vxorem nemo ibit inficis. Immo verò sequitur, in Evangelicæ lege licita esse adulteria. Nam cum illa prior vera vxor sit, secundæ non erit aliud quàm adulter. Concludunt, eos, qui alteri sententiæ consentiunt, in ius Diuinum turpissime impingere, quo cauetur vxorem à viro non debere discedere, & contra, virum ab vxore, quod si discesserit permanere inuptam. Præterea in Pontificalia decreta, quibus decernitur, nulli vnquam licuisse duas vxores habere simul, nisi cui fuisset Diuina reuelatione concessum. Quod si quis, aiunt, respondeat, priorem illam, iam non esse certè vxorem dimissa superstitè, de iure alia duci non potest, vt ex intentione scripturæ probat Innocentius. Cui consentit Augustinus lib. de bono coniugali ita dicens, A viro viuo, in alterius transire coniugium; neq; in veteri lege licuit, neq; nunc licet, nec vnquam licebit. Atq; hæcenus isti.

Verum hæc ratio, mihi debilis ac fragilis videtur. Nam quantumcūq; votum sit dispensabile, non tamen inde sequitur, huiusmodi hominem, cum alia quàm vxore sua matrimonium cõtrahere debere. Quod nos contendimus tota hac disputatione, hoc tantum est, voti solennis obligationem per Pontificis voluntatem posse resolui, atq; ad eò libenter concedemus huiusmodi hominem, qui consummato cum vxore matrimonio, ad religionem cum illa conuolauit, posse iterum post votum solenne, pro magna causa, ad vitam coniugalem vxoriosq; vsu reduci, quod in hac vrbe Toletana haud ante multos annos auctoritate Pontificis factum fuisse scimus atq; id

nobis satis est. Possè tamen illum eundem cum alia de nouo contrahere post consummatum matrimonium, nullo pacto concedimus, scriptum est enim. Quod Deus coniunxit homo non separet.

Math. 19.

PROPONITVR ET DILUITUR alia ratio à matrimonio rato & non consummato deducta. Cap. 55.

DE matrimonio ratio & nondum consummato, alii arguunt, & vt sibi videtur, non inefficaciter. Si religiosus per dispensationem fieri valeret non religiosus, non esset firma ratio, vt per professionem religionis matrimonium ratum, non consummatum non dirimeretur. Fac, aiunt, maritum ante copulam religionem profiteri, atq; vxorem alteri se coniugio copulare, tunc si iste fieri posset non religiosus, transire posset ad alias nuptias, quandoquidem priores dissolutæ fuerant. Vnde fieret aliquando vt post ratum matrimonium de præsentia, viro liceret habere aliam vxorem, & vxori alium virum.

Dom. Sor. li.
7. de iust. &
in. q. 4. art. 2

Sed huic argumento iam olim Ricardus, Durand. & Palud. satisfecisse video, & irrefragabiliter mea quidem sententia, sed Durandi verba ad diamus, Dicendum, inquit, quod sicut non est inconueniens, post matrimonium consummatum alterum mori, & sic matrimonium dissolui. Et nihilominus si mortuus suscitaretur, posset contrahere cum alia prima manente. Sic non est inconueniens, quod post matrimonium initiatum & per ingressum religionis tanquam per mortem spiritualem solutum, si etiam religiosus per dispensationem suscitatur ad vitam ciuilem, quod contrahat cum altera, prima viuente. Nec propter hoc habet plures vxores, sed vnã tantum, quia cum prima fuit solutum matrimonium. Hucusq; Durandus. Eandemq; responcionem Cardinalis Turrecremata abundè omnem huius rationis impetum reprimere, persuasum habet. Nam quis dubitati, matrimonium ratum non consummatum per ingressum religionis dissolui? Si ergo dissoluitur, cum monachus ille soluto voto solenni castitatis ad vitam rursus coniugalem traducitur, nunquam erit duorum coniugum maritus. Solutum fuit enim, ac si nunquam fuisset prius matrimonium.

4. sen. d. 38.
q. 2.

dist. 32. de da.
illo.

ALMAYNI RATIO CONTRA voti dispensabilitatem explicatur.

Cap. 56.

VERVM vrgent alii. Votum solenne religionis dirimit matrimonium contractum & non consummatum, & non dirimit iure humano, ergo Diuino. Et vltius ergo à fortiori, iure Diuino impedit matrimonium futurum.

Et su-

Et subinde, ergo iure Diuino illegitimat hanc personam ad contrahendum. Sed Pötifex in personis illegitimis iure Diuino dispensare non potest, ergo Papa in voto solenni non potest dispensare. Atq; id argumentum, tanti fecit parentum memoria, Iacobus Almaynus Theologus Parisiësis, vt propter illud à Scoti sententia, qua docet, iure humano religiosos, & votorū quorumcūq; solennium professores, ad contrahendas nuptias esse illegitimos, discesserit. Nos tamen iam eius rationis virtutem exploremus. Et principio Almaynū conclusionem certam ex principio dubio, nec tere ostendemus. Assumit enim sibi tanquam certum ac sine controuersia, votum solenne religionis iure Diuino dirimere matrimonium. Deinde si hoc esset vt ille putat certum, nihilominus tamē malē eum colligere votum esse indispensabile, demonstrabimus.

PROBATVR MATRIMONIUM raturum nondum consummatum, verē ac re ipsa, per religionis professionem dissolui. Cap. 57.

VERVM antequam ad prius accedamus, quorundam errorem elidere oportet, qui totius huius controuersie fundamentum, matrimonium scilicet nondum consummatum, per ingressum religionis dissolui, ne cœlibatū humano iure ordini sacro annexum faterentur, negare constituit. Docet Hërricus Ganden, per professionem religionis raturum dūtaxat matrimoniū, non solui, sed manere vinculum. Quod Christus dixerit, quod Deus coniunxit homo non separet. Quod si quis obiiciat, vxorē in seculo dimissam posse alteri nubere, atq; adeo duos viros habere, respondet, nullum esse inconueniens, vxorem illam duos habere viros, spirituale vnum, carnalem alterum, esset tamen Euangelio contrarium, si duos carnales possideret.

Sunt alii, qui in idem placitum cum istis conueniunt, docentes, istius modi matrimonia per superuenientē religionem non dirimi, verū illos qui cum possent non se miscuerunt vxoribus, & deinde ad Apostolicā vitā, & monasticā austeritatis perfectionem se transferunt, difficultatibus carnalis matrimonii relictis, iudicari ab Ecclesia à Romanoq; Pötifice, qui est in domo Domini tanquam fidelis dispensator, matrimonio non consensisse. Hanc eandem sententiam Erasmo Rotherodamo placuisse comperio. Stomachatur enim, quod ob humani instituti professionem, & ob mutatum pallium, legitimus sponsus sua fraudetur sponsa.

Ex quibus sententiis, sola tertia erroris nota adurenda videtur, quod & consuetudini Ecclesiasticæ, sanctorum multorum exemplis, & Romanorum Pont. decretis, qui eos, qui nondum sunt vxoribus coniuncti, ad religionis professio-

nem, deserto matrimonio, conuolare permittit, aduerferetur. Reliquæ duæ priores & si non sint errores iudicandi, quod nullibi decretum sit solui vinculum cōiugale, sed tantum eis, qui huiusmodi matrimonia contraxerunt, licere altero coniuge deserto, ad religionem ascendere, sunt tamen errori proximæ, atq; adeo meritō ab omnibus proculcandæ. Enimuerō, in Euangelico statu, duas vxores duosvè viros alicui concedere, quantumcūq; vnus illorum sit spiritualis, nequaquam cum ipso Euangelio consentire videtur. Vnde Innocentius I I. ad Tiberiaden. Episcopum. Nulli, ait, vnquam licuit simul plures vxores habere, nisi cui fuit Diuina reuelatione concessum. Decernit deinde Paulus, vt vxor à viro discedēs, inupta maneat, aut viro suo reconcilietur. Ergo si quæ in seculo manet, viro ad religionem transeunte, vera vxor est, & alteri copuletur, adultera erit cum secundo & non eius vxor. Tertio, spiritualis illa ratio coniugii, quæ nam sit, non satis intelligo. Omne enim coniugium, cum nō ad spiritum sed ad corpus pertineat, non spirituale sed corporale iudicandum est. Et quid obsecro aliud est coniugium quàm mutua corporum potestas? Mulier, inquit Apostolus, sui corporis potestatem non habet, sed vir, & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Quarto constituamus aliquem, qui post contractum matrimonii, retentā domi ad communem cohabitationem vxore, editoq; voto castitatis, eam non attingat, quales fuisse olim multos superius memorauimus. Hic certe, eius vxoris est spiritualis maritus non minus quàm quicumq; alius, verū, eam vxorem aliū sibi carnalem maritum posse querere, si quis doceret, mea quidem sententia hæreticus haberetur. Verē enim duas vxores, aut duos viros iste, vni viro, vni vè vxori concederet. Acuta sunt & in hanc sententiam Ioannis Scoti rationes. Prima quidem, quod iam daretur vir Euangelico statu, qui centum, immo qui mille posset habere vxores, eadem est enim duarū & mille. Ratio secunda, quod matrimonium quatenus matrimonii, & non ex carnalis copulæ mistione postulet vnā esse vnus, ratione iustitiæ commutatiæ, quæ in contractu matrimoniali intercedit, vnū enim corpus datur, vt alterum quoq; detur. Nam carnalis copula sequens contractum matrimoniale, nullam nouam iustitiam commutatiuam tribuit. Est igitur matrimonium quatenus matrimonii, & absque vlla copula carnali duorum dūtaxat corporum mutua potestas. Atq; adeo matrimonium secundum vinculi rationem, tantum est vnus cum vna, quæ ergo transeunte ad religionem viro, vni alteri nuberet, si vinculum non dissoluitur, cum secundo adultera est non vxor. Aut si eius vxor est, prioris viri iam monachi non est vxor. Estq; Scoti ratio adeo solida, vt ea sola ad eam sententiam collidendam abundē esse videatur. Secunda, illa sententia à suo auctore alibi reuocata

Grav. ratio. de des. et c. d. m.

de diuina gaudem. i. Cor. 7.

i. Cor. 7.

Sess. 24. Can. 6.

4 sent. d.

sententia.

lib. 2. de ma. clau. v. m.

uocata est, & meritō mea quidem sententia, nam præter hoc, multis canonibus decretisq; Pontificum, quæ superius allegauimus decernentibus post vera matrimonia, nondum tamen consummata, ad religionem licere transire, contraria est ratio illa cui innititur, frigida esse videtur. Quod Pontifices declarent, non fuisse vera matrimonia &c. Nam cum illic omnia, quæ ad veram matrimonii substantiam pertinent conueniant, cum nulla ab altero, alteri coniugi, lis intendatur, qui dici potest, Pontificem declarare, ea non esse vera matrimonia?

QVO IVRE MATRIMONIUM raturum non consummatum per professionem religionis dissoluitur, inquiritur; & prius proponuntur de hac re varietate Theologorum sententiæ.

Cap. 58.

ERGO habemus iam, non modo post matrimonium raturum nondum consummatū, ad religionem licere commigrare altero coniuge deserto, sed verissima ipsa professione religionis, solui matrimonia. Quod Concilium Tridentinum extra controuersiam misisse iam videtur. His verbis. Siquis dixerit, matrimonium raturum non consummatum per solennem professionem religionis alterius coniugum, non dirimi, Anathema sit. Nunc quo iure quæ uè ratione dirimatur, explorare oportet. In qua parte varietate sunt Ecclesiasticorum auctorum, quemadmodū & in reliquis omnibus, quæ fides religioq; nō prescribit, sententiæ.

Sunt qui id naturali iure fieri putent, sunt, qui Diuino, sunt tandem, qui Ecclesiastico. Priores adhuc secum non coherent. Nam quidam ipsa contractus matrimonialis imperfectione formali, id quod nondum sint integra matrimonia, id accidere autumant. Quidam deinde imperfectione quidem matrimonialis contractus, nō tamen formali, vt priores, sed obiectiua & relatiua, quod, si religio perfectior sit status & multo sublimior. Quidam tertio, non ab imperfectione formali aut obiectiua contractus matrimonialis, hanc solutionem prouenire putant, sed quod cum matrimonium sit contractus inter duos, & altero contrahente sublato, contractus extinguitur, morte cuius per professionem incurritur, altero coniuge mortuo soluitur matrimonium. Quæ omnes sex sententiæ sunt nunc à nobis suo ordine expendendæ.

Ergo gratianum monachum, veterum decretorum collectorem, & quem nunc in Ecclesiasticis Patrum constitutionibus explicandis vniuersa Romana Ecclesia colit, in ea fuisse sententia video, vt matrimonium ante carnalem copulam, integrum esse ac perfectum, nō modo perfectione accidentaria, quæ sumitur ex his quæ potius ad

decorem quàm rei essentiam pertinent, sed essentiali quoque, quæ ab ipsa rei natura & quiditate accipitur, negaret. Vnde post illud, ante ipsam copulam, vnumquenq; suam habere libertatem, perinde docturus esset, vt se religioni traderet, nisi Ecclesiastico præcepto inhiberetur, quod propter alia matrimonia dixerim, ad quæ (etiam si consummata fuissent) contrahenda, ipsa Ecclesiastica prohibitione auocatur, vt postea ex eius mente dicemus. Itaq; huius auctoris sententia, ipso naturali iure & illius vinculi imperfectione adueniente religionis, perfecto vinculo & contractu, huiusmodi matrimonia soluantur. Iure naturali comparatum est, vt perfectus contractus, imperfectum dirimat. Esse autem huius generis matrimonia macta & imperfecta, atq; adeo, suapte natura solubilia, multis ex veterum Patrum monumentis petitis rationibus, demonstrat. In quarum ordine, ea primū locum obtinet, quæ à matrimonii sacramentali ratione deriuatur, in hunc modum.

Matrimonium Christianum sortitur indissolubilitatem, à ratione sacramenti, ergo vbi non est ratio sacramenti, non est indissolubilitas, matrimonia rata non consummata, non habent rationem sacramenti, quia non significant, coniunctionem illam indissolubilem Christi & Ecclesiæ, ergo nō sunt perfecta & indissolubilia. Et si enim huius generis coniugia, coniunctionem & copulam illam, Christi & Ecclesiæ, quæ fit per gratiam & charitatem designet, quæ suoptegenio solubilis est, non tamen illam, quæ nexu nostræ mortalitatis efficitur. De qua Paulus. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Hanc rationem, Augustini, Leonis, & Benedicti Pontificum testimoniis confirmat. Non est dubium, inquit August. seu potius Leo, illam mulierem, non pertinere ad matrimonium, cum qua commissio sexus non docetur fuisse. Et rursum idē in Epist. ad Rusticū Narbonen. quo loco & superius dictum collocat. Cum societas nuptiarum inquit, ita à principio sit instituta, vt præter commissionem sexuum, non habeant in se nuptiæ coniunctionis Christi & Ecclesiæ sacramentum, non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur nō fuisse nuptiale mysterium, Profert ex Epistola quadā Benedicti Pontificis, idem Gratianus nō leuē in hanc rem testimonium. Protoplastus ille radix & origo nostra, detractam sibi costam, in mulierē videns formatam prophetico spiritu inter alia protulit, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & ad herēbit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, quæ verba Apostolus ad coniunctionem Christi & Ecclesiæ rapit, subditque Benedictus. Quibus verbis innotuit, non aliter virum & mulierem posse fieri vnā carnem, nisi carnali copula sibi cohæreant. Qui ergo nequaquam mistus est extraneæ mulieri cœdere nuptiali, quo pacto per

de potest. Eccl. c. 15.

Hër. Gand. quol. 5. q. 39

Math. 19.

Fran. Torrè. h. de 6. Syn.

In c. 7. Epist. ad Rgm.

c. Verum c. 20. publico de cōiu. cō iug. c. apud

Grav. ratio.

Ephes. 5.

27. q. 2. non est dubium.

27. q. 2. c. 6. societas.

27. q. 2. c. 11. lex.

per nude sponsonis verba possunt vna caro fieri, nullatenus valemus intueri. Propinquitia sanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur. Sed neq; osculum parit propinquitatem, quod nullam facit sanguinis commisionem, haec tenus Benedictus.

2. Grat. rō. Persuasit secundò eandem sententiam Gratiano, quòd verorum coniugum continentia, nisi ex amborum consensu Deo offerri non valeat, neq; vnus ad religionem altero inuito transire valeat. Contra verò eorum qui non sunt missi coniugali concubitu, alter altero cōtradictō ēte, possit vta seculari dimissa, religioni secedere & prius, ex Gregorii Epistola ad Theotistam græcam, in qua quorūdam Imperatorem Græcorum leges corrigi, qui consummata etiam matrimonia, causa religionis, fortasse græca superstitione & ignorātia (nam id de illis temporibus, quibus eę leges latæ sunt, suspicari licet) dissolui permittebant, & ex Epistolis eiusdem ad Leonem Cathanansem Episcopum, Adrianum Panormitanum, & Urbicum Abbatem, ex octauæ synodi auctoritate, ex Synodò Eugenii, ex Augustino de adulterinis cōiugiis, ex Nicolai Papæ decretis demonstrat. Posterius, tñm Machari Romani & Alexii, qui coniuges nondum cognitæ dimisserunt, tum auctoritatibus Eusebii Pōtificis & Gregorii cōfirmat. Desponsatam, inquit Eusebius, puellam, non licet parentibus alteri viro tradere, licet tamen illi monasterium sibi eligere. Et Gregorius, decreta, inquit, legalia desponsatam si conuerti voluerit, nullo censuerunt damno mulctari. Ex quibus in hunc modum Gratianus concludit, cum ergo cōiugatorum continentia, nisi ex amborum consensu Deo offerri non valeat, cum vir sui corporis potestatem non habeat, sed mulier; sponsæ autē monasterium possunt eligere, & sponsi, non ex quieto consensu sponzarum, propositum melioris vitę assumere valeant, patet quòd inter sponsum & sponsam coniugium non est.

3. ratio. Tertium Gratiani argumētum, ex eo sumitur, quòd cum quidam Pontifices eorum qui excacatur & membris detrūcantur, coniugia non soluāt eorum tamen dirimenda docent, qui causa frigiditatis vxoribus debitum reddere non possunt. Quod autem interrogasti, inquit Gregorius Papa ad Venerium Carolitanum scribens, de his, qui matrimonio coniuncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium possit accipere, de his ita scriptum est. Vir & mulier si se coniuerunt & postea dixerit mulier de viro, quòd non possit coire cum ea, si potest per verum iudiciū probare quod verum sit accipiat alium. Post quę verba Gratianus. Ecce, inquit, impossibilitas coeundi, si post carnalem copulam inuenta fuerit in aliquo, non soluit coniugium, si verò ante carnalem copulam deprehensa fuerit, liberum facit mulieri alium virum accipere, vnde apparet illos non fuisse coniuges, alioqui non liceret eis

abinuicem discedere excepta causa fornicationis, & sic discedentes, oportet manere inuictos aut sibi inuicem reconciliari facit ergo non consensus dumtaxat, sed concubitus matrimonium.

4. ratio. Quarta ratio illius est, quòd huiusmodi vxores, quæ viris, nondum ab eis cognitæ priuatæ sunt, viduæ non vocentur, vnde neq; eas veras vxores fuisse, facile potest colligi. Quòd verò non sint viduæ, id satis indicat, quòd hi qui eas vxores suscipiunt, ordinari possent, maritus enim viduæ eque ac digamus fieri sacerdos prohibetur. Ex harum autem copula nullus prohibetur à sacris ordinibus, vt enim ait Gelasius Papa, nihil est, quantum ad hunc articulum attinet, quòd ei obuiet de canonicis institutis.

5. ratio. Quintò; quia si coniuges hi essent, qui nondum sunt commisti: discessio ab inuicem esset diuortium, sed horum, inquit, separationē negat Ambrosius in c. 23. Lucæ scribens, esse diuortium, dicens de Beata Maria, quam sibi Ioseph desponsauerat & in suam duxerat, Ioseph nūquam cognouit eam, nam si vir iustus eam cognouisset, nunquam à se discedere passus esset, nec Dominus, qui vxorem præceperat à viro non discedere, nisi causa fornicationis, commendans eam discipulo, causa diuortii fuisset. Post quæ Gratianus. Ecce, inquit, commendatio Mariæ Ioanni, & de tractatio Ioseph, negatur fuisse diuortium; quia Ioseph, non cognouerat eam. Vnde apparet eos non fuisse coniuges. Si autem beata Maria, quam sibi Ioseph desponsauit, & in suam duxerat, negatur fuisse coniux, multò minus ista, loquitur autem de quadam, quæ per verba de presenti desponsata à viro nondum cognita fuerat, quæ simpliciter sponsa erat, cōiux est appellada.

6. ratio. Sextò. Quoniam à vero matrimonio ad alterum matrimonium pertransire, Christianis non licet, licet autem, his qui nondum sunt commisti, ad alias nuptias conuolare, non sunt igitur ante commisionem veri coniuges. Assumpti priorem partem, ex Concilio Aurelianensi probat. Vbi ille qui dormierit cum duabus sororibus, si vna illarum ante vxor extiterit illius, neutram habere præcipitur. Secundam verò ex Concilio Tribueriensi. Quidam, aiunt illic Patres, desponsauit sibi vxorem & dotauit, eam, & cum ea coire non potuit, quam clanculo frater eius corrupit, & grauidam eam reddidit, decretum est, vt quamuis nupta esse non potuit legitimo viro, desponsatam tamen fratri, frater habere non possit, sed mehus & mecha fornicationis quidem vindictam sustineant, licita verò eis coniugia non negentur. Si mulier illa à sponsi fratre corrupta, vera fuisset illius vxor, coniugium illi iterum non concederetur. Ex eodem Concilio idem suadet, vbi decernitur, vt si quis sponsam filii sui oppresserit, & postea filius eius eam duxerit, pater postmodum non habeat vxorem, nec mulier virum, filius autem

autem, qui patris facinus ignorauit aliam accipiat. Post quæ capita: ita Gratianus. Si illa, quam uir sororis suæ cognouerit, perpetuò copulari prohibetur, hic uerò, qui sponsam fratris sui corruerat, peracta pœnitentia, matrimonium contrahere permittitur. apparet hanc non fuisse coniugem fratris eius.

7. ratio. Septimò, quoniam mulier causa fornicationis à viro suo dimissa, aut ei reconciliatur, aut eo uiuente inupta manebit, cuius contrarium de ea quæ nondum fuerat cognita, Ecclesiasticis canonibus statuitur. In libro inquit, capitulari sic legitur. Raptor pœnitentia publica mulctetur, raptam uerò si sponsus accipere uoluerit, & ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentiā nubendi alii non negetur. Statutum est, aiunt patres in Concilio Toletano quodam, à sacro conuentu, ut si quis sponsam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugii maneat, & si ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Post quæ, Apparet ergo subiungit Gratianus, hanc non fuisse coniugem, cui uiuente sponso, alteri nubendi licentia non negatur.

His rationibus sibi persuasit Gratianus, ante carnalem copulam, quæcunque uerba præcesserint, uerum non esse coniugium. Porro uniueris illis sanctorum auctoritatibus, quæ sponso (sic enim eos qui nondum sunt copulati uocat) coniuges appellant, respondet esse quidem initiatos coniuges, non item perfectos. Sciendum est, inquit, quòd coniugium desponsatione initiatur, commisionem perficitur. Vnde inter sponsum & sponsam coniugium est, sed initiatum, inter copulatos est coniugium ratum. Quod subinde Ambrosii & Hieronymi auctoritate confirmat. Respondet iterum sponsas huiusmodi, id est, nondum à uiris cognitæ consuetudine scripturarum uocari coniuges, non effectu presentium sed spe futurarum nuptiarum. Quod Ambrosii loco quem antea ad priorem solutionem confirmandam intulerat, comprobatur. Cum enim dixisset, cum initiatur coniugium, non addit tunc res uel effectus, sed tunc nomen coniugii asciscitur ostendens tales coniugii nomen habere, non rem uel effectum. Beda deinde super leuiticum, in illa uerba. Si quis sponsam alterius uiolauerit, &c. sponsam, inquit, vxorem dixit, non quæ tunc erat, sed quæ futura erat uxor. Confirmat & idem Hieronymi auctoritate. Egressus itaque Loth, locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias suas. In sequentibus filia Loth uirgines fuisse dicuntur, & ipse ad Sodomitas dixit. Ecce duæ filia: meæ: quæ non cognouerunt uitam &c. Nunc autem dicitur habuisse generos. Sed quidam arbitrantur eas, quæ uiros habuerunt, in Sodomis perisse, & quæ uirgines erāt, cum patre exiisse. Sed hæbraica ueritas habet.

Egressus Loth, locutus est ad sponso suos. Quod quidem magis uerum esse uidetur, ex hoc quòd sequitur. Qui accepturi erant filias suas. Vnde datur intelligi, quòd scriptura sponso generos uocat. Hieronymus in illum locum. Et rursus in Matthæi Euangelium, genuit Ioseph uirum Mariæ. Cum uirum audieris, ait, tibi non subeat suspitio nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarum, quòd sponsi uiri, & sponsæ uocentur uxores. Et infra non ab alio inuenta est, nisi à Ioseph, qui penè licentia maritali, futuræ uxoris omnia nouerat. Et infra Ioseph filii Dauid &c. (Iam, vt supra diximus) sponsas vxores appellari constat. Et allegat, librum à se contra Heluidium conditum. Quo eandem multoties repetit sententiam.

SCHOLASTICORVM THEOLOGORVM rationes in Gratiani Sententiam explicantur. Cap. 59.

ET hucusque quidem de Gratiani sententia, in quam multas rationes armari uideo. Prima est quòd Beatæ uirginis cum Ioseph non esset uerum matrimonium, quòd scripturæ aduersari uidetur, quæ eundem Ioseph uirum Mariæ, & illam Ioseph uxorem uocat. Iacob, inquit Matthæus, genuit Ioseph uirum Mariæ. Et rursus Ioseph filii Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam.

Secunda, quòd iam sequeretur, eum qui per uerba de præfenti aliquam duxisset uxorem, nec tamen consummasset matrimonium, posse ad matrimonium quòd per carnalem copulam consummaret, ascendere.

Tertia quòd matrimonium non sit aliud quam coniunctio maris & femine indiuiduam uitæ consuetudinem retinens, quæ definitio in matrimonio rato non consummato, æquè ac in altero reperitur, ac perinde tota matrimonii essentia.

Quarta. Quoniam in matrimonio rato contractus celebratur, ratione cuius sibi mutuo coniuges tenentur, & consensus exprimitur, qui solus matrimonium efficit, ut Pontifex diffinit.

Quinta. Quia si huiusmodi coniugia nondum essent perfecta, esset potissimum, quòd vsu illius potestatis, quam sibi in se se mutuo dederunt, coniuges careant, sed vsus & operatio rei non est de ipsius rei essentia, est ergo ante copulam perfectum matrimonium.

Sexta. Quia matrimoniū senum & steriliū, non esset uerum matrimonium, quoniam coniugalis copula non refertur nisi ad prolis generationem. Quòd tamen esse falsum apertum est.

Septima. Quoniam internus finis sacramenti, est homines per gratiam sanctificare, sed gratia sacramentalis, non copulæ tempore, sed cum amborum exprimitur consensus, tribuitur, ergo tunc sit sacramentum.

Octaua.

27. q. 2. ca. sunt qui. ca. adulterii re latonec. ap. Agathosa. c. Si quis. ca. si uir. cap. si tu abstines. ca. quia. c. scri. p. si.

6. Decreta.

3. ratio.

4. ratio.

3. d. 4. c. 16. lantim.

5. ratio.

6. ratio.

27. q. 1. ca. Qui dim.

116.

7. ratio.

3. d. 4. c. 16. lantim.

6. ratio.

27. q. 1. ca. Qui dim.

116.

6. ratio.

Auctor scho lastici. d. 26. Et præsen. Dom. 508. li. 4. sen. d. 26. q. 2. ar. 4. Matth. 1.

27. q. 2. c. sufficiat.

lib. 2. de sa-
crum. p. 11.
Et in tract.
de B. Virg.
Aug. c. Be-
ta Maria.
Chrysof. c.
Matrimo-
nii. 27. q. 1.

27. q. 2. c. cii
innotuit.

Octava. Quia consensus in carnalem copulam non est ad matrimonium necessarius, ut docet Hugo Victorius, & ut Augustinus & Chrysostomus quoque consentiunt. Matrimonium, inquit Chrysostomus, non facit coitus, sed voluntas, aludique ad illud Pauli præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quod si discesserit manere inuictam, aut ubi docet separationem tori nõ dissoluere matrimonium. Quod si post copulam separatio tori non dissoluit matrimonium, multo minus si ante copulam gratia uacandi orationi aut alio honesto fine, à se perpetuo abstinere coniuges constituerent, ut de Cecilia & Valeriano, de Elzeario & Delfina aliisque compluribus in Ecclesiastica historia legimus. Ambrosius etiam lib. de Virginitate, Desfloratio, inquit, virginitatis non facit matrimonium, sed pactio coniugii.

EXPENDITUR PRIMA
in Gratianum ratio.
Cap. 60.

VERVM si his dumtaxat rationibus, ac similibus, quas multas in Gratiani sententiam formari posse non ignoro. Tantum in eam pugnandum esset, incertissimam profecto haberemus victoriam. Pluribus enim harum ille non inefficaciter, respondet, sed expressis sanctorum patrum, Pontificum & Conciliorum decretis. Et ut suo ordine earum vigorem exploremus. Id quod prima ratio concludit, posse scilicet eum, eamve qui quæve, nondum matrimonium consummauerit, ad aliud matrimonium transire. Gratianus haud inuitus concedit. Quamquam id ne fiat, Ecclesiasticis canonibus, sanctorumque Patrum decretis, nisi raptus intercesserit, cautum esse liberè fateatur. In hoc enim, tum alia plura, tum caput desponsatam, Eusebii Pontificis. Caput. Quidam. cap. si quis. cap. Raptor. cap. statutum. cap. desponsatas. cap. Atho. profert. Porro illud quod Siritius ad Himerium Tarraconen. scribit parui momenti est in hac parte, De coniugali, inquit, uiolatione requisisti, si puellam alteri desponsatam, alter in matrimonium possit accipere, Tale ergo conubium amathematizamus, & modis omnibus, ne fiat prohibemus. Quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos tradit apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si transgressione uiolentur. Nam in primis, is Siritii locus non ineptè à Gratiano interpretatur, de sponsa iam in sponsi domum traducta, sed iuxta iuris Romani, quod ut plurimum cum diuino & Ecclesiastico coniunctum est, immo & iuxta latini sermonis, consuetudinem. Enimvero uxorem ducere, quasi uxorem domum ducere, imminutè, latini

dicunt, Quemadmodum ex pluribus Plauti locis proditur. Sic certe in Aulularia. E. Quod sempiternum tibi salutareque sit procreandis liberis. M. Ita dii faxint. E. Volo te domum uxore ducere. Et rursus in Trinimmo. Nunquid causa est quin uxorem cras domum ducat. & in Epidico. Genere natam bono, pauperem domum, ducere uxorem. In Ciastellaria. Illam extendet, cum hanc uxorem ducet domum.

Profectò ipsa latini sermonis ratio, in hac loquendi phrasi, dictionem domum postulare videtur. Nam quæ ducitur ad aliquem locum ducenda est. Hincque quod uir in domum uxoris non traducebatur, latini sermone *Virum ducere* nemo latinorum dicit. Porro ducere uxorem & uerum matrimonium contrahere idem esse latinis omnibus apertum est. Hinc Plutarchus, vnam post matrimonium viri & uxoris domum dicit. Hinc Modestinus iuris consultus, Ea, inquit, quæ desponsata est ante contractas nuptias, suum non mutat domicilium. Ante *Contractas*, inquit, *Nuptias*, quasi matrimonium cum ipsa domicilii mutatione contrahi inuatur. Docet deinde Vlpianus, hanc conditionem, *Si in familia nupsit*, impletam videri, statim atque ducta est domum uxor, quamuis nondum in mariti cubiculum peruenerit, quod scilicet, ipsa in domum ductione, matrimonium verum celebrari videatur. Neque desunt ex latinis quidam, qui verba illa Evangelica, *Noluit eam traduce*, de adductione in domum intelligant, iuxta Romanum morem, quasi, videns Beatam Virginem Ioseph grauidam voluerit in domum ducere, idest cum illa matrimonium verum celebrare, sed occultè dimittere. Quam tamen interpretationem merito Erasmus Rotherodamus tradit. *Uxor enim non in domum ducere, sed in mare aut probro exponere significat.* Et demum Petrus Lombardus magister sententiarum, eorum opinionem recenset, qui ante translationem, in domum, matrimonium nolunt esse perfectum. Censebatur autem post deductionem in domum matrimonium perfectum & consummatum, quoniam & si non esset copula subsequuta, vnum tamen ex his finibus, ad quos à Deo & natura fuerat excogitatum, iam sortitum fuerat, cohabitationem scilicet, mutuamque vitæ consuetudinem. Immo hic est multo quam in carnalem copulam coire potior finis. Nam cum consensus in coitum, ut Theologi docent, non sit matrimonio essentialis, hic tamen ad eius essentiam & diffinitionem omnino pertinet, est enim matrimonium coniunctio maris & femine, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Atque adeo idem iudicium de traducta atque decognita femina habebatur. Non ergo ineptè, sed iuridicè Gratianus ad locum Siritii dicentis, damnari à se nuptias

lib. 4. de
per. c. 1.
ad nuptias
l. l. de
l. l. de

D. de
c. 1. l.

M. de

In omni
Euan. 27.
q. 2. c.

Math. 19.

ptias cum alterius sponsa celebratas, respondet, dicens, id non de quibusque sponsis, sed de his dumtaxat, fore intelligendum, quæ iam demum traductæ & cum sponso suo uelata & benedictæ more Christiano fuerant. Dicuntur autem huiusmodi femine sponsæ, quod & si uxores essent, nondum tamen cognitæ à uiris fuissent. Fuisse uerò apud ueteres præsertim Hæbreos, ut futuræ uxores in sponso domibus habitarent. Chrysostomus in illa uerba *Antequam conuenirent* &c. plenè testatur. Non dixit, ait, priusquam in sponsi adduceretur domum. Hunc enim morem seruabat antiquitas, ut sponsæ in sponso domibus haberentur. Atque hæc de responsione Gratiani. Nam facilius fortasse ad illud Siritii caput, quis responderet, si eas nuptias, quæ cum alterius uxore nondum cognita, celebrantur, anathematizari ac reprobari à Pontifice diceret, quod essent Ecclesiasticis canonibus aduersæ. Vetus enim fuerat, ut ante diximus, huiusmodi feminas, nisi raptus intercessisset, aliis quam propriis sponsis copulari. Ita docet Glossator decretalium in cap. ex publico de con. coniug. apertè docens, matrimonium ratum dumtaxat, sortiri naturam suam ex constitutione Ecclesiæ. Immo uerò planè docet posse Papam statuere per secundum matrimonium rumpi prius, nisi fuerit consummatum. Porro Pontifices reliquique Sancti Patres non minus habent execrabile, quod Ecclesiasticis canonibus aduersatur, quam quod est iuri Diuino contrarium, quod antiquitatem consideranti, facile est aduertere. Quod autem canon ille, non de sponsis per uerba futuri temporis copulatis, sed de eis, quæ fidem consensus, ut ait Augustinus, idest uerba de præsentibus dederant, sit accipiendus, id satis docet, quod causa, ob quam nuptiæ illæ anathematizantur, est ne benedictio, quam nuptura sacerdos imponit, ulla transgressione uiolentur. Benedictio autem sacerdotalis in sponsalibus de futuro non traditur, sed cum post uerba experimentia consensus de præsentibus, sponsa unà cum sponso uelatur. Atque hæc responsio non magis habet periculi, quam eorum sententia, qui matrimonium ratum non consummatum dispensabile à Pontifice docent. Si enim huiusmodi matrimonium est dispensabile, cum ius Diuinum dispensari nequeat sequitur, illud non Diuino, sed humano & Ecclesiastico iure esse indissolubile. Nam de quo matrimonio sit accipiendum illud

Quod Deus coniunxit homo non separet, postea explicabitur.

EXIGITUR SECUNDA
in Gratianum ratio. Cap. 61.

SECUNDAE rationis conclusionem, haud grauatè Gratianus concederet, Sacratissimam nimirum uirginem, non ueram uxorem, sed sponsam fuisse. Id enim ille apertè adeo concedit, ut ex eo argumentum formet, si Beata Maria non fuit uera uxor Ioseph. Ergo neque alia sponsa nondum à uiris cognita. Neque uerò id ille absque scripturæ aut Sanctorum Patrum testimonio asserit. Certè, Lucas Gabriellem Angelum missum fuisse asserit, ad Mariam uirginem desponsatam Ioseph. Ecclesia deinde, eam quotidie inuocat. Beata mater & inuicta uirgo gloriosa Regina mundi. Sed ad patres uenio. Chrysostomus huius fuit sententiæ, in illa uerba. *Antequam conuenirent* &c. non dixit ait priusquam sponsi adduceretur in domum, hunc enim morem seruabat antiquitas, ut sponsæ in sponso domibus haberentur. Ut autem generi Loth, apud focerum leguntur habitare cum sponsis nondum sibi copulatis lege coniugii, sic & Maria habitabat cum sponso. Et infra. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quo sermone sponsam similiter indicauit, sicut etiam eos, qui adhuc sponsi sunt, generos appellare scriptura consueuit. Et subinde. Sicut enim postea illam commendauit Christus ipsi discipulo, sic & nunc Angelus copulatur sponso. *Non in sædus solenne coniugij, sed in consortium communis habitationis.* Quis hinc Chrysostomum non uideat, De Matrem credidisse, non uerum cum Ioseph habuisse matrimonium, nisi qui credat, etiam illam cum Ioanne Apostolo (utramque enim commendationem similem dicit) nuptias celebrasse? Sed id ille rursus ex ea commendatione ita deducit. Si enim Ioseph cognouisset eam, & loco habuisset uxoris quomodo illam Dominus quasi absque solatio, & nihil penitus habentem discipulo commendasset, iubens illi, ut illam reciperet in suam? Eiusdem sententiæ fuit Origenes in illa uerba *Inuenta est*, habens in utero, à Beato Ioseph, inquit, qui licet eam non contingeret futura tamen, ut probatur, uxoris, omnia nouerat. Et inferius. Si tibi uxor nominatur, & si in desponsatione tibi uxor esse dicitur, *nõ tamen tibi uxor est, sed Dei unigeniti mater est æterna.* Et inf. Dico coniugem, ut diabolus uirginitatè eius occultem, & legis instituta non destruat. In sequentibus demonstabo, quod nec ista, tua coniugis secundum consuetudinem coniugii habeatur, nec iste, qui etiam generatur, tuus filius esse credat. Hactenus Origenes. Epiphanius quoque aduersus Anticomarianitas hæreticos. Quando Virgo, inquit, tradebatur ipsi Ioseph, sortibus cogentibus ipsam

27. q. 2. c. quod autem.

Luc. 2.

In off. minor.

Homil. 4. in Math. 27. q. 2. ca. priusquam

Homil. 5. in Math. 27. q. 2. ca. si enim.

Homil. 1. Euan. 27. q. 2. ca. Inuenta.

Her. 78.

Si ad hoc

ad hoc uenire, non tradita est ipsi ad coniunctionem, uerum dicere oportet, quoniam uidiuus erat, sed propter legem quidem uir ipsius uocatus est. Iuxta consequentiam uero ex ludæorum traditione ostenditur, quod non coniunctionis gratia, ipsi tradebatur uirgo sed quo conseruaretur in testimonium futurorum, quod non spuria dispensatio aduentus in carne accessit, sed quæ testimonia haberet & in ueritate. Extra semen uiri in Spiritu Sancto desponsata in ueritate. Quomodo enim poterat tantus senex uirginem habere uxorem, cum esset uidiuus à prima uxore per tot annos? Et inferius. Maria enim tradita ipsi Ioseph, uidebatur uxor esse uiri, non habens ad ipsum corporum coniunctionem. Et rursus. Accepit Mariam, uelut etiam Euangelium habet. Desponsata enim, inquit, Maria & non nupta. Et rursus alibi. *non cognouit ipsam*. Et iterum. Senex octuagesimum annum supergressus, non accepit uirginem in usum, sed magis dispositus est ipsi ad custodiam. Et demum id subinde iterum ex ipsa Ioannis commendatione concludit, quod Chrysoctomus ex ipso accepisse fortasse uideri poterit. In ipsa, inquit, consummatione, quando Saluator in cruce pendeat, uelut habet Euangelium secundum Ioannem, conuersus, inquit, uidit discipulum, quem diligebat Dominus, & dixit ipsi de Maria. Ecce Mater tua, Et eadem dicit. Ecce filius tuus. Si uero fuissent filii Mariæ, & si fuisset ipsi uir, qua ratione tradidisset ipsam Ioanni, & Ioannem Mariæ? Hactenus Epiphanius, Ex cuius uerbis haud aliud esse ueram uxorem esse, aperte uideri potest quam uero carnaliter commisceri. Vnde quod uirgo Ioseph mista non fuerit, neque illius uxorem exutisse permittit.

Hieronymus in hac sententia est frequentissimus. Et primum illa uerba *Virum Mariæ &c.* cum uirum audieris, inquit, suspitio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarum, quod sponsi uiri, & sponsæ uocentur uxores. Profecto qui uerum uirum Ioseph negat, Mariamque uxorem, non uerum matrimonium, quod tantum est inter illos qui uiri & uxores appellari possunt existimat. Sed apertius est quod subinde dicit in illa uerba inuenta est &c. Non ab alio inuenta est nisi à Ioseph, qui *penè licentia futura uxoris* omnia nouerat. Qui futuram uxorem uocat, ne tunc fuisse ueram uxorem sentit, & qui nondum integram licentiam habebat maritalem, sed penè nondum uir eius dici poterat, sed penè uir, quod sponsis de futuro conuenit. Et infer. in illa uerba *Noli timere &c.* Iam, inquit, & supra diximus, sponsas uxores appellari. Idem in Heluidium multis scripturarum testimoniis confirmat. Desponsatam, inquit, confiteretur, & sta-

tim uxorem uult esse, quæ confessus est sponsam.

Rursum quam uxorem nominat, dicit non ob aliud desponsatam, nisi quandoque nuptarum. Et ne parum hoc arbitremur, Habes, inquit, desponsatam, non commendatam, id est necdum uxorem, necdum maritali vinculo copulatam. Respondetque ad locos illos scripturæ, qui eam uxorem fuisse dicere uidentur, quibusque ad uerum matrimonium inter illos cogitandum Heluidius agi poterat. Quod autem, inquit, in somno dicitur ad Ioseph: Ne timeas accipere Mariam uxorem tuam. Et rursus. Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcedit ei Angelus Domini, & accipit uxorem suam; nullum mouere debet, quasi ex eo quod uxor est appellata, sponsa esse desierit. Cum hanc esse scripturæ Diuinæ consuetudinem nouerimus, ut sponsas appellet uxores. Sicut in sequentibus Deuteronomii testimoniis approbatur. Si quis, inquit, inuenerit uirginem desponsatam viro in campo, & uim faciens, dormierit cum ea, morte moriatur, quia humiliavit uxorem proximi sui. Et in alio loco, Si autem fuerit adolescentula desponsata viro, & inuenerit eam homo in ciuitate, & dormierit cum ea, educetis utrumque ad portas & lapidabuntur lapidibus & morientur. Adolescentula quidem quia non proclamauit cum esset in ciuitate: uir autem quia humiliavit uxorem proximi sui: Nec non & alibi. Quis est ille homo cui desponsata est uxor & non accepit eam? Vadat & reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & forte homo alius accipiat eam. Hactenus Hieronymus.

Gregorius primus Romanus Pontifex, in eadem sententiam à Gratiano profertur. Sic quippe, inquit, discipulum dubitare permisit, tamen nec in dubitatione deseruit, sicut ante natiuitatem suam habere Mariam Ioseph sponsam uoluit, *qui tamen ad eius nuptias* non peruenit. Nā ita factus est discipulus dubitans & palpās testis ueræ resurrectionis, sicut & custos integerrimæ uirginitatis. Nuptiæ enim uero haud aliud sunt quam matrimonium, si ergo Ioseph ad Mariæ nuptias non peruenit, cum illa uerum matrimonium non habuit.

Ante hos omnes Tertullianus, lib. de uelands Virginibus, Declarans quam obrem Maria mulier ab Angelo uocatur, cum, inquit, Benedicta tu inter *mulieres* &c. & cuiusdam interpretationem refellens. Sed ad hæc duo, inquit, ingeniose respondisse sibi uisus est, quoniam quidem desponsata est Maria. Idcirco & ab Angelo & ab Apost. mulierem pronunciatam. Desponsata enim quodammodo nupta. Tamen inter quodammodo, & uerum satis interest dūtaxat hoc in loco. Nā alibi ita sanè habendū est; nunc uero non quasi iā nuptam mulierē Mariam pronunciauerūt, sed quasi nihilominus

nihilominus fœminam, etiam si non sponsam quasi hoc à primordio dictam.

Idem sentit Ambrosius in capitulo 23. Luc. ex Ioannis commendatione referturque à Gratiano. 27. quæstio. 2. capitulo Quod interrogasti. Et ne uniuersam uetustatem huc proferamus, omnes ueteres siue Græci, siue Latini inter Ioseph & Mariam uerum fuisse coniugium negare uidentur.

AVGVSTINI SENTENTIA DE uero Mariæ coniugio eius quæ rationes proponuntur. Cap. 62.

AVGVSTINVS solus est qui libro 1. de nuptiis & concupiscentiis ad Valerium, ut eorum qui à concubitu abstinere instituerunt coniugum, matrimonium non solum coprobaret, contrarium docuisse uidentur. Id autem ille eo potissimum probat, quod Angelus eam uocet coniugem, cum Ioseph loquitur. Noli timere accipere Mariam *coniugem*.

Deinde quod ambo parentes Christi uocentur, quod cum nō fuerit ratione concubitus, unde fuisset genitus Christus. oportuit ut esset ratione ueri matrimonii. Erant, inquit Lucas, pater eius & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et rursus. Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem. Et iterum. Et dixit mater eius ad illum, fili quid fecisti nobis sic. Ecce pater & ego dolentes quærebamus te. Et ne parentes suos ille negaret. Quod est, Respondet, quod me quærebatis, nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et demum. Et descendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis, parentibus scilicet. Cur, inquit Augustinus, illis subditus, qui longe infra formam Dei erant, nisi quia semetipsum ex inaniuit formam serui accipiens cuius formæ parentes erant. Sed cum illo non seminante, illa peperisset, profectò, nec ipsius formæ serui parentis ambo essent, nisi inter se etiam sine carnis commistione coniuges essent.

Tertiò, id sibi persuasit Augustinus, quod ingenitorum Christi serie, non Maria sed Ioseph collocetur quod nisi fuissent ueri coniuges, non potuissent.

Postremò, quia, ad perfectum matrimonium tria bona, fides, proles, & sacramentum requiruntur, quæ omnia in eo Ioseph & Mariæ coniugio inueniuntur. Prolem inquit, cognoscimus ipsum Dominū Iesum; Fidem, quia nullum adulterium; Sacramentum, quia nullum diuortium. Eandem sententiam approbat se uidetur libro 23. contra Faustum cap. 8. & 9.

EXPENDUNTUR AVGVSTINI rationes. Cap. 63.

VERVM his Augustini rationibus, satis Hieronymus in locis superius ex illo adductis respondet. Immo uero ipsummet Euangelium omnem earum uigorem abunde fundere uidentur. Nam qua ratione diceretur uxor Lucas illis uerbis explicat. Ascendit autem Ioseph à Galilea de ciuitate Nazaret, in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ uocatur Bethlem, eo quod esset de domo & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria *desponsata sibi uxore* prægnante. Non ergo absolutè uxor, adhuc cum ea in eius esset potestate ac domo, sed uxor desponsata erat. Deinde qua ratione Ioseph uocaretur pater, idem Lucas ostendit, cum inquit. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur *filius Ioseph*. Non ergo pater ideo dicebatur, quod inter Mariam & illum uerum matrimonium præcessisset, sed quod ita vulgus existimaret. Tertia ratio Hieronymo planè aduersatur, qui in illa uerba Matthæi, Genuit Ioseph *uirum Mariæ*, uirum pro sponso, consuetudine scripturæ accipi explicat. Cum uirum, inquit, audieris non tibi suspitio subeat nuptiarum.

Ergo ut Ioseph in serie genitorum Christi poneretur, satis erat fuisse illi desponsatam. Augustinum ut in plerisque aliis imitati sunt Hugo, Victorius & Lombardus. 4. senten. distinctio. 26. ut probaret matrimonia absque copula rata esse, ex hoc Mariæ matrimonio sibi argumentum sumit, dicitque nefas esset aliud cogitare, sed qua ratione nefas esset, cum id reliqui omnes ueteres Patres, uno excepto Augustino doceant, explicandum erat. Lombardum secuti sunt omnes auctores scholastici, Lombardi auctoritate contenti. Interpretanturque aliorum Patrum sententiam, non alio tendere quam ut negent, illud matrimonium ad concubitum peruenisse. Verum hæc glossula nulli loco ex his, quos adduximus facit satis, plenè enim negant Ioseph uirum Mariæ, & Mariam uxorem Ioseph, negant deinde nuptias, inter eos intercessisse, negantque fuisse aliud quam sponso. Quorum omnium contraria, nos de his, qui ueri sunt coniuges concedimus. Non ergo tantum copulam carnalem, sed uerum matrimonium negarunt.

AUCTORIS SENTENTIA proponitur. Cap. 64.

NOS nihil aliud in hac parte arbitrari possumus, quam quod utraque fortasse sententia

tentia disputari & defendi possit. Non enim hucusque Ecclesiasticam definitionem aliquam in hac parte legimus. Nec unam sententiam quam alteram, minus mysterio incarnationis dignam, intelligimus. Illi enim Patres qui matrimonium, non fatentur, sed dumtaxat desponsationem, cum id probant, quod illud uerba Evangelica aperire ostendere uiderentur, tum deinde, ut sacratissimam Virginem a suspitione corruptionis vindicarent. Nam cum maiori ex parte illi tunc dumtaxat matrimonium celebrari putarent, ut Gratianus ex eorum scriptis, multis productis locis probat, quando coitus celebraretur. Suspitione plenum existimarunt, Beatam Virginem uxorem Ioseph appellare. Augustinus contra ut eorum matrimonia, qui a coitu abstinere instituunt, non perinde solum persuaderet, id matrimonium perfectum uocare decreuit quod tamen non erat illo pacto necessarium cum iam per copulam precedentem uir & uxor in uerum matrimonium coaluissent. Porro illa ratio, quae ad suadendum Augustini sententiam a quibusdam afferri solet, quod Dei perfecta sint opera parum alteram sententiam laedit. Illud non de perfectione tantum essentiali, aut secundum naturam est accipiendum, alioqui monstruosi partu & alia huiusmodi imperfecta opera, non essent Dei opera sed de perfectione finis: omnia enim Dei opera ad perfectum quendam finem diriguntur. Quod autem Maria desponsata esset & uirgo, multae grauissimaeque rationes postulabant. Quas Hieronymus in primum Matth. cap. Basilus in homilia Natiuitatis Domini, & Auctores scholastici. 4. sentent. distin. 30. eleganter scribunt. Porro quo pacto Sacratissima Virgo matrimonio consentiret, an scilicet in copulam carnis, sub conditione &c. superius disputauimus.

Hinc iam quam infirma sit haec secunda ratio quae a quibusdam scholasticis post Petrum Lombardum, ad matrimonium rati non consummati, probandam perfectionem profertur, satis uideri potest. Immo uero potius haec ratio, quae a uirginis matrimonio sumitur, Gratiano patrocinatur, quam aliquid detrimenti affert. Enim uero si ideò ueteres Ecclesiastici patres, matrimonium inter Ioseph & Mariam perfectum fuisse negant, sed initiatum tantum ne carnalis corruptionis oriatur suspitio, putarunt perinde matrimonium absque carnali copula non esse perfectum. Quin uero neque Gratianus putat sibi Augustinum in hac parte contrarium, cum & reliquis patribus eundem aduersari oporteret. Sed credit illum Mariam & Ioseph matrimonium perfectum appellasse, non simpliciter, etiam si de perfectione essentiali loquamur, sed secundum quid. Sic enim ille, Augustini loco respondet. Sed obiicitur, inquit, illud Augustini quod inter Mariam & Ioseph fuit perfectum matrimonium, sed perfe-

ctum intelligitur, non ex officio, sed ex his, quae comittantur officium coniugii, ex fide uidelicet, prole, & sacramento, quae omnia inter parentes Christi auctoritate Augustini probantur. Haec tamen Gratianus. Itaque fuit perfectum illud matrimonium, non absolute, sed perfectione eorum quae comittantur officium coniugii, quorum quaedam sunt certe matrimonio extrinseca, ut proles & fides; qui enim prole carent, aut fidem sibi datam non seruant, non minus sunt coniuges quam reliqui, qui sibi sunt fidelissimi proleque abundant. Quod uero illa altera perfectio, quae a Gratiano dicitur officij, ad absolutam matrimonij essentiam non sit necessaria, nemo unquam tam apertis rationibus persuasit, ut quiscumque contrarium damnare cogatur. Deinde est, illa tria bona coniugii quae Augustinus enumerat, cum proprie & integre in aliquo matrimonio inueniuntur, illud reddant absolutum & perfectum, hoc tamen quod inter Mariam & Ioseph intercessit, nullo pacto perfectum reddere potuerunt. Nam proles in aliis matrimoniis consummationem, & carnalem copulam arguit, hic contra non arguit. Christus enim non ex Ioseph semine sed de Spiritu Sancto conceptus est. Carebat ergo id matrimonium re ipsa bono prolis, atque adeo neque eorum, quae comittantur officium coniugii perfectione perfectum erat.

Atque id in Gratiani gratiam nos hucusque diximus. Et tamen secundae rationi, quae ad comprobanda huiusmodi matrimonia rata, non dum consummata perfecta esse, ex coniugio Mariae sumitur, fortasse aliter responderi potuisset: negando consequentiam; quamquam enim illud coniugium fuerit perfectissimum, non modo ratione personarum, sed ratione finis, aut ut Gratianus inquit, ratione eorum quae officium comitantur prolis fidei, sacramenti; non tamen inde sequitur & reliqua coniugia nondum consummata perfecta esse. Enim uero eius sanctissimi coniugii longè alia multò quae Diuini fuit ratio, & ex illo, quod tantum ad diabolo celandum incarnationis mysterium, & Virginis honestatem tuendam, fuit Diuino consilio excogitatum, ad alia matrimonia, quae directe & a natura & ab Ecclesia ad procreationem ordinantur, rationes necesse, indignissimum certè mihi uidetur; profectò unum quodque tum perfectum dicitur, cum suum ultimum finem assequitur. Ultimus autem finis illius beatissimi matrimonij, non fuit prolis humana susceptio, ad quam tanquam medium necessarium ordinatur coitus, sed mysterij abscondito, uirginis pudoris & honoris conseruatio, Christi paedagogia &c. Ego cum omnia haec fuerit assecutum, perfectissimum

num fuit coniugium. Reliqua uero coniugia, ideò ante copulam non sunt perfecta, quia ad prolem tanquam finem, & ad coitum tanquam medium ordinantur. Deinde ibi fuit illi traditio in domum, mutua uita consuetudo, quae, ut antea diximus, matrimonium quoque efficiebat: quod de omnibus his, quae per uerba de praesenti, matrimonium contrahunt, & in domibus paternis delitescunt, dici non potest. Hinc ruit illa ratio, qua quidam Gratianum erroris conuincere moliuntur, quod dicat coniuges consuetudine scripturae, non appellari nisi spe futurorum, quia scilicet in animo habent, coniungi carnali commercio, nam, ut aiunt, esset haeresis dicere quod Beata Maria & Ioseph in proposito habuerint illam carnalem copulam; cum prius illud Diuinae uoluntati commisserint, & postea uoto continentiae confirmauerint. Haec ratio nihil laedit Gratianum, nisi & Hieronymum & alios quos citauimus laedat. Non rectè sequitur, ut si reliquae sponsae, a spe futurorum coniuges dicantur, Beata Maria eadem ratione quoque coniux appelleretur. Quoniam huius & aliorum matrimoniorum longè alia ratio est. Nec ab hoc ad alia matrimonia rectè ratio deducitur.

EXPENDITUR TERTIA in Gratianum ratio.

Cap. 65.

TERTIA in Gratianum ratio, ex definitione matrimonij sumebatur, qua matrimonium dicitur esse coniunctio maris & feminae indiuiduam uita consuetudinem retinens. Sed ea haud magis quam praecedentes persuaderet illi alteram sententiam. nam primò ea definitio, quae tamen ab Alexandro tertio quoque usurpatur, Gratiano non esset integra, neque perfecti matrimonij natura explicaret, sed esset descriptio quaedam, quales plerumque iurisprucentes excogitare solent.

Deinde ea definitio, cum ex iure civili sit deprompta, non aliter quam ab illis accipitur, intelligi debet. Nuptiae, inquit Modestinus, sunt coniunctio maris & feminae, consortium omnis uita, Diuini & humani iuris communicatio. Per coniunctionem maris & feminae non uerbalem aut consensus dumtaxat coniunctionem intelligunt, sed corporum & animorum coniunctionem, id enim nomina *maris*, *femina* denotant. Quin uero ex hac matrimonij definitione robustissime opinio Gratiani profectò stabilitur. nam cum iuxta hanc definitionem matrimonium non sit quicumque contractus, neque quaecumque maris & feminae coniunctio, sed indissolubilis, hoc enim est quod dicitur, in-

diuiduam uita consuetudinem retinens, & matrimonium ratum non consummatum sit solubile, ut patet de ingressu religionis, & iuxta quorundam non modo Canonistarum, sed Theologorum quoque sententiam, & fortasse altera probabilior, ut postea demonstrabimus, sequitur, eam definitionem matrimonio nondum consummato non conuenire, ac proinde illud non esse matrimonium. Illa enim definitio, de matrimonio uero traditur, ergo cui non conuenit, non est uerum matrimonium. Natura profectò matrimonij, est esse contractum indissolubilem, iuxta illud, quod de ueris coniugibus Christus inquit. Quos Deus coniunxit homo non separet. Neque hic ad Diuinam dispensationem mortis ne ciuiles potest quis confugere. Ideo enim Deus matrimonium ratum non consummatum solubile constituit, aut in eo dissolueno mortem ciuilem religionis ualere uoluit, quoniam nondum fuerat perfectam essentiam matrimonij consecutum.

EXIGITUR QUARTA in Gratianum ratio. Cap. 66.

QUARTA ratio, ex his, quae Gratianus eadem quaestione scribit, soluta esse uidetur. Nam cum ille Chrysostomi, Nicolai Pontificis, Isydori, Ambrosii &c. quosdam locos in ipso statim quaestionis initio induxisset, quibus probaret, consensum esse causam matrimonij, atque adeò inde sequi uideretur, consensum absque carnali copula, ad matrimonij perfectionem satis esse. Ita responderet. Illud autem Ioannis Chrysostomi, Matrimonium non facit coitus sed uoluntas, item illud Ambrosii, non defloratio uirginitatis, sed pactio coniugalis matrimonium facit, ita intelligendum est. Coitus sine uoluntate contrahendi matrimonium, & defloratio uirginitatis sine pactio coniugali matrimonium non facit, sed praecedens uoluntas contrahendi matrimonij & coniugalis pactio, facit ut mulier in defloratione suae uirginitatis uel in coitu, dicatur nubere uiro uel nuptias celebrare. Haec Gratianus. Ergo tunc celebratur consensus & fit contractus coniugalis, sed nondum est perfectum & uerum matrimonium quousque carnalis copula accedat. Neque hoc est mirabile, nam consummatum matrimonium, quid est aliud quam perfectum matrimonium? Enim uero consummare perficere est, matrimonium ergo consummatum, est matrimonium perfectum, nondum consummatum, nondum perfectum. Ita ut ipsum nomen dirimere quaestionem uideatur. Duo sunt in matrimonio, quae causa coniugij uideri possent: coeubitus, & consensus, sed in his coeubitus absque

Si 3 uoluntate

uoluntate & consensu, nihil operatur contra, consensus matrimonium efficit, sed utrumque Gratiani sententia, ad matrimonii essentiam & perfectionem non modo accidentalem sed essentialem necessario requiritur. Atque ita accipienda erit sententia illa Vlpiani cuius antea meminimus, si fuerit sub hac conditione legatum *si infamilia nupserit*, uideatur impleta conditio, statim atque ducta est uxor, quamuis nondum in cubiculo mariti uenerit, *Nuptias enim non concubitus, sed consensus facit*. Vnde canones illi qui à Gratiano citantur, sumpti fuisse uidentur. Sunt huiusmodi leges ac canones præsumptiu, præsumuntque ex præcedenti consensu, & cohabitatione, quamquam sollemnis illa in viri cubiculum introductio non præcesserit, præcisisse concubitum. Et quod id ita sit, non modo matrimonii absoluta ratio, sed ratio ipsa Christiani matrimonii demonstrat. Enimvero Christianum matrimonium, non tantum contractus est, sed sacramentum, sacramentum autem non unà eademque ratione sed duplici. Et quatenus scilicet & gratiæ collatum, quæ ratio sibi communis est cum reliquis omnibus sacramentis, & quatenus Christi & Ecclesiæ copulam denotat. Omnia enim sacramenta sicut unum habent communem effectum, gratiam scilicet iustificantem, & alterum proprium, ita unam habent cum reliquis sacramentis communem significationem & alteram propriam à qua tanquam à causa formali perfecta dicuntur. Nam cum sacramentum suapte natura sit signum, & si signum à significando dicatur, illa significatio, hoc aut illud sacramentum in esse completo & essentiali constituet, quæ illi propria est, non item illa quæ illi est, cum reliquis communis, quemadmodum homo non à sensibilitate, quæ passio est communis omnibus animantibus, sed à rationalitate, & Socrate non à rationalitate, sed à socrateitate propriaque differentia, quæ illum à reliquis distinguit, in esse essentiali quidam & indiuiduali constituitur. Ergo baptismus non quatenus dat gratiam iustificatricem baptismus est nam alio qui omne quod daret gratiam baptismus esset, quod est absurdum cum gratia multis aliis modis, & etiam absque sacramentis donetur. Idem quæ de confirmatione, eucharistia, ac reliquis sacramentis sentiendum est. Nullum enim horum à significatione gratiæ iustificantis in suo essentiali esse constituitur, sed ab eius Charismatis significatione, quod sibi proprium est. Exempli gratia, Baptismus à significatione regenerationis, unde à Christo quasi proprio nomine regeneratio uocatur. Atque hinc etiam in iam iustificatis necessitas baptismi derivatur. Quamquam enim gratiam iustificatricem habent, per bonum propositum acquisitâ, necessarium tamen est illis ipsum baptismum re ipsa suscipere, ut proprium baptismi effectum sortiantur, qui est à filius ire, uetere homine interfe-

Ioh. 2.

cto, filios Dei facere. Confirmatio non à gratia iustificante, sed à Spiritus Sancti dono, quod fortitudinem uocamus, iuxta illud spiritus consilii & fortitudinis. Et illud Manete in Hierusalem donec induamini uirtute ex alto. Eucharistia non à gratiæ iustificantis significatione, sed ab illa, qua & corporis & animæ tanquam uitam & nutrimentum designat, iuxta illud, Qui manducat hunc panem uiuet in æternum. Idem quæ de reliquis sacramentis facile est cogitare. Est autem multum magnopereque attendendum inter communem illum effectum sacramentorum gratiam scilicet iustificantem, & reliquos eisdem sacramentis proprios, hoc discrimen uersari, quod gratia proposito ipso & uoto sacramenti suscipitur. Contra effectus proprii, in sacramentis præsertim, quæ non sunt necessitatis, non nisi ipsa sacramenti susceptione obtinentur. Non enim fortitudo illa spiritus, quæ est gratia gratis data & sacramentum confirmationis propria, uoto dumtaxat, obtinetur, sed ipsa sacramenti susceptione, sed neque in extrema unctione, robur ad colluctandum aduersus Satanicas fraudes, in ipso huius uitæ transitu uoto acquiritur, sed ipso sacramento. Vnde non dubium est, negligentes Episcopos & Presbyteros, qui populos sacramento confirmationis, & extremæ unctionis priuant grauissimam eisdem iniuriam inferre. Sed id multo apertius in his sacramentis, quæ non ad singulorum Christianorum absolutam aut qualemcunque necessitatem sed ad publicam tantum pertinent, aduertere possumus. Enimvero ordinis effectus proprius character scilicet, nunquam uoto suscipitur, sed ipsa sacramenti actuali susceptione. Sacramentum autem necessitatis, ut baptismus & penitentia, id quidem extra necessitatis casum quoque cum reliquis commune est, sed quoniam effectus illi proprii, sunt absolute ad salutem necessari, neque quisquam absque illis gratiæ fuerat per uotum assecutus effectum, felicitatem nimirum, obtinere posset, ideo in extrema necessitate, Deus effectus eisdem proprios non alligauit sacramentis. Exempli gratia effectus proprius baptismi est regenerare & Ecclesiastico corpori Christoque capiti inferere, hunc quidem effectum, & si gratia iustificatricem uoto ipso baptismi nanciscatur, nisi re ipsa ut antea dicebamus, nemo potest suscipere, uerum quoniam omnes in illa celesti felicitate oportet esse unum corpus, & illic non erunt, nisi hic prius effecti fuerint, unum corpus, ideo eos, qui in Dei gratia per baptismi uotum implicitum uel explicitum suscepta, ex hac uita proficiscuntur, nec per illos quominus baptismum re ipsa susceperent, stetit, Deus Ecclesiastico corpori, defectum sacramenti suppleto inferit. De Eucharistia idem est iudicium. Quoniam enim, quicumque ad uitam illam felicem venturus est, ubi mors ultra non erit, oportet

I. a. 9. A. 5. m.

Ioh. 6. 11.

ep. 5.

27. q. 2. c. c. i. societas.

26. c. 2. m. m. n.

Apost. 11.

oportet & corpore & anima uita eterna prius fuisse donatum, cum fieri potest quidem, eam Deus per hoc sacramentum confert, cum fieri nequit, Deus ipse absque sacramenti ministerio eundem effectum per seipsum tribuit. Quod mihi satis persuadet, ut Eucharistiæ sacramentum non minus de salutis necessitate si obtineri possit, quam baptismum & penitentiam existimem, iuxta illud, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Sed ad matrimonium uenio. Habet matrimonium duplicem effectum, gratiam scilicet iustificantem, illi cum reliquis sacramentis communem & unionem indissolubilem, similem illi quam habet Christus cum Ecclesia, iuxta illud; Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & in Ecclesia, qui est proprius eius effectus. Secundum hunc duplicem effectum, duplicem quoque significationem sortitur. Primam qua gratiam habitualem & iustificatricem significat, secundam, qua unionem illam Christi & Ecclesiæ denotat, à prima, rationem generis dumtaxat, à secunda, tanquam à formali & completa differentia, integrâ essentiam sortitur. Est autem inter has duas significationes differentia. Nam quia primæ significationis effectus, uoto solo obtineri potest quemadmodum & in reliquis sacramentis, statim per ipsa uerba de præsentem mutuum illum consensum exprimentia, eadem significatio integra est, & ad suum effectum tribuendum sufficiens. Contra quia secunda significatio, uoto, absque re ipsa non potest obtineri, ante ipsam mitionem carnalem, qua coniuges una caro fiunt, nullum habet esse, atque adeo ante illud tempus & si secundum illam generalem rationem sit sacramentum, quia gratiam contulit, non tamen est sacramentum matrimonii, quia nondum illa ultima significatio sui uigorem obtinuit. Ratio autem quare nondum uigorem obtinuerit, ea est, quod sacramenta non sint cuiuscunque rei, præteritæ aut futuræ, sed præsentis signa. Sunt enim signa eius quod præstant & efficiunt. Non ergo habent signi propriam rationem atque adeo neque sacramenti, nisi ipsa re sacramenti, id est ipsa re significata præsentem. Ergo matrimonium secundum generalem rationem sacramenti, cum sit contractus, sacramentum est, quia tunc gratia cuius est signum adest, sed propriam rationem sacramenti matrimonii, usquequo copula carnis accedat, non habet. Quoniam ea copula quatenus Christi & Ecclesiæ insolubile uinculum designat, sacramentum matrimonii perficit & essentialiter complet. Atque id profecto est quod Nicolaus Pontifex inquit, Cum societas nuptiarum ita à principio sit instituta, ut præter commissionem sexuum, non habeant in se nuptiæ coniunctionis Christi & Ecclesiæ sacramentum, non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse nuptiale ministerium, Et Ambrosius, In omni matrimonio

coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat & perficit coniugiorum commissio corporalis. Esse autem hanc doctrinam ueram, uel hæc unica ratio persuadere potest, quod matrimonium siue matrimonii sacramentum, non sit quacunque ratione sacramentum sed quod maris & femine coniunctionem indissolubilem & nulla potestate solubilem annexam habeat, iuxta illud quod Christus de uero matrimonio inquit. Quos Deus coniunxit, homo non separet, Ergo cum matrimonium ratum, non consummatum, hac indissolubilitate quousque accedit copula carnalis careat, non est uerum neque sacramentum neque matrimonium. Matrimonium autem ratum non consummatum, esse solubile, nemo catholicus negare potest, cum per ingressum saltem religionis soluitur. Quod matrimonio uero & absoluto non accidit, quod scilicet perfectam iam essentiam & quidditatem retineat, simpliciterque sit & appelletur matrimonium.

Math. 19.

AD QUINTAM IN GRATIANVM rationem Cap. 67.

QUINTAE rationi responderet Gratianus, falsum esse conjugalem coitum, operationem esse dumtaxat matrimonii, sed esse potius finem, ad quem suoptegenio & essentiali ratione, ordinetur matrimonium. Porro id quod ad aliquid ordinatur, nulla perfectione neque essentiali neque accidentali perfectum est, quousque ad finem illum perueniat. Falluntur autem hi, dum de rebus physicis eodem iudicio, quo de moralibus censendum putat, quod tamen pluribus Theologis, qui aliquando res physicas attigerunt, est familiare. Res physice in seipsis, cum compositione consent, in actu suo primo, perfectionem habent actusque secundus id est operatio, semper est accidentalis perfectio. Contra, morales, ante illius ad quod ordinantur adeptionem, nunquam perfectæ censentur. Ratio est, quia res physice rationem habet potentia & instrumenti, ut uisus, auditus &c. atque adeo ante suas actiones oportet eas perfectas esse, morales contra, neque potentia neque instrumenti, sed medii tantum rationem sortiuntur. Potentiam & instrumentum ante operationem facile est perfecta considerare, immo hoc est necessarium, prius enim res oportet esse quam operari, ut docet Aristoteles. At mediam secundum rationem, absque suo fine considerare nemo unquam potuit. Nam quod matrimonium suapte natura ad filiorum genituram quæ fit per coitum, ordinetur, nemo negare potest. Commune, inquit Cicero, animantium omnium est coniunctio- nis appetitus procreandi causa. Porro hanc coniunctionem in animalibus ratione præditi esse matrimonium, Iustinianus Imperator, & ante illum Vlpianus ostendit. Ex iure, inquit, naturali descendit maris atque femine coniugatio, quam nos matrimo-

Lib. 1. de off. sic.

Inst. de Inf. & iur. D. cod. l. 1.

matrimonium appellamus. Quin id ipsum nomen matrimonii planè ostendere uidetur. Matrimonium, inquit August. quippe ex hoc appellatum est, quod non ob aliud debeat foemina nubere, quam ut mater fiat. Vel ut Gellius scribit, matrimonium dicitur à matris nomine, non adhuc obtendo, sed statim obtinendo.

QVID SVADEAT SEXTA IN GRATIANVM RATIO. Cap. 68.

SEXTA ratio prorsus est impertinens, Gratianus enim non docet, ad perfectionem coniugii requiri liberos, aut tunc duntaxat, matrimonium esse perfectum, cum accedant liberi, sed cum accedit coitus, & carnalis commissio. Porro hanc in senibus, qui matrimonia inire possunt, & in sterilibus &c. esse, non est negandum. Itaque sunt in matrimonio fines, fornicationis uitatio, iuxta illud *unusquisque* ob fornicationem suam uxorem habeat, alter filiorum procreatio: tertius cohabitatio mutuaque subuentio, quàmquam is minus quàm illi duo ad matrimonium, quàm matrimonium est, pertineat. Nam alioqui duo mares aut duæ foeminae simul viuentes, sibi mutuo subuenire possent, neque erat ad hoc per se necessaria maris & foeminae coniunctio. Coitus igitur in senibus aut sterilibus, & si non secundum illum finem assequatur, assequitur tamen primum & tertium. Idemque de Eunucho, si tamen altera pars in defectu consentiat, est omnino sentiendum, propter hoc, quod nisi omnino sint abscisci, coire possunt. Et æstum fornicationis uoluptatis extinguere, iuxta illud. Concupiscentia spandones deuirginauit iuuenulam. Ego uero profectò mirari satis nequeo, qua tandem ratione, hoc argumentum ab illis in Gratianum iaciatur, qui absolutè tanquam rem certissimam docent. Senes spandones cuiuscunque generis, & reliquos omnes qui impedimentum coeundi, aut (quod est longè mirabilius) seminandi, perpetuum habent, non posse non modo imperfectum, sed quodcunque matrimonium inire. Subduntque rationem, quòd fieri non possint cum coniuge uera caro. ad matrimonium ergo non modo perfectum, sed imperfectum quoque; ex horum doctrina coitus & seminatio requiritur. Quibus multò minora Gratianus dicit. Verum de his postea.

SEPTIMA IN GRATIANVM RATIO quid probet. Cap. 69.

SEPTIMAE rationi, quid sit respondendum, ex his quæ paulò ante in quartæ rationis dilutione diximus, haberi potest. Sanctificare enim coniugum animas, non secundum propriam, sed secundum generalem rationem sacramenti, matrimonio conuenit. Iungere uero nexu insolubili eorum corpora, est proprius effectus matrimonii, ab huiusque effectus significatione propriè matrimo-

nium sacramentum uocatur. Vnde cum is effectus antequàm coniuges sua copula corporali, Christi & Ecclesiæ coniunctionem designent, matrimonium non habet propriam ac ueram rationem matrimonii. Est autem hæc ratio, non ut illi putant, coniugio accidentaliter, sed essentialiter ad illius quietatem pertinens.

OCTAUA IN GRATIANVM RATIO quid ualeat. Cap. 70.

ET demum haud magis quàm præcedentia, urget postremum argumentum. Nam qua ratione loci illic ex Chrysostramo & Ambrosio producti sint accipiendi, superius cum quartam rationem dilueremus, ostendimus. Deinde quòd ad perfectum matrimonium, consensus in copulam non requiratur, Augustino, ut uidimus prorsus contrarium est. Matrimonium inquit, ex hoc appellatum est, quòd non ob aliud debeat foemina nubere, quàm ut mater fiat. Porro Hugoni Victorio, Gratianus suam auctoritatem poterit obicere, qui & illo antiquior, & Ecclesiasticorum morum & canonum consultior fortassis haberi potest. Claruit Gratianus sub Henrico quarto Imperatore Germano. Hugo sub Henrico quinto, auctore Trithemio. Deinde lib. de sacramentis nusquam ille consensum in carnis copulam, filiorumque procreationem exclusit, sed consensum in coitum ad matrimonium non sufficere tantum dixit. Eius uerba sunt. Consensum autem legitimum illum esse putamus, qui ad hoc fit, ad quod fieri debet. Nam qui ad solam carnis coniunctionem consentiunt, pro tali consensu coniuges adhuc dici non possunt. Hoc enim fornicantes & adulterantes faciunt, à quibus coniugalis castimoniam nomen procul abesse cognoscitur. Subditque deinde consensum in societatem illam quàm Deus omnium creator, inter masculum & foeminam à principio instituit, matrimonium sacrare. Sacrat, inquit, non efficit. Ergo illic Hugo non excludit carnis copulam, sed tantum asserit ad matrimonium illam non satis esse. Hoc enim nomen *solam* ostendit. Deinde societas illa quam Deus omnium creator inter marem & foeminam instituit, non in cohabitationem tantum, sed in officium generandi fuisse ipse sacèr textus satis indicat. Creauit, inquit, Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam ad imaginem Dei creauit illum masculum & foeminam creauit eos. Benedixitque illis & ait, Crescite & multiplicamini & replete terram. Ergo si in societatem illam primitus institutam oportet consentire coniuges, implicitè ac uirtualiter, quòd aiunt, in copulam consentire quoque debent. Libello de Mariæ uirginitate scio illum non aliorum huius fuisse sententiæ, quam ut cuiusdam hominis blasphemiam, qui ex ratione generali matrimonii sacratissimæ uirginis pudorem aggrediebatur, reprimeret. Sed quemadmodum hæreticus

reticus ille ex illa cõsensione in carnalem copulam quam ad rationem matrimonii quemadmodum & Gratianus pertinere putabat, ad hoc sacrosanctum & singulare uirginis matrimonium, pessimè rationem deducebat. Ita non erat necessariu Hugoni, ex aliis matrimoniis, quæ generali ratione constituuntur. Illud peculiare matrimonium metiri, nisi tam opinabilem haberi uellet sacratissimæ uirginis uirginitatem, quàm erat probabilis eorum sententia, qui iuxta leges ciuiles & canonicas multorumque Patrum auctoritatem, absque copula non esse perfecta matrimonia putarunt. Deinde inter Ioseph & Beatam uirginem fuisse uerum ac perfectum matrimonium, negare, quòd ueteres sanctissimi ac eruditissimi uiri penè omnes fecerunt, haud erat tam ingens piaculum quàm ille putat. Et profectò eius rationes, quòd scilicet ea matrimonia sint sanctiora; quibus non mutuo concubitu, sed mutua charitate, coniuges fruuntur, quòd multò maior sit unio mentis quàm carnis, quòd illud *erunt duo in carne una*. de sinceritate dilectionis, de cura sollicitudinis, de omni affectu pietatis, de uirtute consolationis & similibus sint accipienda haud quicquam suadent. Non enim rectè colligitur, ut si coniunctio illa sit sanctior, perinde sit perfectum matrimonium. Deinde si maior sit animorum quàm corporum societas, maior tamen est animorum & corporum coniunctio & unitas, quàm animorum tantum. Præterea illa illorum uerborum Genesis interpretatio aperte, & contra ipsa scripturæ uerba, quæ non in spiritu unum, sed *in carnem unam* aiunt, & contra Patrum omnium interpretationem, qui coniuges, nõdum esse unam carnem, quousque matrimonium fuerit consummatu, interpretantur, militat. In quam rem quia est apertissima; patrum & canonum testimonia, non est opus asserere. Multa alia illic docet, Hugo, quæ & communi doctrinæ Theologorum, præsertim huius temporis, & scripturæ ipsi repugnare uidentur, quæ legèti libellum illum occurrere poterunt. Atque id de his rationibus quæ in Gratiani sententiâ à Theologis scholasticis formari solent.

DIE VVNTVR QVAEDAM ALIA in Gratianum argumenta. Cap. 71.

PORRO quod hanc Gratiani sententiam Wiclefus probauerit, non arguit illam continuò esse reprobendam. Nam primò illa inter errores eius qui uisi digni sunt damnatione à Concilio Constantiensi non recensetur, quòd non est paru argumentum, eam ad illud usque tempus tollerabilem fuisse neque à Patribus reprobatione, uisam dignam. Alioqui profectò reprobassent. Deinde rationes quæ à Thoma Waldense in eam proferuntur haud aliquid promouent.

Nam primò quòd de Mariæ coniugio obiicit, illud fuisse matrimonium perfectum, & tamè nullam habuisse carnis commissionem, Eas habet di-

lutiones, quas superius diximus. Primum antecedens negando cum Origene, Epiphano, Chrysostramo, Ambrosio &c. fuit enim duntaxat desponsatio de futuro. Atque in hoc ueteres illi patres non iniuriâ inferre sacratissimæ uirgini, sed eius puritati consulere moluntur. Enimuerò fuisse illud uerum coniugium, aut nihil aut paru perfectionis aut sacræ uirgini aut mysterio incarnationis accumulatur, neque fidei aliquod affert emolumentum, fuisse uero Mariam & ante partum & in partu, & post partum inregram, non modo corpore sed etiam mente, cum dignitate tueri magni refert, immo est nobis necessarium. Ergo si ut illud defendamus, hoc in periculo constituimus; haud rectè Theologos agimus. Quòd autem articulus uirginalis puritatis Mariæ discrimini exponatur, dum volumus rem minimè necessariam defendere, hinc satis patet, quòd ea sententia quæ necessarium consensum in copulam docet, aut illa quæ docet ad perfectum uerumque matrimonium carnalem copulam exigi, & totam ciuilem iurisprudentiam & Ecclesiasticos patres maxima ex parte fautores habeat. Vnde dicere illud coniugium, perfectam essentiam matrimonii sortitum fuisse, nõ est aliud quàm Mariæ uirginitatem in controuersiam uocare; aut hæreticis quotidie in illam impingendi ansam tribuere. Nam quorsum aut quæ ob rem Christiani Theologi, in Mariæ uirginitatem illa omnia argumenta militare permittunt, quæ ad perfectionem essentialem matrimonii aut consensum in copulam carnalem, aut ipsam tandem copulam requiri probare contendunt? Aut quorsum patrum auctoritatem, qui ad ueras nuptias concubitu exigi necessariò, docent, ipsius uirginalis pudicitia aduersarios sustinere quis cupiet.

Poterit etiam responderi negando consequentiam, quoniam ut Hugoni dicebamus, ex aliis matrimoniis, hoc quòd est peculiari prouidentia excogitatum, quòdque ab æterno nunquam fuit ad copulam, tanquam ad finem ordinatum, uelle metiri, prorsus est indignum.

Cui responsioni & illud adiungi poterit, (quòd tamen nescio qua ratione Theologos nostros fugerit) Gratianum, ac reliquos illius opinionis sectatores, non de quocunque matrimonio, sed de Euangelico loqui. Matrimonium autem Mariæ & Ioseph non ad Euangelicum statum, sed ad Mosai cum pertinuisse, quis dubitat? Fuisse autem longè aliam illius quàm huius Euangelici status rationem matrimonii, correctio illius, quam Christus apud Matth. facit, planè demonstrat. Erat illud, etiam post consummationem per libellum repudiabile, hoc minimè. Erat tunc temporis non illicita polligamia, nunc post inuulgatum Euangelium illicita. Ergo tunc temporis, quoniam casus rerumque status dabatur, quibus matrimonia soluerentur, etiam ante coitum, per uerbales contractus uim obtinere matrimonia censebantur. Nunc quoniam

lib. 19. Cõr.
Manic. cap.
26.
lib. 18. c. 6.

1. Cor. 7.

Ecl. 20.

Dom. Sol. li.
4. sen. d. 38.
q. 1. ar. 2.

Gen. 1.

Siff. 8.

Tom. 2. de
sacr. c. 130.

Matth. 19.

niam semel consummato coniugio, amplius etiam à viro aut vxore turpissima recedere non licet, expectanda est matrimonii consummatio, per carnalem copulam, ut ratum perfectumque habeatur. Quod deinde ex Apostolo profert Waldensis dicente, *Tempus breue est*, Itaque qui habent uxores tanquam non habentes sint &c. in Wiclefium fortasse alias militare poterit, in hanc tamen Gratiani sententiam profectò non militat. Non enim Gratianus docet, per desuetudinem à concubitu, aut per votum coniugalis continentie, matrimonia rumpi, sed ad eorum veritatem requiri carnalem communionem, porrò hi qui nunc abstinent, aliquando consummasse matrimonium, nò est impossibile. Damnatur tamen (fateor) à Waldense, Wiclefus meritisimè eo loco, tum quia putaret coitus renuntiatione, matrimonium euanesce, tum quia doceret eos qui non possent procreare carnaliter, sed aut spe futurorum iuaminù, aut vitandæ fornicationis gratia in matrimonium còueniret, sollicitè copulari. Cùm scriptum sit. Vnusquisque propter fornicationem, suam uxorem habeat, & vnacque suum virum. Vir vxori, debitam benevolentiam & obsequium reddat, & vxor uiro. Sed id ad Gratianum nihil attinet.

SOLVUNTUR GRATIANI RATIONES, si quis eius sententiam repudiare malit. Cap. 72.

ET hæc quidem in Gratiani gratiam hucusque diximus, non quòd communem scholasticorum sententiam, quæ post Petrum Lombardum, matrimonium rata nondum consummata, verà ac perfecta matrimonia esse docet, reproberimus, aut ab illa deficiamus, sed quid Gratiani veterumque placitum sua probabilitate non care ostendere velimus. Neque enim hucusque ut diximus vllam in hac parte Ecclesiæ diffinitionem audivimus. Quòd si quis communioris & nunc vulgatiorem sententiam probare malit, Argumenta Gratiani suam habent dilutionem, quod nimirum capita illa, quæ ab illo proferuntur, quibus docentur matrimonia ante carnis copulam non esse perfecta, essentiali perfectione, intelligantur, de ipsa carnali copula, aut de eius potestate. Per verba autem de presenti, uterque coniugum in seipsum alteri potestatem tradit. Et apud Christianos, tantundem valent verba de presenti consensum exprimentia, quantum apud Romanos solennis illa in domum sponsi traductio, quam copulæ carnali, æquivalere diximus, quòd ea iam carnalis coitus potestas fieret. Vt ex. L. Si in familia, D. de cond. & demonst. comprobauimus.

Illà verò solutio quam vulgò Theologi, & Canonistæ reddere solent, quòd illic, loquantur patres, de desponsatione per verba de futuro. friuola est mea quidem sententia. Nam illis capitibus, quæ aperte diffiniunt ante coitum, non esse verum

matrimonium, adaptari nequit, ut cap. Non est dubium. cap. cum societas. cap. Lex Diuina &c. quibus omnibus apertissimè & absque succo traditur ante carnalem missionem, non esse matrimonium. Illis deinde quæ desponsas aliquibus, posse ad alia matrimonia transire inuunt, aut quæ Beatam Virginem, desponsatam non item vxorè Ioseph extitisse significare videntur. Minus satisfaciunt. Nam tametsi scio desponsationem propriè sumptam, cùm iure civili, tum canonico, pro sponsione & promissione futurarum nuptiarum usurpari, significare que fidem illam quam appellat Augustinus pactionis, ut quod Florentinus iuriconsultus, sponsalia esse promissionem futurarum nuptiarum definit, qua significatione penè omnia quæ & D. & C. desponsalibus, & titu. de sponsalibus & de desponsatione impub. ponuntur sunt accipienda, non tamen infrequenter. Pro ipso matrimonia li contractu, mutuaque fidei datione in iure præsertim canonico sumitur; quanquam diuersa ratione. In primis enim sponsalibus de futuro, matrimonium sibi coniuges, mutua stipulatione pollicentur, in secundis, verò, id est de presenti, non iam matrimonialem pactionem, sed carnalem copulam, sibi spondent, id quod & Abbas Panormitanus annotauit. Ita profectò Clemens III. Tertio loco usurpat, & Gregor. IX. c. si inter uirum. An uerò ad primam uel secundam significationem pertineant, ea quæ de sponsis à Gratiano ex veteribus Patribus recitantur, ex ipsismet capitibus dilucidè uideri poterit. Certè illa omnia Sanctorum, dicta, quæ de Beata Virgine coniugio loquuntur, non de futuro, sed de presenti fore intelligenda, nemo negare potest. Nam sponsæ prima significatione, in domibus sponzorum nondum habitabât, neque ad eos ab illis ductæ fuerant. Deinde caput illud Siricii Pontificis, quo connubiù earum anathematizatur, quæ cum alio desponsatæ ad alias nuptias declinauerunt, de eisdem sponsis per verba de presenti fore accipiendum, id quod ex Augustino sequenti capite profertur, aperte ostendit. Duobus, inquit, modis fides dicitur, & pactionis & consensus, si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis non debet aliam ducere. Si aliam duxerit pœnitentiam agat de fide mentita, maneat tamen cum illa quam duxit, nò enim rescindi debet tantum sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus, nò licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet eam, & adheret primæ uxori. Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit fidem alicui quod eam ducet, fides pactionis est, quando & si non constingat manum, corde tamen & ore consensit ducere & mutuo se còcedunt vnus alteri & mutuo se suscipiunt. Desponsatæ ergo illæ, quas si ad alia coniugia transierint, anathemate ferit Siricius, non ad fidem pactionis, id est promissionem futuri matrimonii, sed ad fidem consensus, qui per verba de presenti explicetur pertinebant.

Propo-

PROPONITUR ET ELIDITUR aliud in Gratianum argumentum. Cap. 73.

CVIUS sententiam si quis tueri uelit, illud omnium uolentissimum argumentum patietur, quo obiici solet sequi iam, quod si quis post matrimonium ratum nondum consummatum, aliud matrimonium ratum & consummatum inierit, solui prius quod est tum absurdum, tum uerò erroneum. Cui rationi, & si prius quid Gratianus responderet, explicauerimus, nunc tamen exacius paulò satisfacere oportet.

Putarem ego non alia ratione de matrimonio rato, & non consummato loquendum quàm de uoto solenni religionis aut sacerdotali, docti quidam Theologi loquuntur. Nam quemadmodum si quis post huiusmodi uota solennia, matrimonium de facto contrahat, neque à uinculo religionis absoluitur, neque uerum matrimonium inicit. Non quidem ex natura uoti solennis, sed ex Ecclesiastica constitutione, quæ notarium ineptum reddidit ad inuenda coniugia, ita qui matrimonium per uerba de presenti contraxit, neque illud carnali copula consummauit & perfecit, si aliud quodcumque matrimonium ineat, quantumcunque illud consuminet, nec à priori absoluitur coniugio, neque aliud contrahit, ex eadem humana constitutione & consuetudine quæ huiusmodi coniugia per uerba de presenti contracta, rata & firma uult haberi, ut Siricius cap. illo de coniugali, & Eusebius can. desponsatam docent, nisi raptus interuenerit, Quo casu, Patres rogandum esse spòsum priorem diffiniunt, an eam uelit recipere, quod si noauerit & eidem sponso & sponsæ quærendi alia matrimonia, ut antea diximus, potestatem faciunt, ut in c. Quidam c. si Quis. c. Raptor. c. statutum &c.

Sed ais. Id tantum arguit, huiusmodi sponsum per uerba de presenti, non posse ad aliud coniugium diuertere, non tamen non posse priorem dimittere. Verum hæc obiectio parum mouet. Nam cum nemo ab eo uinculo quod sibi inierit, nisi ratione alterius uinculi solui possit, rectè sequitur, ut qui non potest ad aliquod aliud matrimonium conuolare, priori illi obligatus & obstrictus maneat. Potest autem ad religionem transire, quia ad uota illa obeunda nò est redditus ineptus, aut in habilis. Nam potest Pontificem uota etiam irritare, & quantumcunque emittantur nulla habere, si uoluerit, superius diximus.

Et certè, ut iam huic opinioni Gratiani, finem imponamus, ego non uideo, cur absque Christianæ doctrinæ detrimento defendi nequeat, istius generis coniugia, de iure quidem Diuino & naturali, imperfecta esse, non modo in ratione sacramenti ut satis probauimus, sed in ratione quoque contractus. Nam tunc contractus perfectus est, quando reuocari nequit, nequit autem reuocari

tunc duntaxat, cùm iniuria sit alteri contrahenti, ut in uenditionibus, mutuis &c. perspicuum est. Non sit autem vlla alteri coniugum iniuria quousque copula interuenerit. Esse tamen rata & firma ex Ecclesiastica constitutione duntaxat, quòd ut diximus, Ecclesiastici canones permanente tali coniugio, ineptos còtrahentes & illegitimos reddant ad alia matrimonia inuenda, Quemadmodum quoque de contrahentibus in gradibus prohibitis docere solemus. Et id quidem esse verum, ipsa ratio loquendi ab omnibus Theologis & iuris utriusque consultis usurpata, ut superius diximus demonstrare satis dilucidè uidetur. Dicimus enim huiusmodi matrimonia non consummata, id est imperfecta. Quòd nondum matrimonii essentiam integram adhuc obtineant, deinde uocamus eadem rata, ab Ecclesia scilicet quod nimirum Ecclesiastica constitutione, quantumcunque alia accesserint matrimonia, firma & solida permaneant.

Quòd si quis hanc sententiam damnare uelit, erroris, necesse est erroris illam quoque damnet, quæ matrimonia huius generis, per Pontificem dispensabilia & solubilia docet. Nam cum Pontifex in ius Diuinum, præsertim ad sacramenta pertinet, potestatem non habeat, profectò si matrimonium ratum non consummatum, iure Diuino & naturali perfectam iam essentiam obtinuit, & de iure itidem Diuino ratum est, dicere Pontificem posse illud dissoluere præsertim cùm id Christus prohibeat, non erit minus hæreticum quàm docere, posse illud matrimonium consummatum soluere.

Nam huc afferre iniustitiæ detrimentum, quòd fit alteri coniugum friuolum est. Nam quid si ipsa uxor solutionem peteret, neque uir aliquam ex ea separatione reciperet iniuriam, neque essent liberi, qui diuortio parentum detrimentum incurrent, Et quid deinde si uterque uir & uxor, quòd medicorum iudicio cognouissent, secum in temperamenti ratione ad liberorum genituram non còuenire, aut quia pessimis moribus secum cohærebant, diuortium à Pontifice postularent? Ergo iniuriam aut iniustitiã non est sufficiens causa, ob quam matrimonium ratum & consummatum sit à Pontifice indispensabile, sed cùm matrimonii perfecta essentia, quæ est *coniunctio maris & feminae indiuiduam* id est insolubilem, uite consuetudinem retinens, tum uerò Diuinum de eodè integro matrimonio statutum, quo Christus edixit. Quos Deus coniunxit homo non separet. Et erunt duo in carne vnã. Non autem sicut una caro coniuges ante carnalem copulam. Quantum autem à catholica doctrina rectaque Theologiam tractandi & iuris canonici & Ecclesiastici interpretandi ratione, sententia quæ putat, matrimonia rata & non consummata auctoritate pontificiis solui & dispensari posse dissentiat, immò uerò quantum cum illa cohæreat. Postea explicabimus.

Qui

QVI THEOLOGI POTISSIMUM
Gratiani sententiam tutari de-
beant. Cap. 74.

CONVENIT autem hæc Gratiani sententia
mirum in modum, cum illa, quæ ratione tra-
ditionis, & uotum solenne impedire matri-
monia & esse indispensabile docebat. Nam con-
iugium nondum carnali commistione perfectum,
& si sit aliquo pacto traditio, non tamen perfectè
& absolutè. Cum in illo sola potestas in coniugum
corpora tradatur; non item ipsa eadem corpora.
Quorum traditio actualis, uera ac perfecta tradi-
tio dici debet, quemadmodum non tunc absolu-
tè res traditur, cum de emptione paciscimur, sit-
que contractus, Nam huiusmodi pactiones & con-
tractus, non semel reuocari, solent, sed cum res ip-
sa in potestatem meam per actualem exhibitionem
concedit. Sic ergo matrimonium ratum, quia nõ
est perfecta absolutaque traditio, per perfectam,
absolutamque traditionem religionis evanescit.
Id autem per aliud matrimonium ratum & con-
summatum non accidit, non quidem ex natura
contractus sed quoniam, ut non semel diximus,
per Ecclesiasticos canones qui per uerba de præ-
senti contraxit sit factus inhabilis & illegitimus.

Tenentur deinde, & hi Theologi illam quoque
sententiam defendere, & certissimam credere, qui
Eunuchos cuiuscunque generis, senes & demum
quacunque ratione perpetuò impotentes, neque
altera parte consentiente atque iuri suo cedente,
matrimonium posse contrahere certissimo non
credunt. Qui tamen in Gratianum, nescio quo pa-
cto examen illud, quod hucusque diluimus, ratio-
nem formarunt.

Et primò, quòd id ex sua opinionis consequen-
tia, (quæ tamen & Theologis omnibus, iurisque
prudentibus, immo & ipsi Ecclesiastici consuetudi-
ni, quæ spandones, senes & huiusmodi impedi-
tos, absque ullius calumnia nuptias celebrare, alte-
ro coniuge suo iuri cedente permittit aduersa est,
fateri necessariò teneantur, ex earum rationum,
quæ ab illis in Gratianum contorquentur, obiectione
patebit. Arguebant in Gratianum, primò, ex ma-
trimonii diffinitione, quòd sit coniunctio maris &
femine indiuiduam uitæ consuetudinem retinens.
Vnde ad essentiam matrimonii coitum nulla ratio-
ne requiri colligebant. Id argumentum uolentius
multò in illam suam opinionem armatur: nam primò,
si quod in ea definitione mentio coitus non
fiat, sequitur ante carnalem copulam ueram ma-
trimonii rationem iam subsistere, ergo in senibus
spandones & perpetuò frigidis, nulla parte re-
clamante, uera perfecta que coniugii ratio reperit-
ur. Vbi quocunque enim saluatur diffinitio, ubi perin-
de est perfecta natura diffinitio.

Secundò arguebant, in Gratiani sententiam,
quòd per uerba de præsentis consensus exprimat-
ur qui est causa efficiens & sufficiens matrimonii.

An non in senibus spandones & frigidis altera
parte consentiente, consensus qui que matrimo-
nium efficiet, præsertim cum matrimonio, non sit
tantum vnus finis sed multi, communis scilicet
subuentio; cohabitatio &c?

Tertium argumentum, iam antea in suum au-
ctorem retorimus, Nam si senum, spandonum, &
frigidorum matrimonium, quantumcunque par-
tes consentiant, nullum esse uolunt, quòd illic non sit
coeundi potestas, neque seminatio, Cur non Gra-
tiano id, quòd est multò minus concedent, ma-
trimonium esse quidem ante copulam initiatum,
non tamen integrum?

Quartò ex effectu sacramentali matrimonii ra-
tionem nec tenebant, qua illud ante quamcunque co-
pulam perfectam absolutamque probarent. Quòd
scilicet finis internus matrimonii sit hominem
per gratiam sanctificare, quæ gratia, cum tunc te-
poris conferatur, quando consensus amborum
per uerba de præsentis exprimitur; colligebant,
absque coitu; matrimonium perfici. Sed quid
obstat quominus senes, spandones &c. huius in-
terna sanctificationis non sint capaces? aut quid
impedit quominus, illi suos consensus, scientes ac
prudentes per uerba de præsentis explicent?

Quintò ex sanctorum testimoniis eam opinio-
nem demoliri conabantur, quòd Chrysostomus
dicat, matrimonium non facit coitus, sed uolun-
tas; Augustinus. In nuptiis. Plus ualet sanctitas sa-
cramenti quam fecunditas uentris. Et Nicolaus
Papa sufficiat consensus secundum leges &c. Quæ
omnia in illud suum Paradoxon uehementius mi-
litant; nam senes spandones & frigidis, altera par-
te non reclamante, immo annuente, consentiunt,
in cohabitationem qui est, finis quoque sacramen-
ti, sicut liberorum procreatio.

Sextò ex sacratissimæ uirginis coniugio quòd
Gratiano obiectant, acrius multò in illos profer-
tur argumentum, Nam si Beatæ Virginis matrimo-
nium absque copula carnali, immo absque spe co-
pule carnalis fuit perfectum matrimonium; cur
non, senum, spandonum & frigidorum, qui aliqua ratio-
ne mutuò sibi libidinis ardore exatiat? Profectò
Ioseph & Mariæ ex Diuinæ prouidentie dispositio-
ne, tam impossibile erat coniugii copula carnali co-
summare, quàm huiusmodi hominibus naturæ defe-
ctu, utrumque enim erat impossibile, Ergo si illa im-
possibilitas non obstat, quominus uerum esset
matrimonium, neque ista obesse poterit. Quo minus
in his hominibus sit uerum matrimonium.

Præterea docent isti, non modo in contrahendo
matrimonio, nõ requiri consensum in copula car-
nis, sed esse insuper hæresim illam requiri doce-
re. Quòd si ita est, cur ergo in senibus spandoni-
bus, & frigidis potestatem coeundi & seminandi
requirunt? Si consensus carnalis commistionis
non exigitur ad coniugii ueritatem: abstrahit
ergo coniugium ab omni coniunctione carnali,
atque adeò, neque actus, neque potestas car-
nalis

nalis commistionis requiritur. Itaque si isti ad
coniugij ueritatem ueritatem carnis requirunt
(hanc enim rationem reddunt, cur huiusmodi
homines matrimonia non contrahant,) illis cum
Gratiano perinde fatendum est, coniugia rata
nondum consummata, integra non esse.

Sed video quo isti confugiant, nolunt actum
ipsum carnalis commistionis ad matrimonii uerita-
tem esse necessarium, sed potestatem. Verum
id quantum ualeat facile est aduertere. Enim-
uero potestates non sunt propter se sed propter
actus, nam frustra est potentia iuxta Aristotelis
sententiam, quæ non reducitur ad actum, ergo
cum actus non est necessarius, neque potestas
quoque erit necessaria. Sed actus iuxta horum
sententiam, cum in Gratianum argumentantur,
non est necessarius, ergo neque potestas est ne-
cessaria, aut si potestas est necessaria, cum om-
nis potestas sit propter actum, actus quoque ne-
cessarius erit.

Et licet hi, qui hanc opinionem inuitis non mo-
do recentioribus, quos scholasticos uocamus, sed
ueteribus quoque Theologis, qui omnes docent
in cohabitationem tantum posse coniuges con-
sentire, Gratiani sententiam necessariò admit-
tere teneantur, non tamen qui Gratianum in
hac parte imitari uellet, tam intolerabilem sen-
tentiam perinde propugnare coguntur, ut eos
ab omni ratione matrimonii expellat, qui sibi
mutuò consentientes & suo iuri renunciantes per-
petuo aliquo impedimento detenti, in cohabita-
tionem mutuamque subuentionem consentirent.
Nam in primis illam opinionem esse falsam, ostē-
dit Ecclesiastica consuetudo & usus, quæ huiusmo-
di homines & fœminas perpetuò impeditos, siue
impedimentum sit naturale siue artificiale, dum
altera pars consentiat, matrimonia contrahere
eisdemmet omnino solennitatibus, quibus alii
Christiani, quantumcunque potentes. Sinit de-
inde eos perpetuò, more reliquorum coniugum
commanere, quæ uiuendi ratio, nisi in matrimo-
nio, nulli absque magno scelere permittitur.
Nam si ita est ut isti docent, horum coniunctio-
nem non esse amplius quam societatem quan-
dam ciuilem, cur consensus utriusque postula-
tur? Cur à sacerdote benedicuntur? Cur una do-
mo, unoque lecto à Pastoribus cæterisque ma-
gistratibus, qui matrimonium, aut uitæ Christia-
næ sollicitudinem gerunt, uiuere permittuntur;
Maximè cum amplexus lasciuui, impudicique ta-
ctus, oscula & alterius partis, quæ impotentia
non laborat, frequentissime pollutiones extra ma-
trimonium; sint mortalia peccata? Hoc autem so-
cietatis genus, ut isti uocant, appellare periculo-
sissimum, planè irreuerentiam maximam Eccle-
siæ Romanæ consuetudini, quæ Lucio Pontifi-
ce teste, eos commanere, non modo permittit,
sed præcepit, infert.

Aduersatur secundò hæc noua sententia, Ec-

clesiasticis decretis, quæ cum his perpetuò impe-
ditis, potentes viros ac fœminas, conuiuere, ut
diximus, non modo permittit, sed præcipit &
cogit. De qua re ita Lucius, ad quendam.
Consultationi, inquit, tuæ qua nos consulisti,
utrum fœminæ clausæ, impotentes commisce-
ri maribus, matrimonium possint contrahe-
re, Et si contraxerint, an debeant rescindi. Ta-
liter respon. Quod licet incredibile uideatur,
quod aliquis cum talibus contrahat matrimo-
nium, Romana tamen Ecclesia consueuit, in con-
similibus iudicare, ut quas tanquam uxores ha-
bere non possunt, habeant ut forores. Hacten-
us Lucius. Cælestinus deinde tertius, ad alium.

Requisisti quantum tempus indulgendum sit na-
turaliter frigidis, ad experientiam copulæ nu-
ptialis. Et infra. Nos uero in præsentis consul-
tatione sentimus, ut à tempore celebrati con-
iugij, si frigiditas prius probari non posset, co-
habitent per triennium, quo elapso, si nec tunc
habitare uoluerint, & iuxta decretum Gregorij,
mulier per iustum iudicium, de viro probare po-
tuerit, quod cum ea coire non possit, accipiat
alium. Si autem ille aliam acceperit, separen-
tur. Quòd si ambo consentiant simul esse: uir
eam, & si non ut uxorem, saltem ut fororem ha-
beat. Ita Cælestinus. An si hi sibi motuò con-
sentientes, & iuri suo renunciantes, matrimo-
niale uinculum non contraherent, à Pontifici-
bus, cum maximo uitæ spiritualis discrimine, si-
mul permanere, permitterentur? Enim uero res-
publicæ mediocriter institutæ, concubinariorum,
qui scilicet alienas fœminas, secum domi reti-
nent, grauissimè puniunt, immo uero suspectas
carnalis concupiscentiæ personas, quantumcun-
que in nullo scelere deprehensas propter peccan-
di periculum, ab inuicem separant, cur ergo &
Ecclesiæ Romanæ & Romanis Pontificibus tan-
tum scelus, imputemus, ut lasciuos plerumque
spadones & eunuchos, senes, frigidos, &c. sola
carne impotentes, fœminis, cum tanto fornica-
tionis periculo cohabitare permitterent? Pol-
lutiones autem illas, oscula, tactus &c. esse me-
ras fornicationes extra coniugium uerum. Isi-
dorus docet. Non solum, inquit, de com-
missa fornicatione, peccatum regnat in homi-
ne, sed si adhuc delectetur, atque animum te-
neat, proculdubio regnat. Fornicatio carnis,
adulterium est, fornicatio animi idolorum est
seruitus. Est autem spiritualis fornicatio, de
qua dominus ait. Qui uiderit uulcerem ad con-
cupiscendum eam, iam mœchatus est cum ea in
corde suo. Omnis immunda pollutio fornicatio
dicitur, quamuis quisque diuersa turpitudinis uo-
luptate, prostituatur. Ex delectatione enim
fornicandi, varia gignuntur flagitia, quibus
regnum Dei clauditur. Ut homo à Deo sepa-
retur. Qui ergo docent, absque uinculo coniu-
gali, horum perpetuò impeditorum, altera par-

de frig. &
malef. c. eod

ibidem. c.
laudabile.

37. q. 7. c.
non solum.

te consentiente ; maritali conuiuendi & con- dormiendi licentia per Romanos Pontifices permitti coniunctiones , easque non amplius , quam ciuiles quasdam societates , existimant , eum illæ (vt ipsi quoque non renuunt) forent pe- riculosissima , grauissimam eisdem Pontificibus iniuriam irrogant .

Verum illud , ut ego suspicor hos falsos ha- bet , quod hi Pontifices , hos perpetuo impedi- tos , illas , quas duxerunt sceminas , non tanquam vxores , sed tanquam sorores habere permit- tant . vnde illam societatem quantuncunq; con- sensus interueniat , matrimonium esse non cre- dunt . Sed hoc nihil esse antiqua ipsa sanctorum patrum loquendi consuetudo , quam in hac par- te Pontifices vsurpant , commonere facile po- tuisset . Nam habere vxores tanquam sorores , non est aliud quam farum carnali commercio non frui . Idque vel ex hoc patet , quod coniuges , qui post carnis commisionem , castitatem vouent , tanquam fratres commanere dicun- tur , quod tum ex canonibus , tum ex Ecclesia- stica historia , haud difficile poterit quis de- prehendere .

Imposuit his deinde , quod viderent quibus- dam ciuilibus legibus castratos nuptijs expelli . Vt quod Vlpianus ait , spadoni , si nupserit mu- lier , distinguendum arbitror , castratus fuerit nec ne , vt *In castrato dicat dotem* non esse , in eo qui castratus non est , quia est matrimonium , & dos & dotis actio est . Sed rationem matrimo- nij Christiani quod non vnum dumtaxat , vt apud gentes , prolem procreare scilicet , sed multos , fornicationem vitare , cohabitare , mutuoque se fouere , fines habet , ab Vlpiano , aut quopiam gentili iuriconsulto , petere indiguum est . De- inde hi & legibus ipsis ciuilibus aduersantur , quæ non omnes spadones , sed eos dumtaxat , qui castrati sunt , à matrimonio excludunt . Cas- tratos autem intelligunt , eos , qui frigidi & co- eundi impotentes nascuntur . Spadones , illos vocant , quibus cremestres sunt euulsi , quibus colei suspenduntur . *από τού σπένδου* , idest ab euel- lendo , non à spata , qua cum inciduntur testi- culi vt Accursus , & Bartholomæus Cepol . cum reliquis eiusdem farinae cogitarunt , vt doctis- sime Ioannes Brechæus annotauit . Castratos ergo , idest frigidos naturaque impotentes ho- mines , cum à matrimonio contrahendo , & pe- rinde à iure adoptandi , Romanorum Iuriscon- sulti repellant , vt potè quos natura ipsa pa- tres dedignata sit , eos tamen , qui alioqui po- tentes naturaque ad generandum apti , aut quia colei tantum , aut quia vniuersa virilia illis exci- sa sunt , spadones vocantur , neque à matrimo- nio , neque à iure adoptandi , aut instituendi posthumum hæredem , repellant . Ita certè ac- cipiendum est , quod Vlpianus . l. illa si serua , de iure dotium , inquit , in castrato dicat dotem

non esse , in eo qui castratus non est , quia est matrimonium , & dos & dotis actio est . Et rur- sus in titulo delib. & posthum. hæred. institu. l. *Sed est questum* . scribit Iulianum Proculi opi- nionem sequutum , non putare spadonem si ca- stratus sit , hæredem posthumum posse institue- re . Alioqui verò si ei virilia excisa sunt , quo- niam nec atas , nec sterilitas , ei impedimento sit , ex Labeonis Calsij sententia posse . Quod & Iustinianus quoque in institutionibus iuris ci- uilibus his verbis tradit . Sed & illud vtriusque adoptionis commune est , quod & ij viri , qui ge- nerare non possunt , quales sunt spadones , ado- ptare possunt . Castrati autem non possunt . Nemo autem adoptare , aut adrogare poterat , Romanorum legibus , qui matrimonij quoque capax non foret . Quin neque tantum spadones in totum aut in parte excisos , Romanorum le- ges ad coniugium admittunt , sed eos quoque quibus virilia , arte aliqua aut casu attrita sunt , & minimè ad rem vxoriam valent , qui Thla- sia , aut Thladiæ *παρά το δόξα & παρά το δόξα* quod frangere vel atterere significat , à Græcis appe- lantur . illorum profectò nuptiæ valent , atque adoptari & hæredem scribere nequaquam pro- hibentur , vt ex superioribus legibus patet , quæ dumtaxat castratos , idest natura ipsa ad coeun- dum impotentes à coniugio iure adoptionis & hæredem posthumum instituendi repellunt . Hi enim cum solo virili instrumento sunt destituti , natura ad generandum apti conditi fuerant . Quod tantum leges ciuiles requirunt . Est & aliud Eunuchorum genus , quos , vt refert Plinius , Persæ Bagoi vocant , quibus vinculo quod- dam strictiore *σπίθηρα* seu meatus pœnis ita con- tortus conuellit , vt semen extrà , ferri nequeat , quos Galenus ideò generationi ineptos esse do- cet , quod fecundum semen non habent , sed in virgæ flexitus hærens , efferri nequaquam pos- sit , quare frequenter erecto sunt penè , sed ta- men spermatis nihil emittunt . Qui quod es- sent lasciuu Reginis atq; alijs delicatioribus opu- lentioribusque sceminas , quæ absque conceptu venere delectari cupiebant , in maximis delitijs fuisse referuntur . Immo eos aliquando imperfi- de regnasse , auctor est Plinius . Scio aliam ratio- nem horum nominum à Theophilo iuriconsulto obseruatam . Eunuchus , inquit , nomen generale est diuiditur autem in tres species . Eunuchorum enim , alij sunt spadones , alij castrati , alij Thlibi- tæ , & quidem spadones sunt . Qui ob affectum quondam seu vitium vel genitalium partium fri- giditatem , filios facere & generare nequeunt . Eo autem vitio sublato possunt . At verò Thlibi- tæ sunt , quibus à nutricibus , vel forsan ab ipsa matre , triti sunt gemini testiculi . Castrati quidem sunt , quibus genitalia membra excisa sunt . Qui à Græcis *κατομιαί* . Hactenus Theophilus . Docet etiam Stephanus , de Urbibus , spadones primum excisos

Inff. de adp.

Ioan. Bre- chæi sup.

lib. 13. u. his. 4.

lib. 15. u. 2. 104.

eadem

In m. adp.

D. de iur. do- tium. l. si ser- uat.

Bud. in an- not. post.

lib. de Verb. & rerum si- gnifi.

excisos homines vocatos à quodam vico Per- fico nomine *σπένδα* , quo loco primum virilia nonnullis adempta fuere . Sed prior illa ratio & acceptio tanquam iurisprudentiæ monumen- tis propinquior & affirmior , à doctioribus ap- probatur . Et in re , illud est certissimum , ex Eunuchorum genere (quod nomen non tam natu- ræ quàm officij ab *εχου* , habeo , & *εχου* cubicu- lum , quod maxima ex parte asseruandis , custo- diendis , & in sua potestate habendis Principum cubiculis præficerentur , esse existimauerim) quosdam esse qui & matrimonia contrahere & adoptare possent : castratos verò ab vtraque repulso . Qui autem castrati vocarentur , an , vt inquit Theophilus , qui excisi erant , an , vt alij , qui natura ipsa impotentes habebantur , pa- rum refert explorare . Illud certum est , spado- nes qui ad coniugia admittebantur non fuisse eos , vt isti in quos nunc disputamus cogitarunt , quia vno tantum testiculo priuari essent . Nam locus ille Vlpiani quem ex D. de ædilitio edi- cto . l. Pomponius pro sua sententia proferunt , multò aliorum accipitur quàm illi putant . De- clarat illic Vlpianus . qui morbofi non sint ap- pellandi , ex Trebatij & Pomponij auctoritate , subditque . Spadonem morbosum non esse ne- que vitiosum , verius sibi videri . Sed sanum esse *sicuti* & illum qui vnum testiculum ha- bet , qui etiam generare potest . Dicitio illa *si- cuti* non est illic prioris explicatiua , sed conti- nuatiua aut , vt magis puto , aduerbium simili- tudinis . Relatiuum quoque *illum* non ad spa- donem , sed ad illum qui unum testiculum ha- bet referendum est . Vt sit sensus spadonem puto non esse morbosum appellandum , sicuti ne illum credo morbosum appellandum , qui vnum tantum testiculum habet , qui etiam ge- nerare potest . Itaque neque spadones neque femispadones , morbosos appellandos esse cre- dit Vlpianus . Cæterum de hac re multa ele- ganter Budæus , Franciscus Conanus , Ioannes Brechæus nostræ memoriæ iuriconsulti , sed ve- teribus illis Papiniano Vlpiano , Iulio , Pom- ponio &c. comparandi scriptis elegantissimis prodiderunt .

Tertiò imponere his Theologis potuit , quò horum matrimonia vera non putarent , scho- lasticorum doctrina , qua . distin. 34. 4. senten- docere solent , matrimonium esse obligationem mutuam ad reddendum carnale debitum , hos- que nullo pacto ad id quod est sibi impossibile obligari posse , atque adeò neque matrimonium contrahere . Sed hæc ratio , haud illos à com- muni tritaque sententia Ecclesiæque more auocare debebat . Omnes enim id accipiunt de matrimonio , quod coniuges aut alter illo- rum ad liberos generandos vltimque carna- lem init . Nam tunc huiusmodi impedimen- ta perpetua & matrimonium præuenientia , &

contrahenda impedire , & contracta dirimere cõ iugia , conueniunt . cæterum cum hoc quoque , vnanimi concordia docent , si ambæ partes con- sentiant & suo iuri renuncient , conflare ma- trimonium . Ita profectò Richardus , Bona- uentura , Thomas , Durandus , Paludanus , & summistæ paulò recentiores , Angelus , Syl- uester &c. absque controuersia docent . Ne- que tamen diffiteor Scotum , senes quosdam decrepitos , & prorsus iam ad vtrunq; officium coniugale impotentes , à matrimonio excludere . Verum non vt isti illi falsò quemadmodum , & alia non pauca impingunt , si altera pars con- sentiat . Quæstio erat , vtrum impotentia ad actum carnalem impediatur matrimonium sim- pliciter . Proponit argumentum , quod iam se- nex esset ineptus ad contrahenda coniugia , cu- ius oppositum tenet Ecclesia , quæ talia coniu- gia permittit . Respondet , quod si senex esset omnino impotens , iuxta eius sententiam , non contraheret matrimonium . Idest quod de illo tanquam de perpetuum habente impedimentum iudicandum sit . Nam quemadmodum illi , cum alterius coniugis iniuria matrimonium non con- trahunt : ita neque huiusmodi senex , qui cum esset omnino impotens , aliquam potentiam ha- bere ab coniuge falso crederetur contraheret . Cæterum si illa in eius matrimonium sciens ac prudens consentiret , Scotus non negat , posse matrimonium fieri . Vnde subdit . Licet ali- qua posset consentire in eum ad habitandum si- cut frater & soror . Et ita multæ magis despon- sant diuitias quàm personas . Quæ vltima Scoti verba aperte indicant , illum consensum ad co- habitandum tanquam fratres , non esse simpli- cem societatem ciuilem , vt isti putant , sed coniu- galem . non enim sorores desponsari solent . Vtitur autem ea loquendi ratione , alludens ad- modum loquendi Lucij & Cælestini .

Demum nescio qua tandem ratione isti , com- munem sententiam , quæ docet absque semina- tione , si alias ad coitum sint apti , quod in illis spadonibus qui testiculis dumtaxat orbatii sunt , & illis quos diximus , Bagoi , & Persis appel- lari , qui etiam opulentis sceminas erant ad ex- plendam absque conceptu uenerem delitiosi , accidere videmus , fieri verum matrimonium , intollerabilem appellare audeant , Cum id ma- trimonium suum finem non quemcunq; , sed qui à Paulo tanquam Christiano coniugio , vt ex multis sanctis Patribus lib. 3. annotauimus , proprius præscribitur , vitiationem , scilicet for- nicationis , & mutuum obsequium . Multos ex spadonum siue arte siue natura factorum , abs- que vlla seminatione , impetus veneris pati , & sti- mulis carnis agitari , ex ipsis huiusmodi homini- bus discere possumus . Num ergo , si aliqua cui- piam ex illis absque spe prolis copulari velit , hos impetus remedio matrimonij reprimere non po- terit

4. sen. d. 34. q. unica. 2.

terit, præsertim cum ei etiam quæ illi nubit, possit satisfacere.

SOLVITVR HORVM THEOLOGORVM ratio, qua spadones & impotentes etiam altera parte consentiente à matrimonio arcent. Cap. 75.

ERVVM verò ratio, quod absque seminatione non fiant vna caro, friuola est, nulloque aut sanctæ scripturæ aut Ecclesiastici tantum iuris sed fortasse glossatorum quarundam fundamentum firmatum. Nam aut id asseritur, ex Adæ aut Christi verbis Erunt duo in carne vna, aut quod absque eadem seminatione affinitas non contrahatur. Non ex priori, nam cum multos, locus ille sensus à veteribus Ecclesiasticis patribus acceperit, nunquam tamen hunc apud aliquem eorum me legisse memini. Hieronymus, in carnem vnam id est, ad producendam vnam carnem, vnum esse principium virum & vxorem interpretatur. Præmium, inquit, nuptiarum est ex duobus carnem vnam, scilicet prolis fieri.

Gen. 2. Matih. 19.

1. interpre- sat.

2. interpre- sat.

3. interpre- sat.

Gen. 46.

Gen. 5.

Ioan. 1.

1. Cor. 6. Act. 4.

1. Cor. 6.

Augustinus ideo credit dictum coniuges vna carnem futuros, quia de vna eademque carne veniant, foemina enim de viri costa est. Vnum, ait, dicuntur vel propter coniunctionem, vel origine foeminae quæ de latere viri creata est.

Chrysostomus id ad carnalem amorem refert. Nam familiare est scripturæ per Synedochem, per partem totum intelligere, per animam scilicet totum hominem iuxta illud, septuaginta animæ, quæ egressæ sunt, de femore Jacob. Et illud, Anima quæ peccauerit &c. id est homo qui peccauerit. Et rursus, per carnem, omnis quippe caro corruperat viam suam, id est omnis homo, & illud, Verbum caro factum est, id est homo. Ergo erunt duo in carne vna id est in vnum hominem, quia ita sese amore mutuo amplectantur coniuges, ac si essent vnum. Dicuntur autem vna caro, potius quam vnus spiritus. Quia quemadmodum spiritualis amor vnum facit spiritum iuxta illud, Erat multitudinis credentium cor vnum & anima vna, ita coniuges qui se carnaliter diligunt, vna caro dicuntur. Quoniam ergo coniugum amor non est spiritus ratione, sed carnis in qua miscentur, ideo vna caro vocantur. Qui sensus profectò si quis alius, cum Paulo consentit, qui in Epistola priori ad Corinthios, eosdem à fornicatione auocans, hanc rationem affert, quod qui meretricibus miscentur, membra Christi, cui omnes tanquam capiti corpus copulamur, membra meretricis efficiant.

Tollens, inquit, membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui ad hæret meretrici, vnū corpus efficitur? Erunt, inquit, duo in carne vna. Qui autem adhæret Domino vnus spiritus est. Ac si diceret quemad-

modum, qui Deo per amorem spiritalem adhæret vnus cum illo spiritus efficitur, ita, qui meretrici carnali amore copulatur, est vna caro cum illa. Non quòd vnitas illa per carnis copulam acquiratur, sed quòd sit amoris carnalis ratione, quemadmodum spiritus iungantur, sed quòd spiritus ratione se diligant.

Credit Alphonsus Abulensis, ea verba, Erunt duo in carne vna, ita fore accipienda, vt significant, futuro coniuges vnam eademque personam, non vnitate naturæ, sed fictione iuris, sicut hæres & testator. Dominus & procurator vnum idemque à iure finguntur. Sic vxoris & viri vna est domus, lectus, honor &c.

Rupertus Tuitiensis, his verbis denotari docet, coniugii copulam omnium carnalium necessitudinum maximam atque fortissimam. Ita vt sit hyperbole ac si diceret; Erunt adedò arcto vinculo coniuncti, ac si essent, vna caro.

Hugo Victorius. Erunt, inquit duo in carne vna, id est tanta erit dilectio inter virum & mulierem, quod vtriusque spiritus nullam habeat differentiam. Inter carnem à se viuificatam, & carnem alterius dilectam, & si possent in vna & eadem carne libenter habitarent. Et quia in re non possunt facere hanc unitatem, quod possunt, faciunt vnionem dilectione. Vel in carne vna, scilicet in generatione vnus carnis, id est prolis cooperabuntur.

Franciscus Vatablus, vir si quisquam alius, scripturæ eiusque phrasim consultissimus. Erunt duo in carne vna, id est erunt velut vna caro, & vnum corpus, quod etiam ad amorem refertur.

Sunt qui ita interpretentur, vt illic vtriusque coniugis in alium potestas exprimat, iuxta illud Apostoli. Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir, similiter vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, sed verba non ad solam carnis copulam, sed ad vniuersam coniugalem benevolentiam & seruitutem pertinere, lib. 3. explicauimus.

Neque satis hucusque potui deprehendere, qua nam ratione, ea interpretatio, quæ de carnali coniunctione hunc locum intelligit. Theologicas scholas contra veterum doctrinam irrepsit. Nisi quòd iam mihi subolfecisse video. Cum enim glossæ, quam vocant ordinariam vsus, fortasse librorum penuria, apud vetustiores illos scholasticos auctores esset frequentissimus, vnde & ordinariæ nomen credo obtinuit, quidquid illi glossatori (sive Alcuinus sive Alpinus Caroli cognomento magni magister ille fuerit) videbatur placuisse, cum veterum monumentis, temporum iniuria viri alioqui docti, destituerentur, tanquam germanus legitimusque scripturæ sensus, suscipiebatur. Quod quia in multis eius temporis interpretationibus, quas etiam canonici iuris interpretes tanquam oracula à Theologis acceperunt, lausimè patet,

4. interpre- sat. In 19. cap. Matih. q. 27.

5. interpre- sat.

6. interpre- sat.

7. interpre- sat.

8. interpre- sat. Alois. Lips.

9. interpre- sat.

10. interpre- sat.

AFFINITATEM NON EX seminatione contrahi. Cap. 76.

patet, id tantum in hac parte ostendere oportu- num est. Erunt, inquit Glossator, duo in carne vna, id est in carnali copula. Hunc credo scholastici sunt imitati.

Vnde B. Thomas in verbis illis Adæ propter hoc relinquet homo patrem & matrem. Et adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Triplicem coniunctionem viri ad mulierem designari docet. Primam per affectum dilectionis in illis verbis, propter hoc relinquet homo patrem & matrem. Secundam per conuersionem, ideoque dicit ad hærebit vxori suæ. Ecclesiastici 25. In tribus beneplacitum est spiritu meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes. Tertiam per carnalem coniunctionem. Illic erunt duo in carne vna, id est in carnali opere. Post B. Thomam scholis cœpit magis hæc interpretatio inolescere. Vnde & vires obtinuit. Sed immeritò profectò, & contra sacrum textum.

Et quanquam huius interpretationis absurditatem (absit viri sanctissimi, cuius eruditione ego semper suspicio iniuria) priores illæ veterum patrum interpretationes, satis ostendant. Ego tamen pro mea quoque tenuitate eum locum ad spiritus sancti mentem, exigere non verebor. Vt quantum ea à uero sanctæ scripturæ sensu sit aliena planè cognoscatur. Sunt ea Adæ uerba exhortatio quædam aut Diuinum præceptum, per os eius cõiugibus omnibus enunciatum, quò ad mutuum amorem sibi impèdendum prouocantur. Propter hoc, inquit, relinquet homo patrem & matrem, ac si diceret, tanta erit in coniugem dilectione, ut paternum & maternum amorem posthabeat. Sola enim vxor est, vt inquit Rupertus, quàm nisi volentem homo non potest relinquere excepta causa fornicationis, cum tamen patrem & matrem etiam nolentes dimittere possit. Et adhærebit, subdit, vxori suæ, p. 37. dabak adglutinabitur, ea enim viri & vxoris coniunctio esse debet vt nulla arctior reperiri possit. Et erunt duo in carne vna. Septuaginta nomen numerale duo addiderunt Hebraicæ veritati, maioris claritatis gratia. Dicat ergo Adam, spiritu Dei afflatus, nulla arctior familiaritas, nullum glutinum amoris sinceri & puri fortius, quàm viri & vxoris vnica dilectæ contubernium, vt parentes quoque citius & facilius sint neglecturi quàm sese mutuo; adeoque arcto amoris vinculo vir vxorem prosequetur, vt eam non minus diligat quàm sui corporis nobile membrum.

Ex his iam quàm longè his locus ab unitate illa carnis quam coitu contrahit isti docent, absit, facile est cognoscere. Verùm de hoc loco superius non nihil diximus.

Affinitatem ergo veniamus. Scio vulgo, & à Theologis plerisque, & multis iuris canonici interpretibus, receptum affinitatem, non sola maris & foeminae carnali commistione contrahi, sed requiri deinde saltem seminationem virilem. Id verò haud alia ratione demonstrant, quàm quòd ita glossa communiter approbata, vt aiunt, decreuerit. Neque enim adhuc quid ad eam contrahendam esset necessarium, Ecclesiastici canones decreuerunt. Atque ad id auctores illius opinionis alludere puto cum docent, absque seminatione, coniuges non fieri vnam carnem. Putant fortasse fieri vnam carnem, & contrahere affinitatem idem esse. Sed neque fieri vnam carnem & contrahere affinitatem est idem, neque affinitas, ut illi putant, sola seminatione contrahitur. Primum ex eo patet, quòd illi, qui locum illum; Erunt duo in carne vna. Ad carnalem coitum referunt, seminationis non meminerunt sed duntaxat copulæ & coitus, illisque coniuges vnam carnem fieri docent, quòd ex sententia diui Thomæ superius recitata abundè clarescit. Non enim seminationis, sed coniunctionis carnalis meminit, idemque in reliquis qui de carnali copula locum illum interpretantur, aduertere licet. Deinde id etiam ex affinitatis definitionibus, quæ vel à Theologis vel à Iurisprudētibus hucusque traditæ sunt, quæ omnes non seminationes, sed coitus tantum meminerunt colligitur. Gregorius Magnus apud Gratianum ad quendam scribens, eam dicit esse parentelam, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet. In qua diffinitione, haud seminationis recordatus est. Nam quòd statim affinitatis rationem reddit, ex eo quòd, ego & coniux mea, sumus effecti vna caro, iuxta Diuinas scripturas, nihil istis patrociniatur, nõ enim ibi decernit, nos vnam carnem fieri per solam seminationem.

Canonistæ ita affinitatem describunt. Affinitas est proximitas personarum, ex carnali copula proueniens, omni carens parentela. Recentiores alij, & rerum theologiarum haud minus quàm vtriusque iuris periti, ita, Affinitas est proximitas personarum ex coitu deducta. In his nihil est ad seminationem, neque vtriusque, neque viri tantum vt alij docent.

Iam ex iuris ciuilibus doctrina, ex qua tamen bona huius materiæ ac canonum, quæ ad eam pertinent pars, quæ admodum & incõsanguinitate quoque accidit, desumpta est, seminationem non esse necessariam, leges quæ de affinitate, aut à gentilibus, aut Christianis imperatoribus latæ sunt, clare indicat. Molestius ex nuptijs nõ interdictis contrahi scribit, & ibi nõ contrahi affinitatem aut cognationem, ubi nuptiæ interdictæ sint. Paulus deinde & Neratius, cum

25. q. 3. c. extraordi- naria.

35. q. 5. c. Parro.

Ioan. And. Regm. Hoff. & Syluest. in verb. Matrimoniu par. 15. De da. Cobar. c. 6. despon. & matrim.

D. de gradibus & affinitatibus. l. non facile.

ex spōsalibus & matrimonio affinitatem oriri doceant, nunquā seminationis meminerunt, immo neq; coitus. Vnde nescio qua rōne magna ex parte Theologis & Canonistis, qui alioqui magnā iuris ciuilibus rationem habere solent, adeo hęc sententia glossatoris inoleuerit, ut putent absque seminatione viri, affinitatem non contrahi sed esto ita sit. Nam cū huiusmodi res ad solū Ecclesiasticum ius attineant, & nihil de hac re certi à Pontificibus emanarit, huiusque, potuerunt iuris interpretes, ille glossulæ iuris auctoritatem tribuere. Atque adeo per illam statuerē affinitatem absq; virili seminatione non contrahi. Itaque ego non reclamo, nunc ex eius glossulæ communi Pontificum approbatione, affinitatem ex seminatione deriuari. Dum nobis vice versa isti dent, ea, quæ iure optimo ab illis extorquere possumus, primò matrimonium verum absque affinitatis incurſu, contrahi posse, si ad affinitatem contrahendam seminatione requiritur. Nam matrimonium non conſummati per copulā carnis, sed per seminationē nemo hucusque docuit. Deinde, dent nobis, absque seminatione, coniuges posse fieri vnam carnem per coitum scilicet, vt inuictis rationibus demonstrauimus. Tertiò vel inuitos oportet nobis dare, non modo absque seminatione & affinitate, sed absque coitu, vinculum aliquod matrimoniale constare. Atque id quidem si Gratiani opinionem approbare libeat, sin verò cōmunis Theologorum scholasticorum, quā ipsi quoque tuentur, magis arrideat, non modo vinculum aliquod matrimoniale, sed perfectum absolutumque matrimonium. Nam cū seminationem postulant ad veritatē matrimonii; aut seminationem actualem postulant, aut potentialem. Si priorem ergo Mariæ & Ioseph non fuit verum matrimonium, si secundam, per matrimonium ergo ratum & consummatum sunt coniuges vna caro. Et affinitas contrahitur, quod eorum aduersatur sententiæ, Itaque plus isti quā Gratianus, ad veritatem matrimonii postulant, nam Gratianus, cū ante coitū aliquod vinculum coniugale per verba de presenti, constari doceat, & ad perfectissimum matrimonium coitum duntaxat, non item seminationem postulet, isti absque seminatione actuali, neque post coitum matrimonium coalescere credunt. Nolunt enim ante quam coniuges vna caro fiant, coniugium iniri. Fiunt autem vna caro, iuxta eorum sententiam, non potentialem, sed actuali seminatione.

EPILOGVS BORVM QVÆ
de spadonum coniugiis dicta sunt. Cap. 77.

ERGO, vt quæ de his matrimoniis, in quibus est aliqua impotentia perpetua, siue naturalis, siue artificialis, matrimonium ante cedens, quæ nobis communi sententiæ Theologorum, & Iuris prudentum, videntur, in epilo-

gum referamus. Credimus ea matrimonia, in quibus potest esse coitus, & in quibus coniugum sexus misceri possunt, vt eorum spadonum quos Thibias ob attritos testes appellari diximus, verissimam esse coniugia, cū finem Christiani matrimonii sortiantur, vitiationem scilicet fornicationis, ob quam causam Euangelico statu ducendam esse vxorem, Paulus & veteres Theologi, ut superius vidimus, docuerunt, contrariamque opinionem periculosam credimus. Dicimus deinde non esse necessariam, seminationem actualem aut potentialem, sed sequendo opinionem Gratiani, duntaxat quencumque coitum, sequendo verò communem sententiam, nullum.

De frigidis & spadonibus siue Castratis credimus, non consentientibus vxoribus nullum constari matrimonium, consentientibus, iuxta communem sententiam esse verissimum coniugium, cū sit coniunctio maris & femine indiuiduant vitæ consuetudinem retinens. In qua definitione neque actualis, neque potentialis coitus aut seminatione, secundum hanc communem opinionem clauditur. Iuxta Gratiani verò sententiam, quæ credit, ante copulam carnis non esse verum matrimonium, erunt huiusmodi coniugia matrimonialia vincula, quæ oscula, tactus, & reliquam vxoriam conuersationē excusare possint non tamen erunt perfecta matrimonia. Sed ad illud genus vinculi pertinebunt, ad quod matrimonia nondum consummata, pertinent. Ita vt si matrimonium nondum consummatum, sit per Pontificem dispensabile, aut per professionem approbatæ religionis solubile, & horum quoque spadonum coniugia eadem patiantur. Nam si res acutè despiciatur, eundem habent, quem illa statutum. Vnde quem admodum in matrimonio non consummato, oscula, & reliquæ coniugales actiones peccata non reputantur & post has coniugales actiones non solum iustas, sed & illicitas, vt impudicos tactus &c. idem matrimonium est solubile per professionem religionis, & per dispensationem, (si in hac parte Pontifex potestatem adeptus est) ita per omnia, in spadonum & castratorum coniugiis, oscula & reliqua, quæ de se non sunt in reliqua vita coniugali peccata, peccata non reputantur; Neque huiusmodi coniugales aut potius sponsales actiones ingressum religionis impediunt. Permittuntur ergo spadonum & frigidorum coniugales societates, eo pacto quo sponsales de presenti, & tanto honestius quā sponsales societates defuturo, quantum isti solam habent promissionem, illi verò iā possessionem. Cohabitasse, verò olim sponsas sponſis Chrysoſt. docet. Hunc, inquit morem seruabat antiquitas vt. sponsas in sponſorum domibus haberetur.

Deinde quod de Beatæ Virginis matrimonio dicebamus, id quoque de huiusmodi coniugiis asserere licet, esse ea. nō absolute, sed in suo genere perfecta. Cū. n. hęc coniugia ab his qui ea contrahunt,

hant, ad copulam carnalem non ordinentur; sed ad solam cohabitationem mutuamque seruitutem, quando hæc nanciscuntur sua perfectione perfecta dicuntur. Vnumquodque enim tunc perfectum dicitur, quando suum finem assequitur. hoc autem matrimonium, neque ad coitum, neque ad liberorum procreationem dirigitur, est igitur in suo genere perfectum. Quæ sententia magis mihi probatur quàm præcedens. Quod in his perfectum consensum, contractumque; perfectum matrimoniale, & insuper cohabitationem & vxoris traductionem inueniam, præter quæ, neque gentes prophane, quæ tamen coitus ac propagationis maiorem quàm Christiani rationem habuerunt, quicquam postularunt. Priorem tamen dicendi modum Theologi quidam secuti videntur, qui huiusmodi quidam coniuges matrimonii sacramentum accipere docuerunt. Non tamen esse verum matrimonium, verò intelligunt, id est perfectum, eo pacto quo Gratianus intelligit, matrimonium nondum consummatum, non esse perfectum. Eodem itaque modo omnino de huius generis coniugiis in quibus coitus non est possibilis, loquendum est: & de illo quod fuit inter beatissimam Virginem & Ioseph. Nam quemadmodum in his ex frigiditate, abscissione &c. coitus est impossibilis, ita illic ex Diuinæ providentiæ altissima ratione. In hisque nullam esse differentiam Paludamus, multique alii Theologi iam dudum docuerunt. Immo verò in his coniugiis, multo quàm in illo, perfectior ratio matrimonii reperitur; cū in his aliqua vxoris actiones oscula, condormitio &c. reperiuntur, quæ ad finem matrimonii magis appropinquant quàm sola cohabitatio, quæ fuit in illo coniugio, quæ etiam inter filium & matrem, patrem & filiam, fratrem & sororem inueniri potest.

Rationes vero illæ, quod huiusmodi actiones coniugales oscula scilicet &c. quæ extra matrimonia non sunt peccata, tunc solum liceant, cū ad proles generationem ordinantur, & similes friuolæ sunt, ac nullius ponderis. Primò quidem, quia eadem ratione fieret vt eorum actiones, qui certo impedimento & à medicis impossibili ad generandum iudicato laborant, qualis est uehemens lesio matricis &c. quæ tum in foeminis tum in maribus sunt frequentissima, prorsus essent illicitæ, cū hi certitudine naturali sciunt, se non posse generare. Nam si miracula sunt expectanda, & in Eunuchis quoque expectari possunt. Idem esset de senibus, quibus iam potestas generandi elanguit omnino iudicium. Immo quicquid eas actiones aggredere, nisi ad generandum peccaret mortaliter. Vnde nulli forent in maiori vitæ spiritualis discrimine, quàm coniuges, quorum paucissimi, & hi rarissime ad vxores hoc animo accedunt. Denique Paulus hunc animum in vxorum usu non præscribit sed vitiationem fornicationis. Vnumquodque, inquit, propter fornicationem suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum &c. Itaque, vt hanc disceptationem absoluiamus, quemadmodum in matrimonio rato huiusmodi actiones, ex coniugali vinculo excusantur, ita in his, immo si hæc matrimonia in suo genere perfecta appellare libeat, non magis hæc actiones in illis sunt illicitæ, quàm in perfectissimis absolutissimisque coniugiis.

QVOD SIT PERFECTVM
quod item imperfectum matrimonium. Cap. 78.

VERVM vt id quod sepe de matrimonio perfectō in suo genere diximus, magis clareat, hic quid perfectum absolute matrimonium, quid item perfectum in suo genere vocemus, quaquam id fortasse, ex his quæ iam diximus, satis pateat, paucis apperiamus. Matrimonium, non tantum naturæ ipsius, sed Dei quoque institutione, tres fines habere, Christianis cum philosophis conuenit. Enimvero omnes mortales, matrimonialem societatem non modo ad proles propagationem, sed ad vagæ quoque libidinis incendia declinanda, & mutuam insuper seruitutem exhibendam destinant. Priorem finem esse matrimonio germanum, natura ipsa clamat. Secundum & fortasse tertium, peccati status hominibus induxit. De his duobus Pau. ad Corin. scribit. Propter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum. Vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier & mulier sui corporis potestatem non habet, sed viri. His verbis non tantum de debito coniugali, aut de potestate ad illud, sed de vniuersa coniugali seruitute, vt lib. 3. docuimus sit sermo. Et quod cohabitatio maris & femine sit quoque coniugalis societatis scopus, præter multa quæ libris de re domestica, quibus vtriusque natura ipsa distincta munita tradidit, Aristoteles docuit, id etiā satis clare ostendit. Quod maritus & vxor maiorum auctoritate primæ partes, secundum naturam ab eo statuuntur. Multa sunt enim uero humana vitæ res necessaria, quæ à foeminis tantum, multa quæ à viris geruntur. quorum ratio etiam in his, qui gratia procreandi conuenire nequeunt, æque ac in reliquis militat. Nunc ergo cū matrimonium vt antea dicebamus, sit humanus contractus atque adeo humana actio, & tunc humana actiones perfectæ vocentur, cū suos fines assequantur, illud coniugium perfectum absolutumque dicitur, quod omnes tres fines nanciscatur. Minus erit perfectum cū duos, & minus multo cū vnum duntaxat, sed perfectum tamen quoniam, & vnum ex illis finibus, ad quem natura ipsa ductrice dirigitur adeptum est, & in illum tantum à coniugibus destinatur. Hinc iam quorsum illa coniugia, quæ ab infirmitate prole destituuntur, à quibusdam

D. de v. s. v. i. s.
l. videamus.
D. de condi-
tione caus.
dat. l. Quod
seruus.

1. Cor. 7.
lib. 3.

In lib. 4. ser.
m. d. 34. ar.
163. 611-3.

In lib. 4. ser.
m. d. 34. ar.
163. 611-3.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Palis. e. 1.

dam Ecclesiasticis patribus, ut Augustino &c. imperfecta vocentur, iam claret. Sunt imperfecta, non quidem simpliciter sed respectiue, & ad illud quod bonum quoque proles assequitur collatum.

PROBATVR NON REQVIRI
ad consummationem matrimonii, seminationem intra vas femineum, ut quidam cogitarunt. Cap. 79.

EX his atque illis, que de spadonum matrimonio locuti sumus, quid sit de illa sententia sentiendum que nunquam nisi seminationem viri, & hoc intra membrum femineum claustra, matrimonium consummari docet, facile percipi potest. Apparet deinde ociosas esse questiones illas, & proflus tanto sacramento, eiusque reuerentia indignas, quibus non tam scrupulose quam fastidiosè quaritur; An si vir virili membro femineo membri claustrum aperuit, tamen seminare conatus, non potuit, censeatur consummatum matrimonium &c. Ad consummationem profectio matrimonii nulla seminatio requiritur; sed tantum carnalis coitus, affectu coniugali perfectus, ut Theologi docent. Et profectio indignum videtur immo periculosum, & Ecclesiasticæ matrimoniali doctrinæ, si quid aliud, incommodum, has feminales profusiones exigere. Constituamus sponsum, qui post verba de presentia, ut fieri sæpe solet, in foci domo furim sponfam opprimat, sed cum claustra pudoris rupisset, familiæ superuenientis pudore, semen non effuderit. An huiusmodi uirum aut femineam, qui ista docent, altero coniuge inuito ad monachalis vitæ professionem admittent absit. Sed quanta huiusmodi absurda sententia pareret incommoda, dum unusquisque sibi sponfam, per verba de futuro. Post ablutam virginitatem & pudorem, per hos steriles coitus, conaretur illudere, isti viderint. Certè his si sibi constare debeant, eum qui sponfam huiusmodi de futuro, virginitatis rapina per hos frustraneos coitus absque semine, quod fortasse non fit infrequentissimè ut olim de Iuda memorant, qui semen in terrâ profundebat, eluderet, ab alio matrimonio rato & consummato, non reuocaret. Quod tamen nefarium putò cum verba de futuro cum copula subsequuta, verum matrimonium efficiant. Sed de spadonum & frigidorum coniugio. Hæc per occasionem dixisse satis sit.

ENARRATVR SECVNDA
Theologorum sententia sup. c. 56. posita de quaestione illa, quo iure matrimonium ratum non consummatum, per ingressum religionis soluitur. Cap. 80.

2. sententia
quare per
professionem
religionis
matrimonium
ratum
non consummatum
solutur.

VERVM domum regrediamur post longam digressionem atque accedamus iam ad secundam sententiam, eorum, qui iure ipso naturali,

matrimonia rata non consummata, aduentu religionis euanescere docent. Erat autem apud hos huius ratio, non imperfectio formalis aut essentialis matrimonialis contractus nondum consummati, ut Gratianus docet sed imperfectio obiectiua quoniam scilicet, religio sit multo excellentior & sublimior. A minus autem perfectio status rationeque; viuendi ad magis perfectum, præsertim ubi nulla intercedit coniugis alterius iniuria, licet ascendere, status, aiunt, religionis, ut Paulus docet. 1. Cor. 7. perfectior est status coniugali, id autem quod perfectius est, non debet impediri per minus perfectum. Ergo utriusque coniugum, si contra alterius iniuriam fieri potest, integrum est ad religionem se conferre. Quod verò ante copulam relicto coniuge non fiat tam atrox iniuria, quæ bono religionis non compensetur, hac ratione persuadet. Nam aut illa iniuria irrogaret fini matrimonii, qui est proles procreatio, aut desertæ sponse. Non proli, quia nulla adhuc est, cum nondum præcesserit coniugalis congressus: neque verò sponse, quia cum maneat integra, nihil decoris aut honoris amisit, quominus possit alteri nubere. Hactenus isti.

ELIDITVR HORVM THEOLOGORVM
ratio. Cap. 81.

VERVM in hos fortissimo argumento decertat, Durandus. Quod hæc ratio non minus matrimonia rata non consummata, quam ipsa consummata per coitum dissolueda suadeat. Quemadmodum enim matrimonium ratum tantummodo, religionis statu minus bonum est, ita matrimonium consummatum, & actionibus iam coniugalibus implicatum, perfectione Christianæ vitæ, ab eodem exceditur. Ratio verò illa que ab alterius partis iniuria desumitur. Parum illius argumenti virtutem retundit. Primum quidem, quia iam matrimonium ratum & non consummatum, non ratione perfectioris status, sed quod nondum sponsi, villo iustitiæ vinculo sint colligati, esset dissolubile. Neque esset has duas rationes commisci necessarium. Et ut res apertior fiat, quæramus ab istis. Vtrum matrimonium ratum non consummatum ratione maioris boni, religione dissoluatur? Si annuat, cum ergo ratio debeat esse formalis, omne matrimonium, quod sit minus bonum religione dissoluetur, ac perinde consummatum. Quod si ad sponsæ iniuriam subinde recurrant; non igitur maius bonum, ratum matrimonium dissoluit, sed iniuriæ defectus. Tunc ita vrgebimus, ergo matrimonium ratum non consummatum, non solum religione, sed alio matrimonio dissoluitur; quoniam nulla fit coniugi iniuria. Vbi autem nulla contrahenti fit iniuria, contractus omnes sunt dissolubiles. Ais, non esse eandem rationem, quia in religione est maioris boni compensatio. Sed hæc respon-

Quidam apud
dura. d. 27.
4. sen. et do.
Sor. 4. senti
di. 27. q. 1.
ar. 3.

Math. 19.

Ex publico
de conue-
sum coniug.

4. sen. d. 27.
q. 2.

sio minus valet quam ratio, nam boni illius maioris compensatio, non ad sponfam, quæ iniuriam patitur, sed sponsum, qui secedit, & qui infert sua discessione detrimentum, pertinet.

Ais deinde, contractus, in quibus si rescindantur, nulla contrahenti fit iniuria, esse quidem suapte natura solubiles, sed in hac parte Diuinum esse statutum, de non rescindendo matrimonio, nisi religionis causa. Sed id non est rationem illam adiuuare sed prodere: nam hoc non est aliud, quam docere non ipsa rei natura, sed Diuina dumtaxat constitutione, matrimonium ratum & nondum consummatum per alterum matrimonium esse indissolubile. Quam si subinde quis petat, nullam profectio dabunt præter illam *Quos Deus* coniunxit homo non separet, quam tamen de matrimonio rato & consummato, fore accipiendam, Innocentius decernit, ut inferius dicemus, Quod si matrimonium ratum & non consummatum quoniam est ut illi vocant potestatis traditio, non Diuina constitutione, sed suapte natura indissolubile credant, profectio perinde confiteri debent, neque per ingressum religionis, quantacunque sit maioris boni compensatio, dissolui. Perfecta enim vincula nulla maioris boni compensatione soluuntur; apud hos præsertim, qui ad eam traditioni tribuunt, ut quoniam in voti solennis professione fiat eam neque totius orbis reparatione rescindi posse credunt, non Diuino aliquo statuto, sed ipsa traditionis natura. Immo verò neque Deus in quacunque traditione dispensare poterit, iuxta horum sententiam. Nam cum per traditionem res fiat tradentis, & in rebus alienis inuito Domino usurpandis, id est, in furti aut rapinæ prohibitione Deus dispensare nequeat, iuxta eorundem placitum fiet continuò, ut neque quis possit Diuina auctoritate traditionem dissoluere. Traditionem inquam alteri quam Deo factam, nam illi que fit ipsi Deo ille renunciare poterit.

Quod si dicant, matrimonium ratum, non consummatum, non esse perfectam traditionem, quod tunc tantum sit potestas in corpora tradita, ergo neque est perfectum matrimonium perfectione essentiali, nam matrimonium suapte natura est perfecte traditio. Et deinde. Ergo per aliam perfectam traditionem matrimonii rati & consummati dissolui poterit.

Secundò in eam sententiam ex iniuriæ ratione ita construemus argumentum. Ratio ob quam matrimonium ratum non consummatum est per religionem solubile, est quia nulla fit alteri coniugi iniuria. Ergo si aliqua alicui eorum inferatur iniuria, erit indissolubile. Contingere autem potest, ut inferatur grauissima, non ergo eius solubilitas ab iniuriæ defectu descendit. In antecedente secundæ rationis, est tota difficultas. Constituamus virginem pauperem, quæ nobilis ac diuitis sponsi nuptias nacta fuerit, velit hic, illa iniu-

ta ad religionem conuolare. An non grauissimum detrimentum illi infert, quæ neque ad alteri inferiori ac pauperiori nubendum, ut fieri solet frequentissimè, nullas habet diuitias. Idem desponsio paupere cui nobilissima ac ditissima femina sorte obtigisset, argumentum fiet. Sed hi theologi nullam putant irrogari posse iniuriam nisi per coitum. Quod vnde sibi persuaserunt, non satis intelligo. Qui enim solubilitatem matrimonii in defectum iniuriæ referunt, non de iniuria coitus sed de omni graui iniuria, aut simpliciter aut respectiue, loquuntur. Deinde natura traditionis postulare videtur, ut non modo hoc corpus, sed omnes eius diuitiæ honores &c. quæ aliquando ipso coitu pretiosiora putantur, sint alterius coniugis, ergo illi inuito ac renitenti, nullum horum absque grauissima iniuria poterit auferri. Neque hæc iniuria maioris boni, religionis scilicet compensatione resarciatur. Cum bonum illud maius, non coniugi qui passus est iniuriam, sed alteri accrescat.

Sed exactius rem vrgeamus. Constituamus, post verba de futuro & de presentia, quod solet frequentissime accidere, oscula & tactos impudicos præcessisse, per quæ profectio non nihil immo multum honoris, nupturis descendit. An non grauissimam discedens iniuriam infert? Constituamus, deinde famam coitus quanquam falso præcedere, per quam ad aliud matrimonium in eum inepta fiat. An tunc non reputabitur grauissima iniuria? Immo verò, si ut superius dicebam, rupta fuerint virginalia claustra absque seminis profusione, quæ coeundi ratio, ut isti persuasum habent, matrimonium non consummat: an neque tunc erit iniuria quæ compensari nequeat, quis dicet? Non ergo defectus iniuriæ, matrimonium ratum non consummatum in professione religionis dissoluit, sed aliquid aliud.

Tertio ex matrimonio rato & consummato, ita arguemus. Potest accidere, ut hi, qui consummarunt matrimonium, neque proli neque sibi ipsis iniuriam aliquam inferant, ergo si tota ratio inseparabilitatis illius est, iniuriæ illatio; dabitur matrimonium consummatum solubile. Absumptio de sterilibus, qui secum neque moribus neque ingenio conuenirent, quique in se mutuo quotidianæ desaurerent, satis est apertum. Hi enim neque liberos habent, quibus iniuriam irrogent & tantum abest, ut quisquæ eorum alterius discessio ne detrimentum accipiat, ut illa maximè commodum & vitæ corporalis & spiritualis existimet, maximeque illi, qui eum ab alterius coniugis ingratisimo vinculo eriperet, gratias haberet. Quod si hic compensatio illa religionis postuletur, fit ita, ut vir vitæ coniugalis fastidio ad religionem commigret. Hic certè omnia, quæ causam dissolubilitatis matrimonii rati & non consummati esse docent, inuenies. Nulla enim neque alteri coniugi, neque proli, fit iniuria & est maior,

maioris boni religionis nempe compensatio. Est ergo solubile.

Præterea, si iniuria concubitus, matrimonium ratum & consummatum per ingressum religionis non permittit dissolui, sit scemina, quæ Regi aut viro alicui potentissimo nupsit, ea per verba de præfenti desponsata, Regi misceatur. Enimvero hæc tantum abest ut coitum illo Regio detrimētū acceperit, ut potius eo ingentem gloriam & nomen nata fuerit. Ab hac ergo præfentim si illa non renitatur, Rex separari poterit & alteram ducere. Et constituamus hanc vel alteram, alterius coniugis matrimonium non ambire, sed coitum tantum, illum tamen utrumque concessisse. Hic quis dicat, coitum huic scemina iniuriam irrogare, quæ vehementissimo amore percita, ob coitum tantum se scelicem existimat? Fingamus iterum sceminam alteram amore captā, quæ à coniuge ad religionem discedente obnixè, nō animo consumandi coniugium, sed carnalis coniunctionis desiderio, coitum extorqueat, dicatur huic id quod est futurum, se post illum coitum fore deserendam, protestetur etiam coniux discessurus, se non animo consumandi coniugium, sed fornicario accedere. An hic coitus obsecro, qui pro magna gratia reputatur, iniurius dicetur? Profecto sciet & consentienti nulla potest irrogari iniuria. Et nequis ad pudorem per hunc coitum amissum recurrat. Constituamus hanc non esse virginem, sed viduam, aut alioqui corruptam.

Quartò tandem ex boni illa compensatione arguamus. Aut religionis professio maius est bonum coniugi, qui discedit, aut ei qui relinquitur aut toti Ecclesie. Primum non cōpensat eius, qui relinquitur iniuriā. Cōpensatio autē nō ad aliud debet quæri quàm ad iniuriam resarciendā. Sed neque secundum dari potest, nā relictus coniux per alterius coniugis discessionem grauissimam, ut diximus, iniuriam recipit. Quod si non reciperet iniuriā, alterius saltem religio, immo & perfecta sanctitas illi nihil prodest. Quod si Ecclesie commodum coniugis dimissi, qui ad eam tanq̄ pars ad suum totum ordinatur compenset, sit ille, qui dimisso coniuge ad religionem transmigrat, nullius utilitatis eidem Ecclesie fructum allaturus, ut scemina fieri consuevit, sit ignorantissimus, sit ineptus prædicationi, ac reliquis Ecclesiasticis muneribus, quæ religiosi obire solent. Immo verò non promouendi Ecclesiasticæ commodi gratia, sed sponte tēdio, & quod ab illa alia ratione, se discedere non posse persuasum habeat, ad religionem diuertat. Nam sanctitatis personalis ratione, quæ etiam in medio statu coniugali obtineri potest, nulla in hac parte potest esse compensatio. Et ne huc quisquam suffugiat, demus, eum non gratia sanctitatis, sed victus, maioris honoris &c. à coniuge discedere.

Deinde si maius bonum Ecclesiasticum in-

inuriam acceptam ab altero coniuge dimisso cōpensat. Cur non matrimonium idem per aduentum Episcopalis ministerii, ut quidam Canonistæ dixerunt, dissoluetur, cum hic status & ipso monachali præfentim quantum attinet, ad Ecclesiastica commoda prouenda, sit multo perfectior? Immo verò idem argumentum de ordinis sacri susceptione fiet, patet enim hos ordines homines sacros in eo statu constituere, qui magis quàm coniugalis immo quam monachalis Ecclesiasticis commodis inferuiat. Quin verò hac ratione & ipsum iamdudum consummatum matrimonium, erit quoque solubile. Nam fieri potest, ut vxor quæ liberis careat, in alterius coniugis, religionem consentiat, quod si habeat liberos, fieri potest, ut illi, aut quod iam sint adulti, aut quod fortasse matrimonio copulati, patre non egeant.

ENARRATIO EORVM
Theologorum sententia, qui solutionem matrimonii rati non consummati, per professionem religionis, in mortem civilem referunt.
Cap. 82.

TERTIA ac postrema eorum, qui ad naturas matrimonii nondum consummati & religionis, eiusdem matrimonii solutionem referebant, hi erant, qui putant illud morte spirituali per ingressum religionis dissolui.

Docent hi duplicem esse matrimonii statum, vnum, quo coniuges tantum spirituali coniunctione vniuntur, qui similis est illi, ut docet Hugo Victorius, quo Ecclesia per gratiani Christo copulatur. Alter, quo non modo spirituali, sed carnis quoque nexu coniuges iunguntur; qui Christi cum Ecclesia vnione corporali, confertur. Prior status per verba de præfenti obtinetur. Secundus, cum post contractum matrimoniale, subsequitur coitus; quod matrimonium consummatum vocarunt.

Docent deinde, duplicem esse mortem, spirituales vnam, quam civilem quoque vocant, qua quis civiliter moritur mundo, & viuit Deo, quæ in omnium rerum, vel quæ ad animam, vel quæ ad corpus, vel quæ ad res externas pertinent, per votum obedientiæ, castitatis, & paupertatis, abnegatione consistit. Naturalis altera, quæ in animæ à corpore separatione sita est.

Nunc ex his matrimonium ratum non consummatum per religionis professionem dissolui hac ratione suadent. Sicut se habet matrimonium ratum non consummatum, quod est carnis coniunctio, ad ueram mortem corporalem, quæ est animæ à corpore separatio, ita se habet, matrimonium non consummatum, quod est spirituale, ad spirituales interitum, qui est à rebus omnibus civilibus perfecta dissolutio.

Etio. Sed matrimonium carnale, id est per carnis copulam consummatum, per mortem quoque carnis dissoluitur, ergo & morte spirituali religionis, matrimonium spirituale soluetur. Id uoluit Apostolum ad Corinth. scribentem, uoluisse, cum inquit. Mulier alligata est legi, quanto tempore uiuit vir eius. Quod si dormierit vir eius liberata est à lege. Et rursus. Quæ sub viro est mulier, uiuente viro, alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur uiuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro, Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro, quos locos non modo de morte corporali, sed spirituali quoque fore accipiendos, non dubitant.

ELIDITUR SUPERIOR
Theologorum ratio. Cap. 83.

SED horum vetustiorum Theologorum sententiam ineluctabili profectò argumento Scotus aggreditur. Si matrimonium, inquit, esset iam opere carnali consummatum, esset omnino indissolubile usque ad mortem, adeo ut quantumuis coniuges ex mutuo consensu pari voto solenni religionis continerent, adhuc, non dissolueretur, vinculum inter eos, per professionem religionis. Nunc quarimus, ista indissolubilitas unde proueniat, non ex actu carnali, qui nouum contractum non addit. Atque adeo, neque nouam addit insolubilitatem. Coitus enim maxime iuxta communio sententiam, quæ docet, matrimonia non consummata, esse perfecta essentialiter, matrimoniali contractui accidentariam quandam & extrinsecam perfectionem adiungit. Quod si ex actu carnali, indissolubilitas non prouenit, descendit ergo ex ipso præcedenti matrimoniali contractu, qui est mutua datio potestatis in corpora. Et mea quidem sententia, hi qui uolunt ex natura sua contracta tantum matrimonia dissolui per professionem religionis, non item consummata, necessariò cum Gratiano consentire debent, docente, ante copulam carnalem, nondum esse perfectionem essentialem coniugii. Enimvero quod de solubili contractu, reddit indissolubilem, accidentariū & extrinsecū esse non potest. Nam cum matrimonium essentiali ratione sit vinculum, & vinculi essentialis differentia, sint solubile & insolubile, illud quod matrimonii vinculum reddit insolubile, ex solubili, ad eius essentialiam pertinere necessesse est, non quocumque pacto, sed tanquam illud à quo sumitur formalis differentia, quæ matrimonii quidditatem & esse constituit. Atque ista Scotus in illos Theologos.

Verum nos eius rationis virtutem in examen uocemus. Et principio, aut mors illa metapho-

rica, quæ ratum matrimonium dissoluit, illud ea ratione qua est civilis dirimit, aut illa quæ est spiritualis, utramque enim, ut aiunt, rationem sortitur. Non qua est civilis, nam mors civilis præter hoc, quod est poena, ut superius diximus, grauissimorum scelerum, qua quis civilibus actionibus fit ineptus ac si esset mortuus, matrimonia non modo non soluit, sed neque impedit quidem. Haud enim per hoc quod quis civilibus actionibus moriatur, continuo domesticis moritur; pars autem potissima domus, ut Aristoteles inquit, est vir & vxor. Et profectò is qui post contractum per verba de præfenti coniugium, capite diminetur, id est ad metalla aut ad seruitutem damnaretur, ad naues longas deportaretur &c. non perinde à matrimonio solueretur. Quod si qua est spiritualis mors, id est quatenus quis per vota castitatis, paupertatis & obedientiæ rebus mundi commoritur. Ergo quicumque post huiusmodi coniugium, nondum consummatum, mundo ac prophanæ uitæ per rerum omnium externarum contemptum ualefaciat, ab eodem matrimonio liber erit. Nam extra vota religionis, esse quoque spirituales mortem qua omnes mundi & carnis appetitus intereunt, & ratio ipsa docet, Et Paulus de seipso qui vota huiusmodi fortasse non ediderat, testatur. Viuo, inquit, ego iam non ego, uiuit uero in me Christus. Christianus ille profectò uere mundo commoritur, qui ita eius diuitias, honores, & diuitias appendit, ac si esset mortuus. Quod extra religionem posse accidere, non est cur quis dubitet. Mors igitur illa metaphorica, neque quatenus civilis, neque quatenus spiritualis, ratum matrimonium dissoluit.

Sed dicent, uerum esse matrimonium non consummatum per neutram harum ab altera distinctam rationem, rescindi, sed per ambas simul. Deinde mortem hanc civilem quæ per professionem religionis incurritur, non esse eius generis ac nature cum illis, quæ sunt poenæ civiles, nam illæ sunt scelerum poenæ, hæ contra, non, sed merita. Præterea illæ inuitis infliguntur; hæ contra, spontaneæ suscipiuntur. At hæc rationis nostræ vires non remorantur. Non prius. Nam si neutra per se ratio matrimonium soluit, neque ambæ soluent. Et alioqui non est impossibile reperire laicum hominem, qui & civiliter & spiritually sit mortuus, neque tamen in illo ratum dumtaxat matrimonium perinde soluetur. Sed neque secundum. Nam ut mors civilis matrimonium dirimat, aut non dirimat, inuiti & spontanei ratio nihil facit. Mors civilis ex sua ratione formalis, est quæ actionibus civilibus reddit ineptum, quod autem à propria vel aliena uoluntate descendat, nihil ad rem facit. Et alioqui, potest quis civilem illam mortem uoluntarius obire.

1. Cor. 7.

Rom. 7.

4. Sen. diff. 31. q. mica.

3. Sen.

Alex. Alex. S. Th. Ricar. Durand. 4. Sen. d. 27. Aug. 2. l. de sac. per. 11.

Dura. & in maiores quidi.

1. Pet. c. 1.

Galath. 2.

obire, vt si se in seruum venderet &c. Tertiò, mortem illam ciuilem, cur potius à tribus voris religionis, quàm à quacunq; alia vitæ spiritualis, qua mundo quis moriatur, institutione deriuetur, Theologi isti non probant. Sed neque cur potius ab his religionibus, quæ sunt ab Ecclesia Romana approbatæ, quàm ab votis in aliis religionibus, nondum approbatis, aut extra religiones editis descendant, aliam causam quàm humanam voluntatem, has potius quàm illas religiones approbantem, afferre queunt. Atq; ita mors ista spiritualis, cum ab humana voluntate pendat, contractum à Diuina voluntate, immo à natura ipsa deriuatum, matrimonium scilicet, dirumpet. Quartò. Spiritua-lem illam mundi fugam, aut ineptitudinem, qua quis ciuilibus actionibus per monachatum renuntiat, mortem appellare, voluntarium est, & ex hominum ita loquentium arbitrio profectum. Non ergo ad spiritualem illam coniunctionem, quæ fit per matrimonium dumtaxat ratum, eodem pacto, quo mors naturalis ad coniugium consummatum conferri potest. Nam hæc collatio ex natura ipsa est, illa ex hominum beneplacito. Mors naturalis non ex hominum voluntate, sed natura ipsa matrimonium consummatum soluit, mors contra ciuilem ex hominum voluntate, non item ex rei natura. Nam neq; mors vocatur nisi ex humana voluntate, & ratione quadam metaphorica. Inuenitur autem hæc ratio maximè in eos, qui multum traditioni tribuunt. Nam cum traditio rem in eius cui traditur, iure naturali potestate constituat, nullus alius contractus nisi mere naturalis poterit eam rescindere, mors autem ista ciuilem, non modo nomine voluntaria est, sed & id in quo sita est, votorum scilicet, solemnitas ab humano iure deriuatur, vt Bonifacius Pontifex decernit.

de vo. et vo.
ved. c. Quod
autem. li. 6.

Postremò si huius conuersionis, quam mortem ciuilem aut spiritualem appellare libuit, naturam paulò accuratius exigamus, inueniemus nihil illam, factò iam atq; celebrato matrimoniali contractui posse officere. Enimuerò matrimonium etsi humanam voluntatem liberam, originem habeat: postea tamen quàm contractum est, non liberè iam sed necessariò seruetur, quemadmodum & reliqui alii contractus. Voluntas enim iam non est libera sed iustitiæ legibus coercetur, non modo ad standum contractui, sed ad nihil quod eidem contractui fuerit incòpossibile, cum quòtouis proprio aut alieno commodo obeundum. Quòd si ita est, quo pacto obsecro, per mortem hanc voluntariam, contractus iam dudum celebratus & solidus rescindi poterit? Mors naturalis non ideo matrimonium rescindit, quod ea homo spontaneè matrimonium finiat, sed quia vita naturalis, mortalitatis conditione finitur. Contractus enim suapte natura perpetuus, na-

tura ipsa solum, non item voluntate distrahitur. Mors autem ciuilem merè voluntaria est & spontanea, quo ergo pacto contractum suapte natura perpetuum poterit rescindere? Quòd si Deus monachatum aut religionis professionem alicui inuito imposuisset, fortasse hæc ratio quæ à morte spirituali vel ciuili deriuatur aliquid proficeret. Nunc cum sit merè voluntaria, & in contractibus reliquis nulla ad actus oppositos, etiam cum multo proprio vel alieno commodo libertas relinquatur, & si sit speciosa, & his qui superficierent res inspicere contenti sunt plausibilis, nihil omnino promouet.

EXPLICATVR IOANNIS
Scoti in hac parte sententia.
Cap. 84.

QVARE Ioannes Scotus, contemptis his tribus sententiis, quæ à natura ipsa contractus matrimonialis & religionis, eiusdem matrimonii nondum consummati, solubilitatem venari cõtendebant, propriam aliam excogitauit, qua putat ex sola Diuina constitutione per professionem religionis matrimonium opere carnali non consummatum dissolui. Cuius sententiæ rationes, tum à natura Christiani matrimonii, tum à Christi doctrina, tum demum ex Christi & sanctorum factò colligere contendit. Ex natura quidem matrimonii, quoniam in Christiano matrimonio etiam si contrahens intendat non consentire in carnalem copulam, sed statim ad religionem auolare ante consummationem traditio illa potestatis non est accommodatio aut permutatio ad tempus, sed ad vsum perpetuum. Alioqui non esset verè matrimonium nouæ legis: quòd nullum vt Mosaicum illud vinculi diuortium compatitur. Ergo cum ex hac datione mutua potestatis, perpetua & nõ ad tempus, ex natura ipsa matrimonii, & ex Diuino statuto, quo omnis solubilitas excluditur, iuxta illud, Quos Deus coniunxit homo non separet, obligatio oriatur non temporale sed perpetuum vinculum, & indissolubile oriatur. Atq; adeò per nihil aliud, matrimonium ratum non consummatum, solui poterit, quàm per mortem naturalem, per quam omnes contractus personales soluuntur, aut per eius qui matrimonio, priorem illam, in qua institutum est, indissolubilitatem restituit, reuocationem aut relaxationem. In ingressu religionis, & vitæ monasticæ professione, morte naturali matrimonium ratum, non soluitur. Soluitur ergo sola Christi, qui alioqui matrimonium instituit, constitutione, ac dispensatione, seu relaxatione.

Secunda ratio, ex doctrina Christi de matrimonio

monio summi potest. Nam cum ille de Mosaicò matrimonii ex quacunque causa, solubilitate quæ sitis, diuortium omne, etiam quod per libellum repudiij celebrari solitum erat, excepta causa fornicationis, tanquam primeuè illi in paradiso factæ institutioni, contrarium, dānasset, matrimonium omne indissolubile, nisi morte dissolvente, constituit. Ergo cum Ecclesia in Diuinas leges & statuta potestatem non habeat, cum nunc sponsis per uerba de præsentibus, qui uerum habent matrimonium, conuolandi ad religionem facultatem tribuit, ex Diuina ipsa uoluntate facere, non item ex propria auctoritate, credenda est.

Tertia demum ratio, à Sanctorum exemplis deriuatur. Nam, vt ferunt, Ioannes Euangelista, è nuptiis à Christo ad Apostolatam uocatus est, & de Alexio, Theone quodam, Machario Romano, & aliis nonnullis, Ecclesiasticæ historiæ memorant, relictis sponsis ad monachatum se contulisse.

Reliquas rationes, quas ueteres Theologi tradiderunt, & quas hucusque refutauimus, ut illa de commutatione minoris boni in maius &c. tantum suadere credit, fuisse rationabile, hoc Diuinum statutum, cæterum matrimonium non propter illas, sed propter ipsam Christi instituto ris matrimonii relaxationem: per ingressum religionis dirumpi. Hactenus Scotus.

EXPENDITVR SCOTI SENTENTIA.
Cap. 85.

CVIVS sententia, non modo his, qui cum in tractanda Theologia imitari consueuerunt, sed & reliquis posterioribus Theologis, adeò arrisit, ut ferè omnes cæteris opinionibus dimissis, in eam concesserint. Quàmquam non est silentio prætereundum, huius sententiæ primum auctorem, non Scotum sed Diuum Bonauenturam extitisse, is enim, & si cum reliquis sui temporis Theologis, morti ciuili, siue spirituali matrimonii dissolutionem tribuat, Diuinam tamen auctoritatem non excludit. Immo illud à Deo aperte docet disungi, in illa morte ciuili, Quam sententiam diuersam esse ab ea, quæ eidem morti spirituali aut ciuili solutionem tribuit, cum sit apertum, non est opus demonstrare. Est autem hæc sententia, meo iudicio, tantò magis quàm reliquæ, quas superioribus, cum Thologica ratione coniuncta, quantò facilius & matrimoni rati non consummati perfectionem & indissolubilitatem cum communi Theologorum sententia, & cum hoc per aduentum religionis, eius solutionem, defendit. Nam reliqui profectò dicendi modi, aut eiusdem matrimonii perfectionem produunt, & di-

scrimini exponunt, aut si perfectum essentiali perfectione ac indissolubile concedant, à consummatoque solo accidente distare fateantur, ut faciunt, ingens periculum est, ne sicut illud, sit prorsus indissolubile. Vnde Ecclesiastica consuetudo transeundi ante consummatas nuptias ad religionem, hæreticorum calumniæ exponatur, quod Erasmus Rotherodamus nostra memoria incohasse uidetur, qui in Epistolam priorem ad Corinthios scribens, vt diximus stomachabundus quæritur, quod ob professionem instituti humani, & ob mutuatum pallium, legitimus sponsus sua sponsa priuetur. Hæc certè sententia facile concedit, id quod rationes & argumenta, quæ in priores opiniones contorsimus euidentissimè demonstrant contractum matrimonialem, si sit perfectum matrimonium, nullam ex natura ipsa, aut religionis aut matrimonii, cuiuscunque generis solubilitatem, potius quàm matrimonium consummatum pati. Cæterum docet, Deum matrimonialis uinculi institutorem casum religionis excepisse. Fuisse autem huius exceptionis, causam motricem ascensionem ad perfectius bonum &c.

1. Cor. 7.

ELIDITVR SCOTI SENTENTIA.
Cap. 86.

AT ego, & si hucusque in hac sententia, tanquam ueriori & faciliori ceteris, fuerim, nunc ab ea non alia ratione recedo, quàm quod, ad ius Diuinum illud, Diuinamque traditionem confugere, neque satis solidum, neq; magnopere necessarium, ad Ecclesiasticam consuetudinem tuendam uideatur. Scio non paucas esse Ecclesiasticas consuetudines, quæ in ius Diuinum id est non scriptum referantur, sed mihi semper fuit studium, Ecclesiasticos mores, planiori, quo potest fieri, ratione tæri, & mysteria, Diuinaque iura absq; necessitate non multiplicare. Deinde cum Paulus Apostolus multa de coniugali, cum infidelium, tum uero fidelium coniugum diuortio, partim propria, partim Domini auctoritate tradiderit: nihil de de diuortio religionis memorauit, sed postquam generali sententia ex Diuino mandato deriuata, decreuisset uxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere inuictam, aut uiro suo reconciliari, solum Christianæ religionis gratia, non item instituti peculiaris, à consorte recedendi, facultatem indulget. Quòd si infidelis, inquit, discedit, non enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi; in pace autem uocauit nos Deus. Atque id quidem quando alter coniugum infidelis non consentit habitare cum fidei; quanquam id secundum non ex Diuina sed ex propria dūtaxat auctoritate deriuatum, ingenuè fateatur. Ceteris, inquit, id est, infidelibus, ego dico non Dominus, si quis frater habet uxorem infidelem, &

1. Cor. 7.

ibid.

ibid.

Vu hæc

hæc consentit habitare cum illo, non dimittat eam &c. Quod uero non sit necessarium ad ius Diuini in hac parte confugere, paulo post ex nostre sententiæ narratione uidebimus.

PROPOSITVR AVCTORIS IN HAC parte sententia. Cap. 87.

EST autem ea, matrimonium ratum, & non consummatum, Ecclesiastica & Pontificis Romani potestate dissolui, quam post hac, solidis, uiuidisq; rationibus demonstrare conabimur. Et prima quidem, neque minima ea est, quæ à præcedenti opinionum infirmitate desumitur. Enim uero, eam matrimonii solutionem, quæ propter Ecclesiasticam auctoritatē negare non licet aut naturali, aut Diuino, aut demum Ecclesiastico iure fieri, dubitare non possumus. Eam autem naturali iure fieri, alia quam illis tribus, quas confutauimus, rationibus, imaginari non possumus, Diuino deinde iure fieri, iuris eiusdem Diuini incertitudo, credere non permittit. Fit ergo Pontificis Ro. auctoritate, aut quæ idem est, Ecclesiastico iure.

Deinde aut huiusmodi matrimonium, omnem suam perfectionem essentialē iam habet, ut probat vulgaris Theologorum sententia, aut ut docet Gratianus, ante coitum non est perfectum, neque absolutum matrimonium. Si secundū, cum nondum sit adhuc indissolubile, poterit pro maiori lucro religionis, Pontificis uoluntate dissolui, ut multi ueterum Patrum canones, à Gratiano adducti docent. Si primū, cum iuxta multorum sententia, Pontifex Romanus in matrimonio rato nondū consummato, quantūcumq; sit uerum matrimonium, ad aliud coniugium in eundem, aut ad aliquem, eo quod inierat, duntaxat liberandum, dispensare possit, multo magis poterit generalē condere legē, qua omnibus sponsis post uerba et da præsentis diuertēdi ad religionem facultatē tribuat. Atq; ea lex, illa est, qua ante duos menses post celebratas per uerba de præsentis nuptias, contractūq; matrimonium sponsi aut coniuges conuenire uetantur, daturque illis diuertēdi ad religionem tempus. Quod fortasse præuenire, non est tam leue, quam Caietanus, & iuniores quidam cogitarunt.

PROPOSITVR EA QVAESTIO AN Romanus Pontifex in matrimonio rato non consummato dispensare queat & enarrantur de ea re variæ doctorum hominum sententiæ & quid auctori uideatur. Cap. 88.

UIDEO tamen ipsam rerum cōsequentia, eius quæstionis examē postulare, qua queri solet, an matrimonium ratum non consummatum sit per Pontificem dispensabile, & in illud Ecclesiastica potestas auctoritatē obtineat? In qua parte inter Diuini & Ecclesiastici iuris in-

Ita Io. An. in nouella sua per. c. expulso de conuer. coniu. g. Et in regula. Affus le gisimi in 6. in Mercurialibus. Archidia. in cap. Qua propter. 27. q. 2. Benedi ctus indiffi ca. expulso ca. &c.

terpretes, uarias fuisse sententias, qui aliqua rerum Theologiarum cognitione ualent, facile intelligunt.

Theologi scholastici ueteres, quod Petrum Lombardum sententiarū Theologiarum magistrum, aduersus Gratianum docentem uiderent, matrimonium ratum non consummatum esse uerum matrimonium, significareq; Christi & Ecclesiæ coniunctionem per charitatem, illud indispensabile per quamcunque potestatem Ecclesiasticam, uno animo docuerunt. Contra canonici iuris interpretes, maiori ex parte, & Theologi quidam iuniores, dispensabile.

Quorum ego sententiæ, post multam ac profundam iam è multis annis considerationem, dissentire non possum. Primò quidem quia Romani Pontif. auctoritas quantum per Euangelium licet extendenda est, in his præsertim casibus, qui sunt utiles Christi Ecclesiæ, ergo cum multi quotidie casus accidant, in quibus Pontificem id posse fore saluberrimum, nisi contrariū evidentibus rationibus probetur, præsumendum est de Christi prouidentia hanc potestatem illi reliquisse. Enim uero quæ casus frequentissimi accidant, in quibus per eam potestatem, multum Christianis hominibus utilitatis accresceret, ipso quotidianè uitæ usu est compertissimum. Deprehendimus enim multos cum sceminas tum viros, qui animi leuitate, aut amoris amentia, absque copula carnali huiusmodi coniugia contrahant, à quibus postea parum metu, aut tædio, ad alia rata & consummata declinent. Quibus remedium afferre, neq; iuris prudentes, neque Theologi hucusque potuerunt, cum tamen omnes uno animo eosdem instantu perpetuæ damnationis constituent. Nam remedia, quæ quidam attulerunt, partim sunt suspensa, partim moraliter impossibilia. Quis obsecro eam sceminam, quæ per uerba de præsentis unquam clandestinè, ac sine testibus nupsit, alteri in facie Ecclesiæ & publicis ceremoniis sit tradita post filiorum multorum partus, post diuturnam cum secundo uiro cohabitationem, &c. ad uirum priorem, priusque matrimonium testibus destitutum reuocet? Aut quo se se recipiet mulier ista, unde non à publicis magistratibus, illi uiro tradatur, cui in facie Ecclesiæ nupsit? aut quo pacto uiri uolentiam in eadem domo, in eadem mensa, in eodem lecto declinare poterit? His autem difficultatibus ac perplexitatibus, pontificalis dispensatio medebitur.

Secundò, Pontifex dispensare potest in uoto solenni, ut multis superius rationibus demonstrauimus, ergo & in matrimonio rato non consummato. Collectio tenet à maiori; nam uotum solenne obiectiuè maius est uinculum, quam coniugium, uotum enim solenne fit Deo, matrimonii obligatio fit homini. Deinde in uoto solenni est personalis & actualis traditio, in matrimonio rato, non actualis sed potèntialis duntaxat, non enim corpora

Gloss. communitat. probat in. Ex publico. Felm. in ca. Que m. ecclesiæ de consu. de norma. in disp. 1. Pre post. in cap. fin. de post. Caietanus opuscul. 22. q. 9. q. 25. Ambrosij ca. the. 1. 6. c. 3. Cai. c. 3. Ferdinand. Loaz. q. 1. p. 1. Calagr. vi. in n. de matrim. 2. d. 6. m. tra. de ma. na conu. Pagan. Elstien. & Arch. in. Quapp. per. 27. q. 2. Benedi ctus in d. 1. c. Ex publico. Di. dac. Conu. vi. m. 7. 1. p. de matrim.

Math. 19.

Ex publico de conu. coniu.

4. sem. d. 26.

corporum tradantur, actu, sed potestas in corpora. Tertio, Gratiani rationes, quibus probat huiusmodi matrimonium non esse perfectum, sunt profecto uiolentiſsimæ quod si non sit perfectum essentiali perfectione, nondum ergo habet perfectam indissolubilitatem, atque adeo, in illud potestatem obtinere Pontificem est necessarium.

Quarto, quia illorum Theologorum rationes, qui contrariam opinionem probarunt, adeo sunt debiles, ut nesciam qua ratione in hac parte adeo sit trepidatum à Romanis Pontificibus. Profecto locum illum Matthæi. Quos Deus coniunxit homo non separet. De matrimonio rato & consummato duntaxat, non ite de rato tantū, fore intelligendū, Alexander Tertius decernit. Eius uerba sunt. Sane quod Dominus in Euangelio dicit, non licere uiro nisi ob causam fornicationis uxorem suam dimittere, intelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquii, de his quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua confirmari non potest. Qui locus, non leuiter Gratiani sententiam adiuuat, aperte enim docet Pontifex, sine carnali copula matrimonium confirmari non posse. Est ergo matrimonium ratum non consummatum, adhuc infirmum, & minimè solidū. Atq; hic fuit locus, qui est iuris prudentibus matrimonii huius dispensabilitatem asserendi ansam tribuit. Cui interpretationi an Nicolaus Papa contradicere postea examinabimus.

Deinde, ratio illa magistrum sententiarum, cui et eius sectatores scholastici ueteres cōsensisse uidentur, quod matrimonium ratum non consummatum Christi & Ecclesiæ copulæ per gratiæ & charitatē designet, adeo infirma est, ut potius contrarium suadeat. Profecto charitatis illa coniunctio separabilis est, & dissolubilis, neq; perfecta reputari potest, ergo si coniugium ratum & nondum consummatum eius est sacramentum, eamq; representat, dissolubile erit. Perfecta profecto cōiunctio non amoris tantum, sed carnis est. Atque hæc sunt rationes, quæ ad credendā matrimoniorum huiusmodi indissolubilitatē, Theologos ueteres adigerunt, nā iuniores, qui alteri sententiæ non cōsensuerunt, nullā aliam rationem habent, quam quod illa sit opinio Theologorum, ista contra Canonistarum quasi semper canonicè malè sentiant.

Quarto, quia Caietani rationes ac distinctiones, non sunt adeo metaphysicæ, ut quidam putat, sed quæ matrimonii naturam & quidditatem ob oculos proponant. Consideramus matrimonium ratum non consummatum, aut in quantum est generandi officium, aut in quantum est sacramentum; Rursus in quantum est sacramentum, dupliciter. Nā cum sacramentum sit sacre rei signum, & in matrimonio, ut antea diximus, duplex res sacra inueniatur, gratia scilicet, & unio indissolubilis corporum, illi quæ habent Christus & Ecclesia consimilis, matrimonium perinde duplicem habet considerationem, unam quæ sacramentum est effectus, quem unicuique coniu-

gum tribuit, id est gratiæ; aliam qua indissolubilitatē illa Christi & Ecclesiæ unionē designando figurat. Ergo si nulla harum trium rationum huiusmodi matrimonium reddit indispensabile, non erit profecto indispensabile. Verum quod nulla harum rationum illud ita efficiat indissolubile, ut per Ecclesiasticam potestatem pro causa rationabili separari non possit, eas singillatim percensendo cognosci poterit uidere.

In quantum est contractus quidam ad generandi officium, siue ad uitandam fornicationem institutus, certè non est indispensabile matrimonium, nā præter hoc, quod illò statu Mosaico, ante Euangelicam reformationem, qua eius, indissolubilitas, ad normam primæ institutionis resarcita est, coniuges, ut Paulus docet, non modo per uerba de præsentis tantum copulati, sed qui iam dudum consummassent matrimonium, & causa Christianæ religionis, & libelli repudii, gratia, à se inuicem, quod ad uinculum desolui poterant, & alteri nubere; Certè apud gentes, quæ matrimonium etiam in officium & remedium habebant, multis ex causis solui poterat, ut inferius dicemus.

Quantum ad rationem deinde prioris sacramenti, qua matrimonium signum est practicum gratiæ, quæ utriq; coniugum donatur, non est insolubile, neq; indispensabile, cum effectus, is non sit qualitas perenniter animæ inhaerens; character scilicet indelebilis &c. Sed qualitas quadam auferibilis. Idemque iudicium esto de secundo effectu matrimonii, non enim est character indelebilis, cuius ratione matrimonium sit initerabile.

Deinde neq; ut dicebamus, perfectam unionem Christi & Ecclesiæ designat, sed solubilem quandam, quæ est per charitatem.

Sed aiunt hac ratione, nihil aliud obtineri posse, quam matrimonium quidem ratum, esse solubile & dirimibile, non tamen auctoritate Pontificis sed Diuina profus. Nam cum Dominus ipse auctor fuerit, & matrimonii, & fidei, & religionis, causa fidei, quæ finis est omnium legum, dispensat etiam in matrimonio consummato infidelium, quædo alter conuertitur, ad fidem & in rato, causa maioris perfectionis id est religionis. Deinde falsum supponi in ea ratione credunt, dum dicitur matrimonium quatenus est in officium aut in remedium esse indissolubile. Nā ab ipso nature primordio, matrimonium per consensum legitimum ratum, erat iure Diuino & naturali indissolubile, nisi Deo ipso dispensante. Atque hoc significare uolunt, uerba illa Ad hoc nunc os ex osibus meis & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quæ uerba in statu innocentie ante consummationem prolata sunt. Confirmant id ex capite. 19. Matth. quo loco cum Christus matrimonii uinculum indissolubile ostenderet, illa uerba Ad hæc allegauit, ex illisq; intulit, Quos Deus coniunxit homo non sepa-

1. Cor. 7.

Dom. Sed. 4. d. 27. artic. 9 2.

ret. Vnde colligunt uerbum hoc de matrimonio rato etiã ante consummationem intelligi. Cõfirmant id secundo, quia Iudæi querentes, an quacũ que ex causa possent dimittere uxores, non tantũ de consummato, sed de contractu quoq; matrimonio loquuntur. De quibus quoque Christus respondit. Quos Deus coniunxit homo non separet.

Verũ ista nihil rationis Caietani uirtutẽ remorantur. Nam quod primo loco Caietani ratione conuicti, matrimonium suapte natura esse dissolubile tribuunt, contra id est quod superius, cũ eiusdem matrimonii dissolubilitatem per religionis professionem docerent, crediderunt, nempe in ingressu religionis, ex eo dissolui q̄ a minori bono ad maius transiretur. Quæ ratio profectò non ad Diuinum statutũ, sed ipsam rei naturam, ut antea uidimus, petinet. Atq; ad idem genus & illarum rationes pertinebant, quæ a deffectu iniustitiæ & imperfectione uinculi matrimonialis, quod nondum illam perfectam Christi per carnẽ unionem designaret, & demũ a morte ciuili sumebantur. Quod vel ex eo apertè proditur, q̄ Scotus, cuius est sententia illa de statuto Diuino matrimonium relaxante, rationes illas omnes reuellit, & confutat, tanquã quæ ex natura rei in hac parte dissolutionem metirentur. Hi tamen cũ veterũ illarum rationum in firmitatem animouerent, neq; tamen eas propter suorum auctorum reuerentiam reiicere uellent, ex Scoti sententia & præcedentibus, quas antea euerimus, opinionibus, vnã fecerunt, cũ nihil tamen quàm illę secum minus cohæreat. Ergo hi si sibi constare uellent, nulla ratione matrimonium ex sua natura solubile concedere debuissent. Quod uerò deinde a iut solutionem non ab homine sed a Deo fieri, est nihil aliud quàm petere principium. Nos enim id cõtendimus esse falsum, Deinde eas rationes aduersas patiuntur, quibus Scotum impugnauimus.

Minus illud monet, quod subinde scribunt, Caietani rationem falsò supponere, matrimonium in quãtum est ad officium institutum, esse dissolubile, quòd à primordio naturæ esset iure naturali indissolubile &c. Nam tametsi tunc temporis matrimonium ratum & consummatum esset indissolubile, quòd Christus apud Matthæum ostendit, dũ Euangelicum ad eius temporis normam reformat, hoc tamen non à sua natura habebat, sed à Diuina duntaxat uoluntate. Nam si naturale illi esset non utique mutaretur, naturale enim nõ mutatur, sed idẽ est apud omnes gentes & in omnibus tẽporibus. Sed hi naturale fortasse putãt, non quod fuit tẽpore institutę naturę a Diuina uoluntate constitutum, quo pacto & non comedere de arbore sciẽtiæ boni & mali esset his quoq; naturale. Diuina, ergo uolũtas siue naturali illo siue Euãgelico seculo, matrimonio perfecto & absoluto, idest iã consummato, indiuisibilitatem superaddidit, ipsa enim sicut est auctor naturæ, ita ius natũ-

rale & extẽdere & coercere potest. Nã quod probare moliuntur, uel ex uerbis Adæ, uel Christi, quę ante consummationẽ matrimonii prolata sunt, matrimonium quoq; ratum duntaxat, esse quoq; indissolubile, casu labore fatigantur. Nã ea uerba ad huius ordinis coniugia non pertinere, manifestissimè ac sine fucce Alexand. Pontifex testatur. Neq; illi Nicolaus Papa, ut arbitrantur repugnat, immo nescio quo pacto illi repugnare existimari potuerit, cũ ille non de rato, sed de consummato matrimonio loquatur. Eius uerba sunt. Scripsit nobis Thiebergæ Regina, se Regia dignitate, uel maritali copula uelle exui, & sola uita priuata esse contentã desiderare. Cui nos scripsimus, nõ aliter id fieri posse, nisi eandem uitã coniux eius Lotharius elegerit. Nam licet scriptum sit. Quos Deus coniunxit homo nõ separet, Deus tamen & non homo separat, quando Diuini amoris intuitu, ex consensu utriusque coniugis, matrimonia dissoluuntur. Aliter autem fieri separationem uestram prohibemus, hæctenus Nicolaus. Matrimonia ergo quæ Diuina inspiratione solui, ait non rata duntaxat, sed rata & consummata sunt quale erat Lotharii Regis Lothoringii Caroli magni filii, & Thiebergæ, quæ ideo eiusdem Lotharii thorum deserere contendebat, quòd ille ea repudiata, Waldradam concubinam subintroduxisset. Historiam & ipse Nicolaus Pontifex & Otto Episcopus Frisingensis & Siggibertus monachus & alii eius temporis auctores, scribunt. Deinde nõ loquitur Pontifex, de separatione quòd ad uinculũ sed quòd ad thorum, qualis in iã consummato matrimonio fieri potest. Separatio autẽ quòd ad uinculum in consummato coniugio, non professione religionis sed sola morte sopitur.

Demum, si de matrimonio rato tantum, etiam loqueretur. Quod tamen est falsum, quia non dicit Nicolaus coniuges Diuina auctoritate separari, sed Diuina inspiratione, quòd uidelicet, prius religionis deuotione cõcepta, per Pontificis potestatem separentur. Verũ, ut prius dixi, locus ille Nicolai ad matrimonium ratum non consummatum, de quo nunc loquimur, omnino non pertinet. Quo fit, ut Pontificis Alexandri interpretationi, maximè cũ non obiter, sed ex animi intentione & sacri eloqui, ut ille inquit, interpretatione ea ab eodem deriuetur, necessariò sit acquiescendum. Nam quòd hæc interpretatio & determinatio, non obiter & alia decernendo, quòd alio qui Pontifices facere non semel consueuerunt, sed ex intentione deriuetur; eius capitis casus docere poterit. Episcopus Veronenfis. A. uirum, & M. fœminam, nondum opere carnali mistos, sed à se prorsus dissidentes, cohabitare coegerat. M. que fœminę perceperat sub excommunicationis pœna, ut. A. uiro, a quo recesserat, affectum exhiberet maritalem, idque ille faciebat, quòd in Euangelio legisse, non separandos eos, quos Deus per matrimonium coniunxerat, quem locũ ille,

De com. ci
ing. c. exp.
blice.

27. q. 2. ca
scripsi.

Nicolaus
Papa apud
Reginam.

Matth. 19.

ille, (quod isti nunc faciunt) de utroque matrimonio, falsò intelligebat. Decernit Pontifex, ut cautione ab ea accepta, quòd intra duorum mensium spatiũ, aut ad religionẽ diuertet, aut ad uirũ suum, cui fuerat per uerba de præfenti desponsata, redhibet, M. fœmina absoluitur. Porro locum Matthæi, quo maximè Episcopus ad cogendam eandem fœminam adactus fuerat, & quo eam ad religionem conuolare uetuerat, decernit non de rato tantum coniugio, sed de consummato ac absoluto, secundum interpretationem sacri eloqui accipiendum. Quòd si hæc Pontificis interpretatio non est ex intentione, atque adeò necessariò credenda, nescio profectò quæ alia esse poterit ex intentione. Quin uero si ea Pontificis expositio non est ex intentione; neque illud in quòd iste Ca non maximè citari solet, immo quòd isti putant Pontificis scopum in hac parte fuisse post uerba scilicet de præfenti, ante missionem carnalẽ posse quempiam ad religionem confugere, ex intentione quoque erit. Profectò, quòd Pontifex primo toto illo capite intendit, hoc est, ut scilicet, tẽmina illa præstita cautione, quòd ad uirum redderet, aut quòd ad religionem diuertet, ab excommunicatione, quam q̄ a coniuge discessisset acceperat, absoluitur. Itaq; Pontifices nõ modo cũ aliquid statuunt, decernere ex intentione dicuntur, sed cũ illa quoque interpretantur, quæ suis decretis aduersari uidentur. Idq; maximè cũ ad sacras scripturas prouocãt, quòd facit Alexander dũ inq̄. Secundũ interpretationẽ sacri eloqui &c.

Ostendit etiam illa Christi uerba, non de rato tantum modo coniugio fore accipienda, quòd ea Christus post ipsius integra uerba protulerit. Nõ legitis, ait, quia, qui sic cit hominem ab initio masculum & fœminam fecit eos? & dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhæret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quos ergo Deus coniunxit, homo non separet. Ut ergo Christi præceptum urgeat, idest, ut sit inseparabile, & indiuisibile matrimonium, prius pater & mater sunt relinquendi, & sibi mutuò coniuges per uirtutem contractus coniugalis & amoris affectum, adhærere debent. Et demum, in una carne per coitum futuri sunt. Atque hinc iam illorum uerborũ Adæ intelligentia concipitur. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et inferius. Quomobrem relinquet homo patrem suum & matrem & adhæret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Et si enim hæc uerba ante consummationem coniugii prolata fuerint (quod tamen isti, ac alii plerique multo non leue in hac parte argumentum putant) à Christo tamen indiuisibilitatis sententia, non proferatur, usque ad copulæ consummationem. Et quòd illa Adæ uerba, ad matrimonii consummati ac perfecti rationem pertineant, non item ad ratum tantum, Paulus Apostolus in Epistola ad Ephesios

apertissimè mea quidem sententia decernit, cũ ea ad matrimonium Christi & Ecclesiæ non imperfectum, sed quòd iam carnali copula nostrę mortalitatis constatur, accipit. Membra, inquit, sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhæret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Post quæ subdit. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Verba ergo illa, non ad ratum sed ad consummatum pertinent. Dicuntur ergo ante carnalem copulam, sed quia prophetice dicuntur non ad præfentem illum coniugii statum, sed ad futurum pertinebant.

Quintò, denique hanc sententiam mihi usus Ecclesiasticus quorundam Pontificum, cui plurimam semper deferre reuerentiam consueui, magnopere persuadet. Testatur Antonius Florentinus, se uidisse quasdam bullas Martini Quinti, & Eugenii Quarti Pontific. continentes huiusmodi dispensationes. Quod & Archidiaconus etiam memoriæ retulit. de Adriano sexto nostra memoria, idem quoque fertur. Nam cũ oblata Caietani sententia, ab huiusmodi matrimonii solutionem petentibus, uirum Theologum demiratur, Canonistarum opinionem secutum, tandem dubitabundus, se dixit dare quòd posset, quanquam crederet nihil posse. Quòd ideo addidit, quòd illuc usque nullus Theologorum eam opinionem comprobasset, sed omnes tanquã canonistarum, ut consueuerunt, refutassent.

Atque hæc dispensationes ac similes, & si, ut quidam uolunt, non sint tanquã Ecclesiæ determinationes habendæ, (quòd tamen quo loco sit accipiendum, superius discussimus) negari tamẽ non potest, eas sententias, quibus fauent, multò suis contrariis reddere probabiliores. Pontifices enim (si in pontificali potestate administranda, opinionibus utuntur) semper probabiliorẽ opinionem sequuntur. Porro, quantum sit à Christiana reuerentia alienum, Pontificum dispensationes, quas illi non nisi ingenti rerum, & utriusque iuris humani & Diuini expensione fecerunt, calumniari, superius cum de dispensationibus uoti solennis loqueremur, notauimus.

NOVORVM QVOR VNDAM THEOLOGORVM IN PRÆCEDENTEM SENTENTIAM RATIONES CUERTENTUR. Cap. 89.

ATQVE hæctenus rationes illas, quibus in eam sententiã ageremur petrauctauimus. Nunc eorum, qui inter Theologos, nunc eidem sunt infestissimi noua tela reprimamus. Aiunt primo loco hanc sententiam fore Canonistarum, indignum autem esse, Theologos uiros iuris Diuini & naturalis consultos, canonistas qui utrumque ignorant, consentire.

Respõ. Primũ inter iuris canonici & ciuilis interpretes multos reperiri doctissimos, quemad-

modum & inter Theologos complures, Theologiae cognitio destitutos.

Respondeo Secundo. Quod & si iuriscanonicis interpretibus, aut in scripturis interpretatis, aut in his, quae pure sunt Theologicae disputationis, minusquam Theologis sit fidentium, in his tamen, quae a maiorum nostrorum Ecclesiasticorumque patrum auctoritate pendent, quales, sunt Ecclesiastici canones, eorumque legitimus sensus, quod eis de dicitur animam intendant, neque eos, ut Theologi facere non semel solent, metaphisicis disputationibus obscurant, haud minor illis quam Theologis fides est adhibenda. Canonistae frequentissime, patrum canones ueteremque doctrinam tantum, imitari solent, nonnulli Theologi, scholasticis sectis plusquam opus est indulgere solent, & ex earum affectu, patrum doctrinam, quam in veteribus canonibus reperit, explicare. Quod utinam non esset frequentissimum neque illud multis exemplis comprobari potuissimus.

Secundo, arguunt, coitus non est de essentia matrimonii, sed est quaedam accidentaria perfectio, ad consequendum finem. Ergo tota substantia ac matrimonii uis sita est in mutuo illo consensu; sed matrimonium est suapte natura uinculum indissolubile, accipit ergo ex mutuo illo consensu, quo sibi mutuam exhibent in corpora potestatem coniuges, naturam suam atque indissolubilitatem. Atque id est totius alterius partis potentissimum argumentum.

Cui tamen non modo ex Gratiani, ut superius uidimus, sed aliorum quoque iuris canonici peritorum sententia, negando assumptum respondemus. nam ut illi multis rationibus docent, huiusmodi matrimonia, usque ad carnalem copulam, non modo non sunt perfecta accidentaria perfectione, sed neque essentiali. Quibus etiam, & illa addenda est, quod neque iure civili neque canonico, neque demum communi loquendi ratione & usu, qui in his rebus maximam uim habet, uxor & uir ante carnis copulam uocentur, sed sponsus & sponsa, quantumcunque uerba de presenti praecesserint. Certum sponsa ex communi usu loquendi, nisi cognita, non amittit sponse nomen. Quod praeter multa capita quae d. 27. q. 2. Gratianus citat, & nos in hanc rem adnotauimus, ex uerbis Alexandri Pontificis in c. illo ex publico, Syluester Pierius demonstrat. A viro, inquit desponsata. Caictanus, id etiam illa quarta Gratiani ratione maxime uidetur sibi comprobare. Erat autem illa, quod hi, qui uiduis copulantur, si ante carnalem copulam ordinentur, non sint bigami, neque aliquod habeant ad ordines sacros suscipiendos impedimentum. Quae profecto ratio nescio quo pacto non sit uolentissima, Serupulosissime profecto cum bigamis Ecclesia semper egit, bigamum autem duarum uxorum uirum, aut eum, qui uni, alterius uiri uxori, maritus extiterit, canones Ecclesiastici uocare solent. Respondemus secundo, quod si coitus tan-

tum accidentariam perfectionem matrimonii diceret, adhuc non sequitur, utrumque genus matrimonii esse aequaliter insolubile, illa enim accidentalis perfectio, quanquam non addit aliquid contractui matrimoniali, reddit tamen indissolubile, cum ne fiat coniugi alteri iniuria, ut isti quoque docent, tum potissimum, ex Diuina constitutione, quae sanxit post illum actum, quod sint iam una caro coniuges. Neque hoc est mirabile. Cum uotum simplex & solenne ut aperte Coelestinus Pontifex inquit, aequae obligent, coram Deo & tamen uotum solenne docent indissolubile & indispensabile. In matrimonio profecto rato, & si sit potestatis traditio, non est tamen absoluta & perfecta traditio actualis scilicet, quae fit cum corpora nexu coniugali sociantur. Itaque aliud est essentialis matrimonii perfectio aliud insolubilitas. Matrimonium Mosaicum & aliarum omnium gentium perfectum erat, perfectum inquam, non ea perfectione, quam a primordio accepit, sed quae sibi natura ipsa tribuit, nam illa non erat naturalis, sed ut probauimus, a Diuina uoluntate superadita, unumquodque autem tum perfectum dicimus, cum suam naturam & quidditatem integram obtinet, non tamen siue Mosaicum, siue gentium coniugia indissolubilia erant. Nam ut quae de libello repudii, vel in hac disputatione, vel alibi diximus, hic non repetamus, certe Romanos omnium gentium sapientissimos, & qui cum in aliis, tum in uero tractando matrimonio, maxime ius naturale coluerunt, passim & plerumque ex leuissimis causis uxores repudiari solitos, libello misso, multi sunt auctores. Spurius Carbilus, ut Gellius, Valerius Maximus, & Plutarchus memoriae prodiderunt, sterilitatis causa uxorem repudiavit, quamquam hoc illi uitio datum quod nouum uideretur, Valerius & Plutarchus doceant. Sulpitius Gallus, uxori quoque repudii nuncium remisit, quod in caput uestem dimitteret, ut Valerius Maximus est auctor. Quod Publius sempronius quoque fecisse memoratur. Et ne plura exempla proferamus, Paulus iuriconsultus. dirimitur, inquit matrimonium diuortio, morte, captiuitate, uel alia contingente seruitute alterutrius eorum. Sunt de hac re multae leges Romanorum Digest. de diuortii & repudiis, & digest. soluto matrimonio quomodo dos petatur. digest. de ritu nuptiarum. l. quidquid, de donation. inter uir. & uxor. l. & ideo de regul. iur. l. Quidquid, de verb. signific. l. inter diuortium &c. Erat apud Romanos haec forma diuertendi, ut Caius iuriconsultus scribit, ut pari uoto uir & uxor dicerent. *Tuas res tecum habeto*, atque id in consummatis iam matrimoniis postquam diuinam carnis commisionem. In sponsalibus autem ad quae, ut superius uidimus, matrimonia nondum consummata pertinebant, sponsus sponsae dicebat, *conditione tua non utor*. Hin illud Iuuenalis.

Collige

Abb. Pan. in c. expulsi co de coniug. Cy. nu. i. l. unie. cap. de rei uxori. action. Saluet in l. cum te. c. de don. ante nupt. Syl. in uerb. matrimonii. l. q. 6. Bal. in l. No. s. mo. cap. de bon. qualib.

Plus impu. bl. c. 13. Al. citat. m. l. h. cet. D. de uerb. signifi. Caictanus in dig. lib. An. n. q. l. c. 16. Cobar. in c. 7. 2. p. de matrim. Gellius. lib. 4. c. 3. et 17. c. 21. Plus. in Re. Thesei. No. & Lyceus paralleli. Plutarchus ubi supra. l. dirimitur D. de diuort. c. de repudi. l. licet. l. diuortium D. de diuort. De diuortii & repudiis, uide multa apud Ioan. Brech. li. in. s. i. de uer. signific. & Conan. in lib. comen. Iuris civilis

Collige Sarcinulas clamat libertus & exi. Tam grauis es nobis, sicco uenit altera naso. Neque uero soli Romani inter gentes libellos repudii uxoribus donabant, sed fere omnium gentium nationes, Germanos excipio, apud quos semel cum nupta transigebatur cum qua senescendum erat, & neque a uiro diuertere, neque post obitum alteri nubere permittebatur. Apud Athenienses, ut scribit Alexand. ab Alex. libello repudii porrecto a uiro vel uxore, an concedi debeat magistratus decernit. Thuriis hac lege repudium permittebatur, ut neutri cum iunioris sponsa aut uiro, coniugium postea inire liceret praebidine aut illecebra uoluptatum magis quam causa, diuertisse uiderentur. Papyri, qui inter Derbicas & Hyrcanos sunt siti, ubi tres, quatuor uel liberos suscepissent, prolis gratia permittebatur, secundas uxores aliis tradere, quod & apud Romanos. M. Cato fecisse memorant cum Martiam uxorem oratori Hortensio. tradit. Meminit & Aristoteles legum Cretensium de diuortii lib. 2. Politicorum cap. 8. Et demum Plato de legibus dialog. 11. ita in hac parte scribit. Si uir & uxor propter morum acerbitatem inuicem non conueniant, decem uiri de legum custodibus, qui meliores uiderentur, quorum sententia si ita conciliata fuerint, ualida & stabilis habeatur. Sin autem illorum animi uehementius, etiam iracundiam fluctuant, facta diuortio illos pro uiribus quaerant, qui utrisque conueniant. Videntur autem eiusmodi hominibus acerbiores natura mores inesse, quare maturiora mitioraque ingenia, istis accommodanda sunt. Et quicumque sine filii sunt, aut paucos procreauerunt, dissentiantque, procreandum liberorum causa, coniugium rursus quaerere compellendi, Quod si filios non paucos habent, atque dissentiant senectutis mutuae curandi gratia, diuortio facto, aliud coniugium incant. Haec illic Plato.

Et ne quis inaniter causetur gentium mores fuisse corruptos (ad quod tamen tamquam uanum refellendum satis erat. Tantorum rerum publicarum, Romanae praesertim & Atheniensis tantorumque deinde philosophorum auctoritas, qui matrimonii dumtaxat naturam attendentes, non item quid a Diuina uoluntate fuisset superadditum dissolubile & ante & post carnis missionem posuerunt) idem etiam Diuinae leges statuerunt. Si acceperit, inquit, Moses, homo uxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam foeditatem, scribet libellum repudii, & dabit in manu illius & dimittet eam de domo sua, cumque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii, & dimiserit. Poterit prior maritus recipere eam in uxorem, quia pollicita est, & abominabilis facta coram Domino. Profecto & si multa plerumque populo illi indul-

gerentur, nulla tamen lex illa tradita est, aut permissa quae iuri naturali esset aduersa.

Itaque, ut huic argumento uno uerbo satisfaciamus, negamus matrimonium quantumcunque perfectum essentialiter, immo neque accidentaliter, esse suapte natura indissolubile, sed tantum ex Diuina uoluntate & constitutione facta in illo primo naturae principio & reuocata, aut praetermissa rationabili causa post peccatum, ac rursus tandem restituta Euangelico seculo, illis uerbis. *Quos Deus coniunxit, homo non separet.* Sed haec uerba de solo consummato coniugio fore accipienda, superius necessarium credendum ex Alex. Pont. demonstrauimus.

Immo uero tantum abest, ut coniugium in quantum est in officio, aut in remedium, qui duos fines illi intrinsece conueniunt, sit indissolubile, ut potius his rationibus ad soluendas nuptias, uel gentes, uel Respublice, quae ex iuris naturalis praescripto uiuebant, uel demum philosophi quasi urgente eodem iure naturali adigerentur. Enim uero, sterilitas, aut temperamentorum inter uirum & uxorem discordia, officio generandi, si quid aliud, obest. Uxoris deinde fastidium ac tedium aut apertum odium, diuertendi ad alias feminas causa est efficacissima. Iam si tertium finem coniugii consideres, qui est cohabitatio, mutuamque uiri & uxoris fomentum inter eos, qui se odio prosequuntur, quo pacto esse poterit? Iniuria liberorum, ubi nulli sunt, nulla esse potest. Quod si sint, leges erant apud illas Respublicas, qui illis prouiderent. Est ergo si hanc secundam solutionem probemus, coitus non de ratione perfectionis essentialis matrimonii, fate mur, sed esse de ratione inseparabilitatis matrimonii, negari non potest. Verum de separabilitate coniugiorum, quantum ad ius naturale attinet, superius lib. 4. nonnulla disputauimus, quibus haec adiungi poterunt. Vbi & de Mosaici libelli permissione, an (quod quidam Theologi asserunt) peccatum esset, examinauimus.

Verum illud non est sic silentio praeterendum, male Iustinianum, & Anastasium Imperatores Christianos, Romanorum, aut Graecorum Respublicas in hac parte immitatos, leges de derimendo ex multis causis, profecto ac consummato matrimonio sanxisse. Quamquam Alciatus libro 6. parerg. cap. 20. id non tam Imperatorum audaciae tribuendum putet, quam rationi, ac conditioni temporum, quas fortasse leges Gregorius magnus in Epistola ad Theotistam, quae lib. noni est. 39. tanquam legi Diuinae aduersas condemnauit. Quamquam illic de ea lege dumtaxat sermo nem faciat, quae causa religionis matrimonia etiam consummata solui permittebat. Verum si ob religionis studium ab uxore diuertere prohibet a fortiori, & ob alias quoque causas, id ipsum prohibere credendus est. An uero in hac parte quicquam possit Rom. Pontifex postea dicemus. Arguunt

Math. 19.

C de Repu. & indic. l. consensu. l. f. constante. l. nubemus. l. c. consir. 117. de diuersis. cap. & solutio. matrimonii in autentica. sed hodie &c. Socin. cons. 28. 27. q. 2. ca. sunt qui.

Satyr. 6.

Lib. 4. genia luum dierum cap. 8.

Alex. Ferrar. rian de mor. gent. lib. 1. c. 6.

Dem. 24.

Arguant tertio, quia vinculum ipsum, per mutuum consensum colligatum, suapte natura ordinatur ad copulam, unde per ipsum mutuum consensum, tamquam per integram causam tradunt sibi inuicem coniuges suorum corporum potestatem, essetque subinde, si quis eorum alterutri debitum coniugale negaret, mortale peccatum.

Huic rationi respondemus, id quod superius non semel diximus, in illo mutuo consensu inchoari matrimonia, non item perfici. Traditur deinde potestas in corpora, ut una caro fiant non item fiunt una caro usque ad carnis commisionem. Est itaque traditio in illo mutuo consensu, sed potentialis dumtaxat & imperfecta, in ipsa verò carnis copula, actualis sit & perfecta traditio. Ordinatur præterea mutuis ille consensibus ad coitum carnalemque copulam, sed quemadmodum in cæteris quibusque rebus, id quod ad aliud ordinatur, nunquam perfectum est quousque illud assequatur, ita & in matrimonio, consensus ille mutuos animorum ante corporum coniunctionem, non potest esse perfectus.

Atque id si Gratiani sententia sit imitanda. Quod si scholasticorum communis doctrina, quæ docet matrimonium ratum nondum consummatum esse perfectum sit sequenda, respondeamus, uerum esse quod assumitur, in illo mutuo consensu tanquam in integra causa, tradidi perfectè potestatem corporum, celebrarique perinde uerum matrimonium per eundem consensum, sed indiuisibilitas & separabilitas, non ex veritate matrimonii essentialique perfectione dumtaxat, sed ex accidentali, id est coitu deriuatur, ut in præcedentis argumenti solutione dicebamus. Est. n. à Diuina Christi constitutione deriuata, non item à natura coniugii. Christus autem non nisi post carnalem copulam, uerba illa protulit. Quos Deus coniunxit, homo non separet, quibus indiuisibilitas tribuitur.

Quarto, si matrimonium ratum, aiunt non esset natura sua indissolubile, non solum Pontifex, sed etiam Episcopus dispensare posset. Nam in huiusmodi dispensationibus potest Episcopus, nisi sit impeditus, quidquid Pontifex potest. Immo hinc colligunt, non esse opus ulla dispensatione. Nam si uerba illa. Quos Deus coniunxit &c. non intelliguntur de matrimonio rato & non consummato, unde aiunt conuincitur arctiorem copulam esse in matrimonio rato, quam in sponsalibus de futuro? Vnde si de facto à se inuicem diuerterent, & alia matrimonia contraherent, tene ret factum.

Respondemus primò, negando consenquentiam: nisi à minori ad maius colligere liceat, ratio nulla est, quoniam & si in matrimonialibus causis quibusdam, quæ intra limites matrimonii contingunt, æqualis sit utriusque, Pontificis & Episcopi potestas, secus tamen in ipsa dissolutione coniugii. Illæ causæ sunt leues, hæc autem

grauissima. Ad maiores uerò grauiioresque causas decernendas, sola sedes Apostolica potestatem accepit. Atque idem omnino argumentum persuaderet, in reliquis omnibus, ut in relaxandis iuramentis, uotis interpretandis, aut commutandis testamentis, vltimisque uoluntatibus, Episcopos Pontifici pares esse, quod est prorsus erroneum.

Pecior est secunda illa ratio qua inferitur, abfque dispensatione posse huiusmodi matrimonia dissolui, si alter de facto ad aliud matrimonium diuerteret, illudque carnali copula consummaret. Nam quod querunt (unde si illa uerba, de ra non intelligantur, arctior sit nexus quam in sponsalibus de futuro) facilis profectò responsio est, ex ipsa contractus matrimonialis natura. Sponsalia profectò, tantum sunt promissio futurarum nuptiarum, matrimonium ratum, est ipsa potestatis exhibitio, atque adeò sponsalia & matrimonium, tantum differunt, quantum promissio potestatis & traditio: Porro traditionem esse arctius uinculum quam promissionem, neque isti negabunt.

Sed neq; illa quam superius attigimus responsio, prorsus inepta est: uerum esse quod colligunt, ex iure Diuino, non tamen ex Pontificali et Ecclesiastica prohibitione. Si quis enim antequam huiusmodi coniugia rata censerentur, ad aliud coniugium, quod opere carnali consummaret diuerteret, ratum haberetur secundum. Porro post Ecclesiasticam prohibitionem, & postea quam huiusmodi homines ad omnem aliud, coniugium redditi sunt inepti, neque si quis de facto cum alia contrahere attentet, illique misceatur matrimonium tenet. Quemadmodum, si intra quartum consanguinitatis, aut affinitatis gradum, quis nunc attentaret contrahere nihil faceret. In sponsalibus autem non est eadem ineptitudo, sed cum tantum sit illic futurarum nuptiarum promissio, ea contrahentes, in sua ad aliud coniugium contrahendum libertate relinquuntur, eodem omnino modo quo de solenni ac simplici voto dicere solemus. Nam cum utriusque sit equalis obligatio quò ad Deum, ut Cælestinus inquit, uoto tamen solenni obstrictos illegitimos reddidit Ecclesia ad coniugia ineunda: simplici uerò obligatos minimè; quamquam grauissimè delinquant. Ita, qui sponsalibus desertis, ad coniugium alterum ratum aut consummatum diuertit, quoniam non est illegitimus ab Ecclesia relictus, matrimonium uerum inicit: qui uerò per uerba de præsentis matrimonium ratum celebravit, quoniam Ecclesiastico iure illegitimus est ad quæcunque alia coniugia ineunda, priori illa uxore uiuente, cum quacumque alia matrimonium contractare quantumcumque attentet, nequaquam potest, neque uerò hæc doctrina noua est, sed doctissimorum quorumcumque iurisperitum commune placitum. Vnde Ioannes Andreas in nouella

De bapt. eius effecti. Maiore.

uella super cap. Ex publico, de conuersione conuicator. perspicue docet, quòd quamuis matrimonium à Dco institutum fuerit, ratificatio tamen matrimonii Ecclesiæ constitutione firmatur, in quantum scilicet sacramentum Ecclesiæ, propter uirtutem baptismi, quam uirtute sanctificationis (quæ est, quod alter, altero uiuente, non possit contrahere) potest Papa tollere, vel circa ipsam in aliquibus dispensare. Subditq; sub inde posse auctoritate Papæ, sponfos de præsentis inuicem se absolvere sicut sponsi de futuro quæ possunt, de spons. cap. 2. & est ratio, quia cògruè ante copulam potest ibi interuenire contrarius actus per dissensum mutuum, non alterius tantum. Afferitque subinde circa matrimonium ratum posse Ecclesiam statuere quidquid placeat dum tamen subsit causa iusta, atque id uoluisse uerba illa postrema cap. Ex publico. quamquam Hostien. non decere in hac parte laxare habenas admoneat. Idem docuerunt, idem Ioan. And. in regula actus legitimi in 6. in Mercuri. Antonius de Burrio, & Archidiacon. in c. quapropter. 27. q. 2. Immo uerò Benedictus in cap. illud ex publico scribens, his, quæ à prioribus tradita fuerant, addit, non requiri in Pontifice dissolvente, huiusmodi matrimonia, si de potestate absoluta loquamur, legitimam causam, quamquam de ordinaria, quæ Ecclesiasticis canonibus alligatur, necessaria sit. Sed neque ad huiusmodi dispensationem aut relaxationem utriusque sponsi requiri consensum, sed esse satis, si unus eorum separatione & libertatem postulet. Addit Innocentius circa matrimonium non consummatum Papam posse, quomodo uult dispensare. Atque omnia hæc ex ordinaria glossa eius canonis ex publico, omnes hi deprompserunt. Eius uerba sunt ex Lauren. Matrimonium non consummatum fortitur naturam suam ex cõstitutione Ecclesiæ, ideo circa illud latissimè patet Papæ potestas. Et ex Vincentio subinde addit, quod Papa per dispensationem posset dissolvere tale matrimonium. Posset etiam statuere, quod per secundum matrimonium rumpeatur primum. Secus de consummato, quod ab ipso Domino naturam suam fortitur. Et ideo sola interpretatio circa illud pertinet ad Papam, non dispensatio uel contraria constitutio. Hactenus Glossator.

Postremò tandem arguunt, ex detrimētis quæ huiusmodi sententiam sequeretur, frequentissimi enim essent, qui dispensationem procurarent, unde contractus matrimonii adeò esset languidus, ut uix ullius esset roboris. Deinde quoniam hæc sententia his temporibus, quibus hæretici multi de causis putant matrimonium posset solui, periculosa uideretur &c. Sed hæc atque alia huiusmodi parum ualent. Primum enim paucissimi ab uxoribus, ante carnis copulam, cum adhuc fastidium non increuerit, seiungi uolunt. Deinde, nos non quibuscumque ex causis, sed ex gra-

uissimis, & quibus peior rerum exitus certissimè cognitus excusari posset, huiusmodi matrimonia relaxanda dicimus. Immo uerò si hæc opinio Apostolicæ sedi in usu foret, grauissima ex illa matrimoniorum incommoda uitarentur, ut antea dicebamus, de illo illayè, quæ prius per uerba de præsentis nupsisset & postea præcepto parentum, ad secundum coniugium in facie Ecclesiæ peruenisset.

Nā quod aiunt, hanc sententiam his temporibus, quibus Lutherani hæretici, matrimonia dissolueret fatagunt, fore periculosam, omnino friuolum est. Hæretici enim matrimonii rati non consummati, nullam rationem habent: sed illius quod iam opere carnali consummatum est, illudq; dissolubile docent. Atque ob id, non item quòd matrimonia rata dumtaxat, solui posse putent, sunt hæretici.

DILVNTVR SCOTI RATIONES, quibus fatagebat matrimonium ratum non consummatum, per professionem religionis, Diuina auctoritate & constitutione solui. Cap. 90.

NUNC iam Scoti rationibus, quæ Diuino iure, per religionis professionem matrimonia rata non consummata, solui probare moliantur, respondeamus. Erat autem prima, quod Christianum matrimonium eiusque contractus qui ante copulam celebratur non esset ac commodatio aut permutatio ad tempus, sed ad usum perpetuum, atque adeò suapte natura esset indissolubile.

Respondemus primò, uerum esse quod inferitur, matrimonium ex sua natura non esse contractum ad tempus, sed perpetuum, atque adeò de se esse indissolubile, solui tamen superioris auctoritate eius præsertim qui in Christiana Republica Dei uices & auctoritatem obtinet. Exemplo esto iuramentum ac uotum simplex quæ quidem ex se, id est ex promittendi aut iurandi ratione perpetua sunt, atque adeò indissolubilia, dissolui tamen ac relaxari per Pontificis uoluntate possunt. Tales sunt deinde & reliqui ciuiles contractus perpetui, ex se enim sunt indissolubiles cæterum maiorum auctoritate soluuntur.

Respondemus secundò, uerum esse, quod assumitur matrimonium Christianum, esse contractum perpetuum, ac perinde indissolubile, non modo ex se sed etiam ab extrinseco, sed cum habet omnem suam perfectionem non modo essentialem sed accidentarium, à qua, ut non semel superius diximus ratio indiuisibilitatis matrimonio accedit.

Secundæ rationi, quæ à Christi doctrina sumebatur, pronunciantis, omne diuortium excepta fornicationis causa, damnari & esse Euangelicæ institutioni

Sup. ca. 81.

Matth. 12.

institutiōni contrarium, respondemus, id ut superius ex ipsis Christi uerbis, apertè demonstrauimus, non de rato dumtaxat matrimonio, sed de perfecto & consummato fore accipiendum. Ideo enim uerba quibus inseparabilitatem instituit, post illa *Erunt duo in carne una* collocauit, ut ante carnis unionem nondum esse insolubile matrimonium intelligeremus.

Tertium argumentum, quod ab exemplis sanctorum ducebatur quantum ad eos attinet, qui post Christum ad monachatum, aut vitam heremiticam, desertis sponis diuerterunt, nihil persuadet, hoc enim Ecclesiasticorum canonum auctoritate sunt fuisse putandi. Quantum uerò ad Ioannem Euangelistam pertinet, primum ea historia nunquam mihi persuaderi potuit, quamquam illius assertor non semel Hieronymus uideatur. Primò quidem quod inter Ecclesiasticos auctores, qui uitas Apostolorum memorie retulerunt, Eusebium, Dico, Abdiam, Nicephorū, Dorotheum Tyrium &c. nihil de hoc Ioannis coniugio legam. Secundò quoniam nuptiæ illæ celebratæ sunt in Chana Galilææ, ut idem Ioannes inquit, Ioannes uerò non ex Chana, ut aliqui affirmant, erat. Illud autem est prorsus intollerabile, quod quidam scribunt, Mariam Magdalenam Lazari sororem, in illis nuptiis sponfam fuisse, cum hæc Hierosolymitana, ille Galilæus, hæc nobilissima ac diuersissima, ille contra ex mediocri plebecademum piscator fuerit. Addunt quidam apud Antonium Florentinum partim blasphemam partim ridiculè quod Christus Maria Magdalena inuita, Ioannem ad Apostolatam traduxerit, unde illa acerbissimè indignata, postea corpus euulgauerit. Itaque huic historie cum solida auctoritate destituatur, non est cur fidamus.

Quod si uera esset, haud inde colligere possemus matrimonium omne ratum non consummatum, in religionis professione Diuina auctoritate solui, sed illud dumtaxat, à Christo fuisse solutum; reliqua deinde à Christi Vicariis Petrique successoribus Romanis Pontificibus.

Verùm hoc argumentum, quod à sanctorum gestis desumitur infirmisimum profectò est. Nam cum hi non ad religionem ab Ecclesia Romana approbatam, cuius dumtaxat professionem matrimonium ratum dirimere docent, sed uel ad vitam heremiticam, & singularem, uel ad aliam similem deuerterint, quo pacto huic Ecclesiasticæ doctrinæ, quæ docet ingressu religionis coniugia rata dumtaxat solui, suffragari poterunt? Enim uerò nunc Alexii uita quantumcunque sanctissima matrimonium ratum non dirimeret. Et si horum sanctorum conuersiones aliquid suadent, suadet profectò coniugia per quamcunque rationem religionis dissolui, quod nunc Theologi non concedunt. Qui id ad solas religiones ab Ecclesia Romana approbatas, reduxerunt.

In prologo Euangelii Ioan. &c.

ENARRATUR QVORVNDAM utriusque iuris interpretum sententia, qui etiam ad matrimonia rata & consummata dissoluenda quò ad uinculum, in Ecclesia nunc esse potestatem docent. Cap. 91.

AN uerò religionis, aut alterius rei causa Romanus Pontifex, rata semel & consummata coniugia, potestate sibi tradita possit quò ad uinculū dirimere, alia quæstio est, cuius affirmationi ex Theologis quidem Caietanus, & Erasmus nostro seculo consenserunt ex iuris prudentibus uerò fortasse legibus Imperatorum Christianorum, quarum antea meminimus inducti, Alciatus homo profectò alioqui eruditissimus, & iurisprudentiæ ciuilibus primus instaurator, qui leges illas imperatorias à Romanis Pontificibus posse restitui & licitas fieri, dicit Socinus Philippus, Decius, Hieronymus Grat. Sigismundus, Gofredus &c. hi omnes, non modo ratum matrimonium, sed consummatum quoque per Pontificis uoluntatem posse dissociari consentiunt, ita ut nunc eò dumtaxat, quòd leges illæ ciuiles ab usu recenserint, Ecclesiasticisque decretis damnentur, non item Diuino iure, matrimonia huiusmodi non dirimi, sibi persuaserint. Theologi illi (si tamen in hac parte Theologi dicendi sunt) ueterum quorundam patrum auctoritate, decepti uidentur.

Et principio ipsis etiam Apostolicis seculis, usum repudiandi inualuisse, canon decimus octauus Apostolicus argumento est, quo de repudiatis mulieribus, ita cauetur. Si quis uiduam, aut eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, non potest esse Episcopus aut Presbyter.

Deinde Origenes Adamatius, homilia septima in Mattheum, testatur, sibi notos fuisse quosdam Episcopos, qui permiserunt uxoribus, quæ cum uiris diuortium fecerant, aliis nubere uiris. Qui & si id aduersus Domini & Pauli præceptum factum fuisse sentiat, tamen illud non omnino damnat, quòd existimet illos probabili causa ad ductos, id permisisse, nequit deterius committeretur, obsecutos scilicet duritiei cordis, ut Paulus permisit uiduis secundas nuptias. Quod exemplum, ut Erasmus adnotauit ita confert Origenes, ut durius uideri uelit, uiduæ quæ libidinis non proli gratia, alterum maritum desideret; permittere nouas nuptias, quam uiro permittere ut reiecta vxore adultera ducat se digniorem.

Zacharias Pontifex deinde ad quendam adulterum sororis uxoris suæ in hunc modum scribit. Concubuisti cum sorore uxoris tuæ. Si fecisti, neutram habeas. Et si illa, quæ uxor tua fuerit, conscia sceleris non fuit, si se continere non uult *Nubat in Domino cui uelit.* Tu autem & adultera sine spe coniugii permançatis, & quamdiu uiueritis

libro 6. pag. c. 20. Socin. confi. 2.8. 1. ualu. 1. ec. 7. c. que Ecclesiasticum de confiz. Hieron. con. fl. 1. 2. uo. l. im. Sigf. mund. confi. 50.

ritis, iuxta præceptū sacerdotis pœnitentiæ, agite. Concilium deinde Triburiense, si quis, inquit, cum nouerea sua dormierit, neuter ad coniugium potest peruenire, sed uir eius potest, *Si uult aliam accipere*, si se continere non potest. Similiter si quis cum filiastra sua, uel cum sorore uxoris suæ dormierit ob seruandum est.

Moguntienſis Synodus. Quædam, ait, cum fratre uiri sui dormiuit, decretum est, ut adulteri nunquam coniugio copulentur, illi uerò cuius vxor stuprata est, *Licita coniugia non negentur.*

Gregorius III. ad Bonifacium scribens, Quod proposuisti, si mulier infirmitate corrupta, non ualuerit uiro debitum reddere, quid eius faciât cõiugalis? Bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentiæ vacaret, sed quia hoc magnum est, ille, qui non poterit se continere, *nubat magis.* Non tamen ei subsidii opem subtrahat, quam infirmitas præpedit, non tamen detestabilis culpa excludit.

Ambrosius in 7. cap. Epistolæ prioris ad Corinth. scribens, uxor, inquit, à uiro non discedat nisi causa fornicationis, quod si discesserit (excepta scilicet, ob aliam causam, quam ob fornicationem) aut maneat inupta, aut reconcilietur uiro suo. Et uir similiter non dimittat uxorem. Ideo non subdit de uiro, quod de uxore præmissit quia uiro licet ducere aliam.

Tertullianus præterea, exponens illa uerba. *Si quis dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis &c.* Dico, inquit, Christum conditionaliter nunc fecisse diuortii prohibitionem, si ideo quis dimittat uxorem, ut aliam ducat. Qui dimiserit inquit, uxorem & aliam duxerit, adulterium commisit, & qui à marito dimissam duxerit, æquè adulter est. Ex eadem utiq; causa dimissam, quæ non licet dimitti, ut alia ducatur: illicitè enim dimissam pro indimissa ducens, adulter est. Manet .n. matrimonium quod non ritè diremptum est, manente matrimonio, nubere adulterium est. Ita si conditionaliter prohibuit dimittere uxorem, nõ in totum prohibuit, & quod non prohibuit in totum permisit. Aliud est ubi causa cessat, ob quam prohibuit. & iam non contrariū Moyſi docet, cuius præceptum alicubi conseruat, nondum dico, confirmat. Aut si omnino negas (alloquitur uerò Marcionem) permitti diuortium à Christo, quomodo tu nuptias dirimis, ne coniungens matrem & sceminam, neq; alibi coniunctos ad sacramentum baptismatis, & Eucharistiæ admittens, nisi inter se coniurauerint, aduersus fructum nuptiarum, ut aduersus ipsum creatorem? Certè quid facit apud te maritus, nisi vxor eius commiserit adulterium, habebit ne illam? Habet ergo Christum assertorem iustitia diuortii. Hactenus Tertullianus. Qui apertè illud diuortii genus dū taxat illis Christi uerbis prohiberi docet quòd nõ fiat ex causa legitima, id est, quòd fiat, ut ducatur altera. Diuortium autem hic accipere quòd ad thorum, quod aiunt, Tertulliano planè aduer-

23. q. 7. ca. eod.

ibidem.

ibidem.

32. q. 7. ca. Quod propositi.

ibidem.

Matth. 19.

Lib. 2. Con. Marcion.

32. q. 7. ca. eod.

fari est. Contendit enim Christum nõ fuisse Moyſi contrarium, Moses autem, non de thori, sed de uinculi quoque separatione leges tulit, ut superiorius uidimus. Adde quòd diuortium cum apud ueteres, tum apud iurisconsultos uniuersos, nunquam pro coniugum, manente matrimonio dissociatione, sed pro solutione uinculi matrimonialis accipitur. Diuortium namque dicitur ab eorum discessu, qui in alias uias diuertunt. Vel, ut tradit Caius iurisconsultus, à diuersitate mentium, quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium. Vnde diuertere, diuortium facere significat, ut multis legibus facile est uidere. Apostolus etiam Paulus diuortium *uoir* solutionem appellauit. Alligatus ex uxore, noli quærere solutionem. Solutio aurem, de societatis dumtaxat disunctione, dici non potest.

Denique Origenes, cuius antea meminimus, eodem loco putat & alia crimina uel adulterio paria, uel etiam grauiora, ueluti ueneficium paricidium & cetera id genus, matrimonium dirimere posse.

Augustinus, idolatriam & hæresim, quæ pares sunt fornicationi, adicit, ob quas matrimonium liceat dissoluere.

Præcipit deinde Concilium Arelatense tertium uel digami, uel pœnitentes, uel repudiatarum mariti, ad sacerdotium non prouehantur; quòd antea decimus octauus canon Apostolicus sanxerat. Si quis, inquit, uiduam aut eiectam acceperit, aut meretricem aut ancillam non potest esse Episcopus aut Presbyter. Idemque rursus tertio in tercio canone sextæ synodi, sub eisdem uerbis restitutum & reuocatum legimus. Quæ aut eiecta uocetur, ex Hieronymo Gratianus in hunc modum diffinit. Eiecta est, quæ à marito uiuente eicitur. Erat igitur in Ecclesia, non tantum Apostolicis seculis repudiadi cõsuetudo, sed harum Synodorum quoque temporibus.

Confirmat idem Neocesariense Concilium, quod alias Trapezütinum solet appellari antè Nicenam Synodum, ceteru decè & septem Pontificum celebratum. Si cuius uxorem adulterium commisisset, cum esset laicus euidenter fuerit probatum hic ad ministerium Ecclesiasticum admitti non potest. Quòd si in clericatu eo iã constituto adulterauit, dato repudio, dimittere eam debet. Si uerò retinere eius consortium uelit, non potest suscepto ministerio perfrui.

Concilium Arelatense primum sub Siluestro I. Pont. Max. eiusdemque auctoritate firmatum. De his, inquit, qui coniuges in adulterio deprehendunt, & prohibentur nubere, consilium datur, ne uiuentibus vxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant. Vbi nomen Concilii uidetur tollere prohibitionem ad alia matrimonia commigrandi.

Idem præterea Deus Dedit Pontifex, ad Gordianum Hispalensem Episcopum scribere uide-

D. de diuor. l. 2. D. solus. matrim. in Epi. fio. ad Carin. 1. c. 7.

34. d. cap. 6. quis uidua.

d. 34. c. 6. n. d. uia.

d. 34. ca. 6. c. uia.

tur. De fœminis, quæ proprios filios de sacro fonte leuauerant, Docens, Iulii Innocentii, & Cœlestini Pontificum auctoritate, eas ab illis abstrahas, neque amplius earum posse vxores esse. Verba eius prolixiora sunt, quam, ut hic scribantur, collocantur autem à Gratiano 30. q. prima. cap. peruenit.

Adstipulatur & his Græcorum consuetudo, qui hodie causa fornicationis cōiugia dissoluunt.

Sed neque illud est committendum, quod in Hispaniis historiis legitur. Cidum uirum, præter multam nobilitatem, Hispanorum fortissimū, duas filias, quæ prius duobus comitibus Carionis nupserant, ob grauem iniuriam ab eisdem acceptam, eas ab illis abstractas, aliis tradidisse. Quod eo tempore absque alicuius reprehensione factum est.

Ratio etiam non penitus inualida, à multorum coniugorum infelicitate desumitur. Sunt enim multi coniuges, qui adeo sibi male in uita coniugali coherent, ut præter omnium rerum, domesticarum ruinam, & exilium, certum penè habeant damnationis indicium, quibus per salubre diuortium equum esset succurrere, diuortium inquam, non modo, quò ad coniugale conuictum, nã fortasse sibi neuter illorum cōtinere posset, sed quò ad uinculum, ut uterque liber esset, ad secunda cōiugia ineunda, si necessitas posceret. Quæ ratio & in Mosaica, & in gentium Republicis, tamquã rem penitus necessariam, ut uolunt, diuortium aut repudium postulasse & honestasse uidetur.

Ad ea uerò uerba Christi, Quos Deus coniunxit homo non separet, respondent isti, Pontifice ex grauisimis causis coniugia dissolvente, non hominẽ sed Deum ipsum dissoluere, homo enim Diuina potestate præditus, non homo, sed Deus est. Vnde, non modo Romanus Pontifex Christi verissimus Vicarius, sed secularis Magistratus diu uocantur, Deus sterit in sinagoga Deorum in medio autem Deus Diuicaps, quo loco Deos, iudices uocari, cum omnes Ecclesiastici interpretes, tum uerò ea quæ sequuntur, manifeste demonstrant. De qua re nos alibi locuti sumus.

Neque uerò hæc sententia, cum nostri temporis hæreticis conuenit, qui ut olim in Mosaica, uel Romana Republica, pro solo, aut alterius, aut utriusque coniugis uoluntatis arbitrio, diuortium cum uxoribus faciunt, aut eisdem repudiant, nullam Ecclesiasticam aut Pontificalem potestatis rationem habentes, quæ sententia planè est hæretica & Euangelio contraria, sed tantum docent, Pontifici Romano à Christo delegatum potestatem, ad hoc etiam propagari, ut malè coherentia coniugia, & quæ damnationis possent esse scādala, quantumcunque per carnis commercium consummata, dissecet, & discindat.

Deinde, solent in Christianæ uitæ usu, casus incidere, in quibus ea potestate fuisse Diuinitus donatos Pontifices, ad quos eiusdem Christianæ

uitæ administratio pertinet, Diuæ prouidentia ratio postulare uidetur, ut cum duo coniuges clanculariè contrahentes & coniugium consummantes postea parentum metu, aut defectu probationis, secundo, matrimonia celebrant in Ecclesiæ conspectu. Enimuerò his, nulli hucusque quemadmodum de illis, qui nondum consummarunt, antea dicebamus, aut Theologi, aut iurifconsulti remedium attulerunt, immo neque tota Ecclesia illis alia ratione quam per prioris cōiugii solutionem subuenire potest. Nam cum prius illud ac uerum coniugium, testibus careat, secundum idest concubinatum, nullus Iudex Ecclesiasticus soluet. Vnde huiusmodi periculis, quæ tamen sunt in quotidiano uitæ usu frequentissima Christianis hominibus uiuentibus, nullum erit remedium, sed à publicis magistratibus in certo damnationis statu uiuere & mori necessariò uel inuiti, ac renitentes, cōpellentur, quod est absurdissimum, ac Christo eiusque prouidentia indignum. Itaque Gregorium Tertium in hac parte dispensasse Bonifacius Episcopus Germanus in Ecclesiæ Romanæ legatus, in Epistola ad Zachariam Pontificem scribit.

EXPLODITVR PRAECEDENS iureconsultorum sententia. Cap. 92.

ATQVE ita isti Romanum Pontificem in matrimonia etiam consummata potestatem accepisse contendunt. Verum nos & si scimus Ecclesiasticis seculis præcedentibus de hac re fuisse controuersiam, multosque, non modo fornicationis, sed dissidentium morum, aut perpetui alterius coniugis languoris, immo uerò & grauisimæ acceptæ iniuriæ (quod in Cidii filiabus uidemus) causa, matrimonia quantumcunque consummata, aut eorundem coniugum uoluntate, aut Pontificum potestate dissolui posse putasse; quod uaria capita à Gratiano producta causæ illius. 32. q. 7. & sanctorum patrum loci secum pugnantes, satis manifestè produnt, post Synodum tamen Tridentinam, id amplius in quæstionem mittere periculosum putamus. Ea profectò Synodus, ubi tamen res ad uiuum, propter quorundam alioqui doctorum ac piorum hominum, Græcis moribus non nihil indulgeri uolentium, contentionem, me præsentè discussa est, non modo propriam coniugum uoluntatem, in qua ciuile diuortium, aut repudium fundabatur sed & quamcunque siue prophanam, idest Imperatorum, aut Regum, siue sacram idest, Episcoporum, aut Pontificum potestatem excludere uidetur. Eius uerba sic habent. Si quis dixerit præter hæresim, aut propter molestam cohabitationem aut affectatam absentiam à coniuge dissolui posse matrimonii uinculum; Anathemata sit. Et rursus, Si quis dixerit, Ecclesiã errare cū docuit & docet, iuxta Euagelicã & Apostolicã doctrinã, propter

De bepn. d. eius effect. h. Maiorem,

Elabetur in 2. somo Conciliorum in ser Zach. rna decru.

Sessim. 74. Can. 5.

Ead. sessim. Can. 7.

pter adulteriũ alterius cōiugũ, matrimonii uinculum nõ posse dissolui, & utrumque uel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero coninge uiuente aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimissa altera, aliam duxerit, & eam, quæ dimisso altero, alii nupserit, anathema sit. Non posse profectò in his duobus canonibus, non modo propriã coniugum potestatem, per quam hæretici nostri dissociari perfecta, consummataque matrimonia docent, sed quamcunque, Diuina propria, ac immediata, dumtaxat excepta, complectitur. Atque horum duorum canonum doctrinam, eius Synodi patres, tum ex Paulo, qui ad Corinthios scribens, Christi que doctrinam exponens, absolute, ac sine ulla exceptione, uxorem à viro præcepit non recedere, aut recedentem manere inuictam uiroque reconciliari, tum ex Ecclesiastico usu, qui nunquam huiusmodi coniuges disungere quò ad uinculum permisit, tum ex veterum patrum monumentis, solidisque Euangelicis rationibus, cõlegerunt. Scripsit de hac re Augustinus libros duos ad Pollentium, quibus id ex Euangelica doctrina demonstrat. Ostendit & id Gratianus illa causa; 32. q. 5. & 7. ex Augustino, Ambrosio, Hieronymo, Gregorio, Nicolao Pontificibus ex Concilio Meleuitano; Illybertino, Romano, Martini primi tempore &c. c. Horendus. &c. si uxorem. c. Præcepit. 32. q. 5. &c. interueniente. c. licet. c. Apostolus. c. Placuit. c. Dominus. c. Omnes cauſationes. c. Fidelis fœmina. c. Quemadmodum. c. Hi uerò. c. Hi qui. c. Tantum. c. Usque ad eò. Quorum nonnullis, omnis causa præter fornicationem excluditur, nonnullis uerò ipsa fornicatio ad societatem usumque coniugii, non item ad uinculum dirimendum, satis esse decernitur. Scripsit & de eadem re nostra memoria, elegantem libellum Robertus Episcopus Arboricensis, qui nos amplioris consutationis labore liberauit.

SOLVUNTVR RATIONES PRAECEDENTIS Sententiæ. Cap. 93.

AD ea uerò, quæ pro alia sententia superiorum producantur, cum sint varia, non una eadem ratione respondendum est. Et quidem capita illa, quæ adduximus, à quibusdam de separatione, quò ad torum accipi solent, quasi illorũ auctores, nulla ex causa quò ad uinculum, posse solui cõsummata coniugia persuasum haberent.

Sunt & qui eos auctores non absolute de matrimonio, sed matrimonio secundum quod est in officium propagandi genus humanum institutum, locutos existiment.

Verum hæc duæ dilutiones, haud eorum locorum uirtutem retundunt. Nam tametsi & prima quibusdam adaptari possit, ut cap. Præceptum. 32. q. 5. & cap. Si quis uiduam. q. 7. quæ de diuortio separatione uerò, quò ad torum, loqui uidentur,

cæteris tamen capitibus, multisque aliis sanctorum locis, quæ passim in eorum scriptis leguntur, conuenire non possunt.

Secunda uerò solutio multò est languidior, nam cum uel loci isti sanctorum, uel ciuiles leges, magna ex parte de ea separatione, postquam uel alteri nubere, uel aliam uxorem ducere licet, loquantur, non de matrimonio hac uel illa ratione, sed absoluta, loquuntur. Matrimonium enim Christianum, non modo in officium institutum est, sed sacramenti rationem habet, & quando actu dissoluitur, quò od utranque rationem dissoluitur.

Ego nihil his planius posse responderi arbitror, quam eorum canonũ aut locorum auctores, alioqui uiros eruditissimos ac sanctissimos, eius fuisse sententiæ. Cum nondum de hac re Ecclesiastica censura præcessisset, præsertim cum sententia illa legum ciuiliũ patrocinio foueretur.

Atque id quidem de reliquis auctoribus & prouincialibus Synodis dixerim, nam de his locis, quæ ex Epistolis Romanorum Pontificum proferuntur, quorum dicta præsertim cum de rebus fidei & morum docent, sibi constare debent, aliud est fortasse sentiendum. Et ad Zachariæ quidem Pontificis locum, qui inter Ecclesiastica decreta primò obiectus est, Respondemus, illud inter eius Pontificis decreta non reperiri, quare in hac parte auctoritate caret. Quinque enim uerò ille Epistolas decretales edidit, ad diuersos Episcopos unam, ad Bonifacium Episcopum & Germaniæ legatum, quatuor, in quarum nulla simile aliquid habetur, immo uerò contrariũ, ut postea dicemus.

Locus deinde Gregorii Tertii, qui nullo interiecto Pontifice, Zachariam antecessit, in Epistola priori eius ad eundem Bonifacium, qui eiusdem quoque legatus per Germaniam extiterat, legitur, sed id, non de infirmitate langore uel matrimonio rato & consummato superueniente est accipiendum, sed de eo impedimento, quod cum esset perpetuum atque adeo dissoluens matrimonium, primò quidem ignoratum est. Deinde uerò in lucem prodiit. Assert & aliàs interpretationes Glossator decretorum, sed quæ aut parum rem promoueant, aut in hanc recidunt.

Iam quod ex Deo Dedit Põtifice Max. ad Gordianum Episcopum Hispalen. profertur, aut quia fragmentum est, & neque integra Epistola, auctoritate carere dicendum est, aut quod magis puto, de separatione quò ad torum coniugalemque usum, non item de disunctione, quò ad uinculum accipiendum est.

Nam quod ultimo obicitur, ex Epistola Bonifacii Germani, ad Zachariam Papam; Gregorius Tertium cum quodã qui consobrini sui uxorem, eo uiuente, duxerat, dispensasse. Falsum esse, & sedis Apostolicæ usui contrariũ, idem Zacharias in hæc uerba apertè docet, De illo nanq; qui uiduã auunculi sui, quæ & ipsa fuit uxor consobrini sui & sacrum uelamen habere mōstrata est, & à beate

c. Peruanis 30. q. 1.

In epist. 2. char. 4. ad Bonifacium

Psal. 81.

In electione Compleiens

memoriae prædecessore nostro sibi licentiam concessam esse diuulgauit, ut eam in pernicioso matrimonio assumere debuisset, absit hoc, ut prædecessor noster ita præciperet, Neque enim ab Apostolica sede illa diriguntur, quæ contraria esse patrum sine canonum institutis perhibentur. Admonere adhortari, increpare eos frater nescis, quatenus à tali scelesto recedant matrimonio, ut non in æternum pereant.

Locus Matthæi quo plurimum isti fidere videntur; per aposiopesis, ac reticentiam alio loco explanandam, accipiendum esse docti; non sine ingenti rationis specie docent. Ita ut *Excepta causa fornicationis*, idem sit, ac si Christus diceret. Nunc excipio causam fornicationis, de qua suo loco dicetur, refero enim causam hanc ad Pauli præconiium, meo ipsius nomine pronuntiandum. Quod fecit Paulus, dū ad Corinthios scribit, Præcipio, non ego, sed dominus mulierem à viro non recedere, quod si discesserit manere inuictam, aut viro suo reconciliari. Quod ergo in Matthæo Christus dicere distulit, ad vitandum Iudæorum, quibus nōdum Euangelici matrimonii perfectio recepta fuerat, scandalum, per Paulum explicuit. Quin verò Marcus & Lucas exceptionem fornicationis non memorant, sed absoluto sermone pronuntiant, nulla ex causa dimittendam vxorē. Qui cunque, inquit Marcus, dimiserit vxorem suam & aliam duxerit, adulterium committit super eam, & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. Et Lucas. Omnis qui dimittit vxorem suam & alteram ducit, mœchatur, & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Non quod Matthæus mentiat, Christum causam fornicationis excepisse, absit, sed quod ille ad ea tempora, quibus nondum Euangelica doctrina radices egerat, hi ad Euangelicæ tantum legis veritatem respiciant. Hi ergo, eius animum absolutè explicant, ille non absolutè, sed loco & tēpore cōmensuratum, exponit. Hi eius mentem, ille eius verba proponit. Nam Christum plerunque dissimulasse doctrinam, ut eam aptiori tempore propinaret, ex eisdem Euangelistis patet. Percontantur illum Pharisei in qua potestate miracula faceret, Respondet, Clauum retundens, vicissim interrogans. Baptismus Christi ex Deo est, an ex hominibus? Qui cum dissimulanter respondissent, *nescimus*, continuò Christus adiicit, *nec dico vobis in qua potestate hæc facio*. Non dixit, neque ego scio, verum vestra calumnia indignos vos reddit, mea responsione. Sed & sancti Euangelistæ, idem in impartianda Euangelica doctrina, temperamentum obseruauerunt. Nam cum Matthæus Christi generationem texeret, eam prudentissima pro ratione temporum dissimulatione & reticentia, in Ioseph retulit, cum postea Lucas Euangelio inualescente apertè nō de Ioseph semine, sed de spiritu sancto conceptum scribat, Matthæi aposiopesis explicans. Iacob, inquit Matthæus, genuit Ioseph virum

Matth. 10.

Marie, de qua natus est Iesus &c. neque tamen explicat, an Christus de Ioseph semine genitus fuerit, sed id ipsum ab aliis, qui & magis radicato Euangelio, & non Iudæis, sed gentibus scripturi erant, Euangelium explicandū reliquit. Immo verò hæc rōne Christi Diuinitatem & eius cū patre substantialitatem, adeò inuolutè iidē sacri scriptores tradiderunt, ut posteris seculis, multis perniciosissimisq; hæresibus locus sit datus. Fecerunt hoc illi profectò prudentissima rōne, ne scilicet Iudæorū animos adhuc extra sagem Euangelicam constitutos, neq; Christianæ vitæ dulcedine delibutos, potius exacerbarent quàm pellicerent. Nā & Christum videbant in eadem Euangelica disciplina, immo & mysteriis propagandis sensim & pro discipulorum captu, processisse. Vnde illud multa habeo vobis dicere, quæ nō potestis potare modo, paracletus autē spiritus sanctus docebit vos omnē veritatē. Eam videlicet quam hodie non capitis. Deniq; non modo Apostolos, & eam priorē Ecclesiam, multa nōdum suggerente Spiritu sancto non accepisse, eorum postmodum de gentium uocatione, de legalium cessatione &c. frequentes cōtrouersias & Concilia demonstrant. Sed Ecclesiam iam adolescentem ac penè prouectam, multa quotidie mysteria Diuinitus accipere, argumēto sunt post Apostolica secula Ecclesiastica Concilia, quibus multa quæ antea ignorabantur, decernuntur. Ex quorum numero istud est, de quo nunc cōtemdimus. Nimirum consummato iam matrimonio, neutrum coniugum, quod ad vinculum posse ab altero diuertere, quod, ut superius diximus, quidam doctorum, ac piorum hominū ignorauerunt. Ecclesia profectò optime à sponso Auroræ confertur, quod quæadmodum illa Solis lumine crescente, luce fit auctior, ita hæc Christi illustratione, quotidie magis ac magis conualescat. Optime itaq; Cōcilium Coloniense nostra memoria, aduersus prophanas Lutheranorum nouationes cætu multorū ac doctissimorum Episcoporum editum, hæc Matthæi verba interpretatur, dum inquit, Cæterum, qui verba Christi apud Matthæum videlicet, quicunque dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit adulterium cōmittit, sic intelligant, ut non solum liceat marito vxorem adulterā dimittere, sed post dimissam, aliam etiā ducere. Hi de suo, quod Euangelium non habet, addunt, id quod ipsis non licet, quantumuis etiam in speciem æquis ac pulchris rationibus nitantur. Siquidem non oportet ob priuatas quærelas, aut etiam incommoditates peruertere Euangelium Dei. Quod apud Marcum & Lucam dimittenti vxorem, & ius alteri seiuigendi, in discriminatim adimit. Nam Marci 10. legimus, Quicunque dimiserit vxorem suam, & alteram duxerit, adulterium committit super eam, & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. Itidem apud Lucam. Omnis, qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur, & qui

& qui

& qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Cum ergo Euangelium dicat, omnem mœchari, qui dimissa vxore, aliam ducit, qui ergo nos sumus, ut dicamus, uirum dimittentem uxorem, & si ex causa fornicationis, & ducentem aliam non mœchari? Id quod Euangelium non dicit. Hactenus Synodus.

Porro Pauli uerba, quibus inquit, domini esse præceptum, vxorem à viro non discedere quòd si dicefferit manere inuictam, aut uiro suo reconciliari &c. De fornicationis aut alterius cuiuscunq; causæ eiectione sine diuortio, fore accipiendam, post Augustinum, omnes ferè Ecclesiastici interpretes scribunt.

Rationes illæ, quòd scilicet, ex his malè secum cohærentibus coniugiis, multa mala oriuntur &c. nihil promouent; cum his qui uel leuiter rem expenderit, satis sit apertum, grauiora incommoda ex ea licentia dimittendi, secutura, dum vxoribus prauis quotidie mores imputarentur, & falsa crimina, quo ab illis discederetur, intentarentur; quod, quid esset aliud quam uniuersa Christiana coniugia perturbare? Compensatur igitur peculiare quorundam matrimoniorum incommoditates, generale ipsa Christiani coniugii dignitate, ac quiete.

Demum, quod Apostolicis seculis repudiandi & diuertendi ab altero coniuge consuetudinem in usum fuisse, ex canone. 18. Apostolico colligitur, aut de repudiatis in gentilitate & iudaismo accipiendum est, aut si ea adhuc uigebat consuetudo, respondendum est, nondum in huiusmodi iudicialibus Mosaisca permissionibus, aut præceptis, ueterem illam legem ad sepulchrum fuisse ductam. Qualia & multa alia in prima illa Ecclesia fuisse, Apostolica historia prodit. Et omnino ita esse de hoc Apostolico canone sentiendum, 48. eorundem Apostolorum canon ostendit. Si quis inquit, laicus uxorem propriam pellens, alteram, uel ab alio dimissam duxerit, communionem priuetur. Canon ergo ille prior ad eiectionem ex gentilitate, aut eo apostolico seculo, nondum lege Mosaisca sepulta pertinet, hic posterior ad Christianæ uitæ puritatem spectat.

De Concilio Arelatensi tertio, & sexta Synodo, respondemus, aut ea Concilia de Iudæorum repudiatis, quæ ad fidem conuertebantur, fore accipiendam, aut quod magis puto, illa canonem illū Apostolicum nō eò renouasse, quòd tunc ea uigere consuetudo sed quòd Synodis posterioribus semper fuerit studium, priora; Apostolica præsertim statuta restituere, etiā absq; necessitate, nisi cui placeat, respondere, de repudiatis, & diuertentibus à toro maritali, non item à uinculo matrimoniali sermonē facere. Ita ut hi reprobi sacerdotio iudicentur, qui separatas quò ad coniugalem societatem uxores in matrimonium attentassent usurpare.

Porro Concilii Tridentini diffinitionem, mul-

tò ante, Innocētius primus Augustino coetaneus sub his uerbis ediderat. De his etiam ad Exuperium Tholosanum scribens, Requisiuit dilectio tua, qui interueniente repudio, alij se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel vxore uiuente (quamuis dissociatum uideatur esse coniugium) ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non uideri, in tantum, ut etiam hæc personæ, quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse uideantur, secundum illud quod legimus in Euangelio. Qui dimiserit vxorem & aliam duxerit, mœchatur: similiter & qui dimissam duxerit, mœchatur. Et ideo tales omnes à communione fidelium abstinendos. De parentibus autem aut de propinquis eorum, nihil tale statui potest, nisi in contemptores illiciti consortij fuisse detegantur. Hactenus Innocentius.

QVO PACTO SIT ACCIPIENDA eorum sententia, qui circa coniugia consummata, interpretanda aliquid posse Romanam Pontificem docent. Cap. 94.

AN verò interpretando (quod glossator decretalis ex publico dicebat) Pontifex, aliquid possit, circa huiusmodi matrimonia rata & consummata, alia quæstio est. Nam tametsi communis Theologorum sententia, in Diuinas constitutiones, Romano Pontifici dispensandi aut relaxandi potestatem non tribuat, tribuit illi tamen potestatem interpretandi, in hac, aut illa re Diuinum præceptum non uigere. Sic ergo uideri posset, Romanum quidem Pontificem, in eam constitutionem, qua Christus dixit. Quos Deus coniunxit homo non separet, nullam quidem accepisse potestatem, accepisse tamen auctoritatem declarandi & interpretandi in hoc aut illo matrimonio rato iam & consummato, eam constitutionem non habere locum, ut si uirum aut sceminam iam coniugatam alicui matrimonio copulari totius regni interesset.

Verum Glossatoris de interpretatione sententia, non de hoc genere interpretationis accipiendam esse suspicor, sed de illa, qua à principio propter aliquod impedimentum dirimens, matrimonium, non coaluisse declaratur.

Nam de illo altero interpretationis modo, cum verè à dispensatione non distinguatur, Idem quod de illa diximus, dicendum arbitror.

De conuert. coniug.

Matth. 19.

ELIDITVR IACOBI ALMAYNI ratio contra voti solennis dispensabilitatem, superius cap. 54. explicata. Cap. 95.

ATQVE hæc de potestate Romani Pontificis circa vtrunque, matrimonium, ratum & consummatum, per occasionem rationis Almayni dixisse satis sit, nunc ad illum, post longam digressionem reuertamur. Ita ille in voti solennis dispensabilitatem arguebat. Votum solenne iure Diuino dirimit matrimonium ratum ante consummationem, ergo dirimit eodem Diuino iure contrahendum. Et deinde, ergo eius redditio est de iure Diuino, atque adeo est indispensabile, cum ius Diuinum nulla humana potestas relaxare possit.

Respondemus primò, antecedens apud Theologos in tanta opinionum quas enarrauimus varietate esse dubium, & apud nos, qui matrimonium ratum tantum, à Pontifice esse dispensabile, & de facto in religionis transitu dispensari, credimus, esse omnino falsum. Quare argumentum hoc planè languidum & enerue, neque homini alioqui docto & Theologo tantam vim inferre debuisset, vt illum in communiori Theologorum placito vacillare & trepidare fecerit. Neque quidam adeo illi fidere debent, vt ei soli indispensabilitatis voti solennis, victoriam nuncupent.

Respondemus secundo, collectionem esse pessimam. Nam tametsi votum solenne eiusq; professio, iure Diuino solueret, matrimonium ratum & consummatum, non tamen sequitur, eodem iure impedire contrahendum. Cuius rei satis euident argumentum esse debuisset, quòd Scotus vir profectò acerrimi ingenij, & qui nunquam sibi non constare solet, cum antecedentis sit auctor (is enim est, qui, vt diximus, illis precedentibus de hac re sententijs, iure Diuino, solutionem matrimonij rati, in professionis emissionem nuncupauit) consequentiam tamen primus omnium negauit, omnium primus inter Theologos docens, ex statuto Ecclesiastico, non item Diuina constitutione, votorum solennium professores, matrimonio cuiusq; incundo reprobos fieri, & ineptos. Ratio inter aliàs est, quòd cum hoc, non à sua natura votum solenne habeat, vt multis superius demonstrauius, sed ex Diuina constitutione, iuxta Scoti sententiam, potuit Deus voto solenni contracto matrimonio, dirimendo virtutem tribuere, non item contrahendo. Quod autem ita factum fuerit, ex decretali Bonifacij colligi potest, qui solennitatem ab Ecclesia inuentam esse perspicue docet. Cum contra ex Ecclesiastico vsu factisq; sanctorum, per superueniens religionis votum, dissecta fuisse matrimonia, satis constet.

Domin. Soto & quidam alij.

de vot. & vo. redemp. cap. quod autem.

PER SVSCEPTIONEM SACRI ORDINIS, aut ratione voti castitatis sacerdotalis, matrimonium ratum non consummatum, non dirimi. Cap. 96.

CVR autem sacros ordines matrimonium ratum nondum consummatum dirimere, Ecclesia non decreuerit, quemadmodum deuoto solenni religionis constituit, ratio in promptu est, quoniam scilicet, per votum solenne religionis, monachalemq; professionem, vitæ seculari, quæ ad coniugalem viuendi rationem omni necessaria est, penitus renunciatur, quod in ordinis susceptione non accidit, vbi homo adhuc, domestico, ac ciuili viuendi modo, nondum valle dixit. Sed retentis diuitijs, quæ ad matrimonij onera portanda potissimè requiruntur, domi quemadmodum ciues degit. Neque tamen hæc ratio absque Pontificis aut Ecclesiæ voluntate aut permissione, sufficeret, possit enim Pontifex, sacris ordinibus eandem, quam voto solenni, ad soluendum matrimonium, virtutem tribuere, sicut & monastica ratione viuendi retenta, idest, diuitijs in communi seruatis, obedientia &c. Possit votarijs indulgere coniugia, Quid enim obstaret? Atque hoc dixerim, propter eos, qui non ex Ecclesiastico arbitrio, sed ex natura rei, votum solenne dirimere, contracta non consummata coniugia, ordinem verò sacrum item ex natura rei non dirimere, docuerunt. Verum de hac re paulò ante non nihil locuti sumus. Fuerunt nihilominus, ex iurisdictione præsertim, quidam, qui sacros ordines huiusmodi matrimonia soluere putarent, quorum sententiam, Ioannes 22. Pont. Max. altera approbata, falsam declarauit, controuersiaque finem imposuit. Antiquæ, inquit, concertationi finem cupientes imponere, ac animarum periculis inde prouenientibus salubriter prouiderè, de fratrum nostrorum consilio, præsentem declaramus edicto, quòd licet votum solennizatum, per sacri susceptionem ordinis, quantum ad impediendum matrimonium contrahendum, ac ad dirimendum, si post contractum fuerit, secundum statuta canonum sit efficax reputandum, ad dissoluendum tamen prius contractum, etiam si per carnem copulam non fuerit consummatum, (cum nec iure Diuino, nec per sacros reperiamus canones, hoc statutum) inuolidum est censendum, auctoritate Apostolica districtius inhibentes, ne quispiam durante matrimonio, nondum etiam consummato, aliquem de sacris ordinibus præsumat suscipere, nisi prout sacris canonibus nouerit conuenire. Hactenus Pontifex. Iubetq; subinde Episcopis, vt eos, qui contracto matrimonio ante consummationem, sacrum aliquem ordinem acceperint, aut religionem ingredi moneantur, aut consummare idem matrimonium compellantur.

Fuit

In extram. de vot. & vo. redemp.

Th. P. uald. lib. de sacra. c. 129. & lib. de sacra. mon. c. 66.

Fuit & in ea sententia inter Pontificij iurisdictionis, Cardinalis Hostiensis, vt per Episcopalis ordinis susceptionem, matrimonium ratum nondum consummatum dissolueretur, ea fortasse ratione inductus, quòd Episcopalis ordo monachali statu sit perfectior: vnde si per hunc huiusmodi matrimonia dirimuntur, fortiori ratione, & per illum dissoluentur.

Sed hæc ratio falsum quid supponere videtur, matrimonium per votum solenne religionis ratione, maioris perfectionis dirumpi, in quo tamen errore, & illi Theologi quoque sunt, quorum antea opinionem confutauimus. Soluitur matrimonium ratum non consummatum per professionem religionis, vt statim diximus, tum quòd status vitæ religiosæ agendæ, vitæ coniugali sit ineptus, tum verò potissimè quòd id Ecclesiastica potestas effecerit. Vnde cum neutrum in assumptione ordinis, aut dignitatis Episcopalis contingat, per illam huiusmodi coniugium non dissoluetur.

PROPONITVR EORVM THEOLOGORUM sententia, qui sacerdotibus sacrisque ministris, cœlibatum iure Diuino impositum docent, atq; adeo eorum castitatem indispensabilem credunt. Cap. 97.

ET hucusque quidem de dispensabilitate voti solennis prolixa fortassis, sed minimè ociosa disputatione tractauimus. Quam nonnulli ex his, qui sacerdotalem continentiam relaxari posse, post ordines sacros susceptos negant, eius indispensabilitatis causam arbitrantur. Nunc ad illorum sententiam gradum faciamus, qui eandem castitatem siue sacerdotalem continentiam, non iam voto, idest iuri Diuino ab humana voluntate pendenti, sed puro Diuino iuri, idest Diuinis constitutionibus nuncupant, ita vt Diuinum præceptum sacros homines, post sacros iam ordines assumptos, adeo à vita coniugali cohibeant, vt nulla Ecclesiastica potestas in hac parte quicquam possit. Est autem hoc iuris Diuini genus, quod immediatè à Diuina voluntate dependet, multò illo altero quod humana voluntas contraxit, vrgentius, nam, vt sæpe dictum est, in id quod ex humana & Diuina voluntate sit mistum, humana potestas imperium obtinet, in illud contra, quod sola Diuina constitutio præstituit omnino nullum. Talia sunt dehalogi-mandata & reliqua Diuina præcepta, quæ nos nobis non imposuimus, sed ipsa baptismi susceptione contraximus; cum ad mistum illud genus, vota, iuramenta &c. quæ sæpe relaxari videmus, relaxariq; posse contendimus, pertineant. Sunt autem, in hac sententia recentiores quidam, qui reliquis omnibus anterioribus Theologis magis in hac parte labo-

rasse, exactiusque cunctis rem expendisse videntur. *Clifton. lib. 1. de cœlib. sacer. c. 4.*

Quorum rationes ac fundamenta, ea ferè sunt, quæ nos libro primo, ad suadendum naturam sacerdotii absolute, aut Euangelici sacerdotii, vitæ cœlibatum postulare diximus. Cautum erat, aiunt, lege Mosaica, vt Leuitici generis Sacerdos, vnicam eamque virginem duceret uxorem, viduam autem aut repudiatam, sordidam ac meretricem à coniugio repelleret.

Deinde, quia cum tempore vicis suæ fungerentur munere Sacerdotali, veteris legis sacerdotes, castimoniam, studebant, domumque suam omnino non intrabant, sed versabantur assidue in templo, vsque ad expletum sui ministerii officium, quemadmodum testatur Beda in primum Lucæ caput. Præterea scribit beatus Paulus, ad dictis coniugio, orationis tempore ab actionibus coniugalibus abstinendum esse, Sacerdotibus igitur Euangelicis, qui semper pro populo debent intercedere, semper ab uxorio commercio temperandum erit. *Leuit. 2. 1. 1. Cor. 7.*

PROBATVR EADEM SENTENTIA ex veteris testamenti figuris. Cap. 98.

AFFERVNTVR in eadem rem, multæ ex veteri testamento sacerdotalis cœlibatus figuræ, vt in ratione agni Paschalis manducandi, in qua & illud præcipitur, vt comedentes, renes accinctos haberent, in quem locum Gregorius Pontifex. Quid in renibus, nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psalmista postulat dicens, Vre renes meos. Si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos vri minimè petisset. Vnde quia potestas diaboli in humano genere maxime per luxuriam præualuit, de illo uoce Dominica dicitur. Potestas eius in Lumbis eius. Qui ergo Pascha comedit, habere renes accinctos debet, ut qui solennitatem resurrectionis, atque incorruptionis agit, voluptates edomet, carnem à Luxuria restringat. Neque enim cognouit, quæ sit solennitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subiacet. Ita Gregorius. Ergo cum Euangelici Sacerdotes, non semel tantum in anno (ut quondam populus Israeliticus agnum typicum immolabat) sed quotidie agnum immaculatum, qui illum adumbrabat, sacrificandi ius habeat, semper debet habere lumbos per carnem continentiam præinctos.

Deinde Moses profecturus in Aegyptum, ad obeundam legationem sibi à Domino commissam, de liberando populo Israelitico à seruitute, deducendoque per desertum ad terram illi diuinitus repromissam, uxorem cum liberis, per aliquantum uix spacium sese consecuturam, dimisit. Expeditusque coniugali sarcina, & populum Israeliticum liberavit, & per desertum sedula

Clifton. lib. 1. de cœlib. sacer. c. 4.

Leuit. 2. 1.

1. Cor. 7.

Hom. 10.

directione deduxit. Ergo & Euangelici Sacerdotes, quibus commissa est cura, populum fidelem à diaboli seruitute, tam verbo doctrinæ, quamque bonæ uitæ exemplo reuocare, expeditius id muneris obibunt, uxoribus ac liberis uacui, dumtaxat, & quæ sunt Domini, & ad populi Christiani salutem operandam conducunt, cogitantes.

Tertio, cum Moses uxorem suam diutius ablegatam, ob eam causam, quam modo diximus, rursus accepisset, in cohabitationem & domesticum confortium, postquam ipsa cum Iethro patre suo & filiis Mosem inuifere uirum, uenisset in desertum, quasi longo postliminio, attamen dicitur idem Moses frequentius ab eius consortio coniugali, ut magis esset idoneus, Diuino colloquio, si quando accerferetur abstinuisse. Atque eam ob causam, quod uxorem scilicet à se propulisset, Aaron frater Mosi & Maria soror eius, in eundem obmurmurasse dicuntur, & eum & palam increpuisse, quod suæ uxori foret iniurius, denegando ei maritale contubernium, quæ admodum graues auctores in eum locum consentiunt, ob quam murmurationem tamen acer bisimè Dominus eidem Aaroni & Mariæ indignatus est. Sed Euangelici Sacerdotes, non solum colloquendi cum Deo per deuotum orationis studium iugè habent officium, uerum ipsum Regem Regum, & Dominum dominantium contrectandi suis manibus in sacro missæ mysterio, eundemque sub speciebus panis & uini sumendi, perpetuum habent ministerium, igitur, ut id muneris pro dignitate exequantur, non solum frequenter ut Moses, sed & perpetuo ab uxoribus debent abstinere consortio.

Quarto quoniam Israeliticus populus legem Domini suscepturus, Diuino præcepto & lauare uerba sua, & in tertium diem ab uxoribus abstinere præcipitur. In his ergo, qui non legem, sed ipsum legis auctorem sunt suscepturi, an non maior exigetur sanctificatio & uestimentorum, idest, corporum mundities spiritualis?

Quinto hoc idem Sacerdotalibus sceminalibus designabatur, Facies, inquit, sceminalia linea, quibus operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus usque ad scemora. In quæ uerba Beda. Sceminalia hæc, quæ ad operiendam carnem turpitudinis fieri mandantur, illam castimoniam portionem, quæ appetitum copulæ coniugalis cohibet, propriè designant, sine qua, nemo uel Sacerdotium suscipere, uel ad altaris potest ministerium consecrari, idest, si non aut uirgo permanferit, aut contracta uxore, coniunctionis scemora soluerit.

Demum in hanc eandem rem panes propositionis sub Achimelche Sacerdote à Dauide usurpatos, ad quorum esum munditiam à mulieribus idem Sacerdos postulauit, produnt.

Cum ego panes illi typus essent eius panis, qui

de cælo descendit, ad quem edendum quotidie ius habent Euangelici Sacerdotes, quid aliud superest, quàm ut perpetuo, ab usu sceminarum sint mundi?

Atque his, similibusque rationibus, isti cœlibatum sacerdotum de iure Diuino primario, idest, quod à Diuina tantummodo pendet uoluntate, deriuatum probare moliantur.

QUATENUS VERA SIT PRAECEDENS SENTENTIA. Cap. 99.

QUORVM tamen sententia quatenus uera sit, superius lib. secundo examinauimus. Nam tametsi, eos Sacerdotes, aut altaris ministros, qui iam sacris ordinibus sunt initiati, iure Diuino reprobos matrimonio contrahendo crederemus, eos tamen, qui ex uita coniugali ad eosdem sacros ordines uocabantur, ut Græci consueuerunt, nequaquam coniugiis arceri ullis rationibus induci poteramus. Quin uerò neque hi, qui post acceptos ordines, inibant matrimonia, priori illa Ecclesiæ memoria, ad eisdem auocabantur, ut multis testimoniis comprobauimus, sed ordinum dumtaxat executionibus interdicebantur, quod eisdem ordinibus iniuriam intulissent, cum priores illi tamen, & uita coniugali & sacerdotali munere fungerentur.

Credimus ergo quod hucusque semper docuimus, executionem ordinis sacri ante coniugium accepti, Diuino iure, Diuinaque constitutione, à Christo per Ecclesiæ traditionem, in hæc usque tempora inuolabiliter ubique gentium obseruatam, uxoribus hominibus prohiberi, atque adedò neque Romanum Pontificem, ut ea simul cum matrimonii usu currat, posse dispensare, quoniam scilicet hoc Diuini iuris genus, non ab humana, uoluntate sed à Diuina dumtaxat deriuatur, quæ humana potestas uariare non potest. Possiet tamen idem Romanus Pontifex, cum iam Sacerdote, iam Diacono aut Subdiacono dispensare, ut abiectione usu Sacerdotii Diaconatus &c. ad uitam coniugalem conuolaret, quoniam id Ecclesiasticis dumtaxat constitutionibus vim obtinuerit.

Ad Concilium autem Ancyranum, quod Diaconis prius protestantibus, se non posse continenter uiuere post susceptos ordines uxores indulgebat, unde innui uidetur, etiam post sacros ordines, ad matrimonium eiusque usum descendendi eo tempore fuisse usum, quid sit respondendum ex superioribus patet, haud enim canon ille græcis, quod ex Theodori Balsamonis commentariis patet, probatur. Idemque iudicium de Synodo Arelateni quarta, quæ eundem canonem usurpauit, est habendum. Neque enim hæc Synodi, quæ prouinciales extiterunt, tanta est auctoritas, ut negari nequeat, potissimè cum aliarum Synodorum constitutionibus, aut Ecclesiasticæ consuetudini aduerse-

aduerfetur, aduersari autem ex libro secundo huius operis satis patet, ubi multis demonstrauimus, post sacros ordines assumptos, neminem cum eorumdem ordinum exercitio ad uitæ coniugalis usum posse declinare.

PROPONITUR ET EXPLICATUR auctoris sententia de uoti castitatis Sacerdotalis dispensabilitate. Cap. 100.

ERGO si nostram sententiam in hac amplissima disputatione, qua de sacerdotali castitatis dispensabilitate atque relaxatione toto hoc quinto libro disceptauimus, quisquam scire cupiat, neque cum illis sentimus, qui eandem sacram continentiam, siue ante siue post matrimonium uoluntariè assumptam omnino relaxabilem existimant; neque rursus illorum placito accedimus, qui vel ex uoto, uel ex Diuina constitutione prorsus non putant posse dispensari, quas opiniones hucusque elisimus sed media quadam uia incidentes, & Ecclesiasticis constitutionibus, & consuetudinibus adherentes, immo & Theologorum communem sententiam imitantes, dicimus, Romanum Pontificem non posse, cum iam Sacerdote, Diacono, & Subdiacono, in his autem sacris ordinibus, & Episcopalem ordinem quarto loco numeramus, ullo pacto dispensare, ut & matrimonio post eosdem sacros ordines susceptos, & ordinum executione fungantur. Atque in hac parte cum his posterioribus Theologis, qui eundem Romanum Pontificem, cum huiusmodi sacris hominibus non posse dispensare docent, consentimus. Ceterum, credimus illum cum iam Sacerdote, Diacono, aut Subdiacono, dispensare posse, ut amissa ordinum executione & exercitio matrimonium inerat, eodemque fruatur, quod & olim Ecclesiæ fuisse in usu, & nunc in Diaconatu, & subdiaconatu non infrequenter fieri, cum ex veterum Ecclesiasticorum decretorum lectio ne, tum uerò, ex his quæ quotidie uidemus satis facile potest deprehendi. Noui ego plures Hipodiamonos, & non paucos Diaconos post sacros ordines acceptos, ad matrimonia Pontificum indulgentia discendisse, illisque non minus pacificè ac quietè quàm reliquos laicos coniuges, usos fuisse & nunc uti. Atque ita accipiendam esse credo Cæcilianæ sententiam, cum docet, non modo publicè sed priuatè utilitatis gratia, nec tantum causa legitima, sed absque illa quoque posse Romanum Pontificem cum Sacerdote occidentalis Ecclesiæ dispensare ut ad matrimonium descendat. Quod hoc dumtaxat Ecclesiastico statuto sit prohibitum. Nam si retento sacrorum ordinum exercitio, id posse fieri uelit, inde abudè eius opinio reuellit, quod nunquam neque huius statuti initium, neque ut dicebamus eius uolatio aliquando in utraque Ecclesiastica latina & Græca legatur.

THEOLOGORVM ILLORVM rationes, qui castitatem Sacerdotalem iure Diuino ascribent, quatenus vigorem habeant.

Cap. 101.

RATIONES autem, quas statim ex Clitoveo aliisque recentioribus produximus, ad suadendum cœlibatum iure Diuino annecti Sacerdotio, si hoc non modo de contracto post, sed ante susceptum ordinem, matrimonio intelligant, id dumtaxat obtinent, quod libro primo docuimus, castitatis custodiam & corpori continentiam, summopere cum sacerdotii, immo cum cuiusque sacri operis executione coherere, non item adeo ad eius naturam pertinere ut separari nequeant. Nam in primis si id conuincerent, probarent quoque neque illo seculo Mosaisco Sacerdotibus uxores accipere licuisse, quod est longè absurdissimum. Congruentiam ergo atque Euangelici status decentiam, non item necessitatem ostendunt. Quod quia in uinaquaque earum facile posse aduerti puto, eos sigillatim, exigere, & excutere non libet.

Quod si eas ad id quoque extendi uelint, ut neque Sacerdotes, neque Sacri ministri, Diaconi, aut Subdiaconi, abiectione sacrorum ordinum exercitio, auctoritate Pontificis, matrimonia inire, illisque uti queant, irritus est prorsus earum labor, neque aliquid unquam proficiet, cum omnes nihil aliud suadeant, quàm inter usus uitæ coniugalis, & sacrorum ordinum, esse aliqualem repugnantiam, non quidem absolutam, ut præmonuimus, sed quæ indecètam quandam pariat. Nam quod non probent, non posse Pontificem cum sacro homine, abiectione sacrorum ordinum exercitio dispensare, ut uxorem ducat, uel hinc satis patet, quod omnes illæ à veteris legis monumentis necuntur. Porro ueteri illa lege ordo cum non esset sacramentum, non erat perinde potestas animæ inhærens post exercitium, ut nunc est in Euangelico statu, sed erat tunc ordo, aut ipsum tantum sacrificandi munus, aut institutio quædam, cum ipsa instituentis uoluntate euanescent. Non ergo rationes illæ, indecentiam illam quam diximus, inter ordinis dignitatem & matrimonium, uel matrimonii exercitium, sed inter ordinis & matrimonii actiones persuadent. Et demum non tantum ordo in Euangelico statu, sed matrimonium quoque sacramentum est, sacramentum autem suapte natura, non tantum sacramento quod ad potestatem attinet, non repugnat, sed neque eius exercitio, dummodo alterius exercitium suspendatur. Matrimonium ergo non tantum ordini non repugnat, sed unius istorum potestas, cum alterius exercitio rectè potest coexistere. Enim uerò coniuges, nunc est permanente uinculo matrimo-

Exod. 18.

Num. 12.

Exod. 28.

lib. de Tabernaculo.

Oppos. 25.

sup. cap. 93. & 94.

monii, abiecto tamen eius exercitio, sacerdotio, reliquisque sacris ordinibus initiantur, illisque funguntur. Ergo eadem omnino ratione, sacerdos Apostolica auctoritate, abiecto usu sacerdotii, matrimonium & inire, & uti potest. Est itaque in eis non formalis, sed virtualis repugnantia, ut libro 1. diximus. virtualis, inquam, id est actionis vnus ad actionem alterius. non item sacramenti vnus, ad alterum sacramentum aut ad eius actionem.

Verum iam ad secundam huius libri partem progrediamur, in qua an græca illa consuetudo promouendi ad sacros ordines, coniuges, retento usu matrimonii, latinis hominibus, aliqua ex causa sit recipienda, expendendum est. In qua parte prius quid fieri queat, deinde quid expediat & deceat, examinare oportet.

PROPOSITVR EORVM sententia, qui Romanum Pontificem in constitutionibus Apostolicis dispensasse posse negant. eorumque rationes explicantur. Cap. 102.

AD PRIORIS autem quæstionis examen, illud quod libro tertio, non modo rationibus, sed expresso Clementis primi Romani Pontificis testimonio comprobauimus, coniuges in Ecclesia latina ex Petri Apostoli constitutione, retento usu matrimonii, ad sacerdotium, sacrosque ordines exercendos non assumi, quod, ut sæpe diximus, Græci faciunt, tanquam solidum fundamentum præmittendum est. Hoc enim ita constituto, quæstio nunc est. An Romanus Pontifex vllavè Ecclesiastica auctoritas, hanc constitutionem pro causa rationabili reuocare, aut abrogare possit? Pendet autem huius quæstionis dilutio à paulò vniuersaliori illa, an idem Romanus Pontifex Apostolicas constitutiones relaxare possit, eisque vniuersalem Ecclesiam absolueret? Nam quòd huiusmodi constitutiones ab Apostolis traditas, nulla Ecclesiastica auctoritas possit eludere, multa Sanctorum Patrum, veterumque Theologorum testimonia suadere videntur. Enimvero si contra statuta Sanctorum Patrum, vt Zozimus Papa inquit, sedes Apostolica nihil potest condere, multò magis quod aduersus Apostolorum constitutiones conditur, erit inualidum. Nequaquam, inquit Marcellus, quod contra Euangelicam, vel Propheticam, vel Apostolicam doctrinam, constitutionemvè eorum siue Sâctorum Patrum, actum fuerit stabit. Vrbanus deinde. Sunt, ait, quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas leges condere. Quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum

In epist. 2. ad lac. frat. Domini.

25. q. 1. ca. contra fals. iur.

cap. Omne ead. cau. & quæst.

verò summopere est, quia inde nouas leges condere potest, vnde Euangelistæ aliquid vel Prophetæ nequaquam dixerunt. Vbi verò aperte Dominus vel eius Apostoli & eos sequentes Sancti Patres sententialiter aliquid diffinierunt, ibi nõ nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius quod prædicatum est vsque ad sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli & Prophetæ destruere (quod absit) nitentur non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur. Hactenus Pontifex.

Secundò, eadem sententia suaderi potest, ex eo quòd cum digamo, vt ad sacros ordines ascendant, vt Lucius tertius, & Innocentius tertius Pontifices Max. diffinierunt, Romano Pontifici dispensare non licet, non alia ratione, quàm quòd id olim Apostolus vetuit. Verba eorundem Pontificum in titulo de digamis collocantur. c. super eo. & c. à nobis.

Tertiò, idem recentiores quidam ex eo probare moliuntur, quod Apostolica præcepta quacunq; ratione proferantur, non eorum sed Christi in eisdem loquentis sunt planè præcepta. Christi autem præcepta esse indispensabilia per humanam potestatem, nemo Christianorum dubitare potest. Quòd verò Apostolorum præcepta & constitutiones à Christo auctore prodire sint credenda. Chrysoströmus libro de virginitate testatur, in illa Pauli verba. Iis qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus. & illud, Reliquis autem ego dico, non Dominus. Non ego, inquit, dixit, quasi alia sua, alia Domini esset oratio. Quomodo enim is qui Christum in se loquentem haberet, qui viuere non curaret, vt Christus in ipso viueret, qui Regnum, qui vitam, qui Angelos, qui Potestates, qui reliquas res creatas, qui omnino omnia charitate in Christum inferiora reduceret: quomodo inquam, præsertim de his legè ferens, ea non dicam dicere, sed cogitare esset ausus, quæ ex Christi sententia non essent? Sed quomodo illa accipi debent Ego & non Ego? Nempe hoc modo leges nobis tulit, & decreta fecit, partim per se Christum, partim per Apostolos. Quod autem ipse per se leges omnes non tulerit, audi eiusdem testimonium. Multa habeo vobis dicere quæ non potestis portare modo. Quo circa de vxore, quæ à viro discedere non debeat, anticipans illud ipse Christus, legem nobis imposuit tunc cum homo verfabatur in terris. Propterea, inquit, iis qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus: de infidelibus verò nobis ipse nihil dixit, sed ad id Pauli incitans animum, eius ore legem tulit, ac propterea inquit. Si quis vxorem habet infidelem & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier habet virum infidelem, & hi consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Ob id igitur dixit, non Dominus, sed ego, non eo volens ostendere,

ead. ca. super quidam.

Fr. Torren. lib. de resq. Episc.

lib. de virg. nis. c. 13.

dere, humanum illud esse dictum. Qui enim fieri potest? verum id præceptum, cum hic esset, Christum discipulis non tradidisse, sed nunc se internuncio tradere. Vt igitur illud, Dominus, non ego haud illius est, qui Christi iussu aduersatur, ita hoc, ego, non Dominus: non ab eo dicitur, qui præter Dei sententiam, suum ipse ac proprium aliquid afferat, sed ab eo, qui tantum hoc ostendat. Per se nobis id nunc præceptum traditum esse. Etenim de vidua, cum loquitur ipse Beator, inquit, est si sic permanserit, secundum meum consilium. Deinde ne cum illud audieris, secundum meum consilium, id ab homine excogitatum arbitris, suspensionem consequenti oratione sustulit in hunc modum: Puto autem quòd & ego spiritum Dei habeam. Quemadmodum igitur cum ea, quæ Spiritus Sancti essent, loquebatur, suum dixit esse consilium; neq; eam propterea nos hominis sententiam dicemus, sic neq; hic etiam cum dicit Ego dico, non Dominus, ob id Pauli sermonem existimabis. Christum enim in se loquentem habebat. Neq; verò vnquam fuisset ausus de tanto hoc decreto ferre sententiam, nisi inde legem nobis tulisset. Sic enim cum Paulo quispiam ageret. Ego fidelis homo cum infideli, cum impura purus, consuetudinem habere non possumus. Tu paulo ante dixeras. Dicere te ista, non Dominum. Vnde igitur id mihi tutum certumvè fuerit? At diceret ne verearis idem dixi, quòd Christum in me loquentem habeo, & quòd puto Spiritum Dei habere, ne eum sermonem, vlla ex parte humanum esse suspicere. Nisi enim ita esset nunquam cogitatis meis tantum auctoritatis tribuissem, cogitationes enim mortaliù timidæ & incertæ prouidetiæ nostræ. Præterea quanta sit legis vis vbiq; terrarum ostendit Ecclesia, legem ipsam diligenter seruans, alioqui non seruatura, nisi periuasum haberet, ex Christi iussu illum omnino esse sermonem. Hactenus Chrysoströmus. Eadem in eundem locum Theodoritus Ciriensis sentire videtur, exponens enim illa verba, non Dominus sed ego. Non, inquit, inuenio hanc legem in Euangelio Christi, sed eam nunc statuo, neq; me hoc docuit Dñs & ipse sed & ipse, i. non didici hoc ex scriptura aut prædicatione, sed sine scripto & voce, spiritu docente. Et subinde. Quòd verò leges Pauli, leges Christi sint, norit qui literis sanctis eruditi sunt, ipsius enim est illud, An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Et illud. Dico ego per gratiam Dei, quæ data est mihi. Et rursus. Si quis Propheeta est, aut spiritualis, agnoscat quæ scribo, quoniam Domini mandata sunt. Item illud. Existimo autem quòd & ego spiritum Dei habeam. Hæc Theodoritus. Quòd si Pauli præcepta, præcepta Dei sunt existimanda profectò & reliquorù quoq; Apostolorum idem erit iudicium, Petri præsertim, qui quantò dignitate cæteris omnibus præstabat, tantò quoq; Spiritus Sancti illustratione

excellere par erat. Erit igitur Diuinum statum vt nemo coniux ad sacros ordines vsu coniugii retento, vt Græci faciunt ascendere permittatur, atq; adeò erit indispensabile, quemadmodum, & reliquæ Diuinæ constitutiones.

Quartò demum pro eadem sententia, non leuis est ratio, quod Apostoli in Euangelica prædicatione administranda, præceptisq; vitæ Christianæ tradendis, Spiritu Sancto agebantur, immo per eos Spiritus Sanctus præcepta tradebat. Non, inquit, vos estis qui loquimini sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Et rursus. Ipse docebit vos omnem veritatem: & iterum, cum venerit Paracletus arguet, (per Apostolos scilicet,) mundum de peccato, de iudicio, & de iustitia &c. fuerunt profectò Apostoli nõ aliud quàm Christi vasa, quæ nomen eius coram mundo portarent. Fuerunt instrumenta quædam Euangelicæ doctrinæ, vasis autem & instrumentis actio non tribuitur sed principali agenti.

Math. 10.

Ioan. 16.

CONTRARIA SENTENTIA proponitur & rationibus confirmatur. Cap. 103.

CONTRA, alii his rationibus, cõstitutiones Apostolicas dispensabiles putant. Primò quidem quod Martinus Pontifex dispensasse legitur cum Digamo.

Deinde, quòd, vt Glossator, inquit, cum Episcopo Panormitano fuit dispensatum, cum esset bigamus.

34. d. ca. le. For. c. super eo. de digam. 82. d. c. presbyter.

Tertiò quòd in Concilio Gangrensi dispensatum est in statuto Apostolorum, qui statuerunt, presbyterum ob crimè fornicationis debere deponi. Quartò quoniam Apostoli ipsi in suis constitutionibus dispensare potuerunt, non igitur erant Diuina, sed humana. Cum ergo non minorem potestatem nunc habeat Pontifex, quàm tunc habuerint Apostoli, præsertim Petrus huius constitutionis conditor, cui iure succedit, poterit nunc quoq; idem Pontifex, in ea constitutione dispensare.

AUCTORIS DE HAC re sententia proponitur. Cap. 104.

ATQVE hæc sunt, quæ in vtramq; quæstionis partem ab huius temporis doctis uiris proferuntur. Verum mihi in hac parte à communiori Theologorum & iuris canonici consultorum sententia, recedendum non videtur. Qui de Apostolicis constitutionibus distinguendum putant. Quædam enim dixerunt & scripserunt Apostoli, tanquam præcones & promulgatores veritatis, & Di-

S. Th. 4. Sen. d. 27. q. 3. ad. 1. Durã. Paluda. 27. ibidem. Ioan. Med. Cod. de ieiunio Turrec. i. c. sunt qui dñ. 25. q. 1.

& Diuinæ voluntatis, qualia sunt, quæ ad fidem & sacramenta pertinent, alia sunt deinde, quæ tanquam Ecclesiarum præfecti, ad commodiorem & decentiorem Ecclesiæ gubernationem statuerunt. In prioribus non potest Pontifex dispensare, aut mutationem aliquam facere, quoniam quæ à Deo sunt constituta per homines mutari non possunt. In posterioribus, quemadmodum Apostoli dispensare potuerunt, ita Pontifex iuxta Ecclesiasticam necessitatis, aut commoditatis mensuram, dispensare poterit. Hæc eadem communis glossa decretorum, in Urbani Pontificis locum, quem antea produximus, docet, quam & Canonici iuris interpretes sequuntur, tum alibi, tum in c. cum ad Monasterium de statu Monachorum. Hanc bipartitam Apostolicarum constitutionum diuisionem, recentiores quidam ita explicant, vt quædam sint Apostolicæ traditiones siue constitutiones, quarum idem Apostoli dumtaxat erant promulgatores, vt quæ ad fidem & sacramenta pertinent, aliarum erant auctores, quasque ad Ecclesiasticam formam componendam & adornandam, ipsi, Spiritu Sancto suggerente, Christianis populis impertiebant, quas quemadmodum & illi, ita nunc Romani Pontifices generaliaq; concilia, earum inutilitate cognita aut mutare possit, aut elidere, aut pro causa rationabili, & idonea quempiam ab illis soluere. Quod in bigamia fecisse ex his quæ superius adduximus satis constat.

C O N F I R M A T V R S V I S
rationibus auctoris sententia.
Cap. 105.

c. super eo de bigamia ca. le. Flor. d. 34. c. 6. preb. d. 82. 1. Tim. 3. c. ad Tit. 1.

ATQV huius placiti rationes præter Apostolicæ sedis facta, quæ pro hac parte superius produximus, quæ planè cum quibusdam digamis, (quæ constitutio, si qua alia inter Apostolicas recensetur) vt ad ordines sacros promouerentur, dispensatum esse testantur: illæ quoque sunt magni momenti. Primò quidem, quod sedes Apostolica in Christiana vita administranda non minorem, quam Apostoli ipsi potestate retineat, vnde quæ illi pro temporis occasione rectissime sanxerunt, hæc rerum etiam conditione postulante, non modo dispensare, sed abrogare poterit.

Deinde, quòd cum pleriq; omnes Theologi, cum recentiores tum veteres, quadragesimale ieiunium ab Apostolis institutum doceant, tamè ab eo quæquæ Pontificem posse absoluere sit cõpertsimum. Idemq; de diei dominici religione aliisq; multis constitutionibus Apostolicis sentire licet. Immo verò ex quatuor & octoginta Apostolicis canonibus, quos Clemens Romanus Pontifex & eorundem Apostolorum discipulus in vno coegit vix sex aut octo Latina Ecclesia nunc obser-

uat. Idemq; uidemus reliquis Apostolicis constitutionibus, quas idem Clemens octo libris digessit, accidisse. Vix enim hodie post multorum annorum obliuionem à quibusdam reuocata, nõ tam ad institutionem, quam ad vetustatis monumenta cognoscenda, leguntur. Nimirum quòd non essent irreuocabiles ab his, qui post earum auctores Apostolos, Ecclesiæ præferunt, sed pro temporum ratione & conditione mutari possent. Itaque Apostoli non tantum Apostoli erant, qui Euangelica prædicatione infideles & prophanos populos ad fidem pertraherent, sed erant et eorū q. Euangelio iam crediderant, Episcopi & Præfecti. Ergo & si in illis ad quæ denuncianda & m. i. missi erant, vt potè, quæ ad fidem & sacramenta reliquamq; Diuinæ legis partem, ad opera Christiana necessaria pertinebant, dispensare non possent, in his tamen, quæ tanquam Episcopi ad decetiorum & commodiorum Ecclesiæ formam, excogitabant, quantumcūq; in illis constituendis Spiritu Sancto agerentur, dispensare cum singulari alicuius, aut vniuersalis totius Ecclesiæ ratio postulet, hi, qui eidem Ecclesiæ præficiuntur, & arbitrari poterunt. Ad quod ineluctabiliter cõprobandum, vel illud satis est, quòd quatuor illas Apostolicas constitutiones, quas non vnus aut alter, sed omnes in vniuersum Apostoli ac Discipuli Domini, simulq; cum illis Spiritus Sanctus, tanquam necessarias Christianis omnibus conuertis ex gentibus seruandas tradiderant, adeò penitus nunc illas & abolitas videamus, vt tres illarum obseruare iudaicum & supersticiosum iudicetur. Visum est, aiunt, Spiritui Sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine & suffocato & fornicatione. Quòd si à fornicatione nunc abstinemus, hoc non Apostolicæ constitutioni, sed iuri naturali acceptum referendum est. Sunt apud Durandum, Paludanum &c. & aliarum rationes quæ in hanc rem non leuiter faciunt. Verum id fortasse ex contrariarum rationum dilutione, magis aperietur.

E V E R T V N T V R A L T E
rius placiti rationes.
Cap. 106.

QVARVM prima quæ ex Zozimi, Marcelli, & Urbani Pontific. locis sumebatur, duplicem habet dilutionem. Priorè quidem, quòd illic Pontifices, non de quibusq; statutis Apostolicis, sed de his, quæ ad fidem; aut sacramenta necessariò pertinent, loquuntur. De his, inquam, quæ illi tanquam Dei instrumenta promulgarunt, non de illis, quæ tanquam populorum rectores instituerunt.

Deinde respondemus, illic Pontifices non de quacūq; potestate loqui, sed de ea quæ Ecclesiasticis

sacris canonibus colligata est. De ordinaria inquam potestate, non item de absoluta, quæ ad solam Euangelicam amissim exigenda est. Quo pacto, & superius multa diximus, posse Rom. Pont. quæ vel ex consuetudine Ecclesiastica, vel ex præcedentium Pontificum prohibitione, non possunt. Itaq; illis locis, haud aliud est, Pontificem in statutis Apostolicis non posse dispensare, quòd non posse iure dispensare, iure inquam non Diuino aut naturali, sed humano aut Ecclesiastico.

Est & illa satis idonea horum locorum interpretatio, non posse in statutis Apostolicis dispensare Pontificem, id est, non posse absq; rationabili & idonea causa, id enim quòd difficulter possumus, nos non posse, vulgari sermone dicere solemus. Nam quòd hi Pontificum loci has interpretationes patiantur, vel id satis ostendit, quòd in illis omnibus, non modo in Apostolicas constitutiones nihil posse Pontificem dicitur, sed in patrum etiam statuta, constat autem Romanus Pontifices non modo in sanctorum patrum statuta, sed in aliorum quoq; Pontificum constitutiones, immo & in Synodorum Generalium decreta auctoritatem obtinere, vt Paschalis Pannonitano Archiepiscopo scribit. Omnia, inquit, Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem facta sunt, & robur acceperunt, & in eorum statutis patenter Romani Pontificis excipiunt auctoritas.

Eandem, & secunda ratio, quæ à Lucii & Innocentii dicentium non licere cum digamo dispensare, locis sumebatur, habet interpretationem non licere aiunt, id est non absq; grauissimis rationibus & causis licere. Aut non facile licere, aut non licere illis qui consulebant, Episcopis scilicet, inferioribusq; Ecclesiæ magistratibus, non tamè inde efficitur, Romano Pontifici non licere, cum constet, vt superius diximus, eos cum quibusdam dispensasse.

Erant autem maxima cum ratione cõiunctum, vt Apostolicæ constitutiones, non quibusuis, sed his dumtaxat, qui in supremo Ecclesiæ culmine sunt constituti, quiq; Spiritus sancti magisterio præsent, dispensandæ, aut abrogandæ committerentur. Nam cum certo sciamus illas, Spiritu Sancto suggerente fuisse editas, non nisi grauissimis de causis, totiusq; Ecclesiæ commodo dispensandæ, committendæ aut abrogandæ erant. Ecclesiæ autem commoda, non ad Episcopos, sed eum, qui toti Ecclesiæ præest, Romanum Pontificem examinare pertinet.

Tertia ratio, quanquam nobis fortasse, nihil afferat detrimenti, vt potè quæ dumtaxat contentere videantur, & Apostolica præcepta, quæ in scripturæ canone reperiuntur, Diuina esse, hæc autem Petri constitutio, qua coniuges retento vlu matrimonii à sacris ordinibus arcentur, in nulla canonica scriptura legatur, sed tantum apud Clementem, quoniam tamen paradoxon,

quid & ad communiorem veterum & recentiorum Theologorum sensu alienum nobis intrudere molitur, ad vniuersum exigenda est.

Et principio docere omnia Apostolica præcepta, Diuina esse præcepta, immediatè ac propriè quo pacto hic loquimur, profectò non modo Apostolis ipsis aduersatur, sed Ecclesiasticæ viuendi ratione, quæ plura eorum penitus aboleuit, contrarium est. Enimuerò ego non satis intelligere valeo, quibus nam apertioribus verbis, Paulus significare potuisset, hoc aut illud præceptum, non Dominum, sed se auctorem habuisse, quam his quibus vtitur, *Ego & non ego. Dico* inquit, *Ego, non Dominus*. Nam hanc loquendi formam ad non scriptam Christi doctrinam velle retorquere, profectò frivolum est. Nam id in primis non obscure, sed apertè explicare ille solet. Ego, inquit in eadem Epistola, accepi à Domino, quòd & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur &c. Reuelationes quas à Christo accipiebat, p. Pseudoapostolorum, qui eius Apostolatui inuidebatur, & populum ab eo auertere conabantur, persecutionibus coactus, apertè ille omnibus proponebat. Vnde de vniuersa Euangelica prædicatione Galathis apud quos eorundem Pseudoapostolorum, opera nominis Apostolici iacturam fecerat, ita scribit. *Non vobis facio fratres Euangelium, quòd Euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem. Neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Immo verò in eo septimo capite. i. ad Corinthios, apertè Paulus consilia sua à Christi præceptis manifestè distinguit. Volo, inquit, vos omnes esse sicut me ipsum. Quam voluntatem non esse præceptum sed consilium, quæ sequuntur indicant. Hoc autem non secundum imperium, sed secundum indulgentiam dico. Et rursus. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à Domino vt sim fidelis &c. Et iterum, de vidua. Beatior erit si sit permanserit, secundum meum consilium, puto enim quòd & ego spiritum Dei habeam. Ad has profectò loquendi rationes Paulus cum dicit *dico ego non Dominus* &c. aludit. Quasi suum esse consilium non Domini præceptum insinuet. Sed quid coniecturis in re apertissima opus est? Profectò si quæ in Apostolicis literis inueniuntur præcepta omnia Diuina censenda sunt, Ecclesia latina præfertim, quæ magna ex parte multa eorum vlu aboleuit, grauissimè errare iudicanda est. Præcipit Paulus, vt coniuges orationis tempore, actionibus coniugalibus non vacent, quantus quæso huius præcepti nunc vlu? quòd si Diuinum est, peccant igitur mortaliter coniuges quoties orationis aut publicæ, aut priuatæ tempore miscentur. Præcipit iterum Paulus digamum ad sacerdotium non assummi, contra*

Roma-

s. significasti, de elefibus.

As. 15.

ca. super eo de bigamis. c. h. d. 34.

1. Cor. 11.

Galath. 1.

1. Cor. 7.

Romanos Pontifices in digamia nō semel dispensasse refertur, omnes Theologi consentiunt, eodem in omni genere digamiae posse dispensare. Quod si esset Diuinum praeceptum aut constitutio, quo pacto id fieri posset? Praecipit idē Apost. mulierem in Ecclesia non docere, eandem comā nutrire & operto contra viros aperto capite orare; Neophitum ad Episcopatum non assummi, vi ris imperat, ne comam nutriant. Praecipit viduā ante sexaginta annos non assumi. An hęc & similia quisquam adeo delirabit, vt Diuina praecepta sentiat? Aut si Diuina credit, nonne Ecclesiam vniuersam damnat, qui Diuina praecepta contemnat & negligat? Enimvero multas ab exordio foeminas in Ecclesia Euangelium docuisse satis constat. Multas Christianas item foeminas, immo religiosas omnes, comam non modo valetudinis gratia, sed quod ita sibi placeat, absque vllō crimine attondere, non est dubium. Christianos multos deinde, operto etiam capite orare, aut prophetare absque reprehensione quis dubitat? Neophitos non paucos fuisse ad Episcopatum, & augustissima sacerdotia prouectos, historiae docent Ecclesiasticæ. Certē Nestarius, Tarasius, Nicephorus, & Flavianus Constantinopolitani Patriarchæ, Ambrosius Mediolanensis Episcopus Talasius Cæsariensis, immo & ante hos Cyprianus Cartaginensis, aut infidelitate, aut ex vita laica & seculari, subito ad sacerdotia cum ingenti sequentium seculorum laude ascenderunt. Nam Neophytos non modo recens conuersos ad fidem, sed hos etiam qui ex laicorum ordine subito in ordinem sacerdotum migrant appellari, Nicolaus primus in Epistola ad Michaelem Imperatorem docet. Ibiq; Ignatii Constantinopolitani electionem hac ratione potissimum damnat, quod contra Apostolicos & Ecclesiasticos canones, è vita seculari ac prophana, ad sacerdotalem dignitatē Neophytus ascenderit. Ambrosius deinde de sua electione loquens. Postremo, inquit, cum cogerer, tamen ordinationem meam occidentales iudicio probarunt: orientales verò exēplo, & tamen Neophitus prohibetur ordinari, ne superbia extollatur: si dilatio ordinationi defuit, vis cogentis est. Si non deest humilitas competens sacerdotio: vbi causa non hæret, vitium non imputatur. Hucusque Ambrosius. Denique viduas multo ante sexaginta annos post Apostolica tempora ad ministerium assumptas, satis lib. Quarto cum de viduis Apostolicis ageremus ostendimus, immo earum viduarum vsum prorsus in latina Ecclesia abolitum: cum tamen eas Apostolus ordinari praecepisset, manifestè videmus. Quin non tantum Apostolum Paulum sed reliquos quoque Apostolos eas ordinari constituisse, libri Clementis de Apostolicis constitutionibus prodit.

Verum aiunt, horum praeceptorum sensum

lib. 10. Epi-
sto. 82.

esse mysticum, neque tam ad literam quam spiritum referendum. Sed si id in Diuinis praeceptis admittendum est, cito & reliqua Diuina praecepta, vniuersamq; perinde vitę Euangelicę rationem pessundabimus. Nō sunt Euangelica mandata, Pythagorica symbola, sub quibus multo aliud quam verba sonant intelligamus. Deinde si mystica essent, adhuc literalis & historicus sensus obseruatu necessarius esset. Certē Mosaica praecepta mystica & spiritualia erant, vt hoc, aut illud animal, hoc vel illo tempore immolare. Carnem præputii circumcidere &c. at si quis illum sensum quem litera significabat, opere ipso non præstaret, grauisimè delinqueret. Præterea si huiusmodi mandata spiritualia sunt, ita vt Paulus, aut Dominus per Paulum, dum digamiam a sacerdotio arcet, non aliud velit, ut isti volunt, quam quod sacerdotio aut sacro ministerio initiandus, talis ac tam faræ pudicitie sit, tantaque spes in eo futurę continentie resfulgeat, tātusq; fructus expectetur, vt merito haberi possit vnius vxoris vir, quamuis semel & iterum vxorem duxerit, aut semel viduam, aut non virginem, aut meretricem, aut violatam, si inquam nihil aliud sibi voluit per Paulum Dominus, frustra igitur non modo in Latina, sed in Græca quoq; Ecclesia, digami quacunq; harum rationū, quantumvis continentissimi ac pudicissimi a sacerdotio arcentur. Nam si digamus incontinentiæ suspicionem careat, quales multos quotidie deprehendimus, quis prohibebit, quominus ad Sacerdotium aliosque sacros ordines prouehatur, si non litera huius praecepti, sed spiritus sub præcepto cadat? Eadem ratione si eius præcepti, quo arcetur Neophyti sensus non est literalis sed mysticus, id est si illo hi duntaxat a sacerdotio remouentur, qui per superbiam in diaboli iudicium posse incidere creduntur, ergo quicumque modesti iudicantur, quantumcunque sint Neophyti, absque vlla dispensatione, ad sacros ordines promoueri poterunt. Idem de reliquis Apostolicis constitutionibus, sentire licet. Immo verò & de hac, qua infidelem coniugem consentientē habitare simul retinere præcipit Apost. idem dicere licet. Enimvero præter hoc quod Christianorum cum infidelibus coniugia prorsus aboluit Ecclesia, nemo enim Christianum peccare diceret, qui infidelem vxorem quantumcunque non recedentem relinqueret, sed alteram Christianam, qua cum viueret, duceret. Quod si Diuinum esset praeceptum, illud aliqua ratione violare criminofum esset.

Quare hanc doctrinam nō modo falsam, sed periculofam puto, vt potè ex qua in Ecclesiasticā viuendi formam, quam nūc habemus, latine præsertim Ecclesiæ, multæ atque grauisimę calumniæ deriuentur. Præter hoc qd veterum omnium interpretationi aduersatur. Per Moysen, inquit Origenes, multa locutus est Deus, aliquāteum & Moyses

hom. 16. in
numer.

Moyses propria auctoritate mandauit, quod Dominus in Euangelio euidentissima ratione fecerit, cum dicit, de repudio mulieris interrogatus quia ad duritiā cordis uestri, scripsit, vobis hęc Moyses, ab initio autem non fuit sic. Et subinde ostendit hic & Paulus in literis suis, cum dicit de quibusdam. Dominus dicit, non ego, & de alijs Hac autem dico, non Dominus. Et iterum in alijs. Præceptum Domini non habeo, consilium autem deum. Vnde similiter etiam in cæteris Prophetis, aliqua quidem Dominus locutus est, & non Prophetæ, alia uerò Prophetæ, & non Dominus. Hactenus Origenes. Non Ptolomei hæretici profectō, ut isti cōtra omnem reuerentiam dicunt sed uerò ac germano scripturarum spiritu afflatus. Nam ego, neque recentiori, neque ueteri illa Ecclesiastica memoria, Ptolomeum alium hæreticum lego, quam discipulum quendam Valētini, cuius pleromata Aeones &c. Irenæus Lugdunen. Episcopus & Epiphanius, cum elidant, neuter tamen eorum, in eo neque ullus aliorum Ecclesiasticorum scriptorum (quod ego legerim) illi hunc errorem impexit, ut legem Mosai cam, non Deo, sed Mosi tanquam auctori nuncupandam doceret. Nam si quasdam eius sanctiones Mosi tanquam auctori immediato nūcupare, hanc præsertim cuius origines meminit, ad Ptolomei hæresim pertinere credendum est. Vt isti uolunt, multi sanctorum Patrum cum Ptolomeo sentiunt. Hieronymus enim uerò, uir minime Ptolomeianus, in eorundem verborum cōmentario sic scribit. Nunquid potest Deus sibi esse contrarius, ut aliud ante iusserit, & sententiam suam nouo frangat imperio? Et paulò post. Simulq; considera, quod non dicit propter duritiā cordis uestri permisit vobis Deus, sed Moses, vt iuxta Apostolum consilium sit hominis, nō imperium Dei. Hactenus Hieronymus. Porro quod ea uerba, quæ Apostolus dicit, Præcipere se non Dominum fidelem coniugem, cum infideli cohabitare. Non Domini, ut isti uolunt, sed Pauli sit præceptum, consilium aut constitutio. Augustinus quoq; testatur. Hic primo videndum est inquit, quibus cæteris? Dicebat enim superius ex Domini persona, his qui sunt in coniugio, nunc uerò ex sua persona cæteris dicit. Et inferius. Si ergo non præcipit ex Domini persona; sed ex sua persona monet, ita est hoc bonum, ut si quis aliter fecerit, non sit præcepti transgressor sicut de virginibus paulò post dicit, præceptum Domini in se non habere, consilium autem dare. Et rursum ibidem monetur. Vir fidelis, si habet vxorē infidelem consentientē secū habitare, non eā dimittere. Licet ergo & dimittere, qui non est præceptū Domini, ne dimittat, sed consiliū Apostolice sicut monetur virgo non nubere, sed si nupserit, consilium quidem non tenebit, sed contra præceptum non faciet. Hactenus Augustinus

Mat. 19.

1. Cor. 7.

De sermone
domini mō.
cap. 27.

hom. 16. in
numer.

Secuti sunt hanc doctrinam, quam Ptolomei hæresim isti esse uolūt scholastici omnes, oēs Theologi Diuum Thomam; & Scotum imitati, & præter omnes hos, omnes vtriusque iuriconsulti.

Quare Chrysoctomi & Theodoriti interpretatiōni docentium Apostoli praecepta; Dei esse praecepta, consentire non possum, nisi fortasse quo sensu & Græci & Latini ferè omnes interpretes, Theophilaetus, Ambrosius, Anselmus, Bruno, Sedulius, Lombardus, ex Augustino, & Beda, immo & ipse Chrysoctomus, id accipere solent, mediātē scilicet, & quod ab Spiritu Sancti consilio & instinctu deriuentur. De quo inferius.

Ad hęc, quo pacto obsecro Apostolicę constitutiones sint Diuinę, cum illarum plures interesse plusquam ex diametro opponantur & sibi mutuo aduersentur? Diuina praecepta siue per se ea Christus tradiderit, siue per Apostolos, Christianos omnes obstringunt, contrariis autem praeceptis quenquam obligari, prorsus est impossibile, Non igitur, sunt, quæ Apostoli condiderunt praecepta Diuina, sed humana prorsus. Aduersari autem sibi Apostolicas constitutiones non paucas, uarię ab Apostolis in hęc usque tempora deriuata, Ecclesiarum, earum præsertim, quibus Apostoli præfuerunt, consuetudines ostendunt. Haud enim aliunde consuetudines illæ deriuantur, quā ab Apostolicis statutis, quę cum essent pro Regionum ac gentium quibus Euangelium impertiebant, uarię, uarios quoque mores pepererunt. Hinc nos ex Petri & Pauli (haud dubium) constitutione in azimo conficimus, Græci contra, ut illi docent Ioannem sequentes, in fermentato consecrant. Nam has consuetudines tanta religione semper obseruatas, in alios quam Apostolos uelle referre, insanum prorsus est, formam baptismi, cum præscriptis uerbis Christus non tradiderit, Apostolis, retento necessario sensu, componendam reliquit. Hinc Græci baptizantur, aiunt, seruis Christi &c. Nos contra, ex Petri mandato. Ego te baptizo &c. Ipsæ consecrati sanguinis formæ nobis ac orientalibus diuersæ sunt. Græci enim ita. Hinc est sanguis meus. Latini contra. Hic est enim calix sanguinis mei &c. Quarum neutra cum ea quam Paulus præscribit integris uerbis conuenit. Hic calix, inquit, nouum testamentum est in meo sanguine. Sed ne singulas ab Apostolis acceptas constitutiones referamus, hęc de qua nunc disceptamus, quæ coniuges, retento usu matrimonii sacerdotio, sacro uè ministerio in augurari non permittit, quā Clemens Romanus Pontifex a Petro conditam testatur, contraria prorsus illi est, quam de eadem re canone sexto Apostoli condiderunt. Episcopus, aiunt, aut Presbyter, aut Diaconus, uxorem suam prætextu religionis nō dimittat, & si dimiserit se gregetur. Qua constitutione, separationē quod ad thorū prohiberi, superius lib. 2. demonstrauimus.

Theo. quosl.
4. ar. 13. &
in 4. d. 27.
9. 3.
Scot. in 4. d.
17. 1. ar. 1.
Ant. Flov. in
sum. Theol.
3. tit. 28. c.
3. Canonist.
post gloss. in
cap. super eo
de Bigam. et
hęc opinio
apud eos cō
munis est, ut
scribit Ioā.
Montignus
de biga. c. 7.

1. Cor. 11.

Quod si non quascunque Apostolicas constitutiones, sed eas duntaxat, quae literis Apostolicis canonicis clauduntur, Diuinas uocent, cur ergo ille quibus cautum est sibi a sanguine & suffocato gētes cauere, quae in actis Apostolicis continentur, usu Ecclesiastico exciderunt. An non haec maxime Diuinae uocandae essent, ab omnibus Apostolis, immo & Spiritu Sancto sint condite? *Visum est, aiunt, Spiritui Sancto & nobis.*

Act. 15.

Diuinas ergo Apostolicas constitutiones aut praecipua, cum ueteribus & recentioribus Theologis appellamus, non immediate, quemadmodum & alia praecipua ad uitam Christianam necessaria, quae Christus tradidit, sed mediate, quod Spiritus Sancti certissima uasa essent, qui est Spiritus *Sapientiae & intellectus*, Spiritus consilii & scientiae, a qua sapientia, intellectu, & consilio leges omnes deriuantur. Apostolicae praesertim. Nam diuisiones ministrarionum operationum &c. ab hoc Spiritu tanquam auctore, mediate tamen deriuari Paulus, & ad Roman. & ad Corinth. scribit. Et denique eiusdem Spiritus opus est, quod quosdam Deus in Ecclesia posuerit. Primum quidem Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde uirtutes, exinde gratias curationum, opulationes, *Gubernationes* &c. Nam quod haec in Deum tanquam in auctorem refundantur, idem Paulus ad Ephesios ostendit. Vnicuique inquit, nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi propter quod dicit, Ascendens in altum captiuam duxit, captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est nisi quia descendit primum in inferiores partes terrae? Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem *Pastores* & Doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi &c. Ad Pastores profectio Euangelicis, leges ferre pertinet, quibus oues, aut melius intra caulas dominicos contineantur, aut a pascuis uetitis arceantur. Denique per sapientiam a Spiritu Sancto profecta, Reges regnare & Principes imperare, & potentes iusta decernere dicuntur.

Rom. 12. 1. Cor. 12.

Eph. 4.

Atque hinc iam quid quartae, ac postremae rationi respondendum sit, elucere arbitror fatemur, Spiritum Sanctum per Apostolos loqui, illum eos omnem ueritatem docuisse &c. uerum hinc haud aliud colligi potest, quam id, quod nos libentissimè donabimus, Deum constitutionum, aut praecipuorum Apostolicorum esse auctorem mediatum, eod scilicet, quod uiros Apostolicos sapientia ac prudentia adornatum tabernaculi, id est, Ecclesiae suae, in Ecclesiasticis constitutionibus condendis implet. Quo pacto olim Beseleel Dominus Spiritu sapientiae & intelligentiae impleuit, ad excogitandum quidquid ex auro argento & aere posset fabre fieri, ad illius Mosaici seculi typicum ta-

bernaculum adornandum. Vnde aperte patet multa in eo statu, mediate praecipua a Deo produsse, quod tamen illi Theologi, quorum sententiam superius confutauimus, in Prolaemeum haereticum referebant. Itaque quemadmodum olim tabernaculi, uniuersus ornatus, a Deo factus fuisse dicebatur, cum illum magna ex parte Beseleel Spiritu Dei afflatus excogitasset, ita nunc Euangelico seculo omnis Ecclesiae ornatus, qui sit per decetes ac oportunas Ecclesiasticas leges, a Deo aut a Spiritu Sancto conditus dicitur, quod uiros Apostolicos, ad uerum tabernaculum adornandum, Christus suo Spiritu imbuerit, in quo sensu sancti patres eandem Apostolicas constitutiones, & praecipua Diuina uocare solent. Atque hinc iam, quo pacto sit accipiendum, quod Christus Apostolis inquit, Non enim uos estis qui loquimini &c. & Spiritus Sanctus docebit uos omnem ueritatem &c. An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christus &c. demum puto quod & ego Spiritum Dei habeam &c. satis apertum est. Loquitur enim Christus in hunc sensum, quod Spiritus Sanctus uiros Apostolicos abunde imbueret, quo & praedicationem ministrare, & Christianis moribus promouendis uacare possent, non item quod illi in his omnibus, mera essent instrumenta, ac organa. Quemadmodum, in his quae uere Diuina erant, praecipua tradendis. Hinc iam eorum ignorantia satis aperta est, qui, quod sacra Concilia aut Romani Pontifices, spiritus haberent promissionem, eorum statuta Diuina, atque adeo indispensabilia, sibi persuaserunt, quorum rationes & argumenta ex his quae diximus satis diluuntur.

Ambrosius cash.

CVR QVAEDAM APOSTOLICARUM Constitutionum exciperint quaedam contra superint. Cap. 107.

VERVM hic illud dignum consideratione uidetur, cur Apostolicae constitutiones quaedam per contrarias Ecclesiae consuetudines penitus exciderint, aliis adhuc permanentibus. Vi duarum sexagenariarum electio, come nutritio, uirorum attonatio, prophetare aut orare apertocapite, baptizare in Christi nomine. Et similia quaedam iam dudum sunt abolita, contra digamum non ordinari, in uiridi obseruatione ad huc manet, neque unquam nisi magnis de causis a Romanis Pontificibus uiolatum est.

Huic quaestioni, ex ipsa rerum, quae constituebantur, natura satisfaciendum mihi esse uidetur. Enim uero multa Apostoli non temporaria ratione, & pro eorum temporum occasione, sed perpetuo Christianis hominibus obseruanda tradiderunt, multa contra eorum duntaxat temporariis illis; primis Ecclesiae seculis profutura, sanxerunt. Illa adhuc permanent, permanebuntque in Ecclesiae usque fine. haec, quod pro eius tantum temporis necessitate constituta

constituta forent, cessante necessitate cessare quoque debuerunt. Quod pro necessitate temporis statutum est, inquit Innocentius primus, cessante necessitate debet cessare. Erat institutus baptismus in Christi nomine, quod ad eundem Christum magis fideles allicerentur, & quod schismata uitarentur, dum alius Petrum, alius Paulum &c. baptizatores allegabat, allecto iam ad Christum Christiano populo, baptismus formam prius a Christo constitutam recepit. Seruabatur eo seculo sabbaptismus, abstinēbant Christiani a sanguine & suffocato, ac reliquas Mosaicae legis caeremonias, una accepta circuncisione, obseruabant, quod Iudaeorum scandalum uitare, & eosdem a fide non deterrere molirentur, nunc haec omnia quod Iudaici populi nulla ratio habeatur, exoleuerunt.

1. q. 1. capi. quod pro ne cessitate.

Illa uero Apostolica mandata, quae perpetuas habebant rationes, nunc quoque permanent a Christianis; seruantur. Quod nimirum eorum causa aeterna aut perpetua sit, non ab eo duntaxat tempore pendens. Ad hoc genus illa omnia referuntur, quae ad mores pertinent, ut militantem Deo non implicare se negociis secularibus, Neophytum ad sacerdotia non assummi, digamum, qui semper incontinens praesumitur, non ordinari, & si quae sunt huiusmodi alia, quorum rationes nunc quoque militant. In his certe nisi grauissimis rationibus adducti dispensare non debent Pontifices, cum sciant huiusmodi Apostolicas constitutiones a certa Spiritu Sancti suggestionē deriuatas. Quae certitudo in aliorum, qui Apostolos sunt secuti, patrum statutis quantumcunq; essent sanctissimi haberi non potest.

SOLUITVR QVAESTIO SVPR. cap. 98. proposita an Pontifex in Petri constitutione de ordinandis duntaxat celibibus aut continentibus dispensare possit. Cap. 108.

ATQVE haec de Pontificum in Apostoli statuta & praecipua, potestate, dixisse satis sit. Ex quibus, quod in quaestionem misimus, scilicet Pontifex Petri constitutione, de non ordinandis nisi celibibus aut omnino continentibus, satis apertum esse uidetur. Nam si Apostolicae constitutiones non modo, quae extra scripturas canonicas uagantur, sed quae intra easdem continentur, sunt dispensabiles haec quoque Petri constitutio a Romano Pontifice, si aliquando expedire uisum fuerit dispensari & solui poterit, ita ut coniuges, retento uisui coniugali ad sacros ordines Graecorum more puehantur. Est enim haec constitutio, non Euangelica, sed Apostolica, i. non ex illis, quas Apostolus Petrus tanquam Christi organum & instrumentum promulgauit, sed ex his, quae ad elegantiore Ecclesiae ornatum iuxta Spiritus Sancti instinctum ordinauit.

PROPONITVR QVAESTIO AN in ea petri constitutione dispensare debeat, & quae fuerit id disceptandi occasio. Cap. 109.

VENIO iam tandem ad postremam totius huius tractationis considerationem, in qua illud expendendum est, an semel iam constituto, quod Romanus Pontifex, uniuersaliaque concilia huiusmodi Petri Apostoli de sacrorum hominum continentia, constitutionem, aut dispensare, aut pro causis grauissimis, omnino elidere possint: expediat nunc ad Germanorum aliarumque gentium petitione, Graecae illa consuetudinem in Latinam Ecclesiam introducere, id est coniuges retento usu matrimonii ordinare. Hoc. n. in Tridentina Synodo sub Pio III. proximis annis celebrata, non modo ab haereticis, sed a multis catholicis Principibus, qui coelibum sacerdotum ignorantiam obreptabant, coniugesque catholicos, ac doctos, qui alioqui suis matrimoniis renunciare nolebant, ordinari cupiebant, obnixè postulatum scimus. In qua parte prius eorum quae a sacro clero continentiam extrudere moliantur, rationes audiamus & examinemus, deinde eas quae Romanos Pontifices aut Concilia ab huiusmodi Ecclesiasticae legis abrogatione aut relaxatione reuocare possent, in medium proponemus.

RATIONES QUIBUS NONNVL. li usum coniugii in latinum Sacerdotium reuocandum contendunt, explicantur. Cap. 110.

ERGO, qui coniugium ad sacrorum ordinum ministeria uocari cupiunt, partim generalibus rationibus, partim peculiaribus quibusdam aguntur, Generales rationes uocant, quae non a causis peculiaribus, sed ab ipsa Euangelicae uita natura deriuantur, peculiare uero, quae aut a uita Sacerdotalis abusu, aut a temporis occasione sumuntur. Generales sunt illae, quas libro quarto ab haereticis obiectas reuulsimus, ut quod coelibatus tandiu duntaxat sit colendus, quandiu carnis stimulis quis non superatur, quod sit impossibilis absque Diuino munere continentia, & similes aliae, quas illic prolixa in haereticos disputatione collisimus. Quapropter de his mihi nihil in praesentiarum agendum. Ad alias ergo quae peculiare, ac propriae sunt Sacerdotibus ac clero, progrediamur: priusque illas, quae ab abusu uitae Sacerdotalis oriuntur, deinde eas, quae ab huius temporis incommodis deriuantur, exigamus.

Quaeritur Erasmus Rotherodamus, quod magna pars Sacerdotum, aliorumque coelibum ministrorum scelerose uiuat, dum aut domi alunt concubinas palamque scortantur, aut secretis libidinibus se se polluentes parum quieta conscientia tractant illa sacrosancta mysteria.

in Epist. ad Episc. Basiliens. & in respons. ad Pii carpen.

Qua propter perit, inquit, magna ex parte fructus illorum, propter vitam dedecorofam. Quibus, si cum à uitæ continentia labi incipiunt, matrimonia concederentur, & ipsi uiuerent quietius & populo maiori cum auctoritate uerbum Dei proponerent. Cupit ille hanc continentia legem relaxari, quemadmodum & alias multas Ecclesiasticas constitutiones, quæ post Apostolica tempora commutate sunt. In usu erant olim uigilia nocturnæ, quibus Christiani in Martyrum templis excubarent, nunc eas in ieiunia commutatas uideamus. Ieiunia præterea olim in uesperam usque protendebatur, nunc ad meridiem dumtaxat extenduntur. Potest simili ratione lex continentia Sacerdotalis, in honestum Sacerdotum matrimonium conuerti. Ita Erasmus cui & nostræ memoriæ heretici omnes adhærescunt. Ante hos Abbas Panormitanus iuris canonici doctissimus interpretes, in ea quoque fuit sententia, ut Sacerdotes, qui se à carnis operibus continere non possent, liberè uxores accipere permitterentur uerba eius sunt. Credo pro bono & salute animarum quod esset salubre statutum ut uolentes continere & magis mereri, relinquerentur uoluntati eorum, non uolentes autem continere, possent contrahere, quia experientia docente, contrarius profusus effectus sequitur, ex lege continentia. Cum hodie non uiuant spiritualiter nec sint mundi, sed maculantur illicito concubitu, cum eorum grauissimo peccato ubi cum propria uxore esset castitas. Ut cap. Nicena Synodus. Vnde deberet Ecclesia, ut bonus medicus ut si medicina experientia docente, potius officit quam proficit, eam tollat. Et utinam idem esset in omnibus constitutionibus posituis, ut saltem obligarent quod ad poenam, & non quod ad culpam. Nam ita creuerunt statuta positua, ut uix reperiantur aliqui, qui non corruperint uiam suam. Hactenus Panormitanus. Quibus planè uerbis in sacris ministris plus castitatem coniugium quam cœlibatum commendare uidentur.

Obiiciunt & alii Ecclesiasticorum hominum scandalum, quod Christianis populis ex concubitu mulierumque retentione, nascitur quod ex hac continentia lege deriuari non ambigunt. Nam si Sacerdotibus, sacrisque ministris nuptiarum fœdera concederentur, cum uxoribus legitimis conjugalem castitatem seruarent. Similia quaedam, hæretici nostri temporis in legem de sacra continentia seruanda, excogitarunt, quibus eam obnixè exterrimari, in coniugiumque transmutari contendunt.

EVERTVNTVR PRAECEDENTES rationes cœlibatum cuertere molientes. Cap. 111.

QVAE tamen uel in Chatholicis, uel in hereticis auctoribus, à quo spiritu proficiantur non est difficile cognoscere, ab eo scilicet, qui omnis puritatis est hostis. Verum id nunc omittamus, horumque rationum uigorem expendamus.

Et quidè, quod primo loco profertur ab Erasmo, plenum est calumnia præter hoc, quod pessimè ex eo legem cœlibatus esse tollendam colligitur? Enim uero, si nonnulli sunt, Dei timore, sacerdotalique dignitate posthabita, domi, ut Erasmus ait, concubinas alant, non desunt, qui eas in medio quoque coniugio nutriant, & inuitis uxoribus in earum delicias substantiam omnem conferant. Sed fortasse, si dem conjugalem violare, Erasmus & nostris hereticis non est scandalosam, sunt semper hi mihi ridiculi, qui lasciuos homines ad coniugium tanquam ad tutissimum portum confugere uolunt, quasi non sint in media uita coniugali, qui desertis uxoribus scortentur. Profecto quemadmodum, qui habitum castitatis per uirtutem & Dei timorem acquisiuit, absque scemina potest uiuere, ita qui se se in carnis uoluptates præcipitem dedit, neque centum fatis habet. Deinde, hæc Erasmi & Panormitani ratio (id quod est hæreticis nostræ præsertim memoriæ familiare) non modo legem continentia, sed ipsum matrimonium, immo Dei præcepta, ne homines in illa delinquerent abolenda concludunt. In honesto profecto matrimonio, alienis quidam irretiuntur amoribus, donemus igitur poligamia, uxoribusque pluralitate indulgeamus, ne unius uxoribus plerumque morosa fastidio, uiri aut ad alienas nuptias aut ad non suas sceminas diuertant. Quod si hæc Diuina, ac necessaria esse clament, saltem tollamus è medio uniuersas humanas siue ciuiles, siue canonicas constitutiones, ne hoies (quod sapissimi me faciunt) in illis delinquant. Itaque leuissima est hæc colligendi ratio, quæ ex sanctarum constitutionum violatione earum abrogatio contenditur. Præstaret Erasmus uirum alioqui doctum, & suo tempore magnæ auctoritatis. Episcopo Basiliensi consulere, ut sacrum suum clerum in castitate, & in Ecclesiastica disciplina cõtineret, quam ex unius aut alterius, aut denique multorum praua ac licentiosa uita, leges Ecclesiasticas deicere. Nam si id quod nunquam futuram morum sacerdotium reformationem sperare possent, fecisset quis credat, neque tunc satis excusabitur, cum potens sit Deus de lapidibus his suscitare filios Abraham. Videmusque nunc post Synodum Tridantinam, sanctissimorum Pontificum studio, Pii V. præsertim, qui nunc Ecclesia præsidet, pudètia, veterè illam clericali sanctitate & integritate restituisse, in Hispania præsertim, ubi profecto à maxima cleri parte hodie castissime & honestissime uiuunt.

Quin

Quin uero neque illa sua tantopere ab Erasmo deplorata ætate, multos crediderim defuisse, qui non curauerint genua sua ante Baal, sed Erasmi ac similibus rebus Ecclesiasticis malè affectorum hominum est, omnia in peiorè partem detorquere.

Quod uero aiunt secundo loco, sacerdotes ac ministros uxoratos maiori cum auctoritate uerbum Dei prædicaturos quam cœlibes, auctiorem que fructum inde prouenturum, quam sit ridiculum, non est opus multis demonstrare. Cum de hac re superius libro tertio, dum causas, quæ Romanam Ecclesiam ad legem cœlibatus indicendam impulerunt, enarrarem, prolixè fatis locuti sumus. Omnia enim illic Ecclesiam tentasse diximus, quousque in cœlibatum, tanquam in unicum suffugium se recepit. Deinde libro primo, quam malè tribus sacerdotii Euangelici partibus quarum una est prædicatio, cum uita coniugali conueniat, prolixè disputauimus. Immo nostri heretici (quibus profecto in hac parte stupidior est Erasmus) cum totis uiribus continentiam à sacro clero, immo ab uniuersa Ecclesia extrudere moliantur, gratia tamen Euangelii propagandi, cœlibatum esse colendum docent. De qua re superioribus libris multa me scripsisse recolo.

Sed agè dum quanta obsecro foret Euangelicæ prædicationis auctoritas, in eo Sacerdote, qui pulchra uxore numerosaque sobole uallatus, ad castitatem quæ tamen pars est uitæ christianæ reliquos Christianos adhortaret? Quo pacto, is qui filius ac filiabus (quæ est hominum in liberos naturalis propensio) magnifica matrimonia ingentesque honores ac thesauros ambiret, ad Euangelicam paupertatem & modestiam pelliceret? Taceo reliqua, quæ uitæ coniugali potius quam cœlibi, quantumcunque delitiosæ solent adhærescere quæ rediculum prædicatorem reddunt, potiusquam uenerandum. Adde quod quemadmodum non omnes, qui sunt in clero sacro constituti sunt prædicatores, aut Euangelicæ prædicationis ministri, ita non omnes prædicatores concubinas alunt, aut delitiosè uiuunt. Sunt profecto inter hos multi eruditioni & uitæ sanctitate & innocentia insignes, qui non uerbo dumtaxat, sed uitæ quoque moribus officium prædicationis exercent. Verum in re perspicua, non est opus amplius uerba prodigere.

Quare ad tertiam, quæ ab scandolo ducebatur, rationem ueniamus. Ea profecto si quid ualeat rectè colligitur, id quod semper obtinere, fatagunt aduersarii, uniuersas leges Ecclesiasticas esse penitus exterminandas. Nam multi, in ieiunia delectumque Ciborum, festorum obseruantiam, & similes Christianæ disciplina constitutiones quotidie peccant, & scandalosè uiuunt. Tollamus igitur illas, ne ex earum occasione, Christianorum pusillorum saltem conscientia vulnerent.

At Ezachias, aiunt, Rex sanctissimus, magno pere commendatur, quod comminuerit serpen-

tem Aneum, & à Mose iussu Domini fabricatum quonia illius occasione populus in superstitione trahebatur. Ergo cum lex continentia ministris altaris imposita, magno sit scandalo Ecclesiastico ordini, ob varias turpitudines & fœdas clericorum incontinentias, satius esset eam legem rescindere, occasionem ruinae tollere.

Sed id tam leue est, quæ priora. Serpens Aeneus, neque ad religionem neque ad morum compositionem deseruiebat, sed in memoria duntaxat antiquitatis, & suscepti eo tempore beneficii seruabatur. Ergo cum ruina iudaico illi populo occasio esset, quid aliud facere oportebat, quam illum funditus comminueret? Lex contra, continentia in clericis componendos, rectèque mysteria sacrosancta tractanda ab Apostolis fuit excogitata, & ab Ecclesia obseruata, ergo cum ad id semper deseruire possit, si reformetur, & Ecclesiastica disciplina conseruetur, non abroganda, sed cõseruanda est.

Itaque uniuersa, quæ uel Erasmus uel hæretici nostri excogitarunt, non alio tendunt, quæ ut oes cõuiles tum canonicas leges eludamus & exturbemus. Omnes enim ut illi quoque fatebuntur adia phora sunt, & indifferentes, quæ scilicet absque christiane uitæ detrimento, quemadmodum constitui, ita quoque è medio auferri possunt. Nemo ad has Ecclesiasticas dignitates inuitus pertrahitur, omnes uirtronei & spontanei eas obnixè cognita cœlibatus & perpetuae continentia lege necdum obeunt, sed ambiunt, seruent igitur.

Porrò consiliū Panormitani eius hominis est, qui uix quod consulit expenderit. Omnia priusquam Siciliæ tempore, Ecclesia cœlibatum sacrum reformaret, remedia experta est, nihilque eo aut presentius aut salubrius inuenit. Sed neque medicina consulit, ob modicum uulnus, aut leuem morbum totum corpus excindere. Iuris canonici consulti, non est ob quorundam uitia, uniuersam Ecclesiasticam disciplinam possundare, sed eam fouere & elisis peccatis amplificare.

Verum iam aduersariorum rationibus, quibus relaxandū cœlibatū sacris hominibus contendunt perculcatis, ad eas ueniamus, quæ nobis Rom. Pontifices, sacrasque Synodos ab ea relaxatione reuocare posse, maxime uidentur quamque in hac parte hisce annis uiros grauissimos defudasse, editis libris certi sumus. Non nulla aut fortasse in hac parte ex his, quæ superius scripsimus repetemus, eorumque rationes non dedignabimur, quorum sententiam non probamus. Quonia in Ecclesiasticis constitutionibus uiolandis non nobis aded tribuimus ut nolimus Rom. Pontifices, aliorum rationem non habere.

PRIMA RATIO QVAE PONTIFICI-
cema relaxatione cœlibatus auocare
debet. Cap. 112.

PRIMA illa est, quæ rectè constitutis legibus omnibus cõmunis est. Nam rectè semel positas leges, aut ob quorundam abursum, aut

Yy 3 prz-

præposterum iudicium uelle reuocare, summa Reipublicæ perniciis est. Multa de hac re Plato prudentissimè dialogo de Regno; Docens, non alia ratione se habere in hac parte Reipublicæ administrationem quàm nauticæ, medicinæ, agriculturæ, militiæ &c. In quibus, sicutq; vetera præcepta innouare liceat, subito huiusmodi artes humanæ uitæ necessarias interere sit necesse. Dialogo deinde sexto de legibus, aliud nõ absq; totius populi consensu, immo absque Diuino oraculo, in legibus immutandum esse inquit. Septimo uerò dialogo humani corporis analogica, quod ex variatis rebus naturalibus, aut ciborum permutationibus, maximum accipere solet detrimentum quanta sit in legibus humanis semel receptis, constantia perseuerandum elegantissimè colligit. Mutationem Aio, inquit ille, omnibus in rebus præterquam malis esse periculosissimam, in temporibus omnibus in ventis in dieta corporum, in moribus animorum, in omnibus similiter præterquam in malis, ut modo dicebam. Corpora quidẽ cum primum cibis aliquibus potibus laboribusq; vtuntur, turbantur quodammodo. Deinde ex diuturno harum rerum vsu concrefcunt, pinguiaque redduntur. Atque huiusmodi victu uti iam cõluceto familiari & amico delectantur admodum & optime valent. At si ex probabili aliqua causa ad aliam cogantur transire dietam, in morbos initio conturbata incidunt, antequam non victui cõluescunt. Idem quoque in cogitationibus hominum animorumq; naturis fieri cogitandum. Omnes enim eas leges colunt, & innouare formidant, in quibus educati sunt, si illa diuina quadã fortuna longis temporibus stabilita fuerint, adeo vt nullus aut recordetur, aut audiuerit eas aliter se habuisse. Hactenus Plato. Prohibetq; subinde ludos iuuenum variari, quod leges exinde variari incipiant. Dialogo demum primo de legibus, eam legem esse optimam pronuntiat, quæ an leges rectè constitutæ sint, nec ne, quemquam ex iunioribus dubitare prohiberet in Republica. Vtrum, inquit, rectè nec ne Laconicam, & Cretensem Rempublicam, quis reprehendere possit, alia quæstio est, quæ uero à multis dicuntur forsitan ego magis quàm uerq; uestrum referre possim. Vobis quidem rectè nec ne constitutæ sint leges, vna certè lex optima, quæ iubet, ne quis iuuenum quærere audeat, rectè ne an contra se leges habeant, sed uno omnium ore vna voce, rectè tanquam à Diis positas, concedi præcipit, nec villo modo aliter, pati quicquam à inuenibus cogitari. Seneni autem, si quid excogitarit, principibus & æqualibus, nemine iuuenum audiente, referre. Ita eo loco Plato. Multa de hac re. Aristoteles cũ in Ethicis, tum in libris de Republica disseruit. Multa Cicero diuersis suorū operū libris tradidit. Quæ quod res sit compertissima, huc afferre non est necessarium. Quorum præceptis edoctus Vlpianus Iurifconsultus, in rebus, inquit, no-

5. Ethic. cap. 30. & Politic. lib. 6.

uis constituendis, euidentis esse utilitas debet, ut recedatur ab eo iure, quod iam diu equum uisum est. Ergo cũ nulla euidentis utilitas, immo manifesta Euangelici sacerdotii peruersio, ex huius legis antiquæ abrogatione sequatur, non est abroganda, sed Ecclesiastica disciplina fouenda & reformanda.

SECUNDA RATIO PRO tucendo celibatu. Cap. 113.

ACCEDIT huic rationi, quod lex de sacro celibatu seruando, non tantum antiquitate & populi Christiani acceptatione illustris est, sed est maximè (quod superioribus libris demonstraui) cum Euangelicæ uitæ, ratione, sacerdotiique natura coniuncta, id quod omnia illa, quæ libro primo de matrimonio & sacerdotii repugnantia & illa, quæ libro tertio, de his causis, quæ Ecclesiã in eundẽ celibatũ permouerint, scripsimus, abunde probant. In has uerò res, quæ & si non sint Diuinitus constitutæ à uitæ tamen Christianæ natura, deriuari uidentur; quamquam quod Ecclesiastico arbitrio inleuerint, Pontifices obtineant auctoritatem, nõ tamen absq; ingentis utilitatis compensatione, eas aut innouare, aut reuocare debent. De his, n. illud, quod de se aliisq; Paulus Apostolis atque adeo de Romanis Pontificibus scribit, accipiendum esse arbitror; non accepimus potestatem in destructionem, sed in ædificationem. Potest quidem Pontifex, aut leges quarum causæ rationesq; non amplius extant, aut quarum extant quidem, sed humanæ fortasse, absq; magno scelere reuocare & elidere: at eas, quæ Euangelicæ legis natura, vsuq; Apostolico deriuantur, abrogare, nisi summis grauissimisq; rationibus, nõ potest. Nam quis obsecro, eundem Romanum Pontificem quadragesimale ieiunium, diei dominicæ obseruationem, & similia multa ab Apostolis, aut veteri illa Ecclesia constituta, absq; grauissimis causis, & quæ uix possent, occurrere, è medio tollere cogitet? De his certè ac similibus Ecclesiasticis, sed Euangelio proximis constitutionibus ea sunt accipienda, quibus non modo in Apostolorum statutis, sed in patrum quoq; qui post Apostolos Ecclesiã præferunt præceptis, uel ipsis Pontificibus testibus deesse dispensandi facultatem pronuntiat. Non posse dispensare, illic, haud aliud denotat, quam summam in huius generis legibus, quæ maximè cum Euangelio cõueniunt, dispensandi difficultatem. Cur enim eas leges non difficillimè, ac maxima cum rerum expensione soluendas, aut abrogandas non credamus quas &c. Sanctos Apostolos à spiritu Sancto tradita non dubitamus?

D. de
in rebus.

25 q. 1. cap.
sunt quidam
c. contra iu
zulu.

TERTIA

TERTIA RATIO, QVAE AB HIS
ad tuendum celibatum afferri solet, qui illum de iure diuino, siue ante siue post susceptos ordines sacerdotibus necessarium docent, quam etiam hic inferendã auctor censuit,
Cap. 114.

TERTIO cũ sit certissimum Romanum Pontificem quantumcunq; totius Ecclesiasticæ reipublicæ Principem, non posse tamen contra ius Diuinum aliquid cuiuscunq; commoditatis intuitu, aut dispensare, aut indulgere, prius Concilii generalis diffinitione extra controuersiam mitti oporteret, an vsus matrimonii, etiam ante sacerdotium contracti more Græcorum, rectè & ex Euangelico instituto cum Christiano sacerdotio cohæreat. Nam præter grauissimos viros, qui nostram præcedentiq; memoria id negarunt, editis per Italiam, Galliam Germaniã & Hispaniam eruditissimis libris, haud ita contemnendis rationibus moti, ut illarum nulla sit habenda ratio, quanquam nos tota hac tractatione contrarium probauerimus, certè neq; inter veteres Ecclesiæ patres, omnibus consuetudo illa Græcorum satis sincero cum Euangelio conuenire, uisa est. Vnde Beatus Epiphanius contra Catharos, Re uera non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum eos, qui à nuptiis, mortua eorum vxore, secundis nuptiis coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotii honorem ac dignitatem. Et hæc certè sancta Dei Ecclesia cum sinceritate obseruat. Sed & adhuc uiuentem, & liberos gignentem vnus vxoris uirum non suscipit, sed eum, qui se ab vna continuit, aut in uiduitate vixit Diaconum, & Presbyterum & Hypodiaconum, maximè ubi synceri sunt canones Ecclesiastici. At dices mihi in aliquibus locis adhuc liberos gignere Presbyteros, Diaconos, & Hypodiaconos. At hoc non est iuxta canonẽ, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit, & propter multitudinem, cũ non inueniretur ministerium. Hic certè videmus, non cuiuscunq; sed Epiphanius hominis & eruditissimi & Græci Presbyteros, Diaconos, aut Hypodiaconos gignentes ab Ecclesia Dei non suscipi; per Ecclesiam autem Euangelicam doctrinam accipimus. Videmus etiam Græcorum consuetudinem, aut ex hominum peruersa mente, aut ex maioris malivitiandi, carèdi scilicet, ministerio sacerdotali, necessitatem deriuatam. Porrò quod contra Euangelicæ & Ecclesiasticæ doctrinæ institutum, sola necessitate non carendi ministerio fiebat, licet excusabile esset, non tamen propterea peccatum non erat. Eiusdem est, & illud in Epitome ueræ doctrinæ catholicæ. Sanctum sacerdotium ex uirginibus quidem, ut plurimum procedens, si uerò non ex uirginibus, aut ex solitariam

vitam agentibus, si uerò non suffecerint ad ministerium solitariũ, de his qui continent à propriis vxoribus, aut ab vnus nuptiis uiduitatem seruantibus. Chrysostomus etiam homil. 2. de patientia Iob, declarans illa uerba Pauli ad Titum. Constitue Episcopos, sicut & ego disposui tibi, si quis est sine crimine, unius vxoris uir &c. non ea ratione, inquit, quod id nunc in Ecclesia obseruatur (Loquitur autem de Græcorum Ecclesia) oportet enim omni prorsus castitate sacerdotem ornatũ esse. Eusebius Cæsariensis. li. 1. de præparatione Euangel. cap. 9. oportere enim dicit sermo Diuinus Episcopum vnus vxoris uirum. Verum tamẽ eos qui sacriati sunt, atque in Dei ministerio cultuq; occupati continere seipsos à commercio uxoris decet, atque id de Episcopis Presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus, de reliquis uerò sic subiungit. Qui autem non ad tantum assumpti sunt sacerdotii munus, iis idem sermo Diuinus indulget, ac propemodum palam omnibus prædicat, quod utique honorabile sit coniugium &c. Quin & Chrysostomus & Hieronymus, ille homil. 10, in 2. ad Timoth. Hic uerò lib. 1. aduersus Iouinianum, uerba illa Pauli. 2. ad Thimo. 3. oportet Episcopum esse vnus vxoris uirum, non de uiuente vxore sed de iam defuncta, aut à se separata accipienda esse, interpretantur, ut prorsus cum nullo Euangelici sacerdotii gradu vsu uxoris conuenire docerent. Nam licet ex Ecclesiastica institutione Episcopi post sextam synodum cõlibes electi fuerint. Tamen ex Euangelico instituto idem est de utroque iudicium; Vnde si loci illi Paulini, qui unam tantum nuptias Episcopo præscribunt, non de uiuentibus sed de mortuis uxoribus accipienda sunt, profectò idem omnino de Presbyteris est intelligendum. Accedit quod Euangelio magis elucet apud Græcos, ea consuetudo quæ retento ufu matrimonii, coniugati ad sacros ordines uocabantur prorsus fuit exclusa quod Nicephorus Calixtus testatur. lib. 12. Ecclesiasticæ historiæ cap. 34. quamquam hodie, quemadmodum & totius penè Christianismi puritas, ab ea gente euauit, ita quoque, eadem consuetudo reuocata sit, immo non tantum ea cõsuetudo apud eam Ecclesiam fide flaccescente recrudescere cepit, sed ut non contemnendi auctores testantur, inter quos Erasmus, & nonnulli alii, iam Græci contra omnem antiquitatem etiam post sacros ordines susceptos matrimonia, neque una tantum, sed plura ineunt. Nam quod Socrates Ecclesiasticæ historiæ scriptor memoriæ prodidit lib. 5. ca. 23. consuetudinem reiiciendi uxores à sacerdotio non legis necessitate sed sponte irrepisse, de legibus fortasse ciuilibus, quæ de hac re editæ sunt, à Romanis & Constantinopolitanis Imperatoribus intelligit. Exigeda itaq; prius essent ista, atque in examen totius uniuersalis Ecclesiæ propter tantorum uirorum auctoritatem reuocanda, ne fortasse (quod absit) sanctissimus dominus noster

noſter errandi periculo ſe ſe exponeret, aut aliquid non ea maturitate atque grauitate, quæ ſedem Petri decet, in hac parte ſtatueret. Et quantum nos magna ex parte, hos ſanctorum patrum locos libro ſecundo in eum ſenſum interpretati ſimus, ut uſum coniugiorum ante ſacros ordines factorum non damnent nolumus tamen nobis tantam fidem tribui ut ex noſtra ſententia, Chriſti Eccleſia errandi periculo exponatur.

QUARTA RATIO, QVAE A DISPENSANDO Pontifices a uocare debet.
Cap. 115.

QUARTO, ingens profectò ſanctiſſimo domino, Apoſtolice ſedis ac perinde totius Eccleſiæ Romanæ & Latinæ, quæ quemadmodum, caput eſt omnium Eccleſiarum, ita ſinceriſſimè, ſemper Euangelium coluit, habenda eſſet ratio. Nam quid aliud obſecro eſt, nunc uſum coniugii ſacris ordinibus, presbyteris præſertim indulgere, quam tot Romanorum Pontificum: ac conciliorum per eosdem, in diuerſis Latinæ Eccleſiæ partibus celebratorum, decreta damnare, aut ſi non damnare, ſuſpecta tamen reddere, & ob quorundam ineptum fortasſe deſiderium ſacroſanctam eorundem auctoritatem abrumperet? Quis neſciat Rom. Pont. ita uſum matrimonii à ſacerdotio excluſiſſe, ut eum cum ſincero Euangelico dogmate non cohærere perſuadere contenderent? Certè Siritius Pontifex in Epistoſta ad Concilium Tellenſe, non alio quam ex iure ipſo Diuino, uſum nuptiarum ſacerdotibus interdicere. Si laicis, inquit, quemadmodum ſcriptum eſt in Epistoſta ad Corinthios, abſtinentia ab uxoribus imperatur, ut poſſint orationi uacando, deprecantes exaudiri, quantum magis ſacerdos utique omni momento paratus eſſe debet, munditiæ puritate ſecurus; ne, aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Eandemque perſuadendi rationem à ſanctis ſcripturis petitam, in reliquis Romanis Pontificibus attēdere licet, aut uidere eſt in decretis Urbani primi ſub Alexandro Imperatore, & Lucii ſub Gallo & Voluſtano, Leonis primi, Nicolai, Pelagii, Gregorii &c. nec non & in Conciliis ſub eiſdem Ro. Pontificibus, auſpicioque ſedis Apoſtolice celebratis, Illiberitano can. 33. Arelatēſi. 2. can. 2. Romano ſub Sylueſtro can. 19 Carthaginē. 5. can. 3. Tolet. 1. c. 9. African. 0, cui Auguſtinus interfuit, can. 37. Agath. can. 9. Arauſicā. ca. 21. Turonenſi can. 1. & 2. Moguntinen. can. 16. Quæ omnia quanquam, ut 2. lib. demonſtrauiſimus, non ita ſint accipien. ut ſit iure Diuino aduerſum, uxoribus ante ſacros ordines acceptis uti, ingenti tamen calumniæ exponerentur ſi contra ea aliquid ſtatueretur. Itaque nunc, contra tot Pontificum, tot Synodorum, tot ſanctorum patrum præſertim Latinæ Eccleſiæ, ſententiam; uxores in ſacerdotium uelle uocare, non eſt aliud

quam eorum doctrinam: hæreticorum ſubſtantiationi exponere; præſertim cum illa iſta in hac parte agere uideantur, ut ex iure Diuino, Euangelico que inſtituto, rem putent elicere, id quod iam iidem hæretici ſolertiſſimè faciunt, nihil enim illorum libris frequentius, quam Siritium, Lucium, Urbanum, &c. fuiſſe hæreticos ac nepharios homines, uerosque Antichriſtos qui nuptias, quas Chriſtianis hominibus Chriſtus & Paulus ſine diſcrimine conceſſerunt, tyrannicis decretis abſtulerint, iuxta illud Apoſtoli Spiritus manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcendēt quidam à fide attendētes ſpiritibus erroris & doctrinis Demoniorum, in hypochriſi loquentium mendatium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam prohibentium nubere &c.

QUINTA RATIO PRO CONSERUANDO ſacerdotali cœlibatu.
Cap. 116.

QUINTO, id eſſet non leuiter cogitandum non modo hæreticas ſententias, & quæ in Euangelica dogmata uolenter graſſantur, Reipublicæ Chriſtiænæ perniciem afferre, ſed & ſchiſmata, ac animorum diſſidia, quæ non alio magis quam diuerſis moribus in adminiſtranda religione coaleſcunt, licet profectò animaduerte re veteres illas Eccleſias Alexandrinam, Anthiochenam, Conſtantinopolitanam, nō fidei ſed morū differentiam à noſtra Ro. Eccleſia ſuperasſe, tantoque plerumque animorum liuore, ut potius nobis cum hæreticis, quam cum illis conueniret, ne que hoc alia ratione, quam propter ſacramentorum quorundam diuerſum miniſterium; diuerſosque mores. Quod tandem diſſidium eaſdem Eccleſias omnino tandem peſſunderit, in uariasque hæreſes præcipites dedit, nihil igitur aliud eſt nūc mores uarios in Eccleſiaſticū corpus introducere quam illud in diuerſa diſſecare, neque una Eccleſia Romana, Conſtantinopolitana, aut Alexandrina, dicitur, niſi ab vnis eiſdemque moribus, mores enim non fides, eas Eccleſias diuidebant. Nunc igitur tam impoſſibile erit, eas gentes aut nationes, quibus diuerſi mores iſti in adminiſtrando ſacerdotio indulgerentur, in Romana Eccleſia continere, quam olim Conſtantinopolitanos, aut Alexandrinos, quibus maximum cum eadem Eccleſia, odium ſemper interceſſit, atque id citra ullam dubitationem euenturum eſt præſertim ſi cum ſacerdotum coniugio calicis quoque ſacri uſus concedatur.

SEXTA RATIO. Cap. 117.

SEXTO, hæc ratio, quam nunc attulimus, & ſi in uniuerſis Chriſtianis moribus uigorem habeat, maximè uerò in ſacerdotio, quæ admodum ad illud reliquæ omnes religionis partes ordinantur,

ordinantur, ita ad ipſam religionem permutandam, res eſt potentiffima. Vnde quemadmodum rectè arguit Apoſtolus Paulus, Tranſlato ſacerdotio, nec eſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat, ita nos eadem omnino inferendi ratione colligere poſſumus. Variatō miniſterio ſacerdotii, permutandā quoque; reliquarum partium religionis rationem. ſacerdotium profectò religionem uniuerſam ad miniſtrat, ergo eo permutato, tota religionis ratio neceſſariò permutanda eſt. Et ut ad particularia deſcendamus, enim uerò pœnitentiæ ſacramentum, introducto uſu coniugii in ſacerdotium, in Chriſtianis plebibus, in ſcœminis præſertim, periturum dubitare non licet. Nam quo pacto, ut ſacri illius ſilentii, quod plerumque uxoripate faciendum eſſet, uoluntatem frequentiffimam omittamus, non modo ſcœminæ, iuuenēs præſertim ac uirgines, ſed uiri quoque maritis ſacerdotibus peccata ſua exponerent? aut quo pacto is, qui quotidie uirum agit, aut ſcœminam, aut uirum continentem, & in uirginitatis aut caſtitalis propoſito non permanentem reprehendet, aut corrigeret? aut quo pacto ſacerdos maritus ac pater, uirginem ſimplicem pulchram ac diuitem, in ſacramentalis confeſſionis ſecreto filio ſuo nō ambiat, atque ſeducet? aut demum quo pacto, cum toroſo ac uiridi ſacerdote, quique potenter filios ab uxore ſuſcipit, maritus Zelotipus, immo uerò non Zelotipus, uxorem pulchram ac paulò laſciuioſiorem in ſecreto confeſſionis miniſterio, ſermones quantumuis ſacros committere permittet? Corruet ſtatim Eccleſiarum ac altarum exacta munditiis cum ſacerdos non tantum quæ ſunt Domini, ſed quæ ſunt uxoris ac filiorum curare cœperit, quod & hodie Græcis accidiſſe uideamus, quorum ſacerdotale miniſterium, nō tam Chriſtiānam munditiem, quam Gentilium ſpurchas, ac foetidās ſacrificiorum lanienas referre uidentur. contempta uerò miniſterii munditie, quis non uidet, contemnendum ſtatim uniuerſum miniſterium? ſed quæ nam ſacrorum eſſe cura ſacerdotulo uxore ac filiis onuſto poterit, præſertim ſi, ut neceſſe eſt fieri, egeſtate præmatur. Quantum uerò ſi uxorati ſacerdotii contemptus apud Cœnalē Burchardus monachus poſt multā inter Syros peregrinationem refert. Sed eius uerba hic tranſcribere fortasſe foret oneroſum.

Iam eleemoſynarum liberalitatem, quæ Euangelico ſacerdotio, ac ſacerdotalibus diuitiis neceſſariò annexa eſt, omnino ſi uxores ac filii ſacerdotibus donentur, uirtutem nullis rationibus perſuadere neceſſe eſt. Eſt illi profectò in ſacerdotali ſaſtu alenda uxor, ſunt elocandæ filiarum nobiles, ſunt filii tradendi matrimonio &c.

Tandem erit omnino miſſarum ratio uarianda, Nam Græci presbyteri qui uxores ſortiuntur tantum Dominicis ac ſabbatinis diebus miſſas celebrant, reliquis diebus amplexibus indulgent, ut omnes Græci auctores memoriæ prodiderunt,

uariata igitur ſacerdotum uita, atque inſtituto, bonam Chriſtiāniſmi rationem uariari oportet.

Sed illud in hac parte maximum omnium putandum eſt quod his uxoratis ſacerdotibus continuo cum cœlibibus ingens odium interceſſurum eſt, dum (quod eſt neceſſarium) cœlibes in maiori pretio à plebibus haberi uideant, unde cum ſacerdotes ſint, populorum patres, ſummamque apud plebes eaſdem auctoritatem obtineāt, quis nō uideat continuo non modo inter diueſas nationes, ſed in eadem ciuitate oritura grauiffima diſſidia ac ſchiſmata? uirtutemque continuo charitatem Chriſtiānam? immo quis non uidet, doctos ſi qui ſint, inter uxoratos ſacerdotes continuo (quod fieri ſolet) ſua ſorte non contentos, cœlibatum damnaturos, quod hodie non ſolum hæretici noſtri, ſed Græci quoque contendere uideamus? Itaque uariata uita atque ratione uiuendi ſacerdotum, non modo Chriſtianos reliquos mores permutari neceſſe eſt, ſed fraternam quoque charitatem diſcindi. Huius rei aptiſſimum exemplū extat apud Robertum Episcopum Arboricenſem; ex Roberto Abbate S. Michaelis. Nā cū in Neutria Gregorius ſeptimus legem cœlibatus ſeruari præcipit, nuptiarosque ſacerdotes, Eccleſiaſticis pœnis plecteret, plebemque abſtineret, ne eorum ſacrificiis interceſſet, in eorum confuſione grauiffimum inde ſcandalum ortum eſt.

SEPTIMA RATIO QVAE PONTIFICES a relaxando cœlibatu deterrere debet. Cap. 118.

SEPTIMO, qui uxores ſacerdotibus indulget, uideat neceſſe eſt, ſe excluſa Eccleſiaſtica doctrina & eruditione, craſſam quandam ignorantiam in Eccleſiam intrudere, quæ ſemper familie ſtudio comes ſuit indiuiduus. Nam & ſi quosdam aut medicina, aut iuris prudentia in medio matrimonio conſtitutos, floruiſſe uideamus, ob eammoda, quæ ex illis diſciplinis uenalibus proueniunt. At in ſacris diſciplinis, nullum ego, uel mediocriter conſultum, præter unum Tertullianum, qui tamen uſum uxoris iam dudum relegarat, in uniuerſa Eccleſiaſtica hiſtoria Græca, aut Latina deprehendo. Immo ego non alioſum, Alexandrinorū, & Conſtantinopolitanorum ſacerdotum ignorantiam, quomodo ſordent, detulerint, quam quod omnes in uniuerſum Presbyteri matrimonio utantur & uxoris & familie nutriendæ ſtudio diſtrahantur. Ergo propter eandem rationem, ob quæ quidam ſacerdotum coniugia poſtulant, quod nimirum ſint pauci ex cœlibibus, qui idoneos ſacramentorum & uerbi miniſtros propter ignorantiam agere queant, Eſt illis omnino negandum quod poſtulant, quod nimirum, hoc uſu coniugii penitus, non modo Eccleſiaſtica diſciplina, ſed doctrina quoque & eruditio peſſunderetur. Neque recta Reipublic. Chriſtiānam adminiſtrandi

Tom. 1. de tuendo ca. lib.

lib. de inuen do calibatu Tom. 1.

di ratio patitur. Vt propter paucos semichristianos, qui nunc, non plebis Christianæ charitate, sed Sacerdotii cum nuptiarum delitiis copulandi ambitione tenentur, perpetua ignorantia introducantur quæ si semel radices ægerit, amplius nisi ab hæresi, aut aperto schismate extirpari nequeat.

OCTAVA RATIO. Cap. 119.

PRAETEREA, antequam huiusmodi nouitas quæ apertam habet morum Ecclesiasticorum corruptionem, incertissimum autem fructum, introduceretur, tentanda profectò essent, uniuersa remedia, & an illis populis Euangelicum ministerium exhiberi posset, absque ueterum Ecclesiasticorum morum ruina. Sunt enim uerò nō modo in Italia, Gallia, & Hispania, sed in ipsa Germania, ingētes religiosorum, summa eruditione, optimisque moribus prædicatorum exercitus, quibus si Apostolicum præceptum accideret summa animi a lacritate, & magno suo merito, hos populos erudiendū laborem subirent. Neque aqua est excusatio, quam quidam nuptialis istius Sacerdotii patroni afferunt, eos carere Germanica lingua &c. Nam præter hoc quod (ut diximus) multi sunt in ipsa Germania præsertim inferiori, qui adhuc Dei beneficio, & Catholici Regis sollicitudine in fide integra permanent, qui omnes aut magna ex parte Germanicæ linguæ cognitionem habent, sunt etiam multi in Italia, Gallia, & Hispania, qui eadem lingua, non modo mediocriter fidem exponere plebibus, sed eleganter concionari possent. Quod si penitus forent eius linguæ ignorantes non ideo de eorum ingenti profectu desperandum esset, cum linguæ Latine beneficio per interpretes cum eisdem plebibus agere possent. Nam & hac ratione, post doni linguarū cessationem Apostolici uiri, ac eorum successores, cum tamen plerunque & Græcæ & Latine, & eius quæ apud gentes, quibus prædicabant usurpabatur, essent prorsus ignari, non modo populis prædicabant, sed Ecclesiam ipsam plantauerunt. Neque uerò à Romani Pontificis officio, atq; in priscos Romanæ Ecclesiæ, ueterumque Pontificum mores amore alienū indicaretur, si propriis, aut Germanorum Principum Catholicorum expensis (quæ profectò paruissimæ essent) collegium, aut seminarium Romæ fieret, in quo, aut Germani pueri Catholicorum filii, aut aliarum Catholicarum Prouinciarum, sanctissimis moribus, & Ecclesiastica eruditione, ac lingua Germanica formarentur, ac inde in diuersas Prouincias prædicationis, aut sacerdotii gratia, mitterentur. Nam & id, non sine ingenti fructu aliquando in sarracenorum prædicatione tentatum est, Quis dubitat sanctiorem, ac beatiorem futuram Ecclesiam Germanicam aliarumque Prouinciarū, quæ à fide declinarunt, si horum ministerio formarentur, quam si quorundam nescio quorum mari-

torum, Sacerdotio fruatur, qui tam paruæ Charitatis sunt in Christi Ecclesiam, ut eius ingentes calamitates, ac prope exitium, suæ libidini præferre non uelint? Cuius profectò contrarium ueteres sanctos: ac uerè Christianos, in quibus uel mica Christianæ charitatis erat, factitasse, satis multis exemplis Ecclesiasticæ historiæ memoriæ prodiderunt. Quod si id onerosum fortasse Romano Pontifici uidebitur, at illud leuissimum erit, religionibus nimirum id præcipere, in quibus cū hodie ingēs sit eruditio, nihil aliud futurū est necessarium, quā linguæ Germanicæ studium ingiungere.

Sed neque illa quorundam æqua est exculatio religiosos ac deuotos uiros egrè subituros hoc onus, propter uitæ pericula quæ ab hæreticis hominibus imminet. Primò enim hæc præsumptio leuissima est, & Spiritui Sancto contraria, quæ quotidie ingentes prædicatorum turbas, quemadmodum olim cælesti uirtute armatos, ex iis lapidibus suscitare poterit, Nam cū multi ex media plebe in cruciatarum prædicatione reperiantur, qui cum certo uitæ corporalis discrimine aduersus Turcas arma sumant, cur non ex doctissimis, ac religiosissimis uiris, multi quoque reperiantur, qui Dei ac Principum Catholicorum fauore protecti, id faciant, præsertim si Romani Pontificis præceptum & benedictio accedat? Deinde cur non hodie quoque idem fructus ex hac missione expectari poterit, qui olim ex eadem? scimus enim Gregorium Magnum non modo Augustinum monachum, sed alios quoque multos in Angliam, cum totius eius gentis salute mississe. Sciunt Germanum Althiodorem, & Lupum Trecentem sanctissimos Episcopos, ad extinguendā Pelagianam hæresim, in eandē Prouinciā bis missos, id tam dextre auctore Deo præstitisse, ut neque uestigium eius illic restiterit, atque hæc extinguedæ hæresis ratio potior multò mihi uidetur, quā Conciliorum celebratio. Concilia enim licet Catholicis multum prosint, hæreticos tamen non alliciunt, sed segregat & abscondunt, cū tamē prædicatione dulciter in dominicas tandem caulas eodem reuocet. Nec mirum, cū mundus, diabolus ac Principum potestas, Euangelica prædicatione corruerint, erecta religione Christiana. Quid ergo mirum, quòd quedam plebeculæ hæreticæ eadem prædicatione diruantur. Reuocandus igitur uidetur, Apostolicæ sedis mos & potestas, mittendi, propagandæ fidei uel purgandæ ab erroribus causa, ex omni Christiano orbe Euangelicos ministros. Nā hac ratione potissimū dicitur Apostolica, quòd semper per ministros Apostolatū exerceat. i. Euangelium doceat, & ab erroribus purget.

NONA AC POSTREMA RATIO

Cap. 120.

POSTREMO, eorum ratio elidenda est, quæ aiunt quidam, per hanc, quæ à Germanis quibus-

quibusdam Populis postulatur, conjugiorum sacerdotium indulgentiam, non uniuersam legem cælibatus, euertere, cum multæ gentes Romano Pontifici parentes, eidem legi obligatæ permaneant. Id profectò quanto habeat ponderis, non est difficile cognoscere. Enim uerò si Germanis conjugibus sacros ordines assumere, eisque uti permittitur, idem perinde, Polonibus, Gothis, Flandris, Anglis, Gallis, immo & quæ nunc sunt Catholicæ Prouinciæ Hispanis,

& Italis; Perinde, aut nunc, aut paulò post concedendum erit; unde totius Latine Ecclesiæ eiusque morum sequetur exitium. Verum causas, quæ Romanos Pontifices à cælibatus abrogatione detertere possunt, diligentius fortasse, uiri doctissimi, qui de hac re nostra patrumque memoria libros ediderunt, excogitarunt. Nobis de cælibatu sacrorumque hominum continentia hæc scripsisse inter negociorum frequentissimas turbines, satis sit.

F I N I S.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIJKLMN OPQRSTVXYZ, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk
Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy.

Omnes sunt Terniones.

VENETIIS,

Apud Gratosum Perchacinum sumptibus Iordani Zileti.

1569.

